Universidad de Deusto
Biblioteca

I. CAES
SCALIG
POETIC

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

G G 9

Beaziano.
Versoza
Voci passioni ec.
iuuenalis, persius
martialis
sedulius, iuuencus, arator
augustelli
niacri

I S

8 2
6
95

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVLII CAESARIS

SCALIGERI, VIRI

CLARISSIMI,

Poetices libri septem:

I,	HISTORICVS	V,	CRITICVS
II,	HYLE	VI,	HYPERCRITICVS
III,	IDEA		
IIII,	PARASCEVE	VII,	EPINOMIS,

AD SYLVIVM FILIVM.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

APVD ANTONIVM VINCENTIVM.

M. D. LXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extraict des Regiſtres de Parlement.

La Cour a permis & permet à Antoine Vincent, marchand libraire, bourgeois de Lyon, imprimer & faire expoſer en vente les œuures de feu Scaliger, intitulées Iulii Cæſaris Scaligeri, Poetices libri ſeptem: *Et faict defenſes à tous Libraires & Imprimeurs de ce reſort, d'icelluy liure imprimer ou expoſer en vente iuſques à quatre ans, ſans le vouloir & conſentement dudict Vincent: Sur peine de confiſcation de ceux qui autrement ſe trouueront auoir eſté imprimez, & d'amende arbitraire. Faict en Parlement le ſixieme de Septembre, l'an mille cinq cens ſoixante.*

CAMVS.

FRANCISCI BERALDI.

ΚΑΛΑ' γεωπονίης πάσι βιβλία, τῆϊς ἀρούρης
Νίκανδρ' ἠδ' ἀγέλαν, ἠδὲ πόλιν Ἑρμιάς·
Ἀπλανίας τ' ἔπεστι, καὶ ἀθήματα ἀστέρος ἥστι,
Καὶ ἅρ' Ἄρητος ἴων οὐ σαφὲς ἀστρολόγος·
Οὐχ οὕτω τιμᾷτω ὅδε Καίσαρ Γ' οὐλι@-, ἰδ' ὡδὴ
Ποιητῶν τέχνης ἐξεπόνησε βίβλον·
Πάντων μουσοπόλων γαρ ἐδήλατο κ' αὐτὸς ἄωτον·
Ἄνθεσι Πειερίδων στέμματο καὶ πλοκάμους·
Οὔτε ἴκελω ἀκόντι ἀμιλλᾶται τὸν χαλκὸν ἀφίζει,
Ἥ τε τεμὼν ἄϊδρεις τὸ σὸν ἄπεος ἴσχει·
Κεἰτὸς γοῦν ἄλλων μᾶλλ' ἀξιόδε ἔδεν ἀοιδῶν,
Τεχνίτης ἔστὸς καὶ χαρίτων σοφίτολ@-.
Αὐτὼρ Κειπίνῳ τῷ σῷ τάξαντι μερίσσῃ
Καὶ χάρεις, ἡμερίοις παννυχίοις τε πόνοις·
Δείδια δ' ἢ Κειπῖνι μόνοις κηφῆσιν ἀοιδὴ,
Ἀλλοτρίων σίμβλων κηρὶν μαιομένοις.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI PRAEFATIO, IN LIBROS POETICES, AD SYLVIVM FILIVM.

POSTQVAM nostra cura, Sylui, factum est, vt ad prima rudimẽta literarum lectiſſimis præceptionibus vterêre: nunc reliquũ est, vt ad conſequẽtia ſtudia non vulgari via perducaris, tantò maiore opera, quò hæc ſunt illis grauiora. Ac diligẽtia quidem prior illa noſtra, propter & nouitates & difficultates, duorum ordinum (& quod mirum eſſe debet) contrariorum paſſa eſt obtrectationem. Nam tametſi id ægreferebant omnes, penes quos ad eam vſque diem literarum extitiſſet imperium, ſeſe in ordinem ita cogi, vt quæ ſibi didiciſſent, alios docuiſſent, ſibi ſic eſſent diſcenda, vt alios dedocere poſſent: tamen vulgus illud in duas factiones, id quod omnibus à veritate declinantibus ferè ſolet euenire, diſſipatum eſt. Quidam enim ſic arbitrabantur: operis tenuitatem non decere eum, qui ex Hippocrate penderet, cum Galeno laudem, cum Platone lucem quæreret nominis ſui: in Ariſtotelis faſtu conquieſceret. Contrà alij vehementer accuſare animi turbidam elationem: qui rudia elementa rei literariæ miſcuiſſem veſtigationibus ſolidæ Philoſophiæ. Id neque rei couenire, quæ propter humiles aditus ſuos auerſa eſſet à tam profundis receſſibus illarum diſquiſitionum: neque vſui eſſe poſſe ætati illi tuæ, quæ vix primam deſignabat adoleſcentiam. Quibus ego ineptis, atque è triuio calumnijs cùm aliâs reſpondi epiſtola quadam, tum hîc ita dicta velim pauca hæc. Vrere id eorum ignauiam atque ſupinitatem, quum ex naturæ penitiſſimis theſauris erutæ ſunt cauſæ linguæ latinæ, quæ omnibus antea ſæculis ignotæ fuiſſent, non operam noſtram, vel vt illi premebant, abiectam, vel vt bi ventilabant, luxuriantem. Nam qui putarunt, neſcio quæ fatali leuitate ſua, Varronem quoque illa molitum eſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

se: sciant, neque illum, neque illius temporis vllum vel solos conatus ad talem operam præstare potuisse. Sed ijs omissis, ac potius, vt meriti sunt, sibijpsis relictis, posterioribus istis respondeamus. Cuius orationis articulo momenta quoque priora responsionis comprehenduntur: scripsimus adolescenti egresso è prima literatura, atque in aditu tum oratoriæ tum dialecticæ constituto, scripsimus autem desumptis à Philosopho principijs pro confessis: quod in omni scientia fit inferiore. Philosophiæ verò sanctiones, quæ vniuersæ naturæ sunt administræ, huic aptauimus arti, quæ sine illius legibus atque præscriptionibus, ante nos quàm parum fuerit vera ars, ex nostris disputationibus manifestum est. Et quæro de istis Palæmonibus, si definire audent, quo, cuius edicto, non audebimus nos mederi vomicis earum definitionum, quæ venenarunt animos adolescentum? Alexicaco Hercule fuit opus ad hos Antæos extinguendos: qui deiecti, vbi ternam, cuius soboles sunt, tetigerunt, non robur pro victoria, sed pertinaciam resumunt pro factione. Quamobrem nostris complexibus arctatus, atque intercluſus spiritus dominos suos vt extingueret, mei solius nixibus effectum est. Viderint igitur illi quoque alij, quãtum abest à philosopho exercere in Grammaticorum plebem dictaturam sine prouocatione: quantum à medico, non solum conseruare vitam, sed animam quoque dare mortuæ literaturæ. Quum igitur pro te omnia circunspiceremus, vt in omnibus, quantus est captus vtriusque nostrûm, scientijs quamplurimum tibi fieret, nostris tum auspicijs, tum exemplis, tum etiam præceptionibus: post cognitas Latinæ linguæ causas consequens fuit, vt ad dialecticam atque oratoriam teipsum accingeres: ne absque nitida mũdáque supellectile teipsum inferres in sacrosancta templa Jurisprudentiæ. quæ vt ad humani generis coniunctionem atque æquabilitatem instituta fuit: ita neutiquam sita est in nudis opinionibus aut in pertinacia potius, numeróue, quàm in pondere soliditatéque sententiarum. Profectò veræ philosophiæ diuina soboles absque orbe illo scientiarum abortiua est. At enimuerò haudquaquam eum decet, qui bonos anteire vult, malos corrigere, non sequi bonos vt imitetur, mitetur: abstinere à malis, ne ipse egeat correctione. Cæterùm hoc non solum fit hauſtis præceptis ex eius philosophiæ fontibus, cuius habenis ad beatitudinis cursum animi nostri tẽperantur: verumetiam tum historiarum, tum Poëtarum lectione quam qui damnarunt, agresti atque aspero supercilio brut. homines, ne in hominum quidem censu reponendi sunt. Nam vt omittam omnium gentium consensum, regis Prophetæ cantiones, hymnum in ore Seruatoris nostri: satis patet cum ipsius naturæ primordijs cantum primùm extitisse. Id adeò vt etiam floribus assignent odas Pythagorei, quibus Solem celebrent, alias quibus Lunam cæteráque sidera: tantò magis laudes meditentur opificis primi sui. Videmus omnes aues plurimùm, multas totum annum exercere cantillando. Quod si aptis illis inter se atque mutuo responsu sonis æquantibus inæqualitatem suam vis addatur orationis: quid aliud est quàm imago quædam illarum proportionum, quæ solis notæ sunt sapientibus? Quippe quum ad commensum illorum corporum atque motuum, qui cientur in cœlesti mole, cognoscimus additas ineffabiles æternarum illarum mentium consensiones: facilè intelligimus tam diuinæ rei specimen esse poësim, quæ materias ipsas animet numerosa concordia dissimilium momentorum, quæ in leuissimæ dictionis flexibus continentur. Nec tam diuinam facultatem, quæ incenditur atque perficitur afflatu numinum superiorum laudare potius instituas vulgaribus, vt alij fecerunt, argumentis hic apud nos, quàm & in cœlis admirari tu, & alijs ostendere maiorem quacunque humana prædicatione. Quocirca ne hac quoque parte quicquam desidenares, quod te Deo quamsimillimum efficere posset: permagnum sanè ac perdifficile opus aggressi sumus: in quo tametsi videbamur habere vel socios qui laborem leuarent, vel duces qui obiurgare possent, frustra nobis tentatum quod ipsi perfecissent: tamen ad excitandum nos verius, quàm ad iuuandum dixerim mihi fato comparatos. Nam & Horatius Artem quum inscripsit, adeò sine vlla docet arte, vt Satyræ propius totum opus illud esse videatur. Aristotelis Commentarij mutili sunt, nequid liberius excidat nobis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vida, prudens ille quidem multa bene monet, quibus cautior Poëta fiat: verum factum iam instruit vt perficiat. Nos vel viam rectam ad omnia diuerticula sub ipsum vsque ducimus finem. Vt qui rerum naturam solam in scenam primus adduxerit, non sinistris auspicijs fortasse, cæterùm inchoatam modò rem tentarit. Qui verò aut eam nostræ huic diligentiæ, aut illi hanc adiunxerit, non dubitamus quin & multa sibi licere nolit, & repudiet quædam antea recepta, & admittat quæ non animaduerterat: denique caueat à multis: in aliquibus deponat metum: spem damnet: mutet omnino consilia. Ordinem verò quem instituimus, ne hic in mora sim, per teipsum deprehendes. At eum neglexit Aristoteles, Horatius vitiauit: accuratius Vida: sed vt optimus poëta in theatro, claudus magister in schola. Reliquum est vt & iam in hisce teipsum exerceas: & fratribus (vbi feret ætas) exemplo sis, quemadmodum nos fuimus tibi. Non enim sunt audiendi, qui hisce studijs clamant absumi tempus importunè, quod seuerioribus ac primarijs scientijs impendendum est. His enim si adhibeas modum, tantùm abest vt fatigent animum, vt etiam alacriorem te reddant ad exquisitiores contemplationes. Et memineris istas bonæ famæ hirudines ideo vociferari, vt ne quod eis deest adsit nobis. At enimuerò nobis tam non abest quod eis adest, quàm adest quod non adest illis. Quare porrò danda est opera nobis, vt dum illi ad aleam ætatem transmittunt, aut inhiant auro, aut captant magistratus, aut mensarum assecla de bellorum summa disputant inter patinas: nos neque illorum voluptates contempsisse, neque ambitiones carpsisse, sed studiorum nostrorum nobilitatem, animorum magnitudinem simul, & simplicitatem perstringi noluisse videamur.

IVLII

Eorum quæ singulis libris per CAPITA TRACTANTVR, INDEX.

PRIMI LIBRI, qui & Historicus inscribitur, Capita LVII.

i — Rationis necessitas, ortus, vsus, finis, cultus.
ii — Poëtæ nomen, poëseos origo, causæ, Efficiens, Forma, Materia.
iii — Poematum per modos diuisio.
iiii — Pastoralia.
v — Comœdia & Tragœdia.
vi — Tragœdia.
vii — Comœdiæ species.
viii — Tragœdiarum species.
ix — Comœdiæ & Tragœdiæ partes.
x — Mimus.
xi — Tragœdiæ partes. de Choro iterum.
xii — Satyra.
xiii — Comicæ personæ.
xiiii — Personæ certæ.
xv — Mimicæ personæ.
xvi — Tragicæ personæ.
xvii — Satyricæ personæ.
xviii — Saltatio.
xix — Modi & Tibiæ.
xx — Tibiæ.
xxi — Theatrum.
xxii — Ludi.
xxiii — Ludi Græci. Pythia.
xxiiii — Olympia.
xxv — Nemea.
xxvi — Isthmia.
xxvii — Ludi alii minus nobiles.
xxviii — Ludi Romani.
xxix — Megalenses.
xxx — Apollinares, liberales, Scenici.
xxxi — Circenses.
xxxii — Cereales.
xxxiii — Taurii.
xxxiiii — Capitolini.
xxxv — Funebres.
xxxvi — Votiui.
xxxvii — Scenici Plebeii.
xxxviii — Seculares.
xxxix — Iuuenales.
xl — Satyra Latina.
xli — Rhapsodia. Epos.
xlii — Parodia.
xliii — Centones.
xliiii — Lyrica.
xlv — Hymni.
xlvi — Dithyrambi.
xlvii — Σκώμματα, & Hyporchemata.
xlviii — Lyricorum harmoniæ & instrumenta.
xlix — Chori.
l — Threni & Hymenæi, & Elegiæ, & alia.
li — Poemata Ionica.
lii — Hilarodi.
liii — Diræ.
liiii — Palinodia, Ἐπιθαλαμικὰ, Ψεκτικὰ, Iambi, Silli.
lv — Cantiones.
lvi — Manipulus Poematum.
lvii — Æui, Griphi, Ænigmata, Apologi.

SECVNDI LIbri, qui & Hyle inscribitur, Capita XLII.

i — Materia poëseos.
ii — De pede, metro, rhythmo,
iii — Pedum genera.
iiii — An alii sint pedes.
v — Versus.
vi — Versuum genera.
vii — Generum enumeratio. Pyrrhichici.
viii — Iambici.
ix — Iambici Scazontes.
x — Trochaica.
xi — Spondaica, Molossica, Dactylica.
xii — Anapæstica.
xiii — Choriambica, & Pæonica.
xiiii — Ionica à maiori.
xv — Ionica à minori.
xvi — Composita Æolica.
xvii — Λογαοιδικὰ Dactylia, & Anapæstica.
xviii — Composita Choriambica.
xix — Antispastica.
xx — Ionica à maiori.
xxi — Ionica à minori mista.
xxii — Pœnici misti.
xxiii — Epichoriambicum, & Epionicum, & alia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ITA,
Alia.
Compolita per cohortes.
Præceptorum quorundam recognitio.
Affectus versuum communes,
Affectus à quantitate.
Affectus à qualitate.
Affectus à dispositione.
Vitia à quantitate.
Qualitatis vitia.
Leges communes.
Affectus proprii Iambici.
Trochaici.
Anapæstici.
Dactylici.
Hendecasyllabi.
Ionica à maiori.
Elegi.
Galliambi.
Alii affectus.

TERTII LIBRI, qui & Idæa inscribitur, Capita CXXVII.

Rerum diuisio.
Expressio personarũ cum exemplis.
Quasi personæ.
Rerum diuisio.
Locus.
Tempus.
Instrumentum.
Causæ
Modus
Euentus.
Quemadmodum omnia exactius cõtemplemur.
Personæ aliæ.
A sexu.
Ætas.
Officia.
Natio siue gens.
Facta.
OEconomia.
Mores.
Casus.
Fortuna.
Bona corporis, & habitus.
Oratio.
De quatuor virtutibus poetæ.
Prudentia.
Efficacia.
Varietas
Figura.
Figuræ definitio, & quę quibus artibus genera vsui sint.
Figurarum minora genera.
Species.
Significatio, Æqualis tractatio.
Demonstratio, Descriptio, Effictio.
Sermocinatio.
Attemperatio.
Moderatio & Correctio.
Asseruatio.
Conditio.
Exclamatio, Acclamatio, Iudicatio, Elogium.
Repetitio.
Frequentatio.
Accruatio.
Celeritas.
Euasio.
Commoratio, Amplificatio, Exaggeratio, Accumulatio.
Coniunctio.
Attributio. Prosopopœia.
Anticipatio.
Assimilatio, Exemplum, Imago, Translatio, Collatio, Comparatio.
Retributio, Concessio, Comparatio repetita.
Substitutio.
Allegoria, Parabola.
Præscriptio, Interpretatio.
Definitio, Etymologia.
Agnominatio, Paronomasia, Allusio.
Concessio, Epitrope.
Confessio.
Antitheton.
Assęueratio.
Excitatio, Admonitio, Detrectatio, Exclusio.
Perculsio.
Promissio.
Diallage, Instantia.
Metastasis, Translatio, Transmutatio.
Necessitas.
Dicæologia, Rationabilitas.
Reiectio, Detrectatio, Communicatio.
Execratio, Detestatio.
Digestio, Dissipatio.
Epichirema, Enthymema, Exẽplum, Inductio
Procctthesis, Præexpositio.
Adnarratio.
Alterum genus figurarum, quæ plus dicunt quàm in re sit. Hyperbole.
Excursio, Egressio, Ecbasis.
Metabasis, Transitio, Traiectio.
Tertium genus figurarum, quæ minus dicunt quàm pro re, Eclipsis.
Periphrasis. Circumlocutio.
Emphasis.
Innuitio.
Extenuatio.
Auersio, Castigatio.
Prohibitio, Apagoreusis.
Quartum figurarum genus, quę aliter dicunt quàm res sit. Allegoria.

LXXXV Vltimum figurarum genus, quæ contrarium dicunt rei. Ironia.
LXXXVI Irrisio, Sarcasmi species.
LXXXVII Vexatio.
LXXXVIII Apologia.
LXXXIX Apophasis.
XC Antiphrasis, Antiphasis.
XCI Interpellatio, Reminiscentia, Memoratio, Admonitio.
XCII Erroris inductio.
XCIII Quæ non sunt figuræ. Ad hilaritatem impulsio, Conciliatio.
XCIIII Purgatio, Sententia.
XCV Epilogus.
XCVI Præcepta in vnoquoque genere poematum. Heroica.
XCVII Tragœdia, Comœdia, Mimus.
XCVIII Satyra.
XCIX Pastoralia.
C Syluæ.
CI Epithalamium.
CII Oaristys, Genethliacum.
CIII Πεσσυκτικὸν, Ἀπυκτικὸν, Soteria.
CIIII Propempticon, Apopempticon, Hodœporicon.
CV Συμβουλευτικὸν, Πεστρεπτικὸν, Παραινετικὸν, Νεθετητικὸν, Παρεμυθητικὸν.
CVI Epibaterion.
CVII Apobaterion.
CVIII Πολιτεῖαι.
CIX Panegyricon.
CX Laus, Laudatio.
CXI Quæ quisque laudare possit.
CXII Hymni.
CXIII Euocatorii, siue Inuocatorii.
CXIIII Ἀποτυμπτικοί.
CXV Φυσικοὶ, Μυθικοὶ, Γενεαλογικοὶ, Παιδαγωγικοὶ.
CXVI Heroici, Pæanes, Scolia.
CXVII Dithyrambi.
CXVIII Laudationes,
CXIX Persona.
CXX Locus.
CXXI Vrbs.
CXXII Epitaphium, Epicedium, Monodia, Inferiæ, Parentalia, Threni, Neniæ.
CXXIII Consolatio.
CXXIIII Lyrica,
CXXV Elegia.
CXXVI Epigrammata.
CXXVII Inscriptio.

QVARTI LIbri, qui & Paraſceue, Capita XLIX.

Haracter.
Grandiloquus.
Affectus communes. Perspicuitas.
Cultus.
Proprietas.
Venustas.
Numerositas.
Plenitudo.
Floridum.
Molle.
Suauitas.
Incitatio.
Puritas.
Acumen.
Acre.
Proprii Affectus grauis Digni
Sonus.
Grauitas, Vehementia.
Genus infimum.
Tenuitas, Simplicitas, Securitas.
Æquabile dicendi genus.
Rotunditas, Volubilitas.
Gradus in Characteribus.
Vitiosæ formæ, Siccum, Pin Trepidum.
Figuræ, Periodus, Cola, Comma
Figura, Figuræ.
Quæ ex Subticentia. Ἔλλειψις.
Ἀσωμάτων.
Quæ ex positione eiusdem vocis. Ἀνάπλωσις, Ἐπαναληψις, Ἐπαναφορὰ, Παλιλλογία, Ταυτότης.
Ἀναφορὰ, Ἐπιστροφὴ, Ἐπαναφορὰ, Ἀντιστροφὴ, Συμπλοκή.
Κλίμαξ.
Quæ ex positione significati: Synonymia Ποικιλία.
Quæ ex positione similium: Allusio uersio, Παρονομασία.
Quæ ex diuersis: Πλεονασμὸς, Περισσωσις, Ἔμφασις.
Πειέφρασις, Μετωνυμία.
Ἀλλοίωσις, Ἀλλαγὴ, Μεταβολὴ, Ὑποβολὴ.
Quæ ex cõtrariorum positione: Ἀντίθεσις Ἀντιμετάθεσις, Ἀντιμεταβολὴ, Σύγκρισις Πλοκὴ, Ἀντιναντίωσις.
Quæ secundum situm: Ὑπέρβατον, Περίοδος, Κῶλα, Περίοδοι, Σωμάτιον, Σύμμετρος.
Quæ ex quantitate, Πάχεσιν.
Σαῦδησις, Τμῆσις.
Quæ ex qualitate, Ὁμοιόπτωτον, Ὁμοτέλευτον.
Interrogatio, Percontatio.
Figurarum vsus.
Numerus.
Ex dictionum quantitate.
Pleni & Vacui obseruationes.
Ex dictionum qualitate.
Ex dispositione.
Ex pedum constitutione ex iũcturis verborum & eorum quantitatibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

STEPHANI BOETII REGII
BVRDIGALÆ SENATORIS, DE
Iulio Cæsare Scaligero carmen,
ad Vidum Brassacum
Præsidem.

O, VIDE, versu si queam superstite
Fugacis æui prorogare limites,
Factisue laudem demereri posteram,
Hæc vna, Vide, cura iam restat mihi:
Omnia parato ferre, dum vitæ breui
Memores nepotes aliquid addant gloria.
Quis nanque certos mortis implacabilis
Tardare speret ictus? quando pharmacis
Fugitare mortem primus AEsculapius
Vetat peremptus: nunc & alter Iulius
Extinctus alget, atque acerbo funere
Victor fatetur artis impotentiam.
Non hunc fefellit vlla vis recondita
Salubris herbæ, saltibus seu quam auiis
Celat niuosus Caucasus, seu quam procul
Riphæa duro contegit rupes gelu.
Hic iámque spectantes ad Orcum non semel
Animas repressit victor, & membris suis
Hærere succis compulit felicibus,
Nigrique auaras Ditis eluſit manus.
Quid tandem? & ipse non minus videt modò
Visenda cunctis stagna liuidæ stygis:
Vnúmque restat, viuidum nomen viri,
Immune lethi non Charonta sentiet,
Latrantis ora nec timebit Cerberi.
Hoc ille doctis prouidus mandauerat
Seruare chartis, quas in hos, fati memor,
Pararat vsus: spes nec hunc fallet sua.
Nam longa gratis Cæsarem nepotibus
Sacrabit ætas: Cæsarem teret legens
Mirator orbis: lector & dicet frequens,
Hoc incola felix Agennum claruit,
Verona ciue. At interim nos Brasace,
Quos Cæsaris pertentat amissi dolor,
Extrema tristes exequemur munera.
Te, Vide, sacris deditum decet magis
Curare longi funeris solennia:
Me in veste pulla, frigidum iuuat pio
Rigare fletu Cæsarem: non illum ego
Lugere viuus desinam, forsan meis
Et ipse mox luctum relicturus parem.
AEuum omne fiendo ducitur mortalibus:
Miserique luctu continenter mutuo
Lugemus, aut lugemur omnes in vicem.

IVLII

M. D. LX.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI
POETICES LIBER PRIMVS,
QVI ET
HISTORICVS.

CAPVT I.
Orationis necessitas, ortus, vsus, finis, cultus.

RES omnes nostræ aut necessarii, aut vtilis, aut delectabilis genere cõprehenduntur. Horum omnium natura quadã vel à principio constituta, vel procedente postea tempore vis orationis affecta est. neque enim potuit Homo, cuius perfectio penderet è disciplinis, eo carere instrumento, quod ipsum deberet efficere participem sapientiæ. Est sanè portitor animi quasi quidam sermo noster, cuius communicationi ciuiles conuentus indicuntur, artes coluntur, sapientiæ necessitudines homini cum hominibus intercedunt. Necesse enim est ea petere ab aliis, quibus nos egeremus: iubere infecta fieri: prohibere, proponere, disponere, statuere, abolere. Hęc prima sermonis natura fuit. Mox amplificatus vsus atque commoditas, additis rudi atque inchoato corpori veluti dimensionibus, præscriptionibus, atque delineamentis: vnde dicendi certa lex orta est. Postremò ornatus tanquam mundus, ac vestitus quispiam est adinuentus: quo iam & formata & animata splendesceret materia. Vt quemadmodum indefinito corpori apponit metiendi scientia latera, & angulos, & directiones: concentus verò magistri etiam modulos adiungunt, quos Græci ῥυθμοὺς nominant: ita sermoni incondito primùm lex eas addidit, quas Regulas appellant, qui de ipsis scripsêre: Mox etiam flexus, depressiones, elationes, receſſus, vmbras, lucem, melior atque elaboratior attribuit cura. Huius ergo naturæ cultus, aut quasi arma, texit militem pro necessitate: aut tanquam toga Senatorem pro vtilitate: aut ad voluptatem perinde atque amictus elegantior nitidiorem ciuem. Quare fines quoque haud dissimiles sui habuit. quippe ob veritatem indagandam inter philosophos expressit necessitas orationem: propter vtilitatem verò ciuili prudẽtia exculta est: ad theatra autem eam traxit delectatio. Atque illam quidem sapientum, circunscriptam argumentorum contracto ambitu, breuem esse decuit, ac naturæ ipsius, quam explicat, parem. In foro autem, atque inter milites esse licuit fusiorem, pro re, loco, tempore, personis: cuius ars Oratoria dicta fuit. Tertius modus genera duo haud multò diuersa continet, quæ communem materiam habent res communi forma enarrationis, sed que multo cum ornatu. Differunt autem, quòd alterius fides certa verũ & profitetur & prodit, simpliciore filo texens orationem: altera aut addit ficta veris, aut fictis vera imitatur, maiore sanè apparatu. At enimuerò vtraque, vti diximus, cum officio narrãdi æquè fungeretur: factum est tamen vt illi soli nomen Historiæ fuerit attributum: quippe cui satis esset solus ille tractus dictionis ad explicandum quæ gesta essent. Hanc autem Poesim appellarunt, propterea quòd non solùm redderet vocibus res ipsas quæ essent, verumetiam quæ non essent, quasi essent, & quo modo esse vel possent vel deberent, repræsentaret. Quamobrem tota in imitatione sita fuit. Hic enim finis est medius ad illum vltimum, qui est docendi cum delectatione. Nanque Poeta etiam docet, non solùm delectat, vt quidam arbitrabantur. Quippe omni commune hoc est orationi, vt audientem scire faciat vel rem, vel animum loquentis. At primùm quidem quod in cantu esset, oblectandi causa tantùm videbatur institutum: suberat tamen illis modulis id, cuius gratia condimentum illud apparabatur. Postremò sapientiæ quoque accesio facta est ad rudem illam priscamque inuentionem. Adhæc vbi narrat Imperatorum consilia tum aperta, tum vafra, quæ Græci πραγματα nominant: præterea tempestates, bella, fugas, artes varias, æquè omnia ad eundem finem: iccirco imitatur, vt doceat. Quemadmodum rectè statuit Euripides apud Aristophanem in Ranis: interrogatus enim, Quænã potissimùm virtus excitare queat nos ad cuiuspiam Poetę admirationem: Si non sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

dexteritate, inquit, ciues commonefacere sciat, vt fiant meliores. Itaque minus bene Plato negabat in Ione, Rhapsodum non posse rectè de re militari, aut nauicularia disserere: propterea quòd artes hæ sint ab eo separatæ. Nihilo enim melius de his ille disputabit, quam de iisdem cõscripserit poeta. Nam si, vt ibidem optimè scribit, rerum est Poeta imitator, Rhapsodus autẽ actor imitationis: qua ratione ille effinxerit, eodẽ modo hic poterit exprimere. An verò omnibus his, Philosophicæ, Ciuili, Theatrali, vnus demum finis propositus sit? ita sanè est. vnus enim idémque omnium finis, persuasio. quippe, sicuti dicebamus, docet omnis oratio, vel rem, vel animum dicentis. Doctrinę autem finis, scientia. Scientia verò non vno modo. Aut enim verè, ac simpliciter scientia est: Habitus animi ex conclusione per necessaria: aut laxa notione: veluti cum dicimus, Scio Elisam Æneæ abitu sibi mortem conciuisse. Id tametsi falsum est: tamen pro vero acceptũ eam admittit vulgò significationem. Est autem persuasio, animi coniunctiõ cum oratione. Forma persuasionis, veritas: siue certa, siue ambigua. Finis, opus vel intellectionis, vel actionis. Veritas aũt, orationis æquatio cũ re. Ne sanè quod iactatũ est, admittendum censeas, oratoris finem esse, bene dicere, non, persuadere. Non enim grãmaticorum argumenta sana sunt. Certè si non persuadet: nequaquam fit id artis vitio: sed aut cuẽtu, qui profectò extra oratorem est: quare non desinit esse orator: aut propter eius culpam, quę duplex esse potest: vel in oratione, vel in causa quam fouet malam. Itaque aut non erit orator, quippe non ἐύφραδης: aut erit non orator, id est vir non bonus. Bene dicere autem nullo modo potest esse finis. Nempe est instrumentum, aut instrumenti modus. Finis autem nõ est, quod alterius causa fit: sed cuius gratia omnia fiũt. Bene dicit autem, vt persuadeat. Adhæc non tuo sed iudicis arbitratu bene dicendum est: cui si non videare bene dicere: nõ solùm nequicquã, sed etiam nequaquam bene dixeris. Igitur fine tuo frustratus abeas, etiamsi fueris consequutus. Præterea non potest, & reus, & actor æquè bene dicere: necesse enim est, vt alteruter vel cadat causa, vel cecidisse meritus sit: ergo non erit orator ille tuus, quem tu in bene dicendo constituisti. Postremò in eo commentario, qui εἰσαγωγικὸς titulo ascribitur Galeno, & in eo qui Galeni esse minimè dubitatur, de ratione artis Medicinę, quam rationẽ ipse vocat σύστασιν: duo esse artiũ genera colligũtur: quæ si Quintilianus legisset apud Platonem, à quo sumpserat Galenus, mutasset sententiam de fine Oratoris. Duo sunt igitur: vnum quod per seipsum consequi possit finem suum: cuiusmodi est Fabrica, Sutrina, atque aliæ tales: Alterum quod nõ semper fine suo potiatur: qualis est, Oratoria, Medicina, Nauigatoria. Quas artes appellant illi συλλογιστικὰς: quasi coniectura, nõ certa ratione, quemadmodum dicitur in Philebo, cõpleantur. Quanquam equidem aliter censeo. Medicina enim curabiles morbos sæpe curat: medicus nõ semper. quia multis eũ impedimẽtis præueniri contingat. Quare non tunc agit quà medicus est. Non enim incurabilem aggrediatur ægritudinem. ne sit negligens, ne amens, ne auarus, ne præceps. Errores quoque euenire consueuerunt ægrotis ab ægrotis ipsis, à famulis, ab euẽtu: veluti aere, sole, rore, ira, mœrore, metu, aliis. Hunc ad modum ea sunt, quæ Hippocrates atq; aliimedici vocãt τὰ ἔξωθεν. Nam profectò ne ipsa natura quidem verus artifex videretur: quippe suo impedita fine nonnunquam aberrat: veluti cum aut monstra componit: aut defecta edit corpora. Orator igitur in foro agit, vt bono bene, malo malè sit: in concione & conciliis, vt rite respublica gubernetur: in laudationibus, vt bonorum imitatione à vitiis abstineamus: quod deinde honesti genere apponitur, sectemur, atque agamus. Ad quam classem reducuntur inuectiuæ quædam. Tametsi aliæ ab iudiciariis pendent, cuiusmodi eæ, quæ dicuntur aduersus testes: aliæ à deliberatoriis, quales in Antonium, & Catilinam, & quæ inscribuntur de prouinciis cõsularibus. Omnium enim finis idem. Qui verò dixêre in iudiciis finem esse iustitiam, in deliberationibus vtilitatem, in laudationibus honestatem, rectè reprehenduntur à Quintiliano. Reprehẽsionis autem modus etiam acutius perscrutandus. Hi igitur cum minus bene, tum contra seipsos sentiunt. Vnum enim alibi faciunt vtile cum honesto. Præterea vtile finis est omnium virtutum: quare etiam iustitiæ. Et iustitia cùm sit virtus distribuens quantum cuique aut suũ, aut satis: iccirco etiam in deliberationibus iustitia pro fine habebitur. Nam belli quoque ipsius finis iustitia est. Quæ igitur in bello (plurima vero ea sunt) deliberantur, ea omnia propter iustitiam fiunt. Postremo si finis hominis virtus est: honestas autem aut affectio, aut forma virtutis: cuiusque humani officii, actionis, cogitationis erit honestas finis. Consultius etiã quàm fecerit Quintilianus, partitionis huiusce causæ contemplandæ erunt. Ille enim vt hæc tria deduceat genera, diuidit ad hunc modum. Quę agũtur, aut sunt in iudicio, aut extra. Quę causæ sunt extra iudicium, eæ aut præterita cõplectuntur, aut futura: illa ad laudationem, futura pertinere ad deliberationem. At enimuero quis non videt, etiam in iudiciis tractari præterita? Quare non potuit hæc differentia iudicialis constituere speciem ab iudiciali separatam. Potius conuertissem sic orationem. Res aut in præteritis est, aut in futuro. Hæc sola pars præscribit deliberationẽ: illa secabitur in iudicialem, & demonstratiuam. Quanquam acuto homini ac primæ alumno Philosophiæ, videantur iudicialis

iudicialis partes, deliberatiua & demonstratiua. nunquã enim agitur aut defenditur reus sine laudatione ac vituperatione vel personæ, vel rei, vel facti, vel dicti, vel consilii: quemadmodũ ne sine deliberatione quidẽ. Deliberatur enim de supplicio rei, aut absolutione. Quamobrẽ neutiquam esse poterũt species, aut genera causarũ: propterea quòd nulla species alterius speciei pars esse quit. Postremò haud rectè deliberatiui generis orationes suasoriæ à quibusdã sunt appellatæ. est enim finis omnium suasio. quid enim aliud oratio, quàm fidem facit? hoc autem est suadere. Nihilò melius διαβεβαιωτικὴ vox à Quintiliano accepta pro ostẽtatione. quin fortasse hoc vocabulo carẽt Græci ad ostentationẽ significandã. Sanè ab ea tãtum abest, vt apud Philosophos pro simplicissima atque exactissima ostensione receptũ sit. Animi etiam gratia id apponendũ est: in deliberationibus & iudiciis oratorem pẽdêre ab auditore. Fit enim auditoris arbitratu id, cuius gratia est oratio instituta. In genere demonstratiuo contrarius huic euentus est. siquidem pendet auditoris animus à dicẽte. est enim quasi iudex qui laudat, nõ autẽ sub iudice. Atq; hæc quidẽ præter vulgatã Rhetorũ sententiã, ex propositaquæstione, dicta sunt necessariò. quemadmodum à nobis alia multa longè accuratius. veluti si dicamus, Translatitium statũ ad Coniecturalem referri posse. In vtroque enim quum de facto constet, de facti authore disputatur. Cõmune autem inter se id habẽt omnia genera orationum. Disceptat orator in foro, de vita, vitiis, virtutibus: atque ea examinat in statu qualitatis: & in eo, quo quæritur, Quid sit. Item in conciliis quid sit eligendum. Quæ omnia eodẽ animo tractat Philosophus & Poeta: vterque vel ex sua vel alterius persona: quemadmodum Socrates introducit vel Diotimã vel Aspasiam: & ipsum Socratem Plato. sic etiam orator interponit prosopopœias. Laudat orator quempiam: non potest sine enarratione vitæ, familiæ, nationis. Hoc cũ Historico. is enim sæpenumero addit elogia: qualia legimus de Camillo, Scipione, Hannibale, Iugurtha, Cicerone: atque interponit quasi decreta sua. Sola poesis hæc omnia complexa est, tantò quàm artes illæ excellentius, quòd cæteræ (vt dicebamus) res ipsas, vti sunt, repręsentant, veluti aurium pictura quadã. at poeta & naturam alterã, & fortunas plures etiam: ac demũ sese isthoc ipso perinde ac Deum alterũ efficit. Nam quæ omnium opifex cõdidit, eorũ reliquæ scientiæ tãquam actores sunt: Poetica verò quũ & speciosius quę sunt, & quæ non sunt, eorũ speciem ponit: videtur sanè res ipsas, non vt alias, quasi Histrio, narrare, sed velut alter deus condere: vnde cum eo cõmune nomen ipsi non à consensu hominũ, sed à naturæ prouidentia inditum videatur. Quod nomen Græci sapientes vbi commodissimè ἔδειξαν τὸ ποιεῖν effinxissent: miror maiores nostros sibi tam iniquos fuisse: vt Factoris vocẽ, quę illã exprimeret, maluerint oleariorũ cancellis circũscribere. eum enim solũ qui oleum facit, quũ pro cõsuetudine casteè, tũ pro significatione. stultè appellare liceat.

Suasio.

Poetica.

Poetę nomen vnde.

CAPVT SECVNDVM PROSEQVITVR.

POETAE nomẽ, POESEOS originẽ, CAVSAS, Efficientem, Formam, Materiam.

POetæ igitur nomen non à fingẽdo putarunt, quia fictis vteretur: sed ipsò à faciẽdo versũ ductum est. Sunt enim cum ipsa natura humana ex vis hæc numerosa, quibus versus claudũtur. Nullum sanè momentum vocis est, quod nõ habet qualitatis modũ, & quãtitatis. Est in eo sita qualitas, quod acutum & grauem sonũ appellamus. Est in temporis tractu quantitas: Tępus, mentis motus. Vox autẽ, aer motus. Infans quoque priusquàm canit, quàm loquatur. videmus enim plerosque haud aliter somnum captare. Postea quũ maiore spiritu res nouas veteribus inuentis addidissent: illi, qui hac gloria inferiores numerosè meditarẽtur simplices narrationes, Versificatores tantùm dicti sunt: hi autẽ Poetę. quare soli sibi Musarum tutelã vindicãt atque patrocinium, quarum spiritu, quæ alios lateant, ab ipsis inueniantur. Nam Musæ παρὰ τὸ μαίεσθαι à Platone deductę sunt: quibus scilicet inuẽtio attribuatur. Alii ἀπὸ τοῦ μύειν. vnde Mystæ & Mysteria: quo verbo iudiciũ designetur. Arcana enim selecta sunt: electio autẽ ab iudicio. nempe omnia quæ in opere posita sunt, ab intellectione, aut ab inuẽtione, aut ab iudicio proficiscuntur. Verùm nõ quemadmodũ Cicero censuit in Topicis: sed sicuti statuimus nos. non enim rectè putauit Inuentionẽ pertinere ad Topicam tãtùm: Iudicium autẽ ad Dialecticen. nihilò enim secius quæritur in demõstratione terminus medius necessarius, quàm in Topicis contingens. Et sanè Dialecticæ scientia est cõmunis omnibus generibus argumentandi. Inuestigã igitur quæ dicenda sunt. Occurrunt autem vel bona, vel mala, vel necessaria, vel contingentia: quapropter tum demũ iudicato opus est. Iccirco duæ tantùm Musæ per initia creditæ à priscis theologis, qui sese earũ discipulos cecinere: quarum altera dicta sit μελέτη, quæ quidẽ meditando inueniret: altera μνήμη, quæ inuẽta certo dispone ret iudicio. Propterea verò quòd eruerẽt ex ipsis exordiis rerum ignota vulgo monumẽta: tertiam quidam adiecere, quam à memoria μνήμην nominarent. Idem quoque eam, quã ἀναμνήσεως alii nuncuparent: non à faciendo, sed à cãtu ἀοιδὴν appellare maluerunt: priores tamen plus placent. nã & absq; cãtu res ipsa poetica nihilominus stat. Cæterùm qui diligẽtiores sibi visi essent, vt hoc probarũt, ita etiam in tria diuisere, quæ huius tertiæ essent officia. Triplicem nánque Musicam veteres statuêre. In Harmonia, quam sola voce constare dicebant; in aere, quæ proficiscerentur ab instrumentis: & in aqua, cuius Crefibium authorẽ tradit Vitruuius, atque Hydraulicam nominasse. Verùm hi quoque minus purè tantam rem prouidêre. quippe etiam vox in aeris ictu cõstat. Est enim aeris percussio, aut quod è per-

Musicę triplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cussione, aut ipse percussus aer. Præsertim quum in Tibia & Fistula eadem, quæ & vocis, materia sit nempe flatus ipse. Quinetiã aqua neutiquam sonum edat vllum sine aere. Ad hæc Harmonia quum sit sonorum correspondens proportio, genus erit profectò ad omnia illa. Subtilius autem fortasse supplant mihi videtur Musarum numerus. Nouem enim numero per initia constitutus. Itaque eo crescẽte ad quartam personam vsque, adpriam à nõnullis & quartã Musam. Aucta deinceps variis in organis arte concentionum, etiam ipsarum proditæ. Postremò ad nouem vsque promota frequentia in eo stetit: idque non sine causa. est enim perfectissimus numerus: super quo nihil multa ex Musicorum præceptionibus traderẽ. Verùm argutari sapientem virum minime decet. Nam quemadmodum tonis nouenarium accommodabunt? octo enim tantùm sunt τὰ δι' ὀκτὼ μονὰς, non nouem. Antiqui item erraunt, qui à cælorum numero eum numerum ductum voluerint. Nam octo tãtùm quum agnoscerent eo tempore, totidem faciebãt Musas: nonam autem matrem potius, aut nutricem arbitrabantur: aut ad Apollinis referebant potestatẽ. quare Mimermnus non malè Cæli filias cecinerit in Elegiis. Nihilo prudentius Plutarchus, vbi multas versauit, ineptias elemẽtorum sequi veritus non est. ait enim tot esse Musas, quot in Matris nomine, Mnemosyne, recenserẽtur literæ. saltẽ Greculas nugas mendacio condidisset, atque ostendisset, elementa illa capita esse nominũ Musarũ. quod quia non potuit, ne illud quidem decuit voluisse. Iouis autem filias iidem Theologi prodidere: propterea quòd simul cum vitæ nostræ, (cuius ille author est) exordiis protin' extitit, vt dicebamus, Harmonia. Matrem verò Mnemosynem autumant eadem ratione, quæ vetustiores illi vnam è tribus, quemadmodum suprà dictum est, μόνωλον. Id quod pudicè ac verecundè, vt semper, doctissimus innuit poeta diuino illo versu,

Et meminisse iuuat, & memorare potestis.

Est autem è philosophia sumptum. siquidem ex actibus frequentioribus habitus fit: ex habitibus memoria: ex memoriis propositiones: è propositionibus conclusiones. Itaq; artes per manus tradi dictæ sunt. Quod adeò declararunt Græci loquẽdi modo illo, quum dicere cõsueuerunt, ὡς ἐκ παραδόσεως. Neque enim scripta edebantur, sed certo sacramento per successiones ἀγράφως: quod & Pythagoreos fecisse aiũt, & Druidas ex historiis obseruatum est. & Chaldæos scimus ex eo, quod sonat Cabbalæ nomen. Non minore sanè ratione illarũ nutricem Euphemẽ professi sunt. Sapientum nánque præmium bona fama. Sic Plato in suis Legibus, malã famam pro supplicio statuit multis. Quod autẽ dicit idẽ in Ione, Poetæ hoc ipsum quod ipsi sunt, alios quoque esse faciunt. Quare quibus artibus sese reddunt immortales, iisdẽ illos quoque, quos celebrãt, consecrant immortalitati. Sic gloriatur Pindarꝰ: sic canit Theocritus: sic cæteri sunt secuti. Hactenus quæ ad A verã philosophiam pertinerent. nũc animi gratia etiam historiæ quædã de poetices vetustate sunt attingendæ. Ac more quidẽ suo nugantur Grammatici. nã quo argumento profiteatur poeticen soluta oratione antiquiorẽ, videamus. aiũt enim in donariis aliisque monumentis omnia scripta numerosè. sanè. Nũ etiam quotidianã orationem illa præuenere? Pierus Macedo quòd primus & poema fecisse, & filias instituisse dictus est: creditus quoque fuit ab aliquibus Musarũ pater, quibus ipse Musarũ nomina imposuisset. Idẽ malũt alii de Osiride Ægyptio: quẽ eundem & Apollinem quũ faciunt, à Græcis non aberrant. A locis autem multa cognomina sunt eis attributa. Aut in quib' primùm vel orta, vel culta poemata: aut vbi venerarentur. nam Thespiis primũ Pierũ cecinisse scribũt. In Helicone autem Musis Otum & Ephialtẽ primos Aloeo genitos rem diuinã fecisse. vnde & Thespiades, & Heliconides nuncupatæ. Camœnæ verò apud Opicos à cãtionibus. Alatæ autem effinguntur ob ingeniorũ præstantiam, atq; expromptã mobilitatẽ. ait enim Arist. ἢ ἐνυφῶντα ἢ πτηνοὺς, ἢ μανικοὺς. Quã ob causam Homerus quoq; alata verba nominat. In fabulis autem memoriæ proditũ est, Sirenas Iunonis suasu cum Musis cantu frustra contendisse: ipsis enim victis illas pro supplicio euulsis alarũ pennis coronas capitibus imposuisse. Gratiarum verò tũ perpetuas socias, tũ affines: propterea quòd elegãtioris lautioríque vitæ authores esse videãtur: non sine ea voluptate quæ in lætitiæ temperatione sita est: hoc enim χάρις sonat, quod & χαίρειν: quæ vox ad secundã valetudinem in epistolis atque salutationibus locum inuenit communi loquẽdi vsu. Tametsi Plato mauult τὸ μεμῆσθαι. est enim lętitia affectio animi in corpore sano. Causa affectionis est, quod vocãt Philosophi, obiectũ adæquatum voluntati. Per Poesin autem reflectitur anima in seipsam, atque promit è cælesti suo penu quod diuinitatis inest: quę pars ne perpetuis quidẽ haustibus exhauriri potest. quod autẽ & Charites, & lætitia, & Musæ, & bona valetudo affines sint, ex oraculi consilio colligi potest. quod Argiuæ Telesillæ datũ ait Plutarchus. Eã summo loco natam, fuisse affectã morbo: qui, vt puto, quũ medicorum ope maior esset, à diis auxilium petere coactam: responsum est, ita demum sanitatem restitutum iri, si Musas coleret. ad quas quum frequenti opera animum appulisset, statim conualuisse. neque solùm valetudinem bonam, sed etiam robur, atque adeò imperatorium animum consecutam. vt musæ etiam arma ipsa non solùm canãt, sed etiam parent. Talem habes Tyrteum quoque. Quin Phrynichũ, quòd in fabula saltasset aptè Pyrrhicam, ducem sibi creauere Athenienses. simul enim cum armatura numeri ipsi conjuncti sunt. Eodem fati vía beneficio Telesilla, victorem Cleomenem Lacedæmoniorum regem cum exercitu ad vrbẽ Argos aduentantem, dispositа in munimentis mulierum corona, multis interfectis summouit. Demaratum

Regem

Pierus Macedo.

Osiris.

Argiua Telesilla.

Poetarum modi tres.

Regem alterum, qui intus iam erat, armorum vi A expulit. Poetarum autẽ modi tres: secundum spiritum, secundum ætatem, secundũ subiectum. Spiritu diuersos esse ait tum Plato, tũ Aristoteles. Alios enim nasci tales, alios natos vel rudes, vel etiã feros atque auersos, furore rapi atque abstrahi à vulgari materia, deorum opera: qui dii ipsis tanquã ministris vtantur. Itaque idẽ Plato eos & ἐφ-

Platonis locus.

μηνίας, & ἐνθουσιαστὰς deorum vocat in Ioue. Quò fit vt minus valeat eius authoritas in libris politicis: qua authoritate barbari quidã atque hispidi abuti velint ad Poetas è republica exigendos. Qui si eorum libellos aliquot damnat: non propterea ea rendum est nobis cæteris partibus, quæ ab ipso quoque ad suorũ argumentorum cõfirmationem sæpenumero recitantur. Respiciat ipse sese quot B inepras, quot spurcas fabellas inserat: quas Græcanicũ scelus olentes sententias identidẽ inculcet. Certè Symposiũ & Phædrum, atque alia mõstra operæ precium fuerit nunquã legisse. Iccirco igitur inuocãt Poetæ Musas, vt furore imbuti peragãt quod opus est. Horum autem διττὸν duo adhuc genera animaduerti, Vnũ, cui cælitùs adhuc nit illa diuina vis, aut vltro nec opinanti, aut simpliciter inuocãti. Quo in numero Ieipium ponit Hesiodus: Homerus autẽ ponitur ab omnibus. Alterũ acuit meri exhalatio, educens animæ instrumenta, spiritus ipsos à partibus corporis materialibus. Talem ait Ennium Horatius: talem nos Horatium. De Alcæo atque Aristophane idẽ memoriæ proditũ est. Nec Aleman caruit ea calumnia. Sophoclẽ quoque Æschylo id obiecisse: Vinum, non ipsum, esse illius authorẽ Tragœdiarum. Ab ætate autẽ tria genera. Vetus illud priscum, rude, inculcatum: quòd sui tantum suspicionẽ sine nominis memoria reliquit. nisi in eo tanquam principem, Apollinem censeamus. Alterum illud venerandum, à quo primùm Theologia & Mysteria, inter quos Orpheus, Musæus, Linus: Olympum quoque inter vetustos Plato nominat. Tertii seculi Homerus author & parẽs: Hesiodus quoque & alii. Quanquam si historiæ non extarẽt, putare potueris Musæum Homero iuniorem: adeò ille cultior & politior est. Orœbãtium quoque Træzenium, itémque Phrygium Dareta ante Homerum floruisse scribit Ælianus: fuisque temporibus D illius Iliadẽ in honore habitam. Ante Orpheum quoq; & Musæum idẽ author est fuisse Syagrum poetam, qui Troianum bellum primus scripserit. Tertiæ classis Poetæ à professione, quod Græci ἐπαγγελτικὸν: Barbari nostri Philosophi Subiectum rectissimè: Latini paulò supinius, Argumentum vocant. Horum tot sunt genera, quot res ipsæ, de quibus suo loco. Artis tamẽ gratia ad summa tria fastigia reducantur. Primum est Theologorum: Cuiusmodi Orpheus & Amphion: quorum opera tam diuina fuerit, vt brutis rebus etiam mentem addidisse credantur. Secundũ genus Philosophorum: idque duplex, Naturale, quales Empedocles, Nicander, Aratus, Lucretius: Morale secundum suas partes, vt Politicum ab Solone & Tyrteo.

Diuersi generis duo genera.

Aetates & classes Poetarũ.

Oeconomicum ab Hesiodo: Cõmune à Phocylide, Theognide, Pythagora. Tertio loco ponentur ii, de quibus omnibus mox. Quæ autẽ de nobis dicta sunt, si ad mulieres referantur, nihil mutant. Sua enim illis quoque laus. Inter quas Sappho, Corinna Pindari magistra, Hedyle mater Hedylogi poetæ: siue ille Samius fuit, siue Atheniensis. mater eadẽ Moschyles, quæ item laudatum eãtu floruit. Megalostrata quoque, quam Alcman. & aliæ. Ad cuiusmodi verò iura sint referenda Cn. Martii, & Sibyllarum C mina, suum cuique iudicium relinquo. mihi cet seiungẽ. non enim facta narrãt, sed prædicẽ euentura. Theologiæ pars hæc, non simpl gnoscendi deos, sed tanquam diis cognita a di. Quod autem ad nostratia attinet: Bello P co secũdo Poeticã cœpisse Romæ primùm G lius ex quorundam sententia scripsit. Versus, quia lepidi sunt, ascripsi.

Punico bello secundo Musa pennato gradu
Intulit se bellicosam Romuli in gentem ferã.

Cæterùm constat Liuium Andronicum ant Fabulas dedisse, quàm Neuium: qui suas ad popu lum dedit anno quingẽtesimo decimo nono. His propositis atque digestis: aliquot solui possunt quæstiones. Quare dubitat Horatius, Comœdia sitne Poemata an quia humile, à Poeseos nomine iccirco amouenda? sanè iudicium ineptum. Tantum enim abest, vt Comœdia Poema non sit: vt penè omnium & primum, & verum existimem. In eo enim ficta omnia, & materia quæsita tota. Altera: An Lucanus sit Poeta. Sanè est. Nugãtur enim more suo Grammatici, quũ obiiciunt, illum historiam conscripsisse. Principiò, fac historiam meram: oportet eum à Liuio differre. differet antẽ vertu. Hoc verò Poetæ est. Deinde quis ne omnibus Epicis Poetis historiam esse pro a mẽto, quam illi aut adumbratam, aut illustr certe alia facie quum ostẽdunt, ex historia conficiunt Poema. Nam quid aliud Homerus? Quid Tragicis ipsis faciemus? Sic multa Lucano hã a: Patriæ imago, quæ sese offerat Cæsari: excitã ab inferis animam, atque alia talia. Quin equidẽ Liuium potius Poetæ nomen meruisse, quàm Lucanũ amisisse censeo. Nam quemadmodum Tragici rem ipsam denarrãt veram: personis actiones, D ac dicta accommodãt. sic Liuius & Thucydides interserunt conciones, quæ nunquã ab iis quib sunt attributæ, cognitæ fuerunt. Aristoteles quoque, qui hanc censuram acrius exercuit, vt verificatores à Poetæ nomine summoueret, inter loquẽdũ aliter vsus est. ὡς ἐποίουν, inquit, ἀμπεδοκλῆς. quare Empedoclem quoque, qui nihil fingit, appellat ποιητήν. Poesin autem & Poema, quidam, inter quos etiam Plutarchus, ita distinxêre, vt Poesis iustum sit opus: Poema pusillum. Ilias Poesis, Margitis Poema. profectò malè. Námque Poema est opus ipsum: materia, inquam, quæ sit. Poesis autem, ratio ac forma Poematis. vt habeas à tribus verbi personis totidem nomina. Poema ποιούμενον: Poesis ποιοῦσα: Poeta ποι-

Poesis Poema quid differ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ποίημα, ποίησις, ποιητής. Est itaq; Ilias, Poema: Homerus, Poeta: Ratio & Forma qua Margitis facta est, Poesis. Poetice verò ἕξις, id est, Habitus ex dispositione præceptiõũ, quibus docemur ad conformationẽ hanc, quã artem appellamus. Ita habes causas tres. Materiam, Efficientẽ: & in superiori commentatione Finem, id est, Imitationem, siue vlteriorem doctionem, nam quare non mihi liceat: si Plato dixit, Rectionẽ. Differunt autẽ Poemata tribus. Hi sunt. Quæ imitamur, quibus imitamur, & quomodo imitamur. Imitatur Medeã Ouidius in Metamorphosi, quã Seneca in tragœdia. Res igitur eadẽ, at versus quibus imitatur, diuersi; modus quo imitantur, diuersus. Quippe aliter in scena per personas dramata, aliter in Epico mistũ genꝰ videtur. Idẽ versũ in Æneide & in Tityro: Res & Modꝰ, alii. Idẽ modus in Tityro, & in Comœdiis: Res & versus nõ iidẽ.

POEMATVM PER MODOS diuisio, & eorum ordo.

Caput iii.

MOdi igitur sic diuiduntur. Alius in narratione simplici consistit. Quale est Lucretii Poema. Hoc Græci διηγηματικὸν, & ἐξ ὑποθέσεως, & ἀπόδοσις ὑποθετικόν. Alius est in colloquutionibus positus: Cuiusmodi in Comœdiis: à Græcis διαλογιστικὸν prima, & sũma ratione. nam vsu factũ est, vt traheretur ad significandũ disputationes. Quippe διάλογος nihil præter sermonẽ designat. Sermo autem vti dicebamus, ad animi cõmunicationẽ. διὰ enim transmissionẽ notat. vt διαφεύγω, διαμπερές. Quare Dialogi appellatę sunt solutæ orationes, in quib⁹ dicunt plurium, non autẽ duorum tãtùm, vt perperam à Grãmatici, referretur. Diuerbia in Comœdiis, vt ait T. Liuius. Dialogi autẽ inuentor videtur Xenophanes Teius, quẽadmodum ait Aristoteles. Nobilitauit hoc dicẽdi genus & argumentis illustrib⁹, & diuina oratione. Distorsit ad Mimicam, atque etiã Momicam lasciuiã Lucianus. Ac quemadmodum eam solutam dictionem, coluêre postea metris inclusam, quibus ederẽt Fabulas: ita primus Crates Atheniẽsis illis exoluit vinculis: Fabulãque sine metro dedit. Hoc genus διαλογιστικὸν, etiã ab gestu, & actione δραματικὸν appellatum fuit. δρᾶν enim Dorica lingua significat agere. Neq; illud obfuerit, quòd sedẽdo partes quædam expediuntur: nã & à maiore parte nominãdum fuit genus hoc dictionis. & in sessione quoque actio quædã est. Quare histrio, qui est imitator, cùm dicatur ὑποκριτὴς: Imitatiuum hoc item genus nõ sunt veriti quidã nominare: tametsi iidem vniuersæ poeseos finem agnouerint, imitationem. Mistum autẽ est, in quo & narrat Poeta, & introducit collocutiones. Græci μικτὸν rectè, κοινὸν minus rectè. Cõpositum enim è partibus est: at nemo dicat cõpositum esse partibus cõmune. Ipsæ nanque partes totum sunt. Alia quippe ratio, cùm dicimus, genus esse cõmune speciebus. Sanè genus pars est ipsarum: cõprehẽdit enim eas prædicatione, non ambitu. Modos iccirco diximus, nõ autẽ species. propterea quòd ii & simul cõueniunt, & miscentur: species autẽ nunquã. Dramatici autẽ genera cõplura: quæ mox suis locis digeremus. Antiquissimum, Pastorale. Proximũ, Comicum. è quo natũ Tragicum. Mistum autẽ Epicũ, quod iccirco omnium est princeps: quia cõtinet materias vniuersas. Horũ verò tractandorum ratio duplex: aut enim nobilitatẽ respiciemus, aut tẽpora quibus quicque exortũ est. Ac nobilissimi quidẽ Hymni, & Pæanes. Secundo loco Mele, & Odæ, & Scolia, quæ in virorum fortium laudibus versabantur. Tertio loco Epica: in quibus & Heroes sunt, & alii minutiores. Quem ordinẽ consequetur etiam Tragœdia simul cũ Comœdia. Comœdia tamen seorsum quartã sedem obtinebit. Inde Satyræ, post Exodia, Lusus, Hymenæi, Elegia, Monodia, Cantiones, Epigrãmata. Quòd si tempora putemus ipsa: Antiquissimum idẽ, & mollissimum, & simplicissimũ, & ineptissimum intelligemus. Præstat autẽ ab hoc auspicari naturã imitando, quæ ex simplicioribus cætera componit.

Dramatici genera.

PASTORALIA.

Caput iiii.

VEtustissimum igitur Poematis genus ex antiquissimo viuendi more ductũ esse par est. Tria verò sęculorũ genera: Pastoris, Venatoris, Aratoris. Ac venatores quidem, quia sunt in motu, minus ad verba propensi existunt. Quin neutiquã faustum putamus in venatu loqui: nedum vt cantus aptus iudicetur. Reliqua duo genera cantiones suas meditata sunt. Et sanè Pastores, quàm Aratores antiqui magis: quemadmodũ & Varro probat: & ex Thucydide colligi potest. Ad hæc Arator in opere: Pastor otiosus. Videtur autẽ modulatio in pastionibus inuenta primùm, vel Naturæ impulsu, vel auicularũ imitatione, vel arborum sibilis. Otium enim voluptatis, ac lasciuiæ pater. Natæ igitur duæ species Cantiuncularum. Altera cum singuli sub æstiuã reducti vmbram saturi canerent amores: Monoprosopos hæc. Altera quũ aut fortè, aut consilio cõuenissent ii, quos inter vel amor vel odium excitatum fuisset: aut esset æmulatio, obtrectatióve, propter vel cantum, vel gregẽ, vel amicam. Huius cãtus duo modi. Vnus quum sine numero certo, sine lege versus funderẽt: cui non est iccirco nomen impositum: quia vulgaris esset, ac liber, & naturalis, neq; tã quæsitus arte, quàm oblatꝰ vltro. Alter in quo sententias æmulas, versus & similes & pari numero reponerent. Quod iccirco appellarunt ἀμοιβαῖον: id est per vices responsus. Quod expressit Poeta.

Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.

Tametsi ἀμείβω verbum apud Homerum non coercet ea regula loquentẽ. vetus sanè significatio fuerat, mutandi. Quæ permutarentur, decuit esse æqualia. Hæc fuit causa vt ad fusiorẽ respondendi significatum admitteretur: quemadmodum in Originibus dictum est. Sicuti pecunia merci, & precium operæ par este censetur. Propterea

ἀμοιβαῖον.

Idyllia.

Eclogæ.

pterea verò quòd imitatione aliquid repræsentabãt: à specie, id est imagine, εἰδύλια ἐξαπὸ τοῦ εἴδους, ἤτοι ἰδέας dixêre diminutiuo flexu, vel propter breuitatem, vel ob modestiã ac rei humilitatem. Postea quũ quædã (id quod sapiẽtissimo cuique euenire solet) etiã suis authoribus displicuissent: ex incõdita turba eorum, quæ meditati non essent satis, quæq; subito calore excidissẽt, selecta quædã concinniora, ea de causa ἐκλογὰς appellare placuit. Horũ materia multiplex. vetustissima tamẽ videtur Amatoria fuisse: idque multis de causis. tum quia amoris vis à primordiis ipsis vltimis indita est omnibus animantibus à natura ob species perpetuandas, quæ in materia essent variabili corruptibiles. tũ quòd promiscuè pascebant vtriusque sexus mortales. Atque ij pecora quũ viderẽt coeuntia, illorũ exemplo facilè inflammabantur. Id quod & Theocritus lusit lepidissimis versibus:

ὦ πάλος ὄκκ' ἐσείδες μακέδας τὰ βατράχω τα,
πάντα τὰ θηρία μοι, ἄμμι τὰ πάντα δοκῆντι.

Postremò gaudiorũ atque amorũ numen idẽ Venus. Gaudia autẽ cantu, quàm quiuis alio affectu facilius atq; cõmodius cõparantur. Omitto lacte & carnibus saturã iuuentutẽ anni rẽpestate, locorũ solitudine, mœroris metũsque atque odii expertẽ, inuitatã, in veneris officia facilimè illectã: præsertim quũ nudi aut malè tecti magna ex parte agerẽt. Nam & virgines ipsæ tametsi amiciebantur, tamẽ erat eis eiusmodi vestitũ vsus, quas à re ipsa φαινομηρίδας appellabant. Quales etiam nunc spectamus in picturis Nympharũ; quibus brachia detecta, femora quoque apparent. Eius vestis originẽ inde ductam puto, quòd per initia caprinas pelles ad lumbos vtrinque cinxerint, ab humeris nodatas corio crurũ anteriorũ. quem amictũ in Satyris itẽ suo loco expressimus. Quid igitur facerẽt curis soluti, saturi, robusto vegetoque corpore atque exercitato? Primùm itaq; omnũ μαγωιδώτατον Amatorium. Huic proximũ Oaristyę: in quibus procus & puella de amore vel disputant mutuo, vel contendũt inæquali. Cuiusmodi est Idyllium mollissimũ atq; candidissimũ Theocriti. Post hæc famę ambitione, aut premiorũ cupiditate, aut obtrectatione exorta contentio impulit eorũ cantilenas in colloquia. A genere autem pastionum sortita sunt nomina. ac quanquã πομβὼ omnem cõprehendit custodiã, παρὸ τὸ ὀπίσω βοᾶν: tamen Opilionibus solis attributum maluêre. vnde & ποιμβοινὰ, ii cantus, quibus illi sese atq; alios oblectarent. αἰπόλια verò à capellis, quasi αἰγοπόλια, συβώνια à suibus. βουκολικὰ à bobus: quę & nobilissima habita est. Libyes tamẽ & Scythæ, Parthiq; ac Mysi: itẽ Persæ, Arabes, Numidæ armentarios equitii primãria laude dignos censuêre. Horũ in Græcia nomẽ nullũ. quãquã & in Thessalia summus equis honos haberetur: & in ipsa Bucolici carminis patrẽte Sicilia: id arrẽti genus adeò studiosè à natura datũ, ab indigenis cultũ est, vt aut nulli aut paucis nationib⁹ secũdũ esse cẽseatur. Huius poeseos inuentũ Persarũ tẽporе metiuntur. Antiquius. n. est. excultũ tamẽ an tunc fuisse iudices, fabulã subnectã. Persæ bello Græciã quũ premerent: Dianæ Caryatidis, quæ sacra à virginibus fieri consueuerãt, super intermissa. Quocirca agrestiũ aliquot in fanũ officio ergò sese intulerunt: & peculiaribus cantiunculis Dianę laudes dixêre. Quos cãtus cũ vi probativel religio iussisset, vel numerorũ lepor persuasisset: ex casu mos, deinde etiam lex facta est. Caryatidis autem cognomẽtum à Lymiæ vico, cui Caryę nomẽ erat. Ex quo verbum quoque saltationis καρυατίζειν, quẽ modũ edoctus fuisset ab regionis illius principibus Castore & Polluce. Nunc & modi & vici nomen interiit. Quinetiã Spartæ ac Lacedæmonis vocabulum ignota. Appellatur enim locus nũc à Turcis, Σπάρτα. verum quemadmodũ de tẽpore non conuenit: ita de loco disceptant iidẽ Græci. quippe nonnulli in terra Sicilia eius carminis natalia profitẽtur. Orestẽ è Scythica Taurorũ gẽte Dianæ signũ deferentẽ, oraculo monitũ, elui debere septẽ fluuiorũ, qui vno de fonte erumperent, aqua. Cuius rei gratia in Italiam quũ venisset, prope Rhegiũ inuentis amnibus, lorum, inde in Siciliã profectũ, in pago quẽ Tyndaridẽ etiam Strabo nominat, Deæ signũ statuisse: numinisque laudes vnà cũ agrestibus, à quibus exceptus fuerat, non sine cãtibus instituisse. Neque verò mirũ à Græcis cò deductũ Orestẽ, qui eũ in lucũ quoque apud Aritiã, qui fuit ad Appiæ viæ dextrã, perpulêre: vbi ritu Scythico solennẽ Tauricæ Dianæ morẽ faciẽdi cõsecrarit. Aliam præterea afferunt fabulã. Syracusis orta seditione mutuis vtrinq; cladibus exercitã occidionẽ. ab iis qui reliqui bello fuissent, Dianæ placandæ consiliũ initũ: ad quã ciuitatis calamitatẽ, tũ quã authorẽ referebant. Itaq; agrestiũ frequentia Deę tẽplum donis auctũ. Numinéq; & sacrificantionibus pacato, initiũ factũ anniuersariæ festiuitatis: ac propterea Dianã Lyã cognominatam. contrario sanè vsu atq; accipimus nos. Luẽ nanq; morbũ dicimus, cuius vi corpora soluantur. Illirita Deã nuncuparũt, propterea quòd interstinã discordiã sustulisset. Alii cognomen hoc vt & fatẽtur, & attribuũt: ita rationẽ causámq; assignãt aliã. Ante Hieronis regnũ graui morbo quũ laboraret insula, ad auertruncandã numinis iram ludos passim per agros, in quos captã dæ liberioris auræ gratia sese contulissent, institutos: Dianámque tum ea de causa Lyã, quæ morbum luisset, appellatam. Apud quosdã non Luæ, sed Phaselidis nomen inuenias. quod nomen Antiphemus è Græcia in Siciliã importarit. nunquę huius frater Lacius Argiuus coloniam duxit in montana Colophoniorum Mopso duce. Ibi terram emit à Cylabra pastore indigena in quo oppidum cõdidit nomine Κακύλιον. Antiphemus autem suis auspiciis cum sacris, & diis patriis in Siciliã coloniã duxit; vbi Gelam vrbẽ ædificauit, Dianæq; ludos celebrauit: quã in Mopsi memoriam ita cognominauit. Quare & Mopsi nomen in pastorali carmine frequẽs est. Conuenit

Phasel.

Mopsus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter maiorũ authorum partem, in Sicilia A
inuentum carmen eiusmodi, appellatúmque βουκολικόν: cuius verbi deductiones aut flexiones
ãa apud Theocritũ inuenias. Propositis verò
ũæmiis certare consueuisse priscos. cæterùm
vasis, aut bucula, aut capro, aut eiusmodi.
mni posterorũ vel luxuriæ, vel opulentiæ
sed pane, in quo essent ferarũ expressæ ima
psi aut stantes, aut sedentes, aut ducentes
cum pera erant omniũ seminum referta
re. quod Græci πανσπερμίαν nominant. Ha-
int etiã vinũ in vtre caprino: & ad manum
rculum pastoralẽ, quod Latini Pedum, ab vsu
endi atque adhærendi, Græci κοπάζοντα,
natione λαγωβόλον vocãt. etiam κορώνη di- B
clauæ specie, quam præ se fert crassitie ca-
ata. Nodosus erat præterea, cuiusmodi descri
psit Maro, & nos nunc quoque videmus è spino
arbore, aut corno, æneis circulis obeuntibus, at-
que vmbilicis adornatũ. canebant autẽ corona-
Ceruorũ quoque cornua proposita illis certa-
minibus legimus. Victi victor panẽ, perã, vtrem
inferebat: atque ex eo libabat Musis. Victus ab-
bat per suburbia ac viculos: neq; enim ei vrbẽ
ingredi licebat. Panẽ quoque rogare ad vescen-
dũ ex præscripta lege mos fuit: quippe qui suum
iusto in certamine amisisset. Victor vrbẽ adibat
Syracusarum: in qua manendi, quoad ei liberet,
ius fuit. Tantùm verò aberat vt panem rogãdo C
victi conditione vteretur, vt vltrò ciuiũ limina
tum frugibus tum vino aspergeret, porriciens
libamenta cum cantu hoc:

Νύξατε τὸν ἀγαθὸν τύχαν, Νύξατε ὑγιείαν,
τὸν αἰγοβοτᾶν παρὰ τᾶς θεοῦ, τὸν εὐβοσίαν τε πλείαν.

quibus percipiamus carminis lusúsque ori-
à pestilẽtiæ sedatione: quũ in iis sanitatem
verbis conceptis profitebantur. Transiit
de in artẽ lusus, atque etiam in quæstũ abiit.
imire igitur prouincias, & certare in Italia,
qui se εὐκολιαστὰς prædicarent, atque alio nomine
ἀγυιατάς. vnde & Ludionũ vox perpetua mansit
Latinitati. Inter quos ea tẽpestate præstitit Da-
phnis adeò vt heroũ ritu, à pastoribus certatim
eius interitus fuerit celebratus. Sanè fratris quo-
q; tumulũ sub eius nomine auxit diuinis carmi-
nibus Poeta. Fuit ille Mercurij & Nymphę filius D
ni nomẽ dedêre natalia: in laureto enim editũ
erunt. Vaccarũ armentũ habuit eodẽ è semine,
cuius illę quoque, quas Homerus Soli sacras esse
canit in Sicilia. adamatũ à Nympha perditissi-
mè: quæ ei cæcitatis prædixit calamitatem, si a-
morẽ suum alterius pollueret consuetudine. A-
liquanto pòst tẽpore filia Regis eũ, quòd esset o-
mniũ pulcherrimus, quum deperiret, neque alio
commẽto potiũdi spes esset, vino affectũ corru-
pit, inde bucolicæ cantiones ex eius infelicitate.
Aiunt à Stesichoro poeta Imeræo eiusmodi ar-
gumentũ tractatum primũ. Vtebantur autẽ mu
sico instrumẽto: quam Græci à sibilo σύριγγα, La-
tini ab hiatu Fistulã nominant: materia arundi-
nacea, aut à cicutis petita. Singulares primùm A
tubuli, mox bini cohærentes lino & cera. Setas
quoq; (vt ad manũ essent, quàm linũ magis præ-
stò) pro lino in vsu fuisse arbitror. Postremò ad
septenos vsq; magnitudine omnes inter se im-
pares, sed proportione certa ad alæ figuram: in
summo, quà inflabãtur æquales, inæquales quà
exit spiritus. Descripsit & materiam & modum
& numerum Poeta illo versu:

Est mihi disparibus septem compacta cicutis, Fistula.

Dispar enim hîc nõ ad numerũ: numerũ enim
designat proxima voce, *septem*: sed ad quantita-
tem continuã. Materia aũt declaratur à cicuta.
Neque enim verũ est quod ait Seruius, cicutam Cicuta.
esse internodia calamorũ. Sed frutex omnibus
notus caule aut vacuo, aut ea medulla, vt facilè
exenterari queat. Ita Poeta noster modestè con-
tẽtus fuit veteri numero. Græcus audaciã exer-
cuit: vides enim apud Theocritũ (Theocritúsne
ille sit an alius, alibi declaratũ est) ingentem
numerũ. Eam verò pinxerunt Romæ recentio-
res admodũ ineptè, tanquã in vtrẽ cãnas omnes
iniicientes: propterea quòd ignorabãt id, quod
mihi quoque haud satis cõstat, qua ratione, quã
ue celeritate possent distãtia tubulorũ ora per-
currere non inepte. Quæ nunc Organa vulgò
vocant, & referunt priscã Syringa re ipsa, & ar-
tificio ac suauitate superãt. Fistulæ inuentorem
Poeta deũ Pana cecinit: cuius comites cõgene-
C res Satyri, cùm etiam Tityri dicerẽtur. iccirco
qua canerẽt, arundinẽ etiã Tityrmũ Dores no-
minarũt. Tityros Ælianus (aliíq;) Liberi patris Tityri.
expeditionẽ & comites & socios scribit: atque
ita docet appellatos, ὅτι τῷ πατρὶ συνεπόμενοι, quibus id
genus biforme gaudeat. Galli & accolæ insula-
ni ex calamis fistulã fecerũt olim, quũ alii ex a-
uena cõpegissent. Afri autẽ Nomades non fistu
la, sed tibia canebãt in equarum pascuis. Ea erat
è lauro delibrata, atq; emedullatæ stridore per-
acuto, atq; hinnitũ maximè referẽte. Fuêre au-
tem agrestiũ carminum genera cõplura. nanque
aliter pro frugibus, pro vindemiis alia medita-
bantur. Diuersi quoq; aut moduli, aut materiæ,
quũ starent, quũ sederẽt, quũ gregẽ (sicuti dice-
bamus) agerẽt. Sic legim⁹ apud Theocritũ ὠδὰς
αἰγειρώτας: quod carmẽ παραδεικτικὸν appellabãt, quo gre
gẽ aut in pastũ, aut ad stabula redeuntẽ prose-
querentur. In eo pecora alloquebantur, canibus
animos addebãt à luporum insidiis vti cauerẽt.
Gregis principem arietẽ monebãt: pollicebã-
tur sequentis diei pascua lætiora, eáque omnia
condiebãt vel iocis, vel hilaritatibus. admisce-
bant interdũ amorũ narrationes vel suorũ, vel
sociorũ, vel riualiũ. Huius παραδεικτικοῦ inuentum
aiunt Diomi fuisse poetæ Siculi, cuius Epichar-
mus meminerit in fabula Halcyone, & in Vlys-
se naufrago. Tale carmen illud nostrum est:

Ite meæ procul ista focus præruptaque capellæ
Ad virides cytisos, & potum rore salictum, &c.

Huius generis illud extitit poema, quod com
posuit Eriphanis poetria Menalcæ venatoris a-
more capta. per varios enim sequuta saltus, ca-
nens

nens semper atque sæuitiam obiiciens, νόμων
inscripsit. Eius paucula illa extant verba, μακραὶ
ὧραι ὦνερ μᾶλλον. Quum verò æstiua in vmbra
otiosè agerent, aut hyberno sole apricarentur,
narrabant anni tempestates, tum autem pericu-
la noxiósque euentus deprecabantur. Exhorta-
bantur ad initum mares, fœminas ad fœturam.
amores suos vel votis, vel precibus, vel cõque-
stionibus, vel assensionibus designabant. vi-
ctorem in pugna taurum aut arietem collauda-
bant. Inter se certabant aut amici virtute, aut i-
nimici odio, aut æmuli obtrectatione. Materia
prorsus communis, laudes, vituperationes, con-
uicia, criminum obiectiones. Haud dissimile πορ-
δικῷ Hippolyti carmen apud Senecam in Tra
gœdia, quo canes hortatur ille suos. cæterùm
dedit hoc poeta scenæ. Nam quemadmodum
diximus, nos in venatu tanquam cælitus demis-
sam legem, silentium veneramur. Theocritus
etiam põpas descripsit: etiam alia alii. hymnos,
Herculillum, & similia. Virgilius præter vulga-
ria argumenta Silenum pinxit vniuersa penè
natura, ac serie fatorum. quod ne quis vitupe-
ret è Criticis, qui paucula de recentioribus di-
scunt, de priscis multa iudicant temere: ponam
hîc rationem, quam ex quindecim Commenta-
riis nullus inuentus est qui agnouerit. Sanè ve-
Virgilius terum monumentorum præter cæteros morta-
les sciẽtissimum vbiq; diuinum illum virũ præ-
dicauimus, atque ita verum est. Quò enim quis
doctior est, eò maiorem in eius scriptis depre-
hendit eruditionẽ. Itaque etiam in alia Ecloga,

Si canimus syluas, syluæ sint consule dignæ.

Syluæ Nam etiam syluarum curam fuisse inter offi-
cia Consulis memoriæ proditum est. quemad-
modum apud Tranquillum in Cæsare legimus.
id quod quum ab Senatu ad occupãdam extorti
consulatus authoritatem decretum esset: post
syluarum mentionem, ait, *syluæ sint consule dignæ*:
vt quantum depressisset Consulis dignitatem
Senatus ad syluarum vsque humilitatem, tan-
tum suis versibus, nouáque materiæ dignitate
extollat ipse syluas ad fastigium consulatus. De
Sileni cantus Sileni quoque cantu sic scriptum est apud Ælia-
num ex Theopompi historiis. Apud Midã Phry
giæ regem multa ac præclara ex antiquorum o-
pinionibus atque placitis enarrata. Alterum ab
hoc mundo mundum existere: ínque eo va-
ria, quæ inde petenda sint. Ea verò quum essent
ἄπορα homini ciuili, emolliunt Poeta fatali sua il-
la dexteritate. Neq; verò ex Theopompo solùm
agnoscas Sileni numẽ naturę fatíq; peritum: sed
ex Athenienſium quoque atque aliorũ Græco-
rum persuasione. quemadmodum cãdidissimè
docet nos in suo sympolio Plato. In vindemiis
autem Bacchum venerabantur: ὀπωρίδια voca-
bant, tanquam ad torcularia festum celebrãtes.
Extat elegantiss. poematiũ Tibulli carmine ele-
giaco. In messe autẽ Cererẽ & Liberã plurimùm
in ore habebant. Quod argumẽtum idem poe-
ta paribus numeris simili expressit cãdore simul A
ac cultu. quod genus carminis nominabãt ἴυλον.
Extant verba concepta quædam, πλόκιον ὅλον ἴυ, ὅ-
λον ἴυ. Spicam enim veteres sic nominabant ab
aceris tenuitate atque aristularũ. quare Lanam
quoque eadem voce ob florum frequentiam.
Atque iccirco lanificarum bencominantiũ can-
tiones hoc item ipso vocabulo dictas memoria
prodidêre. Messorũ autem cantus λιτυέρσης fu
quemadmodum apud Theocritum scriptũ e
Ferunt Midæ Phrygis Lytiersam Celænas ha-
bitasse. Eum agrorum cultui quum præter mo-
dum studeret, viatores ad conuiuia inuita-
tos cogere solitũ, vt secum essent in opere m
sorio. pigriores etiam verberibus afficere. Ai
addunt defatigatione sopitos etiã obtruncare
eorúmque capitibus abiectis, tum inter manipu
los cõditis cadaueribus, canere. Nonnulli aiunt
in messe nimio studio captum atque delassatum
labore interiisse. Quidam ab Hercule præter-
eunte, atque de more inuitato victum interfe-
ctúmque, ac in Mæandrum fluuium proiectum:
redarguitur hoc temporum supputatione. Non
enim Midæ atque Herculis sæcula conueniunt.
Quocunque fato vsus sit, illud constat: colónos
ad patris solatiũ lugubrem cantum condidisse,
quem posteri anniuersario cultu ad aras mes-
sorias celebrarent. hæc apud Phrygas. Maryan-
deni autem, qui populi sunt finitimi Bithynis
simili more, alia fabula, eadem anni tempestate C
facere consueuere. Borcon, alii Borimon scri-
bunt, puerũ à messoribus aquarum missum nus
quam comparuisse. Id quod verisimilius est, si à
messoribus memoria repetitur, quàm quod ali-
qui tradunt, ętatis tẽpore in venatione periisse.
Pro his tamen facere videtur, quòd Vpii regi
filius esset, qui Iolę quoq; & Maryandeni pa
fuit. Quare mendacio propius existimetur, eos hi
messoribus lixæ officium pręstitisse. Nam qua cum
obiici posit in historia superiore de Lytierſa,
qui item Midam regem patrem habuerit, id ita
defenderim: spurium enim illum prodidêre. Cæ
terùm vetustissimã tenuisse consuetudinem pa
làm est, qua priscorũ Regum liberi armẽtorum
custodiis apponerẽtur. sicuti de Paride atq; Ga
nymede scriptum est. Is cantus Borimos, seu D
Borcos magis placet, à pueri nomine dicebatur.
Haud sanè huic absimilis, quẽ Adonima, & A-
doniasmon, & Adoniacæden vocabãt apud Ægy
ptios in Adonidis memoriam. cuius fabula nota
est, & consuetudo, tum ex Theocriti poematiis,
tum ex aliorũ monumẽtis. Sicuti cãtus ille gen-
tis ciusdẽ Maneros dictus ab eo, qui ipsis agricul Mane
turę author extitisset: quẽ etiam musarũ discipu
lum autumant. ἀμαυρόεις in Pausanię codice scri-
ptũ est. In Sicilia verò poema Persephate dice-
batur, quod quotannis caneretur Cereri Liberã
quæritãti. Tale apud Theocrit. Herculis in Hy-
lę desiderio. Fuit & in vsu illud, quod in Horarũ
gratiã cõcinebatur: cui⁹ authorẽ aiunt Theod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colophonium. Eæ autem horæ, sint ne, quibus dimetimur diem, an ὧραι quæ distinguunt anni tempestates: non est laborandum. Hæc origo, genera, causæ agrestium cantionum: quæ suis locis quemadmodum sint conficiendę satis declaratum est. Hic enim historias tractamus tantùm.

Caput v. Comœdia et Tragœdia.

AB his orta postea Comœdia est. Quare Theocritus cõmuni verbo vsus est & pastorali, & scenicę actioni. κωμάσδω ποτὶ τὸν ἀμφιγυηλίδα. Ac quemadmodum Siculi Bucolicum sibi vindicarunt: ita etiam se gerunt pro Comœdiæ authoribus. Quippe iactant se Magarensium colonos, suúmque ciuem Epicharmum profitẽtur, qui ante Chonnidam & Magneten vixit: vt fallò his attribuantur initia Comœdiæ. Neque verò solùm asserũt natalia, verumetiam & cultum, & nobilitatem: siquidem eius Poematis laus, atque gloria penes Phormin & Epicharmum stetit, qui primi rudem ab antiquis acceptam dicacitatem fabulis insertis, ei quasi animam addidere. Aliud afferunt argumentum. Nam quod Attici κατὰ κώμας dicũt, Dores ϝρατρίας: vnde Dramata. Quod illi δήμους, Dores κώμας: vnde κωμάζειν, quod est per vicos vagari animi gratia. Id à cœna faciebant, vt remitterent animum post negocia diurna. Ientatione enim præparca ac minima cõtenti (à quo etiam Ientare verbum, ὅτι δεῖ ἰέναι, & vt Dores loquũtur ἰέν) haud multò largius mendabant: quod ab hora mediæ diei, in qua eũdum caperent, appellarunt. Prandium autem, iterum ad opus parati essent illico: qua ratione à Græcis δεῖπνον dictũ est, ὅτι δεῖ πονεῖν. suo quisque in opere reficiebat eo cibo vires. quo perfecto in sero diei lautius largiúsve sese accipiebant, tum vberiore epularum apparatu, tum familiarium atque affinium societate. Iccirco cœna dicta, quia κοινῇ vescerentur: non priuato demenso diurno. Græci δόρπον παρὰ τὸ δόρυ πάθειν: militaris sane vox: non enim curarent corpora, neque arma deponerent, nisi opera absoluta. Iuuentus ergo vacui temporis otio, atque licentia noctis abusa, secura imperiorum vel heri, vel patroni, vel parentum per pagos (nondum enim in vrbes conuenerant) discurrere. Qui mos cum ipso nomine simul ad nos deductus est. Legimus enim apud Liuium comessationes. Inde ii lusus, quos vicatim exercerent, περὶ τὴν ὠδὴν καὶ τὰς κώμας, aptè Comœdiã dixêre: quoniã non in pascuis, aut in aruis, aut ad tumulos, aut ad aras canerẽt. Habes aũt huius significationis vestigia in mutilis versib⁹, qui extãt Epichar. Ἐκ δὲ δυσίας δοίνη· ἐκ δοίνης πότος· ἐκ πότος κῶμος, ἐκ κώμου δυσνία· ἐκ δυσνίης δίκη· ἐκ δὲ δίκης πάθη τε, καὶ σφάκελος, καὶ ζημία. vbi κῶμον è potu, ex Como insaniam ortam scribit. Theopompi quoque verba subnectam ex libro LIII. historiarum, de Philippi Macedonis intempestiua incontinentia. καὶ πολὺ μὲν τὴν νύκτα πᾶσαν, καὶ μεθυσθεὶς ἤδη καθ' ἡμέραν ἐκώμαζεν. vt fuerit sub lucem vsque comessatio, tanquam Acerræ illius, quem facetè describit Martialis. Lucianus quoque in Discategorumeno, Lunam ait splendere τοῖς κωμάζουσι. Ἐπικωμάζειν autem verbum est, sicut apud Hippocratem, ὑπερκράτειν: cum repetitur Comessatio. alia sanè res à Repotiis: quemadmodum in Originibus declaratum est. Eius vocis notionem expressèrе per aliud verbum, βαλλίζειν: quod rarius quidem est. Fortasse & lenones Balliones inde. Eo verbo & Alexis, & Sophron, & Epicharmus vsi sunt in suis comœdiis. Quemadmodum verò in cæteris quoque ita vsu venit: vt tempus artium sit & lima, & lex: politioribus deinde sæculis in artem redacta, certísq; præscripta limitib⁹. Itémq; cõstituta loca ac tempora, in quib⁹ ageretur. Nam quod aiunt Apollini Nomio, i. pastorali per cõpita & vicos cantatum carmen, à quibus appellata sit Comœdia: id postea contigisse arbitrandum est: neque tam tunc originem extitisse, quã ortæ rei cultum quendam. Ne erremus cum Idomeneo: qui ausus est affirmare, Pisistratidarum inuentum esse διαλίας & κώμους: id est hilaritates, & facetias. veteri enim licentia ab aliis inuentas & inchoatas acceperunt, atque excoluerunt. Par Varronis lapsus. neque enim vt arbitratur, iccirco dictam putes, quia iuuenes quæstus gratia vicos circumire soliti essent, in quibus fabulas recitarent. In vicis enim prius nota fuit, quàm circumlata. Et profectò lusus quoque quàm quęstus prior. Quemadmodum ne id quidem verum. Ab Epicharmo inditum nomen hoc: quum exul in Co insula scriberet id genus Poematis. Ab aliis enim cum re simul nomen acceperat: quam ingenio suo fecit ille cultiorem. Tragœdiam verò esse rem antiquam constat ex historia. Ad Thesei namque sepulchrum certasse Tragicos legimus. Non tamen, quod tradunt, Tragœdiam comœdia vetustiorem. Nam & res lætæ in cantionibus quesitæ prius: & prius nuptię, quàm interit⁹: & potationes, quàm sobrietates: & communis sermo, quàm ampullatus: & pastoralis vita, quàm Regia. Probatio quoque falsa. Aiũt enim Iliadem priorem Odysseа. Iliadẽ Tragœdię modulum, Comœdiæ Odysseam. Nam vt taceam, quod possit disceptari, vtra sit scripta prior: legendum prius Odysseam censeo. Est enim remissiore stylo. Adhæc, non omnia ad Homerum referenda, tãquam ad normam, censeo: sed & ipsum ad normam. Præterea quis nescit Odysseam esse verisimam Tragœdiam? In Iliade autem nullũ Tragœdiæ filũ: si totã simul consideres. vno enim tenore perpetuę mortes. Iam incipit à peste: quæ plus hominum absumpsit, quàm vniuersum bellum. Ea desinit in vnius tãtùm morte: à cuius nomine nulla inscriptio.

ptio. Et quum sit inscriptum opus Ilias, non interit in ea Ilium, sed in Odysseа. Contrà in Odysseæ tractu vnus tantùm moritur Elpenor, isque ebrius. Nam cæterorum sociorum interitus vnico penè verbo inuoluitur sine affectu vllo propemodum. Iam est imago nuptiarum, conuiuia, cantus, saltationes. In fine autem & proci interficiuntur: & interuenit θεὸς ἀπὸ μηχανῆς: quod Tragœdiæ proprium est. Postremò irridet eos Aristoteles, qui vnum corpus vtramuis esse putent, tanquã fabulã vnam. Sed multas ex vtraq; fabulas confieri posse censet: propterea quòd & multæ partes, & multa ἐπεισόδια. Iccirco veteres excerpta toto ex corpore quasi quędã mẽbra recitabant. Pugnam ad naues: Catalogũ: Animarum euocationem: Quæ apud Circen acta sunt: Arma Achillis: Procorum cędes, atque eiusmodi: quæ sunt in Rhapsodia à nobis declarata. verùm nihil non audent iudicare Grammatici: postquam arti suæ tertiam partem κριτικὴν adiecêre. Non enim tanquam Grammaticis iudicium illud esse potest attributum: sed existimandum est primi Philosophi officium: penes quem vnum ius est omnium scientiarum. Quare stultissimè nobis Grammatici nomen imponunt ex libro nostro De causis linguæ Latinæ. Omnia enim illa ad libellam Philosophiæ appensa sunt. Nam quemadmodum probare potest artifex principia sua? Atqui probamus ibi nos, quæcunque à Grammaticis pro notis accipiũtur. verùm ita meruêre Aristotelis obtrectatores, vt nihil nisi loquantur. Neque verò Homerus ipse tam docuit vel Comœdiam vel Tragœdiam, quàm est edoctus ab agrestibus atque aniculis in Ithaca & Chio & alibi, fabellas, quas operibus intertextas accommodaret. Argumento Hesiodus est, qui & illo maior natu fuit, & in agro vixit, & in vicis cecinit. Itaque Aristoteles non dixit prius inuentam Tragœdiam, sed prius excultam. Serò enim Comœdiam expolitam. Trogœdiæ verò & Comœdiæ genus vnum cõmune, commune vnum nomen, Fabula. Certè hæc haud longè abest ab ea sententia, quam introduxit tantùm, non etiam definiuit Plato in Symposio. De Comœdia illa quoque falsa Grãmatici docuêre: quia esset poema positum in imitatione, totum in gestu consistere atque pronunciatione. Profectò nihilominus Comœdia est, etiam quum legitur vel tacitis oculis. Quin gestus recitantium solus est: non omnes verò qui legunt, recitant. Præterea nimis iam sæpe dictum est, imitationem vniuersæ poeseos finem esse. Comœdiam igitur sic definiamus nos, poema dramaticum, negotiosum, exitu lætũ, stylo populari. Errarunt enim qui Latinis sic definiuêre, priuatarũ personarum, ciuilium negotiorum comprehensio, sine periculo. Principiò aliis quoque fabulis conuenit non dramaticis, quæ simplici narratione recitari possunt. Deinde in Comœdia semper est periculum, alioquin exitus essent frigidissimi. Quid enim est aliud periculum, quàm imminentis mali aditio siue tentatio? Præterea non solùm pericula, sed etiam damna lenonibus, & riualibus, & seruis, & heris. quemadmodũ in Asinaria, & in Mostellaria, ipsi quoq; heri malè mulctãtur. Adhęc Prætextatas comœdiæ nomine appellare nequeant ex ea definitione. nõ enim sunt priuatę personæ. Postremò & Mimis est communis definitio Satyręque dramaticæ. Primus Crates Athenis diuerso metro Comœdiam in soluta oratione. Quum igitur vnum sint Comœdia, & Tragœdia, quod ad modum attinet: De Tragœdia, quoque hoc in loco scribendum est, communi narratione: quoad suas cuique personas atque actiones postea assignemus.

Caput vi. Tragœdia.

TRAGOEDIA, sicut & Comœdia in exemplis humanæ vitæ conformata, tribus ab illa differt, Personarum conditione, fortunarum negotiorúmque qualitate, exitu. quare stylo quoque differre necesse est. In illa è pagis sumpti Chremetes, Daui, Thais loco humili: Initia turbatiuscula: fines læti. Sermo de medio sumptus. In Tragœdia Reges, Principes, ex vrbibus, arcibus, castris. Principia sedatiora: exitus horribiles. Oratio grauis, culta, à vulgi dictione auersa, tota facies anxia, metus, minæ, exilia, mortes. Memoriæ proditum est, Euripidem ab Archelao rege Macedoniæ cuius in fide, ac clientela esset, rogatum, vt de se Tragœdiam scriberet: Ne, inquit ille, Iupiter, ne tãtum mali. Nomen traxit ab hirco nullam aliam ob causam, nisi quia in eius numinis honorem ageretur eiusmodi fabula, cuius victima esset hircus. Eo igitur victores donati rem illi diuinam cum facere. Primùm sanè agi cœptam vindemiarum tempore scriptum est, vnde occasio data Grammaticis vti παρὰ τὸ τρύγημα nomen ducerẽt, quasi τρυγῳδίαν, quam vocem integram etiam apud Aristophanem habes, ἀχαρνέσι. Qui eam primus dederit, haud ita pro comperto habetur, satis constat illud, à Thespi poeta factam nitidiorem, qui primus pensiles scenas in plaustris circumegit, addidítque nudis oribus fæcem pro persona. à quibus fæcibus vinaceis alii Tragœdiæ nomen deductũ maluêre. id enim significat τρύξ, quemadmodum τρύγημα vindemiam. Falluntur tamen hi quoque, quũ ipso Thespi nomen hoc fuerit antiquius. Disceptant hîc Grammatici, vtrius fuerit fæx, vinine an olei, & addunt fatali more suo nugas, fæcẽ esse aquaticum humorem vini. Sanè in vino nihil longius ab aquæ natura distat, quàm fæx, vsque adeò vt etiam lapidescat. Tartarum nostrates dicunt medici. Arabes quoque vini, & aceti, atque eiusmodi liquidiorum, Durdi vocant: olei verò sicut nos, a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A murcam, ita illi Thesal. Hoc nomen, hæc origo. Definitio autem apud Aristotelem hæc, μίμησις πράξεως σπουδαίας, καὶ τελείας μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ δι' ἀπαγγελίας ἀλλὰ δι' ἐλέου, καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. Quam nolo hic congregare aliter, quàm nostram subnectendo. Imitatio per actiones illustris fortunæ, exitu inci, oratione graui metrica. Nam quod harmoniam & melos addunt, non sunt ea, vt philosophi loquuntur, de essentia Tragœdiæ. Etenim Tragœdia in scena tantùm esset, eadem extra scenam non esset. Quod autem dixit, μέγεθος ἐχούσης positum est, ad differentiam Epopœiæ, quæ quando prolixa est. Non tamen semper. cuiusmodi vides apud Musarum. Præterea κάθαρσις vox neutiquam cuiuis materiæ seruit. sicut μέγεθος, mediocritatem significat hîc. Paucis enim versibus nequit satisfieri populi expectationi: qui eo conuenit, vt multorum dierum fastidia, cum aliquod horarum hilaritate cõmutet. Quẽ admodum inepta quoque est prolixitas: adeò vt facetè dicas illud Plautinum,

Lumbi sedendo, oculi spectando dolent.

Cap. vii. Comœdiæ Species.

HAE sunt origines tum comœdiæ, tum Tragœdiæ: deinceps vtriusque & species, & partes videamus: à Comœdia verò incipiendum est. Eius ergo differentiæ aut à temporibus, aut ab argumentis. Itaque tres Comœdiæ narrantur ætates, vna vetus, quo tempore summum imperiũ penes populum fuit. Hoc licuit illius sęculi Poetis risum aucupari quocunque genere iocorum, siue ii sale, siue habitate aspersi essent. non enim æquo solùm, sed etiam libenti animo audiebat populus, quæ in iudicum iniquitates, prætorum mala vel facinora, vel euenta, prauorum ciuium corruptos mores dicta iacerentur. Id tum impune fuit maledicis poetis: quasi malæ famæ metu deterriti componerent animos auios à virtutibus atque appellerent ad frugem bonam. Grassabatur ergo ea licentia in omnes ordines, ætates, sexus, conditiones impunè: idque non in transcursu tantùm, sed integro fabularum tractu, ac primario studio. Quod in Ranis, & in Nubibus cõstat Aristophanis. Vexatio autem illa tametsi sparsim, atque vt sese res daret, exercebatur, ipsi tamen choro potissimum est attributa. Habuit autem hæc quoque vetus ætates duas. Quippe sub Sannyrione, cuius nomen primũ inter priscos celebratur, inconditæ partes, ac personarum introductiones. neque lex erat earum numero posita. Primum ferunt Cratinum, & partes distinxisse, & actus disposuisse, & ad tres tantùm personas numerum astrinxisse. neque tamen ab eo tam exactè hanc operam positam, quàm studiosè susceperat: perfectam postea ab Aristophane. At si quis accuratius huius quoque operam perpendat, inueniet partes diuisas, neque dispositas per actus ad eum modum, quem successores instituerunt. Quin alia quoque ratione inuenta est sibi dissimilis, scilicet pro cuiusque ingenio poetarum: quæ ad trium tantùm iudicia digesta sunt, Cratini, Aristophanis, Eupolidis. Omnium enim vnus cum esset scopus, taxandi nimirum atque irridendi, non vno modo sunt prosecuti. Cratinus acer, & aperto nudóque telo. Eupolis grauis, & confictarum nouitate personarum sustinens acerbitatis suæ venustatẽ. Aristophanes cum risu mordax, nihil sine facetiis impingens. vt & hinc discant Iuuenalis obtrectatores, non esse, quod iactant, verum. Aiunt enim illius affectatione illatam labem Satyricæ venustati. Quam lenem, ac placidè fluentem videas in Horatio, in Iuuenali asperam, ac temerariam. Non enim reprehensorem, aut obiurgatorem esse Satyrũ, sed subsannatorem, & irrisorem. haud ita est, quemadmodum suo loco diximus. Videmus enim hîc, veterũ & vsũ & iudicium quod ex veteri comœdia in Latinis Satyris pro lege habendũ est. tales enim fuere & Eupolis & Cratinus. Aristophani verò propior Horatius. Attritis deinde populi opibus, reductáque illius insana & licẽtia & inconstantia ad Tyrannicam paucorum libidinem, continuit poetas metus potẽtiorum in officio benedicendi. Quocirca sublatus chorus fuit: cuius illæ videbantur esse præcipuè partes, vt potissimùm, quos libèret, læderent. Quare cùm cætera nihil mutata essent: mansit species quidem prior, parte tantùm desiderata. Vnde mediæ nomen ortum est: non tunc quidẽ, sed posteaquàm nouæ Comœdiæ appellatio fuit instituta: inter quam, & veterem illam quæ intercederet, μέση fuit nominata. Intercesit autem & tempore, & forma: quando neque huius, neque illius faciem repræsentaret. tẽpore quoque posterior fuit superiore, & postrema prior. Quippe noua sub Alexandro florere cœpit: cuius ætas oligarchiam subsecuta est. Chori autem loco παράβασις quædam fiebant, in quibus aliorum poetarum dicta, scriptáque sine maleficii crimine, aut pœnę suspicione irridebantur. Cratinus itaque vnam fecit eiusmodi, quam ὀδυσσεῖς inscripsit, specioso sanè titulo plurium Vlyssium. In ea aiũt Homeri Vlyssem vexatã maledicentissimis censuris. Talem quoque prodiderunt ἀλλοσοίκωνα Aristophanis. Etiam in eiusdem Pluto Chori desideratur, quod & alibi monebamus: ita tamen, vt non omissus, sed exemptus videatur. Illud cõstat: Cratinum, ad pristinam licentiam cùm esset ausus reuerti, βάτταλα fabulã edidisse: vnde illi contigit interitus. Ab illis enim, in quos fuerat inuectus, captum, ac vinctum, atque in mare proiectum, ea mersione imitatum esse nomen suæ fabulæ.

Cratinus.
Eupolis
Aristophã.
Chorus

florue-

Florierunt in antiqua præter eos quos suprà memorauimus, Phrynicus, Theopompus, Archippus, Plato, Teleclides, Pherecrates, Stratis, Crates, alii. In media verò Philippides, Strato, Anaxilas, Mnesimachus, Epicrates Ambraciota, Nicostratus, Sorades, non illud monstrum nobile impuritate sua, sed alius, cuius extant versiculi de fabula, quæ inscribebatur ἐγχειρίδιον. In hoc Comœdiæ genere Alexis perillustris fuit. Quod Horatius ait: ab Accio versus Ennii rideri: an proximè accedit ad huiusmodi modum σφηκίσκους, quam Comœdiæ huius mediæ propriam dicebamus? Nullus enim Grammaticorum quid illud rei sit, nos docet ibi. Differt autem à veteri noua multis modis: potissimùm verò compositione. Astrictior enim certis legibus tam ad argumenta quàm ad dictionem. nõ enim ridicula dramata in noua, vt ex qualibet materia risum capter. Quinq; partitionibus secta, tibicinẽ interserit. Vocabula noua nõ fabricat ad risum, aut ad cachillũ. Et populari sermoni de medio sumpto propior noua fuit apud Græcos. Neque excurrit noua ad alios versus, solis iambicis, aut trochaicis contenta. In veteri multas carminum species videmus. Ortam tamen ex antiqua nouam satis apparet ex iis quæ veteres memoriæ prodidêre. Aiunt enim Aristophanem scripsisse fabulam Cocalum, cuius filum fuerit amussis & regula Menandro, atque Philemoni ad nouam Comœdiam comminiscendam. Hoc vnum genus nostri quanquam amplexi, atque imitati sunt: tamen secundum ætates Comœdiæ quoque modos à temporibus notauêre: quæ eis differentias non à specie sed à stylo constituerent. Itaque veteres fabulas Liuii Andronici dicimus, Pacuuii medias, Terentii nouas: quia hic postremo sęculo, ille prisco, Pacuuius medio natus esset: Andronicus enim primus dedit fabulam, quam Græcorum more docuit histriones ita, vt esset in Scena ipse, atque eos castigaret. Quod per initia suorum studiorum quum Aristophanes non esset ausus facere, ludiones habuit duos, quorum opera pro se ad populum vteretur Callistratum & Philonidam. Castigatus tamen conuitiis Aristonymi & Amipsiæ deposuit timorẽ, ipséque in scenam prodiit. Chorum verò an introduxerit Liuius nondum legi. At Plinius Cæcilius veterem Comœdiam suo tempore Latinam recitatam scribit, non tamen actam. nec abstinuit tamen noua Romanorum à censura atque animaduersione vitiorum, vt est sæpe apud Plautum. semel Terentius, nec palàm. Ancilla enim in Eunucho ait, Chæream esse in eo, vt patiatur, quod mœchis fieri solet: quod, inquit, nunquam vidi fieri, neque velim. Sustinet hîc suã personã. quæ meritricio quæstui daret operã, nolebat malè esse mœchis. Tectis verbis deinde oppugnat Romanorum negligentiam in vlciscẽdis mœchis, quum ait, se nunquam vidisse factum: perinde

Terentii locus.

acsi dicat, non consuesse fieri. At Plautus tametsi ex Diphilo, Menandro, Epicharmo, Philemone, Apollodoro accipiebat, tamen addidit aliquando priscæ acerbitatem: neque in transcursu solùm, sed multis interdum versibus. In Gurgulione hæc:

Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant
Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum Sportulis:
Constant, conferunt sermones inter sẽ tãquam dy
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententijs:
Quos semper bibentes videas esse in œnopolio:
Vbi quid surripuere, operto capitulo caldum libunt:
Tristes atque ebrioli incedunt.

Item multis aliis locis notat sua tempora nationes: neque solùm communes mores, sed etiam nominatim Pelionis ineptias histrionis, Bacchidibus. Quinetiam interposuit *maledicam παρέκβασιν* in eadẽ: quod & suo monuim" loco. in his Græca vestigia: postea Romanus ausus est emollire opicam seueritatem: ac nomina simul cum moribus inferre in scenam è Latio, & deducere in festos ludos. Itaque Marcellus & Brutus, & alii nobiles viri non solùm in cuneis spectarunt, sed etiam in scena spectati sunt. Vnde orta fuêre genera fabularum, ab ornatu vestitúve quem gererent, nominata. Nam quemadmodum Græcas Palliatas, à Gentis veste vocabant: ita à Romana toga Togatæ dictæ sunt. Latinarũ igitur species hæ: Nobiliores, quę à personis primariis Prętextratę appellabãtur. erat enim prętexta Magistratuũ toga, cui purpura prætexebatur, à Græcis iccirco περιπόρφυρος. C. Melissius, qui fuit ab Augusto præfectus bibliothecæ in porticu Octauiæ, edidit nouũ genus Togarũ quas Trabeatas appellauit: quemadmodum diximus in libello de claris Grammaticis. Mixtæ nobiles, in quibus Senatores priuati cum insignibus introducebantur. Vltimum genus capiebat humilem fortunam popularium negotiorum cum tunicis tantùm: quæ tamen haudquaquam Tunicatæ eadẽ ratione, sed ab habitaculis nomen adeptæ sunt. igitur Tabernariæ, quòd cum tabernis scenæ disponebantur. Fuit autem ab his diuersum genus Atellanæ, ab Atella Oscorum oppido natura omnium maximè & iocosa, & dicaci. Quare quum facetias suas in Theatra municipii intulissent: id gratiæ sunt assequuti, vt in vrbem quoque transferrentur. Nihil enim præter risum aucupabantur etiam in ipsa verborum acerbitate. Cuiusmodi fuit in versu illo quem recitat Suetonius in Tiberio: cui olido hirsutóque seni oris obscœnitas esset exprobrata. versus fuit:

Hirsutum vetulum capris naturam ligurire.

Quibus verbis fortasse subest etiam stimulus. Vt capras nominaret: quòd ille in insula Capreis agebat. Romani igitur inter serias Reipublicę tractationes ad animorum refectionem, minimè turpe putarũt in vicinorum abire mores. Adeò verò placuerũt, vt tametsi omnia ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceræna erant, persona, res, oratio: tamen occæ- A
præ sint sententiæ dicaces à ciuibus agi per io-
ca verbis incõditis iactata. Quod genus poe-
tatis, quia ei deerat multum ad instam Atella-
e magnitudinem, tanquam pars toti conue-
plerũm fuit postea in Atellanas: atque ex
cta exodia. quę causa fuit vt ii qui agerent
ellanas, neque histrionum numero ascribe-
ntur, neque tribu amouerentur. quinetiam ius
rent nomina dandi ad militiam. An verò
ic aut vnam è superioribus veteres Italicam
ellarint, haud satis constat: neque sanè ita
magni refert. In nono libro Diphnosophistæ
ithere Sciræ cuiusdam poetæ natione Ta-
phi, qui Italicæ comœdiæ author fuerit. Do- B
tus his quare addiderit Rhyntonicas, reddit
tionem. quippe ab actore. Verùm actor comœ
diæ genus mutare aut cõstituere qui possit, non
video. Athenæus in tertio Rhyntonis meminit
quanquam poetæ, nõ quasi actoris, atque eius fa-
bulam Amphitryonem. Idem Donatus quem-
admodum & nos Togatas à Tabernariis specie
distinguit, alii non: quos equidem errare puto.
Atque hæc quidem sunt separata genera ex per-
sonis: quas tamẽ Pacuuium miscuisse produnt,
ita vt Prætextatæ argumentũ Palliatæ nomine
circunferret. Siquidem inscripsit Orestem at-
que Agamemnonem. Adeò placet nouitas re-
rum, etiam depranatarũ. Festiuè (vt solet) Plau-
tus Amphitruonem suam Tragicomœdiã ap-
pellauit: in qua personarum dignitas atque ma- C
gnitudo Comœdiæ humilitati admistæ essent.
Ab argumentis etiã possumus agnoscere diffe-
rentias. Amatoriæ totæ, vt Andria. Calumnia-
tiæ, vt Nubes, Ranæ. Ciuilis fortunæ, & mo-
dę, vt Thesaurus, Captiui, Aululariæ. Enenta,
rasma, Arcturus. Fallaciosæ, vt Miles, Pseu
lus. Alia quoque ratione: Turbulentas, ne-
gotias agnoscimus, qualis Adelphi. Has mo-
torias dixere. Alias sedatiores: stataarias ideir-
co vocant: in quibus non ita discurritur. Talis
Hecyra, Asinaria. Aliæ hilares & cõuiuiales, cu-
iusmodi Bacchides. Nunc ad Tragœdiarum
species transeamus.

TRAGOEDIARVM SPECIES.

Caput viii.

Tragœdiarum species à loco duæ, D
Græca & Latina, quę fuit prætexta-
ta: qualis extat Nero, Senecæ. Ab ar-
gumentorũ verò generibus diuersæ
sunt. Nam Callias Athenien sis, qui maior natu
quàm Stratis fuit, Tragœdiã fecit, quam Gram
maticam nominauit: propterea quòd è literis &
sonum ducebat, & argumentum. Nam Chorus
nihil aliud quàm saltatio fuit ex nominibus, &
sonis, & temporibus, & rhytmis elementorum.
Quod qui exactius nosse volet, ex Athenæo pe-
tat. Haud enim multum facit ad rem: & Latinis
est prorsus inutilis. quanquam eius numeros a-
deò sunt veteres admirati, vt memoriæ prodi-
tum sit, eorum imitatione compositos esse ver-
sus aliquot in Medea Euripidæ, & OEdipo So-
phoclis. Alia species continet Satyros mistos
Heroibus, ita vt etiam seueris hilariora misceã-
tur, cuiusmodi Polyphemus extat Euripidę. Me
nedemus philosophus hoc in genere poematis
primas tribuit Sophocli & Achæo. Erant autem
quatuor festiuitates, in quibus tragœdiæ age-
bantur. Proinde τετραλογία ἀνάπαιστος dicta fuit. In
tribus tragœdiæ seriæ dabantur: Dionysiis, Le-
næis, Panathenæis. Quarta, satyricæ tragœdiæ,
scilicet Chytris.

COMOEDIAE ET TRAGOE-diæ partes.

Caput ix.

Pars non vno modo intelligitur. Est
enim quam Philosophi appellãt Es-
sentialem. Ea duplex est, aut in re,
aut in intellectu. In re materia &
forma: ab intellectu materiam refe-
rens genus: & differentia formam in definitio-
ne. Aliæ dicuntur partes vniuersales, sicuti spe-
cies generis. Genus enim suas species tanquam
partes continet. Ac de his quidem iam diximus.
Sunt præterea partes quãtitatis, aut quasi quan-
titatis. nihil enim diuisibile, nisi quantum. Cu-
bitus igitur est pars tricubiti. Quasi quantitatis
pars est, quum dicimus ignem ita tem, quæ in flam-
ma existit, partem esse eius quæ in maiore flam-
ma sit. non enim est per se diuisibilis, sed ratio-
ne illius quantitatis, quæ ei subsłat. Has nunc
partes in fabulis considerabimus. Sunt autem e-
narratæ sub communi fabulæ appellatione ge-
nera illa: Tragœdia & Comœdia. Comœdia-
rum species aliquot. Comœdiæ igitur partes
aliæ primariæ, aliæ accessoriæ, aliæ attinentes.
Veræ & primariæ sunt quatuor, protasis, epita-
sis, catastasis, catastrophe. Scio à nonnullis tres
tantùm enumeratas, nos autem ad subtiliora
semper animum appulimus. Harum partium
communes portiones maiores, Actus dicuntur. *Actus.*
verùm non penitus, neque semper. Actus enim
quintus interdum non est pars catastrophes, sed
æqualis ei, simul cum ea sortitur & initium & fi-
nem. Eodem modo & protasis actum primum
tam totum comprehẽdit quàm ab eo tota com-
plectitur. Præterea protasis non semper in pri-
mo: in secundo enim actu est apud Plautum in
Milite glorioso. Actuum autem portiones mi-
nores sunt, quas Scenas vocant. Parratio & in *Scena.*
Tragœdiis. Hæ veræ & primariæ, & legitimæ.
Accessoriæ autem, Argumẽtum, prologus, cho-
rus, mimus. Attinẽtes verò, quas philosophi cir-
cunstantes nominãt, Titulus, modi, cantus, thy-
mele siue saltatio, apparatus. Tragœdia ne-
que argumentum habet, neque prologum sepa-
ratum,

ratum, sed in persona aliqua ad fabulã pertinen-
tem. Nam prologi comici persona, quum lubet,
extra fabulam tota est: non quia semel quum re-
citauit, nusquam præterea comparet: hoc enim
etiam ad fabulam pertinens persona interdum
patitur: quemadmodum Sosia in Andria: atque
iccirco ἐφεστηκὼς, vel vt alii ἐφεστηκὸς dicitur: ve-
rùm prologi personæ cum fabula nihil commune: nihilo magis inquam, cum fabulæ coniuncta
negotiis, quàm choragi, quum inter actus ad e-
pirrhemata introducitur. qualis in Curgulione
Plauti. Habet autem Tragœdia chorum, quem
nunquã amisit. & loco Mimi, Satyrum. Cantum
quoque cõmunem cum Comœdia partem ha-
bet, & Titulum, cum saltatione & Apparatu.
Has igitur omnes figillatim recensemus.

Partes legitimæ sunt, sine quibus nequit Fa-
bula constare, quibúsque contentam esse opor-
tet. Protasis est, in qua proponitur & narratur *Protasis.*
summa rei sine declaratione exitus. ita enim ar-
gutior est, animum semper auditoris suspensum
habẽs ad expectationem. Si enim prædicitur ex-
itus, frigidiuscula fit. Tametsi ex Argumento
omnem rem tenes: tamen adeò expedita ac bre-
uis est indicatio, vt non tam satiuet animum,
quàm incendat. Epitasis, in qua turbæ aut exci- *Epitasis.*
tantur, aut intenduntur. Catastasis, est vigor, ac *Catasta-*
status Fabulæ, in qua res miscetur in ea fortunæ *sis.*
tempestate, in quam subducta est. Hanc partem
multi non animaduertêre. necessaria tamen est.
Catastrophe, cõuersio negotii exagitati in tran- *Catastro-*
quillitatem non expectatam. His partibus addi- *phe.*
tus, vti dicebamus, Prologus: quem Latinis so- *Prologus.*
lis attribuunt quidam. Pars hæc monoprosopos
est, quæ non potest explicari definitione, nisi col
ligatur ex diuisionibus. Vnus enim argumen-
tum narrat. Alius Poetæ consilia in Fabulis, vt
in Adelphis. Illum vocant ἐπεισοδιακὸν: quia sit i-
dem ἐπεισόδιος, ἐπεισελήλυθεν, ἀφεστηκώς. Talis in Aulula-
ria. Mirum verò si Prologus tota res Latina est,
quomodo inuenit nomen Græcum. Alterũ ge-
nus commẽdatitium. Quare συμπαθὲς nominãt:
quia exoret auditores pro authore, & Fabula.
quoniam stare dicitur, aut stetisse Fabula quum
perageretur. quasi igitur confirmaret animos
spectatorũ. Huiusmodi habes in Hecyra. Ter-
tium genus, quum refelluntur obiectiones ad-
uersariorum: vt in Andria. Aut etiam regerũtur
crimina: cuiusmodi versus ille,

Idem ille phasma nuper nunc dedit:

Quod propterea dixêre ἀναγνωριστικὸν. Alii sunt
misti, vt in Casina. Trinummo autem διαλογισμὸν
fecit Plautus Prologum, quem tanè queas
ἠθικὸν appellare. accommodatis ad nequitiam
adolescentis personis Luxuriæ, atque Inopiæ.
Quemadmodum in Rudente Arcturi, in Aulu-
laria Laris familiaris. pro quibus fiebant machi-
næ, quarum impulsione repentè apparerent. Ar-
cturũ enim è sublimiori deuectũ, par est: quem-
admodum ipse quoque ibi profitetur. Sicuti in
Tragœdiarũ fine, & in fine Amphitruonis ea-
rundem genere machinarum opus fuit ad pro-
ducenda Numina, quorũ ope summa pericula,
summæ desperationes in meliorem spem reduce-
rẽtur. Quales exitus in Sophoclis Philocteta
& apud Euripidem legimus. Quod autem supr
diximus, Prologi personam ad Fabulã non pe
tinere, id sanè verum fuit. At suo more Plau
nouas res molitus, Mercurium in Amphitru
fecit agere Prologum: qui tamen magnã dem
Fabulæ partem expedit.

Argumentum autem noua sanè res, neq
necessaria, nisi iis in Fabulis quarũ Prologus a-
liud agit, neque in protasi continetur. Profec
neque in Prologo, neque in Protasi Andriæ
stenditur Fabulæ argumentum. Ita neque in I
nucho, neque aliis quibusdam. Donatus Arg
mẽtationem vocat, malè. Est in Originibus no
stris declaratũ ex Ciceronis atque aliorum ob-
seruatione: Argumentationem nunquam capi
pro eo quod est ἐπιχείρημα, sed aut pro inuento
quopiam ad faciendam fidem: aut, quod fre-
quentiore in vsu inuenitur, pro inuẽti illius ex-
politione. Id quod etiam in Topicis Seuerinus
Boetius declarauit.

Titulus est inscriptio nominis, non à tutan-
do, vt aiebat Varro: sed ἀπὸ τοῦ τίειν. Honor enim
& Titulus, idem. nomẽ dico tam authoris quàm
Fabulæ. Quod non pronuntiabatur tantùm ab
eo qui modos faciebat: sed etiam proponebatur
in proscenio. Aiunt, si esset vetus Græca fabula
authoris noui opera edita Latinè, Fabulæ nomẽ
præponi solitũ. Sin esset aliter, authoris nomini
Fabulæ nomen postponi, quo attentior esset po
pulus ad audientiam ex vetere opinione. Argu-
mentum autem ipsum sub titulo etiam prope
solitum describitur grandibus literis arbitr
Quare illud quoque argumẽti genu
runt, ex cuius versuũ capitibus Fabulæ no
legeretur.

Actus est dictus ab actionibus cõmunibus:
quia totum genus δραματικὸν. est enim pars fabu
læ continens diuersas actiones pro diuersitate,
quas diximus, partium. Denominati autem sunt
ab ordine, qui numero quinario complectitur.
neque enim plures pauciorésue quinis esse con-
uenit. Distinguebantur autem interuentu cu-
iuspiam personæ nouæ olim. Postea verò sæpe
aliter factum inuenias. Personam eandem nega
Donatus plus quinquies exire in proscenium,
falsò. vel statim ipsa in Andria Dauus ostendit
haud ita esse. tum alibi sæpe.

Scena est actus pars, in qua duæ pluréue
personæ colloquuntur. eius initium est aliquan-
do ab omnium ingressu, aliquando ab vnius tan
tùm, qui deinde alium quempiam inuenit è Sce-
na superiore: finitur autem abitu interdum o-
mnium, nonnunquam vnius tantùm. Adeò vt si
tres fuerint, duo reliqui sequentem constituant
scenam. aliquando vnus solus relinquitur ad fu

Universidad de Deusto
Biblioteca

zuram scenam. Nomen inuenit ex eo, quòd alia atque alia facies subinde appareret ex ædiculis, quæ olim quum è ramis ac frondibus cõficerentur, ita sunt ab vmbris & tabernaculis appellatæ. Et sanè verbũ militare σκηνοῦν. Et apud Timæum locrum σκηνὴ, haud longe abest ab ea significatione.

Chorus est pars inter actum & actum. In sitamen Fabularum etiam Choros videmus. ire tutior erit definitio quæ dicat: post actũ, introducta cum concentu. Is tractus non fuit vnius modi. Sanè aliquando totus cum cantu, & motu & gestu, & saltationibus ad tibias. Miscebatur aliquãdo, & versuum, & tractuum varietate, nonnunquam etiam singularibus personis. Choro autem de Comœdia noua sublato, explet officium Tibicen. Id quod in Pseudolo Plauti satis patet. Erant autem cum Choro ii, qui saltabãt in Orchestra: vnde nomen λόγιον etiam dictum scribunt Grammatici quidam, malè. Erat enim λογεῖον Orchestræ pars. Cum quibus illi quoque aderant, qui modos faciebant, ad quorũ leges voces temperarent. Aiunt primos Choros ab Arcadibus institutos ex Dionysiacis tibicinibus Timothei, ac Philoxeni legibus. Nobis tamen pro comperto est, Philoxeno Choros lõgè fuisse vetustiores. At iidem Arcadibus etiam totius Musices attribuũt primordia. Chorus sanè res adeò vetusta fuit, vt tota olim actio Satyrica in Tragœdiis solo Choro constiterit. Primus autem Philammon Delphicus ad aram patriam Choros disposuit in Apollinis honorem. Romę verò, sicuti à Polybio in XXX. scriptum est, L. Anilius deuicto ac triumphato Gentio Rege Illyriorum, in Circo Scenam extemporaneam fieri iussit curauit: Ludósque edidit cum Thymelicis tum primùm, quos in Orchestra constituit. In Proscenio autem Tibicines cum Choro. Primus Archontes in Scenam duxit comitatum Chorum. Fuit autem per initia, Monoprosopos Chorus in Fabulis. Vnus enim quispiam prodibat Ciuium vitia recensens, idque sine cantu. Talis est apud Plautum Choragus in Gurgulione. Deinde alter additus, vt interrogationibus, atque responsionibus explerent animos varietate. Summa enim laus in Poetica, nouitas. Postea quaterni fuere, ita vt partirentur Chorum in paria duo, quæ iccirco Græci vocauere ζυγά. Qua in re ita euenit, quemadmodum in tribubus Romanis. Nam Romulus vniuersum populũ tres in partes quum diuisisset, vnde & Tribus appellatę. tametsi maior deinde numerus additus est. mãsit tamẽ nomen. Sic καὶ ζυγὸν vox non est mutata, quanquã aucto numero. In Comicis enim Chori viceni quaterni distincti erãt in certa patia. Igitur ζυγὸν ex quaternis constitutum, nomine retento pristinam fefellit significationem. Alia quoque fuit partitio, siue cõplexio in versus, siue ordines: στίχους Græci vocãt. quorum singuli senis constabant. Ad eum modum disponebantur in Orchestra quum staret Chorus: sicuti fit in acie. Id appellabatur χορστασία. Idẽ ordo quum rectà ambularet, vel exiens, vel ingrediẽs. Hi dicebãtur quadrati Chori. Quum accedebant, πάροδος, vel παρῳδία vocabatur: quo tempore canebant παρόδιον: quum ingrediebantur εἰσόδιον, causam dicebant cur adessent. Tum aut stantes canebãt, quod & στάσιμον nominarũt, & στῳδὸν, tum narrabãt rei euentum: aut statim reuertebantur & exibant: quæ erat μετάστασις. Quòd si rursus ingrediebantur, ἐπιπάροδος: in qua si saltarẽt prolixius, erat κόρδαξ: si præcisius, κομμάτιον, ibi lugebant. Quum verò abibant postremò, ἀφοδος, & ξυνίζοδος. ibi canebatur ἔξόδιον. Vtebantur Græci vnica tibia in cæteris. in syndio tantùm geminis. Timæus memoriæ prodidit Choros Laconicos tetragonos fuisse, Athenienses orbiculatos. Quos & διονυσιακοὺς appellarint illi, Siculi autem ἰαμβικούς. Multũ frequentémque corũ vsum vidimus in Illyrio, Græcia, Macedonia, Thracia: Paucis locis olim in Italia, nunc in Galliis plurimum. Veteres autem non semper consertis manibus, sed aliquando solutis quoque in orbem disponebantur. Concinentes mouebantur in læuam primùm. quo motu aiebant sese primum cælorum orbem imitari. De hoc scriptum satis est in exotericis. Sanè etiam nunc qui tripudiare sese dicunt læuum pedem primùm mouent, quasi artem profitentes à natura separatam. Quippe natura dextrum mouet primùm. Daci, vt iactant sese in aliis quoque multis ab opinione cõsuetudinéque cæterorum diuersos, non siniſtrum, sed dextrũ promouent. Chorus igitur motum illum læuorsum στροφὴν nominabant: quam quum explerant, totidem numeris eadem vestigia paribus temporibus relegebant. qua reuersione subterlabẽtium aduersum motum Planetarum referri profitebantur. ἀντίστροφος hæc. Eo spatio absoluto stantes Terræ quietẽ repræsentabãt. Quo in statu quũ diuersa à superioribus accineret, ἐπῳδὸν nominarũt. Nũc vulgares Chori nostri progressiones concisas, & regressiones minutas conficiunt, vt ego ridere soleo, quasi in Epicyclis. Hæ Chori partes tũ à materia, tum à forma. Mutatas tamen leges inuenias aliter alibi. Nam στροφὴν solam in Tragicis sæpe videmus. Alii suo arbitratu sic disposuere. στροφὴν, ἐπῳδὸν, ἀντίστροφον, ἐπῳδὸν: vt essent membra quatuor. Alii ab Epodo incipere maluerunt: ita quinque facta sunt tribus Epodis, Strophe, Antistrophe. Nomine sunt abusi: nãque ἐπᾴδειν & accinere. Illis autẽ erat, παῴδειν. Quare nonnulli hæc, quæ præcinerentur παῳδικά. Sicuti quæ interea concinerẽt, μεσῳδικά: quæ recinerẽt, παλινῳδικά. vbi verò à proposita materia diuertebantur, stantes ἀπαρεσωπητὶ alloquebãtur spectatores. ea παράβασις dicebatur: erãtque Comicorum propria. Damnato à criticis Euripide, qui hoc frequentius: Sophocle non item, qui rarius. Habebat autem παράβασις partes septem. κομμάτιον

κομμάτιον, quæ erat constitutio breuioris partis: vnde & nomen à præcisione. Altera pars dicebatur Anapæstica: quia olim ex solis anapæstis conficiebatur: postea suppositis aliis pedibus nihilo secius nomen retinebat. Tertiam vocarunt μακρὸν, non propter tractum productiorem. erat enim breuissima: sed quia vnico impetu sine respiratione absoluendum esset: luserunt in nomine Ludiones ad laborem potius respicientes. Post eam erat Strophe, cui Antistrophos respondebat. huic Epodos succedebat, aut Epirrhema: cui antepirrhema respondebat. Quod XVI. non amplius versibus constare, lex fuit. Aristophanes numerum auxit. Partiebantur autem vtrunque in Semichorum: interdum versu anapæstico, siue commatio & strophe: veluti in Ranis apud Aristophanem. Aliquando παράβασις quartæ personæ attribuebatur, quod tunc ἐπεισόδιον dicebatur, propterea quòd esset diuersio à materia scenica. erat enim illa persona scenica. Quòd si nõ è scena, sed è choro vn' loquebatur, ἐκπαλίσιον hoc: quia extra chori & propositum & numerum id fieret. Quemadmodum fecit Æschylus in Agamemnone. Ita apud antiquos legi: quum tamen è choro ἐκπεπορήκημα, è scena ἐκπαλίσιον esse ego & antea putarem, & nunc etiam censeo. Nomina enim ipsa hoc produnt. Semichorum voco, quod Græci ἡμιχόριον, alterum chori dimidium. nam totus chorus ita dimidiatus δίχηλα dicebatur. Quare chori responsus appellatus est ἀντιχεία. Componebantur autem tunc pari habitu aduersi alteris alteri. Primus Tyrteus τειχεῖαν cõstituit: verùm extra scenam, ex impuberibus, viris, senibus. Partiendi autem chori à locorum proportione alia fuit ratio. Qui ad dextram collocaretur, δεξιοστάτης: à læua, ἀριστεροστάτης: ab latere, λαιοπλευρόστατης: qui post hunc, πετοστάτης. Fortasse λαιόπλευρος eadem ratione ea sit, quã Galenus ἐν ἐγκεφαλοπλεύρῳ lateralem σμιλὸν. Confiebat chorus ex quauis ætate, officio, statu, sexu: pueris, puellis, viris, senibus, fœminis, aniculis, ciuibus, peregrinis, militibus, agrestibus, seruis, liberis, captiuis. Nubes quoq;, & ranæ, & vespæ, & alia quæ volueris: quemadmodum nos olim lusimus in comœdia nostra Vidulo: cuius chorus constabat Alliis, & Cepis, & Vlpicis, & Ascaloniis, & Bulbis. Etiam duplicem fecit Aristophanes in eodem fabula: vnum ex Ranis, alterum ex initiatis. Anteibat chorum dux: qui inde nomen inuenit χοραγός. Choragi apparatus χορήγιον: vnde χορηγεῖν suppeditare. Ille enim & omnia curabat faciẽda, & seruabat ornamenta, & producebat, & reducebat. Itaque Plautus quærenti vestem, iubet à choragὸ vtendam sumi. Chori princeps κορυφαῖος etiam apud Aristotelem. Actus dedita opera confusos ait Donatus interdum, vt ne liceret fastidioso spectatori exurgere, atque abire antequam tollerentur aulæa.

Choragus.

MIMVS.

CAPVT X.

SVblato choro, quemadmodum dicebamus, introducti qui modos facerent. Aliquando etiam actores extra argumentum, quorum vrbanitate adhuc magis animi laxarentur. quam introductionem etiam ἐπεισόδιον nominarunt, non solùm in choris. Hoc idem in Atellana dicebatur exodion: quia penitus extra fabulã esset. Introducti igitur quòd omnia gesticulatione imitarentur, Mimi nominati, atque alii plenius πανδήμιοι. Tantum potuit apertior, atque expressior actio: vt generis nomen, quod esset poesεως vniuersę, ipsi soli sibi vindicarent. Sic mortalis pro homine tantùm, quum ὁmnia natã intereant. Ita πιμελὴ (vti diximus) opilio: quum tamen πίων omnibus pascuis communis haberetur. Et ποιητὴς qui carmina faceret: non cuiusque rei author. & sicut ostendimus, apud Latinos Factor, olei tantùm. Hoc in lusu quum postea quędam impensius populo placuissent, auli sunt seorsum suis auspiciis quam commouerant expectationem sustinere, atque in eo laudem quærere, & artificis præterea nomen vindicare. Hos Latini Mimos vocant ex Publio & Laberio, qui eo in genere excelluêre, & Planipedes ob eã causam quòd cothurno Tragici, socco autem Comœdi pedes inducbant. ipsi autem nudis pedibus agebant. Huius definitio proportionem habet cum Comœdia, quæ ipsius parens extitit. Hoc enim est mimus ex Comœdia, quod Fescenina carmina ex Atellana. Cui (sicuti diecebamus) inter actus apponi quum essent solita: ex ea extracta atque asserta seruitute iustum se sibi poema fecêre. Sic Satyra prodiit ex Tragœdia: sic è Rhapsodia Parodia: de quibus suis est dictum locis. Est igitur Mimus poema quoduis negotius actionis imitans ita, vt ridiculũ facessat. Ethologos tamen Ethologos quum vocat à moribus, quos exprimerent: ridiculi rationem non admisceuit. Sunto igitur duo genera, quæ etiam vicatim & oppidatim per vniuersam Galliam mirificis artificibus circunferuntur, *Morale & Ridiculum*. Falluntur qui Planipedes dictos autumant: quia sine ædificiis humi agerent. Nam æquè in proscenio recitabant. Quinetiam Philadelphum & Antiochum reges saltasse mimos, author est Athenæus. Lucianus in libro περὶ ὀρχήσεως, ὀρχησιν, inquit, Itali Pantomimum vocant. Sanè de gestu, non de sermone loquutus est. Translata in Italiam argumenta adeò salibus ac dicacitate aucta sunt, vt vnus Publius vniuersam Græciã ea laude spoliarit. Laberius autem elegantia & sermonis puritate etiam omne Latium prouocarit. Tametsi Gellius aliquot vocabula vt sordida notat: Horatius autem negat esse pulchra poemata. nam & veri Mimi propriũ est quędã sordida vt affectet: & vt ex vngue leonẽ metiamur, legãtur carmina quę recitat Macrob. Iis enim meliores nõ sunt Horatii versus illi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus ipsum non vult mirari. Profectò & acriore iudicio, & puriore eloquentia Diuus Iulius, quàm Horatius, adeò probauit illius dictionem, vt & equestri donarit dignitate: & auditor eius fuerit, ac verò lubens: & ei præ cæteris cupidè tum studuerit, tum etiam fauerit. denique hortatus sit iam equitem in scena prodire, acturum quæ scripsisset. Illos adeò versus, qui à Macrobio recitantur, semel atque iterum legendos censeo: vt eorum suauitas atque puritas de authore suo iudicet, non maleuoli. Erat autem apud Lacedæmonios Mimorum argumentum varium, ac ridiculum. veluti imitatio furantium poma quædam. In alio Medici peregrini. Actores appellabantur δικηλισταὶ apud Plutarchum. In apophthegmate Agesilai δικηλικὸν scriptum est tono Dorico. Id verbum designat figulos, & imitatores. Alii vocabant eos αὐτοκαβδάλους. vetus Græcia in Italia φλύακας. etiam σοφιστὰς à quibusdã dicti. Thebani ὑστλοποιούς, Latine volones. Sicyonii φαλλοφόρους ab imitatione pompæ, quæ Priapo faciebat. φαλὸς enim palum significat. vnde & Latine phalanges ligna teretia, quæ subducendis nauibus, deducendisque subdebantur. Osiridis quoque pompæ his erant similes. itaque φαλλοφόροι Mimi non erant personati, sed fuligine obliti, & agninis amicti pellibus, quæ Pescia dicta legimus in carmine saliari: vnde pascua & pascere, non à pecore, vt putarunt, deduximus in Originibus. Ibãt autem cum canistris, & herbis, Serpyllo, Acantho, Violis, Hedera, corollis: saltabántque in numerum: atque in honorem Bacchi, cuius more victores hedera coronabantur, quemadmodum Semus Delius author est, ita concinebant:

Τοὶ Βάκχε τόνδε μοῦσιν ἀγλαΐζομεν,
Ἀπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει.
Καὶ μὰν ἀπαρθενόπον. ἢν τῶς πάρ-
Κεχεμένα καπόδησιν ἀνήεμεν
Κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Inde procurrentes obuium quemque subsannabant. Hoc enim differebãt ab Ithyphallis. eundo enim canebãt: Ithyphalli stantes pronunciabant, ebriorum personâ, & coronati. Hoc enim ebriorum fuit: vt est tum alibi, tum in Menæchmis, & Symposio Platonis, & in vita Xenocratis, de Polemone. Manuum quoque tegumenta gerebant ex floribus confecta, & tunicas albo ad medium distinctas à cinctura, quam cogebat velum Tarentinum, ad talos demissas. Silentio per ostium ingressi vbi ad orchestræ medium euaserant, conuertebant sese ad theatrũ, ac dicebant.

Ἀνάγετ' ὀρχηστύν πιστὸς τῷ θεῷ ἁθλεῖ
Γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἰσορυθμίᾳ διὰ μέσου
βαδίζων. &c.

Baccho verò dicatum poema est simul & celebritas: propterea quòd ex oppido Bartiæ, cui nomen erat ἰλαδῆραι, Pegasus quidã mysteria detulit Athenas vnà cum Liberi patris signo. quod populus cum segnius accepisset: eius cõtemptionis pœnas dedit. Correptæ namque sunt morbo pudoris partes. Multis ergo frustra tentatis remediis, ex oraculo φαλλοὺς, hoc est perticas, atque in earum fastigio coriaceum genitale tum publicè, tum priuatis in ædibus erexerunt. simile quiddam legimus in historia Palæstinorum. Habes cantionem apud Aristophanẽ ἀχαρνεῦσι. sed de his plus satis. Aristoteles ait τὰ φαλλικὰ esse Comœdiæ sobolem puto quia Mimorum simillima sint. Hæ sunt Comœdiæ partes, de quibus hic agendum fuit. Modi autem, & cãtus, & saltationes, & apparatus declarabũtur pòst, quàm de Tragœdiæ partibus dictum fuerit. communes enim vtrique sunt.

TRAGOEDIÆ PARTES.

De choro iterum.

CAPVT XI.

TRagœdiæ quoque distinguũtur per eadem penè membra, quibus & Comœdia. Protasin dico, & alias, item actus, ac scenas. Protasis autem & Catastrophe non differunt genere, sed modo. Vtraque enim negotiosa. Catastrophe illis turbis addidit mortes, aut exilia. Vtrique tamen commune, interdum exitum commistum habere mœrore ac lætitia. Nam in Asinaria, & Phormione, & Casina, & Persa, lætos simul ac mœstos inuenias. Quin ipsum militem malè multatum: de quo tamen Comœdia est inscripta. nam si Comœdiæ est lætus exitus, & Comœdia est Miles: miles exitum lætum habeat, oportet. Sic in Antigona interficitur Mater, & Adulter: at exultant gaudio virgines. Sic & apud Euripidẽ, solius Eurysthei mors lætitia multorum explet animos. In ea verò non semper actus noui à noua persona constituuntur: quemadmodum in multis videre est. Vnum Calliam Athenienſem aiunt Tragœdiæ prologum addidisse iidem Grammatici, qui Prologum rem totam Latinam esse scribunt. Sanè Euripides cum protasi prologũ ferè miscet eodem in multis filo: propter quod & à Criticis damnatus est. Aristoteles aliter partes digerit. sex enim statuit. Fabulam, mores, dictionem, sententiam, apparatum, melodiam. Principio non est æqua diuisio. Nàmque Fabula totum ipsum est. Mores qualitas fabulæ. Dictio ornatus, aut imitatio rei, aut species. Sentẽtia pars dictionis. MELODIA extra rem penitus. Tantò longius etiam apparatus. Sanè cætera ad aures: apparatus ad oculos. Ille tamen quasi partem Tragœdiæ necessariam numerauit τὸν τῆς ὄψεως κόσμον. At enimverò ad Choragum pertinet id, non ad Poetam. igitur cùm quinque sint personæ, Poeta, Histrio, Saltator, Modulator, Choragus: Huius erit apparatus, Modulatoris sonus, Saltatoris gesticulatio interdum cum cantu, Histrionis actio: Poetæ autem, inuentio materiæ, formæ, ornatus dictionis. Inuentionem dico rei: formam, modum repræsentandi: ornatum, versus ipsos cum suis figuris. Inuentio autem multiplex, de qua suo loco. ad ornatum aut ad formam pertinet digestio; quæ pro re variatur. exornatio quoque duplex, in re & oratione: vnde Schemata & Tropi. In re sunt ἤθη, & πάθη, & διάνοιαι: id est mores, affectus, sententiæ. verùm hæc ad inuentionem atque exornationẽ potius pertinent. Ibi igitur de his amplius. nam hic, quantum esset satis ad partes cognoscẽdas, positum est. Partes igitur Tragœdiæ ad hunc modum. Membra statuit aliter Aristoteles: Prologum, Episodium, Exodium, Choricum: cuius duas partes facit: alteram mobilem, alteram stabilem. Prologum ante Chori ingressum definit. Alio igitur modo atque in magna parte notratium Comœdiarũ. idem enim est, vti suprà dicebamus, cũ Protasi. ἐπισόδιον, Tragœdiæ iusta pars inter Choricos perpetuos cãtus. Exodus iusta pars, post quam nullus deinceps est chori cantus. Chori ingressus chori integri primus sermo. Stabilis est sine Anapæsto, & Trochæo. κόμμος autem siue planctus, & luctus chori communis cum iis qui in scena sunt. sic Aristoteles. De choro autem accuratius hæc. Vetustiorum chorũ ex quinquagenis constitisse. at postea quàm Æschylus Eumenides fabulam dedit, turba illa ad quindenos reducta est: ita vt essent paria, id est ζυγὰ quina, ex ternis versibus. vnde qui cantũ incipiebat, κορυφαῖος, proximus παραστάτης, tertius τριταγωνιστὴς dicebatur. Legimus apud Laertium: eum qui cantum inciperet, altiore sono vocis vsum: quò cæteri mediocri exciperent tono, atque subsequerẽtur. Cùm fiebat πάροδος, id est, accessio per paria, terni introducebantur: si autem fieret per versus, quini sese inferebant. Aliquando, sicuti in Comœdia dicebamus, euenit, vt singulatim fieret ingressus. Aliter quoque quàm Aristoteles de versibus. suos enim quæque pars cum haberet modos, in Parodis post decem anapæsticà acatalecta, catalecticum apponi solitum. Tametsi quidam citius, quidam serius, quidam nusquam interseruere eiusce modi μετρικὰς: sic enim appellãt. Veluti Sapphicis, nullo certo numero Adonium: Anapæsticis verò vel illum, vel Iambicum. Talis vsus ea quoque sunt, quæ ἐφύμνια vocitarũt: qualia sunt ἰὴ παιάν: & ὦ ὑμέναιε, & Hymen ô Hymenæe. Ponebatur autem id post Strophen. Si autem Strophæ insereretur, μεσόμνιον dicebatur. Similia ἐφυμνίοις ἐπιφθεγματικά. vt ἰὼ μοι μοι. & Nefas. & Heu. Aiũt tamen Critici Epiphthegmatica esse superuacua: ἐφύμνια, vel μεσόμνια non. Hæc de Tragœdiæ veris partibus. Non vera pars fuit ea, quæ ad eluendas allati mœroris maculas introducebatur cum risu, & iocis, & petulantia. Ac sicuti diximus de Fescenninis in Atellana: de Mimo in Comœdia ad augendam varietatem lusus: sic in Tragœdiam Satyri inducti ad atrocitatem leniendam. De quibus iam dicendum est.

SATYRA.

CAPVT XII.

SAtyri dicti sunt Bacchi comites, & Tityri, & Sileni. Satyros Ælianus ἀπὸ τοῦ σατύρου, quia essent dicacissimi: sicuti σαλιοῦσι παρὰ τὸ σαλλαίνειν. σάλλον enim λόγον interpretantur, μετὰ παιδιᾶς διασυρμόν. contumeliam cum ioci acerbitate. Satyrorum id Etymon confutauimus in libris originum. σάθυ salacitatem dixêre veteres. Nihil crapra salacius. Capripedes Satyri: quos item Tityros dictos aiunt. Tityrus autem capellam significauit Priscis Aeolensibus. Iccirco in Liberi patris festis, quibus Tragœdiæ recitarentur, nimirum numinis illius socii ac ministri cæteris ludis adiungebantur. Iccirco falluntur, qui putãt Satyram esse Latinam totã. A' Græcis enim & inchoata, & perfecta primùm.

A' Latinis deinde accepta, atque extra scenam exculta. Quamobrẽ non à Satyra vel lege, vel lance dicta est, vt frustra ac temerè satagunt Grãmatici. Quin has à Satyris dictas puto. cum lancibus enim prodibant, & canistellis pomorũ omni genere plenis, quibus Nymphas allicerent. Tribus modis Satyrarũ species agnoscuntur. A' generibus carminum, à characteribus, à ratione poematis. Nam cùm essent asperitatis tragicæ diuerticula, tragicorũ quoque versuum leges obtinuerũt. Iccirco Nicolaus in vicesimo septimo libro Historiarum ait, à Sylla Romanis sermone Satyricas fuisse comœdias scriptas. & Lucilium aliquot confeciſſe patet ex eius versibus Satyræ XXVII,

Salutem fictis versibus Lucilius
Quibus potest, impertit studiose, & sedulo.

Varronis quoque Satyræ ille Menippeæ constabãt Iambicis. Ex multis ergo ponam hos ex ea, quæ ab illo fuerat inscripta Hercules.

Tuam fidem:
Noctu Annibalis, qui fugam exercitum
Tutanus: hoc Tutanus nomen nuncupor.
Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.

Item ex eiusdem Marcipore.

Ventique ab axe frigido tum eruperant
Phrenetici Septentrionis filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, syros.

Hos Lucilius numeros cum senariis dactylicis, catalecticis primus dicitur cõmutasse. Quò Latina tota excepto nomine facta est. Hæ à carminibus species. A ratione poematis tres sunt. simplex διηγηματικὸν, & δραματικὸν, & μικτόν. Narratio simplex ex persona authoris, vt prima Iuuenalis. Actiua ex personis constituta duplex: aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim personę sunt sine nomine, vt prima Persii: aut nominatæ, vt Catii & Damasippi. Mistæ verò sunt, vt illa pulcherrima, ac plenissima mundiciarum, *Iham fortè via sacra*. A' characteribus verò, vt alibi diximus, species duæ. Altera sedatior, qualis Horatiana, ac sermoni propior. Altera cõcitatior, quæ magis placuit Iuuenali & Persio. Hi strictã habent cuspidem: illi veluti fronde contectum gerunt Thyrsum Satyrorũ more, quo feriãt imprudẽtes. Hedera namque obductus cõtus incautos vulnerabat, hederã, quam contẽnerent, non metuebãt: cuspide, quam non viderent, trãsfigebantur. Est item poema liberũ, similéque satyricæ naturæ: omnia fúsque déque habens, modò aliquid B Picat. Itaque nec proœmiũ instituit, nec init epilogi rationem. Iccirco iambus aptior. Hoc enim fuit, *ἰαμβίζειν*, quod nos maledicere: sicut ait Aristoteles, & repetit Strabo. Inde nostrum iacere, *ὄνα τὸ ἰαπτειν ἄχος*. vnde iacere maledicta apud Liuium. Iacere cõtumeliam, atque etiam iniuriam' apud Ciceronẽ. ex quo ad eãdem notionẽ Obiicio compositum est.

COMICAE PERSONAE.

Caput xiii.

Hactenus partes cuiusque: nunc apparatũ videamus. Is duplex est, aut in personis, aut in loco. Personæ tres, Agens, Saltans, Modulans. Locus est Theatrũ. Atque Agens quidẽ potior quàm Saltans: est enim vice Poetæ scribentis loquẽs. Saltans est quasi tacita locutio. quippe effictio rerũ per corporis motus, status, figuras. Postrema persona, Modulãs. Nec sanè persona: cùm sonus aliunde quoque quàm ab ore proficisci queat. vt C Hydraulis olim, & nunc in iis quæ dicuntur Ἀνα. Est autẽ hæc canentis norma. Propterea quòd qui canit, verba canit: iccirco Agens duplex erit: loquens cum cantu, & sine cantu. De Agentibus ergo primùm dicendum est.

Persona non vno modo definita est: verùm ad hunc locum haud magis pertinet, quàm ad librum de inuẽtione. Impræsentia satis sic sit. Persona est res animata ficta in scena, veræ imitatrix. Veram suo loco descripsimus. Qualitas hominis posita in moribus & fortuna. Ita complectimur affectum, affectúsque rationem omnium sexuum & conditionum. Imitatur autem nomine, corpore, moribus, dictis, factis, affectibus, habitu. Dico Rem animatam, vt à locis fictis distinguatur: qui vera loca nihilominus imitãtur. Rẽ inquam animatam, voce vniuersali: vt etiã Ranas comprehẽdam. personæ enim init rationẽ. Sic nubes, aues, vespę, alia. quare enim pro personis nõ accipiantur, quibus sermones, disputationes, consilia sint attributa. Idola tamen, siue formæ defunctorũ, pro ipsis corporibus introductæ sunt, ab Euripide Pylodori, ab Æschylo Dareî? an Idola hæc alia sint ab animabus, videdum in Græcis nugis, & apud Luciani Diogenem, & in Platonis Phædone. Personarum distinctiones in Comœdia sunt à conditione, à professione, ab officio, ab ætate, à sexu. Conditionem appello statum cuiusque fortunæ. est enim quasi quædam fabrica: faber autẽ Fortuna: Seruus, Libertus, Liber: Pater aut Filius familiãs: Virgo, Cælebs, Maritus. Professio est habitudo, qua quis præ se fert aliquid actionis ad viuẽdi rationem. Miles, Cacula, Agricola, Leno, Trapezita, Meretrix, Mercator, Nauta. Officiũ in Comœdia haud parũ distat ab officio Philosophorũ. Nam illi officium ab honesto non disiungunt: in Comœdia suũ se officiũ facere clamat Leno, cum iuuentutem perdit. Ad eundem modũ scriptum est ab authore Rhetoricorum ad Herennium: Canes fungi officio Luporum. Est igitur officium hic, ius actionis ad quencũque statum pertinens. Aetas est dimensio vitæ variata secundum concretionis mutationem. Infantia, pueritia, pubertas, iuuentus, stata ætas, quam Græci *ἀκμὴν* vocãt: ambitiosi medici recentiores reformidarunt statum dicere, cùm Latinum verbum scitissimũ sit: ac propterea quòd ii, quos vocant Barbaros, vsi fuerant, reiecere. Sequitur hãc Senectus. Post hanc Senium, siue decrepita ætas, quàm comici Capularẽ vocant. His nomen varium accommodatum, ex agris, aut ex oppidis sumptum. Dauus, Syrus, Sosia, serui cõmunes: Curiores, Dromo. Delitiosum nomen, Storax, Pægniũ. Lorariorũ, Sparax. Coqui, Anthrax, Cõgrio, Machęrio. Lenonis, Chrysophagus, Lycus. Trapezitæ, Chrysotoeos. Meretricis, Thais, Lais, Glycerii, Philænis. Sũt dein Chremetes, Simones, Critones, Pãphili, Charini, & alii. Corpus aliud militi, aliud colono, cursori, vmbratili, parasito. Corpus nũc intelligo non solùm corpulentiam & molem, sed etiam faciem, figuram, colorẽ. Mores, dicta, facta plurimùm pendẽt à nationib⁹ & professionibus. Habitus est corporis tegumentũ. Differẽtia in materia: pãni linei, lanei, seriei: à forma, Arma, Clypeus, Machæra, Causia, Toga, Chlamys. Instrumenta, Corbes, Trullæ, Pẽniculus, Cãtharus & eiusmodi. neqs laboro siquis clypeum & machærã inter instrumenta, an instrumenta inter habitus appendices D connumerarit. Sunt præterea ab euentu, Sarcinæ, Cunæ, Cistellæ, Situlę, Tabellę & eiusmodi. Duplex autem est tegumentum. aut cum ornatu: vt Spinther, Armilla, Annulus, Mitella, Stalagmus, Strophium, Capitium, Zona, Baltheus, Pinnulæ: aut simplex, quales Bardocuculli, Chlamydes, Pallia, Pilei. Quare non immeritò Persona dicta est habitus is fictus, qui veram imitaretur. Non quemadmodum refert Gellius, à personando: quia cætera tecta, ora tantùm aperta essent, vnde vox exaudiretur: sed quod erat *σχῆμα*. Primus autem, sicuti dictũ est, Thespis, quasi colorem induxit quendam, ore fæcibus perunctо. Puto ego Pastores pellibus opertos, personas induisse. Nihilo secius herbarum

rum folia grandiora ob faciem obtenta: vnde à A nobis Personata, quia à Græcis *προσωπεῖον* & *προσωπὶς*. Mæsonem Megarensem aiunt primum personam excogitasse. quare Festus videtur in aliqua Comœdia legisse etiam aliquam personam eo nomine designatã. sic enim ait in xi, Mæson persona coqui aut nautæ, à Mæsone comœdo inuentore. traditque eiusce rei authorem Aristophanem Grammaticum. idem Athenæus in quartodecimo. Apud Latinos excultam maximè personam ab Roscio Gallo histrione. Alii malunt Cincium & Faliscum longè illo antiquiores, personatos primos egisse Comœdiam. Tragœdiam verò, Minutium & Protonium. Additi postea Galericuli tum candidi, tum nigri, item virgæ in manus, non (vt aiunt) ex Homericis Poematibus, sed à baculis pastorũ: à quibus vniuersam poesim effluxisse ostendimus. Consultum hominem grauioris habitus amictu tegebãt. Seruum tunicula angusta, curta, B expeditior vt esset: non vti putarũt, ob paupertatem. nam diuitum quoque serui ad eundem modum adornabantur. Nũcium, aut viatorem cum penula. Nautam causia. Militem sago, aut Chlamyde, eáque ferè purpurea, & machera. Populus tunicatus, pullatus. Parasito palliũ obuolutum. sanè parasitari & adulari, Græca res. itaque Græcum nomen cum Latina voce nulla commutari potuit. Talem & amictum esse decuit. Sed & tunica pulla, aut nigra, aut alba à Latinis est introductus: alba sanè, si eius suasu aut technis nuptiæ tractabãtur. Strigilem, & ampullam dat Plautus in Sticho. color ater ex Athenæo & Cicerone. Lenoni versicolorem attribuère. Adolescentibus pro euentu & statu. lætis candidam, mœstis obsoletam, diuiti purpuream, pauperi puniceã. eo nãmque colore tinctas tunicas seruitiis Gallicis è vaccinio ait Plinius. Afro tunicam manicatam, demissam: eidem inaures. Phrygibus mitellam, vittã cum redimiculis. Tunica huic, qualis & Afro. Quibusdam Exomides datæ, quibus vnica tantùm erat manica. Seruis interdũ albæ Exomides, vel tunicula, quàm Græci *ἰμάτιον*, & *ἐγχόμβωμα*, aut *ἐπίλωμα*. Pictæ, florenti adolescẽtiæ: atræ senibus. interdũ puniceæ genus quoddã, quàm *καμπύλλω* vocabant à flexu. Priscis senibus cãdidæ, de more antiquitatis. Coqui vestis duplex & rudis. rudẽ dico fulloniæ operæ expertẽ. Eunuchi vestẽ non posuere: sed variã intelligas ex fabula Terẽtiana. Differẽtiã faciũt inter *μητροπωλὸν* & *πορνοβοσκὸν*: illo nomine designari scortorũ matres: *μητροβόσκους* esse cõciliatores. Ego Lenones hac posteriore voce dictos scio: quid enî aliud est scortum alere? Fœminas ornant vitta purpurea circũ caput. Lenonibus Græcis versicolor, vt diximus, tunica, & amiculum pictum desuper, non sine baculo, quem *ἄγκιστρον* vocarũt. *Ἀνδρόμαχος* vestis muliebris: cuius manicæ ad cubitum vsque. Altera Talaris, quàm dicebant *σύμμικτον*: cuius ima ora erat *ἀλουργὲς*. species hæc purpuræ, qua esset prætexta, non autem cæruleo colore sicuti putarunt recentiores: *μέλινον* colorem sæpe commemorant in vestibus. *Festucinum* vocãt Veneti viridiusculum palearem. eum vetulis dabant, & cęsium, id est, cinereum. Puellis aũt habitus ferè peregrinus: propterea quòd tametsi erant aliquando ciues: maxima tamen ex parte pro exteris introductæ sunt vsque ad catastrophen. color illis byssinus, aut candidus. Meretrici luteus: auro enim, cuius maximè cupiens est, simillis hic. Sacerdoribus, albus: item iuueni hæredi, sed additæ fimbriæ. Donatus author est, Vlyssẽ palliatum semper introductum. addit causam propterea quod, inquit, Pallium sit Locrorum & Ithacensiũ proprium. duo errores. commune enim fuit Græcis omnibus: quare Græcis Comœdiis nomen Palliatarum. & Vlysses alio habitu sæpe fuit: cùm exercet mercaturam in Scyro: cùm interuertit sagittis Philoctetam: cùm insaniam simulat. Armatũ quoque in Aiace fuisse par est, aut saltem Chlamydatum. Regibus & diadema & sceptrum: Regum filiis diadema sine sceptro. erat Diadema, vitta capiti obuoluta. Sceptrũ, virga ære ornata. Muliebris vestis Tragica Syrma, à cauda & tractu. item Peplum. inuenias etiam virorum amictum, peplum, apud alios quàm apud Euripidem: quam ob causam malè reprehẽsum à Criticis videmus. Parasitum sicuti dicebamus, cum strigili, aut quod alii malunt, pectine: vel cum olei vasculo. sicut agrestes cum pera, pedo & pellibus. Calciamẽta quoque vestitus veniunt appellatione: eius genera duo. *μακρὸν* Cothurnus in Tragœdiis, qui vtriuis pedi æquè accommodari poterat. crassum aiunt adeo, vt eius accessione Heroum magnitudinẽ æquata C prodãt. Heroas enim omnes mira fuisse pro[illegible] tate apud Philostratum quoque legimus. [illegible] Tydeũ excipiunt. Si talis fuerit cothurnus, quomodo venatricẽ eo calciat Virgilius, quam decet esse expeditissimam? Soccus humilis est. Italas mulieres altissimis vsas vidimus: quãuis diminutiua dicant voce, *Soccelos*. Patris mei perfacetum dictũ memini. Eiusmodi vxorum dimidio tãtùm in lectis frui maritos, altero dimidio cum soccis depositо. E' *μεδύσκε* cothurnos appellatos, soccos autem *ἐμβάτας*. Nauticũ vestitum pinxit Plautus in Milite his versibus *causam Habeat ferrugineam, Palliolum ferrugineum*. Nam is color thalassicus. Idem & cum nexu in humero læuo expapillato brachio, Præcinctus. Ludiorum nomẽ in Pastoralibus, & Græcum & peruetustũ fuisse ostẽdimus. Quare aũt dicti sint Histriones, nondũ cõstat. non enim à gẽte barbara: quã equidẽ & domi & foris penè ad omnia exactiora munera ineptã scio. Picardos & Francos excellere præter cæteros arbitror. Athenis in Theatro saltare, aut agere fabulam peregrinis neutiquam licuit. qui contra fecisset, ei mille nummũm dicta mulcta fuit. Si anicula, di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uina virum eloquentia Theophrastum & agno A
uit & appellauit peregrinum, qua spe ageret
Thrax Athenis, aut Romæ Illyricus?

Hæc personarum insignia. Agebant autem neque omnes, neque eadē vna semper lege. nā in fœnō cum actione temperata: in diuerbiis a-uole, sine saltatione tamen. id enim erat Satyrorum, ac Mimorum. In canticis autem cum qui modos faciebant. Diuidebantur agendi munera pro captu & viribus. Qui plurima recitabat, ὁ πλατιστὰς: qui proximi laboris munere fungebatur, δευτεραγωνιστὴς. illi primæ partes attribui dicebantur: hic vocabatur secundarius, si-cuti paris secundarius. similis denominatio sed alia ratione illa, de qua suprà: Protactica, si- B
ue prostatica: cùm quæpiam persona introducitur primo actu, neque amplius vsquā comparet, qualis Sosia in Andria. nam quod aiunt à Terentio sæpe, à Plauto nunquam factum: hoc quidem verum, illa mera calumnia. Alia sunt præterea genera personarum, quasi in ima cera: Puella enim cū parit, nō prodit, sed intus clamat,

Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.

Alia, quæ neque apparet, neque loquitur: qualis Storax seruulus in Adelphis. exiens enim Mitio non exeuntem alloquitur. Sunt & quæ apparent, sed nihil loquuntur: cuiusmodi satellites in Milite, & Baiuli in Andria, atque alibi. Lorarii quoque rarò. In captiuis tamen eis attribuit orationem Plautus. In mutam personam ambiguè lusit Martialis: C

κωφὸν Paula θέατρον amat.

PERSONAE CERTAE.

CAPVT XIIII.

PAE personæ in communi appellatione, & earum officia, actiones, ornatus, quemadmodum ab antiquis obseruatæ sunt. Creuit autē postea ut acceptas è variorum libidine Grammatici pro legibus statuerint: quas recitabimus non tam vt probemus, quàm ne quid omissum esse videatur. neque enim conueniunt Comœdiæ, quà Comœdia est, omnes: sed vt quæque introducendas suadet res. Ac veteris quidem Comœdiæ personæ tales erant, quales ii qui in- D
cessebantur: sicuti etiam in Tragœdiis. In noua autem & media, ad hunc pleræque modum. Senum genera multa. primum & secundum dixêre πάππον. Prior, vt pro auo haberi posset, fingebatur raso capite, leni supercilio, decora barba, maxillis modicis, subtristis, colore candido, facie nitida. Talis fortasse Crito Terentianus. Alter nō absimilis, verùm habitudine meliore, obtutu intentiore, tristis, subpallidus, barba composita, rufus, auribus flaccidis. Tertium quare appellarint ἀγροῖκον, non declarant: eum putassem adolescentum moderatorem, nisi ridicula facie finxissent, quippe sparsa, naso aquilino, dextro elato supercilio, capillo in coronæ modum. Quartò, promissa barba ac densa: quam etiam menti agitatione succutiat. Capillorum habitus idem, supercilia immota, facies vietа. hunc φρυβόντιχον nominarunt. Hermonium quoque cur aliam personam vocent, non scripsere. videtur fuisse Arrilator, quem postea Coctionem appellarunt, Galli *Machinonem*, quasi Machinatorem: eius enim interuentu & tractatu merces distrahūtur. Italia quibusdam locis *Sensalem*. Eius facies ad hūc erat modum. obtutus acer, protensa supercilia, barbatus, recaluaster. Alter eiusdē operæ, diuersa facie, tonsus, cuneata barba, sic enim φρυνοπώγων. At Galenus per φρύγειν vbique significat partium cohæsionem atque infarctionem. In terræ angustiis coactum spiritum Aristoteles secundo Meteororum designauit hoc verbo, πλησθῆναι. Plutarchus id declarans, πλῆ σφήνωσιν dixit. Noua notio vocis apud Euthydemū Athenienſem, in libro de falsamentis: Mugilum genus, quòd esset πεπλάγιον, σφυρίς vocat: quippe qui non esset passus, vt Passer, sed coactus in quadratum: cuius latitudo altitudinē æquaret. Quod verò nomē fecere alii personæ, Lycomedius, à cura & astu videtur ductum. multa enim attingit, quorum satagit, negotia. huic barba crispa, mentum oblongum, alterum supercilium protēsum. Haud absimilem fecere huius faciem lenoniam. diduxere tamen buccas, atque etiam distorsere: contraxere præterea supercilia, ademēre capillum ita vt aut caluus, aut recaluaster esset.

Adolescentū species. C Alia ætas Adolescentum: quorum species item multæ. Primo loco frugi ponēdus est: qualis in Trinummo. sic enim interpretor πάγκαλον: corpore exercitato, colore viuidiore. quippe non in vmbra, sed in aperto plurimùm agitat: ac rebus agendis præest. Itaque & rugas aliquot fronti addidere: quod indicium Physiognomones, optimi animi statuunt. nam distēta in fronte cutis, remissæ vitæ ac væcordis frequens indicium est. intenta quoque supercilia cōsideratum hominē designabant: quemadmodum corrugata diiudicantē. huic quoque cæsaries in orbem composita. Erat alter iunior, atque atrior, demissis superciliis, corpore nihilominus exercito, & sciens literarum. Tertius, crispus, capillorum cirris eleganti dispositione, rubore diluto, elatis superciliis, frontis tractus vnica distinctus ruga. Quarta facies, adolescentis mollioris, omnium natu minimi: coma qualis Frugi. Candor vitam vmbratilem indicabat. quos Galenus vocat σχολαστικούς. hoc differūt à Gymnasticis, educationis indulgentiam arguit: cuiusmodi Æschinum in Adelphis potes intelligere.

Ab officio. Hæc ab ætatibus. nunc ab officio. Personis agrestibus, vtpote insolatis, ater color attributus, efficti in his Labeones: rectè sanè. at Simi, non rectè: nasutiores enim ferè sunt. Attonsa in orbem coma. sic enim interpretor στρογγύλην περιχαιτίαν. non pro corona (qualis ridicula est in monachis) sed pro figura capillamenti. Duo præterea militum

tum genera. vtrique cæsaries, quàm in incessu A
quateret. vnde & ὀλισθηροὶ nominati: sic enim sonat vox Græca potius, quàm si dicas, effusam ventis comam, vt aliis placuit. Priori nigra, qui & asperior & glorioſior: alteri flaua, qui lenior. Totidem ad hæc hominum monstra introduxere Græci: alterum κόλακα, adulatorem: alterum Parasitum, qui caret Latina appellatione. nos in comœdia Ceparum posuimus nomen nouum Cœnaturionis: in qua Centurionem glorioſum & guloſum irridebamus. Mensarum assectam legimus ad eam significationem in oratione contra Sallustium: quæ an sit Ciceronis, dubitaui diu. vtranque tamen personam in vna inueniās: ita vt Parasitus idem sit Colax. Artes sanè, ac plusquam artes: non enim Parasitus.
solùm docent agere, sed etiam pati. Parasitica B
Gnathones. sine assentatione profectò nulla. Gnathones quoque dicti à maxillarum officio. Atrum colorem dant, atque in palæstris exercitant. sanè verò. Adolescentum enim cœnas cum caperet, eos sectabantur, non senes: quibus omnem operam præstarent in ludo, in palæstra, in balnea, ad venandum. quò non? Offa enim, vt ille ait, monet. Itaque discurso opus erat, ad portum, in arcem, ad lenam, ad templa, in theatrum, vnde colorem adipiscerentur: cuiusmodi & Alexis scribit. nitidum tamen illum, tum ob lautitiam ciborum, tum ob exercitationem. Cùm autem aduncum designant nasum: minus bene faciūt. illustris enim animi est. ita sentio, si ἐπίγρυπος id C
significat: nam alii incuruum malunt. duo tamen genera docet Aristoteles: alterū coruo, alterū aquilæ simile: illum sanè ignobilem, qui statim à fronte curuatur. Addunt autem συμπαθεῖς, ideſt affectuoſos. Aures verò scitissimè pēdulas fecēre: nō ab ætate, aut inedia, aut morboso corporis habitu eas productas decuit: sed insolentia dominorum, quos etiam suos appellabant Reges. horū enim manibus sæpe sunt contusi. Supercilia quoque aptissimè intendunt: sunt enim omniū rerum, omnium orationum, omnium momentorum admiratores. Sermo, gestus, vultus, animus in aliorum vultu atque animo fita sunt. Horum genera tria animaduertimus: vnum commune, pro arbitrato Comœdodidascalorum: alia duo distincta, quorum D
primum appellarunt εἰκοστὸν, alterum autem Siculum. quem arbitror nulla re alia à cæteris differre, quàm vestitu. nam εἰκοστὸς quoque erat peregrinus. Is sine barba erat, rasus, amictu nitido. Malas quoque ei pertusas faciebant: fuit autem nomen hoc, vt ait Polybius, apud veteres Gallos in honore. suos enim Poetas sic appellasse scribit, quemadmodum εἴσοπτρον & σωσίπατρα voces sunt minimè contumelioſæ. Priſci vero Græci eum ita vacabant, cui sacrarum epularum eligendarum cura publicè mandata erat. Quin ipſum quoque nomen sacrum fuisse ait Polemo Samius, ἢ τῷ σωθήσῃ simile. Quòd si ita est: esto: quemadmodum apud Romanos collegium Epulonum. Sicut colligi potest ex columna quæ sita erat in Herculis fano, quod fuit in Cynosarge. In ea enim hæc legebantur, πρὸ δ' ἱσταμένου θύειν ὁλοκλήρους μετὰ τῶν φιλαίτων, & in Palenidæ donariis: ἀρχοντος καὶ φιλαίτου ἀνέθεσαν. Locū item in quem sacrarum frugum primitias componendas curabant, Parasition appellatum. Aristoteles in Methonensium repub. Principibus, inquit, bini erant Parasiti, ductoribus autē singuli. Illud quoque annotatum est: eos exigere solitos tum certas à quibusdam aliis portiones, tum à piscatoribus opsonium. Primum ferunt Epicharmum tam nobile nomen ad hoc opprobrium comicum transtulisse: quem secutus est Alexis. Homerus autem vocat εἰλαπινάστας. Parasitorum genera duo quàm festiuè describat Alexis, ἐν κυβερνήτῃ videre operæ preciū arbitror. Ludens enim vera dicit:

Δύ' ἐστὶ παντάπασι φιλαίτων γένη.
Ἓν μὲν τὸ κενὸν καὶ κακῶς δυμένον,
Οἱ μάλιστ' ὠμοῖς. Θάτερον δ' ὄντως ἄγαν
Ἀκριβὲς, φιλαίτους καὶ τραπέζους ἐπαρεῖς,
Σεμνοποιόν τιν' ἐκ μέσου κεκλῦφθαι.

Et subdit elegantissimè,

Τούτου δ' ἐκάτερον τὸν γενῶν, ὁ μὲν πόπος
Τῶν ἱματίων ἐστὶ δεῖ, κολακίαι δ' ἐγώ.

Seruorū autē personæ septē. vnus per caniciem referebat diuturna seruitute ac frugalitate sese adeptū libertatem. talis Terentianus Sosia. Hūc quoque πάππον appellabant, sicut alterum ἀγροῖκον, quemadmodum & senes. eius officium arbitror fuisse, deducendorum ac reducendorum herilium liberorum in palæstram, in ludum, ad sacra: qualis fuit ille in Phormione Geta. Rufos huiusce modi pædagogos fingebāt Græci. capillis in coronæ modum attonsis. fum tamen ibi Poeta Dauū facit, non Get[illegible] quit, erat pædagogus. Facetè quoq; protensis dabant supercilliis: nihil enim ineptius aut fucatius pædagogo. Hui⁹ natura, ingenio senis ducis, de quo suprà dictum est, respōdet. Huic similem faciebant cum, quem ἐπίσκυνον cognominabant, nisi quod huic erat cæsaries iusta & plena. Tertiū vocant, κόμην περιχαῖτην, siue κόμην περιεγκεκαρμένην, quod aut nolo, aut nescio Latinè dicere, rufo capillo, recaluaster, elatis superciliis. Quartus, capillo & cute rufus item, sed crispus, qua caluitium nō occupat, & strabo. Addunt vnum, quem μέσον vocabant, caluum item ac rufum. Acceperunt etiam ex alicuius Poetæ fabula, quē πίττην nominarunt, id est, eicadam, nigrum, peruersis oculis: eiusque in caluitio duos trēsue capillorum tractus diduxere. Ad mentum barbæ ratio par. Puerum fortasse in Comœdiis fecere Græci aduorsitorem. quemadmodum verò eum appellarint, non prodidere.

Fœminarum personæ ad XIIII explent ordines. Duo matronarum genera. Primam dictam aiunt λεκτικὴν, ab eloquentia, opinor,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne dicam ab ipsa loquacitate. nequaquam enim A tales sunt fœminæ. Coma ei circumfusa, non discriminata: leniter applanata ac pexa recta supercilia, color candidus. Cui fecere alteram similem, præterquam capillo, qui esset crispus. Toridem puellarum species. discriminata coma, recta supercilia, nigra, candor subpallidus. Eam quæ non esset virgo, sed pro virgine sese ereret, ψευδόκορην appellarunt. hæc summo in vertice nectebat comam: qualem modum, nodúmque, in Leda marmorea, Atauorũ nostrorum domi meminimus pueri. Faciem mulieris semel nuptæ affingunt. Altera similis, sine nodo comata atque discriminata. Duo genera meretricũ. ab ætate, ab ornatu. ab ætate duæ: Anus & iuuẽculæ. Anus duæ inter se similes: altera natu grãdior, & ad quæstũ iã inepta declarabatur ex capillo canicie aspersо: vnde & ἀπαρτοπώλιδος no- B minata. cui etiã eloquendi rationẽ attribuebãt. Altera vocabãt μαλακὴν. pleniore coma circunfusa. Iuniorum quæ maior erat, πίλιον iccirco ἐπαρικὸν dicta: rubicundior fuit quàm altera quam ψευδόκορην appellabant, à cuius auribus pendebant cincinni. Scortillum verò iu uenculum minus comptum est. tæniola tãtùm astringit caput. hæ ab ætate. Ab ornatu autem tres. Prima διάχυσις, quæ multo luceret auro. Secunda διάμιτρος quoniam varia mitella redimiret caput. Tertia καμπύλιον, à plexis crinibus in metæ, aut faculæ modum. Tria lenarum genera, Aniculæ omnes. vnam Lycænion à Lupa C vocant. proceriuscula, rugæ tenues, frequentes, candida, subpallida, straba. Altera pinguis, crassis rugis, vitta crines cohibens. Tertia domestica exuctis malis, vtrinque lunos dentes aperit. Ancillularum personæ duæ. maturior ætate πα- dicta, tunicula candida succincta. Qui locum sunt interpretati, αὔλειον, Auram latine receruntat Græcis famulam significat. Item πεῖκουσαν, virginem: quasi πεῖ τὴν κούρην agentem. non reprehendo. Cæterùm πεικεκαμένην emptitiam dixere. Hoc autem idem est quod attonsam: vt etiam ἀπείκουσος nomen inde fortasse. Alteri ancillulæ discriminata coma: nasus simulus, tunicula coccina succincta, vt præstò esse queat meretriculis. παράψαυστος à calculis, D quasi ἀπὸ τοῦ ψάφου transtulere. magis placet mensa. ψῆφος enim abacum significat. sic ad abacum & ad cyathum stare pueros dicimus. Obstetricẽ verò nutricémue nullam finxerunt isti spicileguli Græculi. Illã esse decet amictu vulgari, anum, vegetam, rubicundam, bibulam, tecto capite linteolo, suffarcinatam, maniculis ad cubitum reductis, aut sine manicis. Nutricem pinguem, rubicundam, hilarem, loquacem, iurgiosam, ætate integra. Matronarum nutrices iam emeritas, anus esse oportet: loquaciſsimas, quæque vel herarum interpellẽt orationes: exploratricem, suspiciosam, capite, & pectore, & brachiis tectis.

MIMICÆ PERSONÆ.

Caput xv.

Mimicæ personæ è foro, & tabernis & angiportis, facies atque habitus afferunt. Cauponis, Coqui, Productoris, Sycophantæ, Militis, Meretriculæ, Conciliatricis, Cursoris, Ebrii, Stolidi, Insani, Pistoris, Pædagogi, Surdi, Cæci, Fartoris, Circulatoris, Impostoris, Arrilatoris & eiusmodi. Nunc Galli Monachos adulteros, aut clatrorum desertores tãta venere ostentãt: vt meritò existimẽ omnes eis cedere nationes. In libro De inuentione, materias aliquot posuimus, vt ex earum filo aliæ quoque texi possint.

TRAGICÆ PERSONÆ.

Caput xvi.

Tragicas autem Regum, Ducum, Militum, Nunciorũ haud alia forma esse pareſt, quàm quæ à veris sustinetur. Ponunt tamen aliquas Græci adeò longè à tragica grauitate, vt ridiculæ videantur. verùm ne quid desideretur, ne has quidem omittendas duxi. Cõmunis omnibus grauitas & proceritas. Priuatim autem ab ætate, senes sex. Primus rasa barba: iccirco ξυρίας. Omnium natu maximus, canicie candida, capillos adiacentes habet summo frontis tumori, quem Græci ὄγκον vocant. figura trianguli sine basi, longis maxillis. Alter candidus canicie vniuersali: cincinni circum caput: Barba impexa, atque iccirco compacta: propendulo supercilio, albido colore, breui frontis tumore. Tertius ἀπαρτοπώλιος, vt supra dictũ est, pallore fusco. Quarto, ater color, crispa barba & coma, aspectu aspero, frontis prominentia magna. Quintus, coma flaua cincinnata, minore frontis tumore, colore nitido. Sextus, flauior priore, sed pallore ægrotos repræsentante.

Adolescẽtes.

Adolescentium personæ octo. Frugi primus natu maximus, imberbis, nitido colore, subfuscus, denso capillo & nigro. Secundus flauus, fastuosus, capilli summum ad frontem astricti. Supercilia passa. facies torua. Subcrispus huic similis, sed natu minor. Quartus mollis, flauis cincinnis, candida cute, hilaris: cuiusmodi facies deceat alicuius dei personam. Cui similis alter iunior, sed macilentior. Deinde recensent duos: vnum pallidum, alterum subpallidũ. Prioris formam attribuebant spectro in scenam introducto: aut ei qui è vulnere laboraret. cutis iccirco arida, color ægroti, coma subflaua. Subpallidus autem eadem, qua Frugi, forma: sed ad effingendum amantem, aut ægrotum.

Serui.

Seruorum personæ tres. δημόσιος primus quare dictus sit, non ponunt. pellibus accinctos in scenis egisse certum est. vnde & hoc nomen. Huius frons plana, sine tumore. vitta aut mitella pexos crines candidos arcet. Facies pallorem albo dilutum ostendit. Nasus animi præ se fert asperitatem

asperitatem. sub elatis supercilijs oculorum te- A tricus obtutus. barba ætatem grandiorem ostendit. Duo præterea, quibus Nuncios exprimebant. vnus dictus, vt in Comicis, σφηνοπώγων. vegeta ætate, frontis summitate lata & tumida, ambitu depresso, flauus, asper, ruber. Alter resimus, fronte tumido, flauus. è medio vertice passi crines, imberbis, subruber.

Nuncii.

Mulieres.

Mulierum personæ vndecim. Prima, in qua maxima dignitas & ætas grandissima. cana coma, frontis tumor modicus, subpallida. itaque ὀθόκχωμος dicebatur. Secundum hanc, anicula libera, qua calamitosam exprimebant. cutis subrufa, sufflaua canicies, frons modicè extans, crines passi ad clauiculas vsque pectoris. Post hanc, famula anicula, quo loco cæteræ frontis tumorem expressum habent, ex agninis pellibus vittam gerit. cutis rugosa fuit. Altera famula μεσόκουρος, quia in medio rasa erat. Frontis summitas tumore castigato, cãdor subpallidus, mediocris canicies. Hac iunior est ea, quam διφθειρίαν vocãt. frons tumore vacua. Duæ præterea, capillorum forma diuersa. Comatam κατάκομον nominant, coma nigra, pallidam, mœsto vultu. Altera, quæ non esset coma pleniore, sed μεσόκουρος. Similis tonsura ei quam dicunt ψεσσάτην: quidam recens violatam, alii recens tõsam malunt. nonnulli iuuenculam admodum intelligunt: sicuti mox παρὸν πεῖσσαν. ab hoc significatu esset nitida, succi plena. παρὸν autem πεῖσσαν est in primo flore: qualis Danae fuit repræsentata. Duæ adhuc: quarum vtraque κούρειον virgo dicitur, caret ea frõtis exporrectione quam toties in aliis expressimus. Sed eius loco capillum applanatum, bipartitum, modicè circùm attonsum, & cincinnatum. vnde & nomẽ quidam attributum arbitrantur: námque alii κούρειον potius iuuenculam interpretantur. color subpallidus. Altera eodem nomine & facie. Cæterùm in capillo neque discriminatio, neque cincinnus.

Reges Latini. Imperatores Romani. Reginæ.

Hæ personæ communes. seorsum autẽ pro statu cuique ac fortuna. Reges Latini cum trabea & lituo. Romani Imperatores paludati, cũ purpura, & laurea, & stipatoribus, & igni, qui præferebatur. Reginæ cum palla & croceo velo. Pallæ facies tractitia: vnde & Syrmata, & συρμὸς à Græcis, & πέπλοι, & πολύπτυχ. omnes demissæ. cuiusmodi Iberas vti solitas scribunt. nunc tota Asia & Europa vniuersa. purpureus his fuit color: albo ad cubitum distinctus lætis, infelicibus atra palla. Tametsi exules quoque aliquando prodibant albati: quibus tamen certa Poetarum lege fuscæ vestes, & atræ, & subuirides, & cæruleæ erãt attributæ. Præter velum etiam pal liolum gerebant: quale etiam nunc Romanisca. Sberniam nonnulli vocant. Breuissimum est, cum feneſtella, per quam brachium exerunt. Gallicis matronis manicatum, atque ad talos vsque demissum. Græci ἐπίλημα dicunt. Multa verò nomina ἐπιβλημάτων. ξυστὶς, βαπτὰ, χλανὶς, χλαμὺς, διάχυσις, χρυσόπαστος, φοινικὶς. Fuit & ὠλοπωμα laxior amictꝰ sinuatꝰ, quo Reges vtebatur. Hoc quoque pictum erat, sicut & alia plerique. Militare autem indumentum puniceũ aut purpureum: quod ad manum aduoluebãt tum bellatores, tum venatores: ἰφαπτὶς dicebatur. Capitis ornamenta Regia, Diadema, & Tiara, & Galericuli. Diadema erat fascia, qualis & nunc Aegyptiis & Mauris. non quod vulgus somniat, vmbraculum. Muliebria, κωλύπτρα, κεκρύφαλον. conciſum vocabulum, & transpoſita elementa. fuit enim κρυπτοκίφαλον. Faciem autem quis regerent, παρακαλύπτρα. Penelopes velum ad eum vſum, κρήδεμνον vocat Homerus. Gerebant etiã mitellas cum redimiculis. Haud multùm abſimilis ornatus nũc fœminis Vasatensibus. Priuatus amictus ἄγκων. Reticulum erat nec lexum è lana, quo totum corpus suum obtegeba. Tiresia. Monachorum cohors quædam tale quid superinduit. Philoctetes & Telephus pannoſi. Primus AEſchylus, non (vt putant) Euripides in scenam tragicam ebriorum intulit spectaculum. In Cabiris enim introducit Iasonis comites ebrios: ipse fortasse haud multo minus eùm illa scriberet. Liber pater cum thyrso & veste crocotula: ita Plautus κροκωτὸν. & cũ μαχαιρίσιν picto. Erat hoc, quod Latini Capitium in virginibus, quia pectus caperet: non capitis tegmẽ, vt scribunt recentiores. Eo verbo Philippides comicus in fabula ἀνδρογυναῖκας vſus est. Eodem nomine μαχαιρὶς, equi ornamentum aut munimentum, quod ab armis penderet. veteres ornatus tragici, pelles hinnulorum, leonum, caprarum, pãtherarum. Gladii, lanceæ, arcus, coryti, pharetræ, sceptra, currus, clauæ, caducei armaturæ.

Hæ personæ certæ, pro libidine Poetæ quæ vt noui quippiã afferat, semper mutat, vertit, inuertit, attributæ sunt personæ etiam mutis rebus. Sic in Phaethonte loquitur Terra & Eridanus. in Argonautis, Nauis. in Prometheo, Vultur & Mons. & Mare in Ariadna. Et nos in Græca nostra, quã Delũ inscripſeramus, Insulã ipsam cum Latona colloquentem. Mors olim in Chirone & Hercule. in OEdip. Erinnyes. in Hecuba, Rabies. in Athamante, Insania. in Oreste, Pauor. in Io, OEstrus. Præterea Bellona, Cõtumelia, Obtrectatio, Eloquentia, Tempus, Occaſio, Fraus, Fides, Ignauia, Liuor, Fas, Nefas, Pax, Iustitia. Quorum alia propria huius generis fabularum: alia cuiuis communia. Galli in Mimis vtuntur non raró: & appellant *Moralia*.

SATYRICÆ PERSONAE.

Caput xvii.

IN Satyra Græca veteri Satyricæ personæ, Satyrus canus, Satyrus barbatus, Satyriſcus imberbis, Silenus, Pappus. & ex vtroque compoſitus, tanquam mulus, Pappoſilenus fero a-

Satyrus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpectu,ac terribili. Eorum nomina, Autolycus, A Burris,actus obſceni, facies ridicula. Satyricus ornatus, Hinnuli pellis, quam iccirco ἰξάστην nominabant: quia ſine rugis tota aſsidebat corpori, atq; adhærebat. Pellis item capræ, quam ποδοκάλτιδα & σκιρτὸν appellabant. Comptiores pantheram induebãt. Apud Verrium Flaccum ſcriptum fuit, veteres πίσκας pelles appellaſſe. Lucilii verſum in libris Originum recitauimus,in quo Peſcia ſignificat tergus pecuinum, quo pro amiculo vſi eſſent. Eam vocem poſuimus in Satyris noſtris.idem enim eſt quod αἰγὸς. pecus enim noſtrum inde,& paſco.vnde & Græcis πόκος, lana. Quin aliquibus Italiæ locis, pondus vocant lanæ certum pondus. Satyri, quia pellibus utebantur cum contis & thyrſis in Liberi patris exercitu prælia iniiſse,eius generis venabula gerebant. Iccirco θυρσοφόροι διονυσιακοὶ dicta ſunt B à Græcis. Eos quidam eadem de cauſa militari ſago tectos introduxere. alii tunicula punicea. Sileno craſſa tunica fœno contexta.& ἀμφίμαλλα χιτῶνες, vtrinque villoſæ.

SALTATIO.

CAPVT XVIII.

CVm choro erãt in Orcheſtra & Thymelici,id eſt cantores:quíq; modos faciebant,& ſaltationes. Inter quæ Saltatio primũ hiſtoriæ locum debuit obtinere. Eſt enim vetuſtior ſermone motus. Prçterea ab his tãtùm Orcheſtra nomẽ inuenit.otioſi,cantus,mollis,inertis.Saltatio, vegeti, acris,exercitati.maximo quoque in honore fuit, propterea quòd etiã ad militarẽ exercitationẽ plurimùm facere videretur. Quapropter, quẽadmodum ſuprà diximus, Phrynichum, quod in fabula Pyrrhicam aptè ſaltaſſet, Imperatorẽ delegere Athenienſes, ὄρχησιν Græci dixere ſaltationem. Ὀρχὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ ἄρχειν, detracta aſpiratione, aut ἀπὸ τῆς ὀρούτης.eſt autem motus compoſitus,numeroſus,cum geſtu effingens rẽ, aut perſonam, vel quam canit, vel quam tacet. Ita habes definitionem cum diuiſione & vocalis,& tacitæ ſaltationis. Latini nõ habuere propriam vocem, ſed communem huius legibus aſtrinxere.Nam ſalire eſt moueri in ſublime, vel tanquam medium, vel tanquam metam. eius frequentatiuum ſalitare. vnde conciſum ſaltare. Græca origo verbi ἅλλεσθαι. Eum motum rudem inter paſtores primum fuiſſe credere par eſt. quem cum certis legibus & variaſſent & cõpoſuiſſent, ὄρχησιν priuato nomine vocauere. Latini rudem illum veterem, Saltum:hunc, Saltationem cùm appellaſſent:nõ habuere verbum ſeparatum, ſicut Græci, ὀρχεῖσθαι, ab eo quod fuerat ἅλλεσθαι. Quare apud Salluſtium audiẽs,Pſallere & ſaltare quàm neceſſe eſt probæ mulieri, nequeas tam diſtinctè intelligere,atque ſi Græcè dicas ὀρχεῖσθαι. Saltationis meminere Plato, Homerus, Xenophon, Strabo, Herodotus, Plutarchus, Galenus, alii innumeri. Quidã verò etiam eius genera deſcripſere: Lucianus, Pylades, Pollux, Athenæus.

Prima atque antiquiſsima videtur in pedibus fuiſse. Nãmque agreſtes priſci multùm erãt in venationibus. Itaque amabant pedum exercitia. Et ſanè ingreſſus, cõmunior motus quàm manuum eſt. Quippe manus vni homini data eſt à natura, pedes etiam aliis.quanquam manuũ vſus nobis quàm pedum prior: quia facilior. Neque enim pedes ad motum tantùm, ſed etiã ad onus: manus autem non ita: & geſtantur à pedibus: ipſæ nihil geſtant corporis. Proxima fuit manuum motio, quam χειρονομίαν appellabant. Habes hanc vocem etiam apud Iuuenalem. Poſtea pro vitæ genere ac modo, acceſsiones factæ multæ, Calathi, Abaci, Rotæ, Gladii, Haſtæ, Thyrſi, Pilæ, atque eiuſmodi. Nam & apud Homerum duo genera ſunt obſeruata, vnũ πρὸς κυβιστητῆρα, quod erat ſimplex: alterum διὰ σφαίρας, quod erat cum pila. Cuius inuentum Nauſicaæ Alcinoi filiæ attribuit Agallis Corcyrenſis fœmina, quæ etiam Grammaticã olim docuit: hoc ſuæ genti gratificata. At Diczearch' Sicyoniis. Hippaſus Lacedæmonios primos authores fuiſſe autumat. Ac de ſimplici quidem primùm ita, vt motus deſcribamus cõmunes prius: poſterius, certa in genera partiamur. Motum in animali Ariſtoteles confieri ἐξ ὥσεως, & ἕλξεως, diuinitus, vt omnia, docuit nos. neque enim iciuna nobis, Grammaticorum more, hiſtoria texẽda eſt: ſed doctis apponenda quædam, quaſi ἐμβάμματα. Impulſu igitur, & tractu mouemur. Hæ ſunt ſummæ differẽtiæ. minores autem, flexus, procurſus, ſaltus, conquiniſcentia, diuaricatio, claudicatio, ingeniculatio, manuum connixio, conſertio, competinatio, agitatio, commutatio, compoſio, elatio, iactatio: pedum permutatio, alternatio, ſupploſio, atque alia talia, quorum nõ pauca nomine carere arbitror. quis enim dicat, cõpernatio? atqui decuit, ſicuti diuaricatio. Aliquot meminit Galenus in ſecũdo de conſeruanda ſanitate, ὀρχησῶν αἱ σὺν τοῖς κιθαρίσταις, ἐν αἷς ἄλλοτε μέτρα, καὶ περιδινοῦντα σφόμενοι πίπτουσι, καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ περσύρουσι, καὶ διαζώσαντες ἐπιπλέξαντα τὰ σκέλη. appellabant hoſce modos corporis, γραμματισμοὺς: in quibus nõ ſoli motus, ſed & quietes numerabãtur. ſtãtis, dormientis, cogitãtis, ſedẽtis, feſsi, ignaui, metuẽtis, admirantis. etiam à partibus quibuſdam corporis. Nutus, nictus, oſcitatio, riſus, fletus, digitorum concrepatio. quæ omnia apud Græcos & Mauros etiam nunc videmus: itémque eorum ſoboles Hiſpanos. Vaſcones crurum tantùm iactationem retinuerũt, cum tintinnabulis & crepitu digitorum. Itali ſaltum, procurſum, recurſum, & verſationem. Primùm aiunt ab Æſchylo γραμματισμοὺς in choros Tragicos tranſlatos: veteribúſque modis nouos additos à Teleſte illius ſaltatore, Chamæleo author eſt. Alios ab aliis: nominãque indita

dita è re ipſa. ξιφισμὸς cum enſe. κραδασμὸς cum A caniſtro. Quæ figura fuerit, quam κραδαλίδες vocant, non poſuere. ita ſunt puri ac miſeri recitatores nudíque: quorum princeps Pollux. Neque ſanè multum laboro: haud enim magni refert. σκὼψ fuit facies ſpeculatoris in digitos erecti; ſummam manum ad vmbellæ vſum ſuperciliis admouentis. Eius meminit Æſchylus in Theoris Fuit & θερμαυστρὶς: quaſi vellet vociferari ore aperto, elatis ſuperciliis, ceruicibus inflatis. Et θαυμαστὸς, admirantis, contracto ore, & ceruice inflexa, paſsis manibus. Et μυσπισμὸς pedum motus Medorum inſtituto. Et χεὶρ καταπληξὶς χειρὶ, cum manui ſubſternebatur manus. Et ῥῦλα φαλλῖδι, cum tollere quippiam volebant. Et τρίβων cum in modum turbinis verſarentur: B quod etiam nunc faciunt. Et ἔπαρξις κονισμοῦ, quaſi dicas, incubitatio: cogitabundi fuit. Et ἐγγόνασις ingeniculatio. Firmicus Ingeniculum ἐγγόνασιν ſignum vocauit. Sic in hiſtoriis monſtri, non Imperatoris, quẽ nolo nominare honoris cauſa. Et σκαζοντισμὸς, Cernicatio: Ceruicis iactatio. Ita & ſimplex, & compoſitæ aliquot dictæ ſunt.

Ἄσσα φωνή. Genera verò ſic veſtiganda. Aſſam vocem veteres dixiſſe cantum ſine tibia, aut cithara, aut lyra, Varro author eſt. Ita ſaltatio quædam ſine cantu fuit: cáque vetuſtiſsima. Deinde cantus additus, quam poſtea χορείαν appellarunt: πλὴν μετ' ᾠδῆς ὀρχηστύν. Ita Chorus apud Ariſtophanem agebat, cum canebat ἐγὼ βούλομαι χορεῦσαι: ſaltabat enim tunc, τὸν κύκλωπα μιμούμενος. Poſtremò adiuncta inſtrumenta. Saltationis autem differen- C tiæ ſummæ duæ, ſtataria, & motoria: pro argumentis Fabularum. non quòd non vtraque moueatur: ſed quòd hæc magis. A quibus ſpecies illæ deductæ, Contentæ, remiſſæ, ſeriæ, molles, ridiculæ. Alia verò nomina vel ab regionibus, ἰωνικὸν: vel ab inuẽtoribus, πυῤῥιχὴ: vel ab argumento ſubiecto, Achilles: vel à corporis partibus, σφαγιασμός: vel à modo motionis, μανδυηδισμός: vel ab imitatione, γέρανος: vel ab inſtrumentis, πυκτίδες: ab habitu, ἐνόπλιον, γυμνικὴ, cum Thyrſo, calatho, haſta, aratro, abaco, olla. Summa autem genera ab vſu, & loco duo. vulgaris, quæ coniugiis, ac ſacrificiis adhibebatur, & Theatralis. Huius ſpecies tres pro modo, numero, genere Fabu- D larum. Vna in Tragœdia, quam vocarunt ἐμμέλειαν: grauis ea, & compoſita: quemadmodum vox ipſa quoque declarat. Altera in Comœdia ſolutiore licentia, κόρδαξ dicta. Tertia laſciua inconſtans in Satyris appellata σίκιννις, cuius etiam meminit Euripides. Emmelia igitur grauis, & modulata, oratorum geſtu propior. Vnde Agamemnonem agens Hylas, cum ſeſe feciſſet grandiorem: correptus eſt à Pylade præceptore: ἀλλὰ σὺ μέν, inquit, μακρὸν, οὐ μέγαν ποιεῖς. Tum ipſe expreſsit meditantem. Huius ſimile quod de Capheſia tibicine memoriæ proditum eſt. Is enim diſcipulũ cecidit, qui contentius inflaſſet tibias: addiditque elogium ſanè diuinum, ἐκ τοῦ μεγάλου λῷδ', ἀλλ' ἐντεῦθεν δ' τὸ μέγα. Tragicæ autem ſaltationis figuras nominibus ferè veteres prodidere. Quarum multas præter nomen eos equidem ſuſpicor ignoraſſe. Ea verò ſunt, σίμων, χειρονομία-δίσκος, χεὶρ καταπληξὶς, tametſi ſuprà ſcriptũ erat, χεὶρ χειρὶ καταπληξὶς, ῥῦλα πτερόν-λιδι, διπλῆ, θερμαυστρὶς, κιθύσματα, παρεκβύσεις τύπαι, ἐκκυκλεῖδες. E quib' hanc, & θερμαυστρὶν magnum, ac laborioſum tuotum in manibus præ ſe tuliſſe ſcribunt. Quippe ἡ θερμαυστρὶς alia ab ſuperiore, inter furioſas recẽ s ſebatur: ſimul cum duabus a liis Cernophoro, & Monga. in illa τὰ κέρνα ferebant, quæ interpretãtur ἐγκεῖδια, hoc eſt foculos. quia κέρνος erat poculi quoque genus. Cordax Comica, ſicuti dicebamus, laſciua: vnde κορδακίζειν de licentioſa ſaltatione. Species eius: ἁδύκωμος, & ἅδιον, iucundæ ambæ, vnde & nomina. Διορχηματικὴ, quæ erat Cretenſium propria, plena luſus. Ex Cordace Bathyllus Alexandræus confecit ſaltationem, quam Italicam nominauit. non enim fruſtra Iuuenalis poſuit nomen hoc illo verſu, *Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo.*

Quidam etiã Emmeliam huius inuentum arbitrantur. Sicinnis autem dicta, vt aliqui volunt, à Sicinnio quodã Barbaro: alii Cretẽſem nõ barbarum prodidere. ea erat maxime motoria, geſticulatione creberrima & celerrima. potiſſimùm Satyrorum. quare Scamõ dictã putabat Ὀρχὰ τὸ σκάπτειν. adde tu ὀρχεῖσθαι. Iccirco Satyros ſaltantes dixit diuinus poeta. *Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.* Apud Gellium in Latinis monumentis. Sicinniſtarum nomen legis eorum, qui ad tumulos modos facerẽt. Galenus κυμβαλίστρεις vocat.

Theatrales hæ. extra Theatrum haud abſimiles Inultæ. Belli ſimulacra. Pax. Luctus. Nuptiæ. Vindemiæ. Meſses. Acres & fortes, quæque contẽtæ multæ: aliæ molles, vti dicebãtur. Armatas ἐνοπλίους dicebãt. Variatus habitus pro more nationum. Pilum, phalanx, geſa, ſarilla, acinaces, pelta, parma, ſcutum &c. Armata fuit illa, quam vocabãt Pyrrhicham. Non à Pyrrho Pyrrha Achillis filio: tametſi ab eo ſaltatam aiũt victo Eurypylo filio Telephi. quippe eius pater Achilles ante ipſum dicitur ab Ariſtotele ad Patrocli rogum eam ſaltaſſe. Itaque πυκτὴν Ὀρχὰ τὴν πύρρην: à Cypriis autem ῥῦλαν. Alii faciunt eius authores Caſtorem, & Pollucem: quibus ſaltantibus Pallada feciſſe modos ſcripſit Epicharmus. Atque inde à Lacedæmoniis ad bellũ cum tibia exire cœptum. Nonnulli originem quidem agnoſcunt in eodem loco, ſed inuentũ aiũt Pyrrhichi Spartani fuiſſe: cuius ſententiæ dicunt Ariſtoxenum extitiſſe. eámque ſaltationem apud cæteras olim nationes vnà cum reliquis belli artibus deſitam, ſolis Lacedæmoniis perpetuam fuiſſe. Adeò nanque laborioſa erat, vt ſpem gloriæ labor extingueret. Iccirco poſteri aliis rationibus mitiorem fecere. quippe, pro lanceis Thyrſos, pro iaculis ferulas, atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam lampadas gerebant. quamobrem Dionysiacam quoque appellarũt. In qua Liberi patris apud Indos gesta saltabant. Accinebãt simul & pulcherrima carmina: nec non ex tibiis ὄρθιος νόμος. In prisca illa seuera, atque aspera etiã puelli Lacones sese exercebant, tecti perfecta, integráque armatura, quam propterea παννυχίδαν alii, ipsi παννύχιδα nominabant. Hanc nos & sæpe & diu coram Diuo Maximiliano iussu Bonifacii patrui, nõ sine stupore totius Germaniæ repræsentauimus. Quo tempore aliquando vox illa Imperatoris, Hic puer aut Thoracem pro pelle, aut pro cunis habuit. Huius similem aliam ab inuẽtore Telesiadem dictam memoriæ prodidere. Κῶμος verò vt in Comœdiis iocosa, atque hilaris: ita extra Theatrum cum pugna, & ictibus ξιφισμὸς, cum gladio. Talis est nostra Sciamachia. Et πυρρίχη, à pedum motu. Τετράκωμος militaris, Herculi sacra. Sicuti Phallica Baccho: atque Ithymbi. Sic & Baryllica ab inuentore in Apollinis honorem ac Dianæ. à viris saltabatur & mulieribus simul mistis. Καλλίνικος quoque Herculi sacra fuit. hoc enim Herculis cognomen ex Pindaro, & Euripide. Tetracomon autẽ Athenienſibus peculiarem putant, ab eorum vicis, qui per initia quatuor numero iuncti sunt. Eorum nomina, Pyreenses, Phalerẽses, Oxypeteones, Thymætadæ. Thraces quoque & Cares armati saltabant: eúmque modum καλλιστεισμὸν nominabant. Apud Lacones verò etiam ἐμβατήρια μέλη erant ἐνόπλια: quemadmodum prisci Lacedæmonii Tyrtei carmina concinuerant. Primos Curetas ἔνοπλιον saltasse autumant: vt eo strepitu Iouis obtegerent vagitum. Curetes autem iidem, qui & Corybantes. Eos Hesiodus nõ Cretẽses, sed Phrygas agnoscit, neque abest ab eius sententia Callimachus. Alii Bactrianos affirmãt, atque in Idam Phrygiæ eius officii ergò accitos. Nonnulli è Colcho euocatos. Armatæ similis ὄκλασμα Persarum propria cum magna contentione. Iccirco à motionis crebritate, & flexu corporis ὑγρὰν vocabant. Talis etiam μάθων: admodum laboriosa, & nautica. Eiusdem modi Laconicæ pleræque acres, aut terribiles. Inter quas, quæ dicebatur Leo, aspectu, & impetu fero. Erat & δίποδία. in qua iunctis pedibus labore plurimo, & conatu Picas imitabantur. Præter cæteras immanis erat illa, quam κόσμου ἐκπύεφορν appellabant. Nero potuit ῥώμης ἐκπύεφορν saltare: dignus cuius ἐκπύεφορν saltaret mundus. Huius item generis & illa, quam Theseum instituisse aiũt deuicto Miaotauro, ad Labyrinthi imitationem. Ac de Labyrintho quidem nulla fabula. extat enim etiamnunc in Creta, & visitur. Eum Saltationẽ Theseus cum sociis redux in patria lusit circum aram Deliam. Plures erant simul, verùm certis ordinibus: vtrinq; à capitibus lecti duces versus certos inter se subeuntes implicabant. Qualem ludum Troiam diuinus descripsit Poeta: non sine summa eruditione appositã Labyrinthi cõparatione. Allusit enim ad hanc Thesei saltationem, fatali illo pudore, sine fuco atque ostentatione. Pueri olim vidimus hanc saltari cum Thyrsis fornicatis, non sine arte atque venustate. Eam Theseus γέρανον appellauit, tum ob aciẽ, tum propter commutationem certis legibus seruatam. Neque enim satis sapiunt, qui stoliditatem Gruibus attribuũt prouerbio communi. Est sanè animal hilaritate ciuili, prudentia atque animo militari. Nam & seruat castra, & cauet pericula, & disponit aciem, & pugnat. Sine armis verò etiam aliquot è grauibus. Quinipsam quoque ἐμμέλειαν exarmarunt. retinebat tamen prælii simulacrum. Nã tametsi nudi puelli, vnde γυμνοπαιδικὴ dicta fuit, sese numerosis motibus inferebant: tamẽ corporis flexionibus, brachiorúmque iactationibus Palæstræ facies erat. Eiusdem rationis duæ quoque in Liberi patris honorem ληναϊκὸς, & βακχικός. Emmelia igitur caput quasi quoddã ac matrix. Proxima ei γυμνοπαιδικὴ: per quam ait Aristoxenus, cõtrà quàm suprà scriptum est, veteres sibi gradum ad Pyrrhicham fecisse. vtriúsque autem comes ἀγκωλή. Emmeliæ similis, quã Arcades Cidarin nominabant. similis & apud Sicyonios ἀλητική. Quo nomine vnam exercebant Ithacenses: quam nõ sine Vlysis fortuna, atq; ærumnis cõstitisse arbitror. ἀλητὴς enim mendicum significat, & erronem ex Homeri versib. Hippocratis vsu, atque Galeni interpretatione.

Diuersa hisce genera leuium, & mollium, & muliebrium, & fractarum, & ridicularum, & fœdarũ. Muliebris erat ἀκλάκτισμα. In ea oportebat calce humerum superare: vnde & nomen. Ergo ὑπερκλάκτισμα dixissem. Huic similis apud Laconas βίβασις: in qua cum pueris, tũ virginibus præmia proponebãtur. Saltu opus erat, sed eo vt attingerent calce nates. saltuum numerus recensebatur. Quare inscriptum aiunt in quadã saltatione: χίλια πόκα βιβᾶντες. Mollium vna βαυκισμὸς, ab authore: mollis valde, & corporis inclinationibus multis varia. Hanc quoque κῶμον nominarunt. Non fuisse has fœdas argumento est, quod τὸ ἰωνικὸν Dianæ virgini saltabãt Siculi. Et Syracusani priuatim Dianæ χειρωνίη propriam ad tibiam. Item καρυάτιδες, de quibus suprà in Bucolicis. Anthema quoque molliusculum, à floribꝰ dicta, quos hisce numeris accinebãt. ποῦ μοι τὰ ῥόδα, ποῦ μοι τὰ ἴα, ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα. Ridiculé autẽ Mimis, & Satyris peculiares. quarum nomina Igdis, Mactrismus. In hac cum alueolo prodibant, & libis, ac polentis. interdum etiam farinam effundebant, & dicebatur ἀλφίτων ἔκχυσις. Sic in alia cum Abaco, in quo carnes concidebant, κρεῶν ἀπόκοπή. Mactrismi autem duæ habebantur, noua, & vetus. Veterem ἀπόκινον vocabant. eius meminerat Cratinus. Hanc multas fœminas exercuisse, quas Martypias cognominarunt. Erat etiam Sobas ab impetu dicta.

inde

hoc enim σοβᾶν. Itẽ μορφασμὸς cum plurimis subinde figuris Protei mutationes referebat. Sic alia omniũ literarũ facies repræsentabat: quãobrẽ στοιχεῖα vocarunt. tanta sanè solertia, vt etiam cõponerent dictiones. Morphasmi species fuit, σκὼλ: alia ab ea quã suprà describebamus: quæ etiã σκαμὼν dicta est. At hic auis est σκὼλ, quẽ Asionẽ Latini: ridicula & mirabũda circũactu capitis, & colli flexu. Imitabantur autẽ in hac etiã ætates. itaque senes exprimebãt cũ scipionibus, ii tũ saltatores σκαμμόποδες nominabãtur. Siquidẽ γύποδες significarũt ligna teretia, quo nomine dicebantur ii qui in grallatoriis phallis saltabãt amicti pellucida Tarẽtina veste. Similis σκωλ est γλαυξ, quẽadmodum asioni noctua. Leonẽ quoque inter has cõnumerant. Cæterùm aliã esse oportet hanc ab ea quas inter graues recensebant. sicut & Pyrrhichicã inter ridiculas imprudenter nimis transtulerunt.

Ex fœdis erat ῥίκνωμα. nã ῥικνοῦσθαι est lumbis & femoribus fluctuare. Crissare Latini dicunt. Apud Hispanos adhuc exercetur abominãdo spectaculo. Eiusdẽ modi Bactriasmus à regione. & σκάκτισις à motu: quod nomẽ, vt dicebamus, erat etiã veteris Mactrismi. & σκάσεισις à quassatione ac vibratione. σφύριγμα à versatione. Nihilo pudicius κτισμός. par aut maior impudicitia in ea quã λαμψεσίπεδα vocabant. nudi enim cum fœdo ac spurco cãtu prodibãt. Talia Fescenina tripudia apud Romanos: & Lupercalia, proxima fœditate.

Locorũ autẽ vel tẽporũ ratione aliæ atque aliæ extitere. Loca appello, vt ad nuptias in Hymenæis. Ad Cyathũ in Triclinijs: quæ erat species Ionicarũ, & περσίνον dicebatur: cuius modus quidã fuit illa quã nominabant Angelicã. Erat ea extra triclinia, qua nuncij agebãt, prospectantes primũ, tũ autẽ suspẽso gradu circũspectantes. In funeribus autẽ Gingra, quã edebant ad cognominẽ tibiã, de qua suo loco. Ad tibias námque saltasse suprà diximus aliquot: Sicut & πυκτίδας, & aliã nomine κελευστὴν, & πυρρίχειαν, quæ cõponebatur numeris dithyrambicis. Tẽpora verò alias alia exigebant: in messe, peracta messe, vindemiis, ad focos noctes hybernas cùm excubarẽt. itẽ festis diebus, vt non vnam cantionem, ita diuersas agitabant saltationes, quas arbitratu suo nominabant.

A regionibus non paucæ. Italicam suprà memorauimus, & Tetracomon Athenienſium, & Embateriam Laconum. Legimus præterea Persicas, Lydias, Ponticas, Thracias, Bactrias, Molossicas, Thessalicas, Arcadicas. Quarũ quæ in manibus plurimùm exercerent motum ab Aristoxeno Musico cæteris antelatæ. Laconicæ, Trœzeniæ, Ionicæ, Cretenses, Mãtiniacæ, Epizephyriæ. Memphis autem, cuius (si diis placet) etiam Socratem studiosum fuisse autumant, an fuerit à cognomine vrbe dicta, non scribunt. erant Cretensium ἐμπορήματα, & αἱ κυδωνίσεις propriæ. ἐμπορηματικὴ multùm conueniebat Choris concinentibus. Numerant duo præterea Cretẽsium genera: Orsiten & Epicredion. Laconicarũ meminit etiã Pindarus, in qua erant hæc verba: λάκαινα μὲν πάρθενον ἀγέλα. Virginũ enim fuit ea primùm. postea viri quoque additi. Canebãt in ea Liberum patrem, & Venerẽ, & Pæanas: verũ frugalissimis modis: qui ex eo παιδίσκοι appellati sunt. Distinguebantur in duos, ἀνδροδικοὺς & ὀρθοκλικούς. Thessalæ autẽ mulieres nudæ saltabãt, verenda modò tectæ, quæ subligacula διαζώματα nominabant. Quò miror apud Euripidẽ Peleus qua ratione potuerit Lacænarum virginum mutationes obiicere. Mira dexteritas Arcadũ: quippe inermes prodibant ita salientes, vt mox innumerum sumptis armis perficerent saltationẽ. Macedones armati eã quam suprà diximus, Telesiaden, à cognomine inuentore. Tota hæc [illegible] militaris. eam Ptolemæi milites saltantes, Alexandrũ Philippi fratrẽ interfecere quẽadmodũ memoriæ proditum est à Marsya. Omniũ corruptissima Gaditana: vt hinc etiam intelligas epigrãma Valerii Martialis. Eius modos produnt tres. Chironomiam à manuum agitatione: Halma à saltu: Lactisma à calcitratione. Nunc quoque Hispani calce occiput aliáque contingunt partes. itẽ vestigio terrã ferunt: id quod appellant Calcesitionem. manus cõplodunt: earum alterutra aut vtraq; in soni numerum pectus, femora, frontem, calcem, os, terram pulsant: digitorũ crepitu, tibiarũ aut tympanorũ momenta assequũtur. Xenophõ in cõuiuio Seuthæ Thracis multa huiusce modi genera explicat. Thraces, inquit, ad tibiã saltabant armati: & in sublime facili ac leui saltu corpora subiiciebãt: ac gladiis ita vtebãtur, vt alterum alter iceret. Nemo erat quin verũ putaret vulnus, adeò cõpositè is qui percussus fuerat, ceciderit. Tum clamor ab omnibus sublatus est. Ille igitur lectis spoliis [illegible] sus est canens Sitalcan. Is est illis cantus [illegible] cis πυιὰ. Iacentem comites defuncti mo[illegible] lerũt. Post hos, inquit, Ænianes & Magnetes eã saltarunt armati saltationem, quam καρπαίαν vocant. Argumentum tale: Quidam positis armis arat & serit, crebrò respectans metuẽtis modo. Superuenit latro. quo viso raptim resumptis armis pugnat pro bobus: ídque in numerũ & ad tibiam. Latro aratore victo vinctóque boues abigit. Interdum latronem arator vincit. Persicum autem saltationis genus, cùm increpuissent peltis, conquiescebant per vices, pérque vices surgebant, æquè verò numerosè.

Quinetiam præter hæc tot támque varia, ad pilam saltabant: quemadmodum Corcynei. vnum pilæ genus Harpastum, ludũ ipsum Phæninda dixere maximè laboriosum. eam Antiphanes sic describit: σφαῖραν καλὼν

πρὸ ῥᾳδίως ἔχουσι, τὸν δ' ἥττονα ἄμα:
τοὺς δ' ἐξέχουσι, τὸν δ' αὖ σπάσας πάλιν
κλασθῆναι ποιεῖς.

φαίνινδα dixere ab inuentore Phæneſtio: vt scribit Iuba. itaque idem Antiphanes sic:

φαίνινδα πάλλων ἦσθ' ὑπ' ἀφανείου.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim ludebant inconditè, vt nunc: sed numerosè ac compositis interuallis: quemadmodum scripsit Demoxenus de quodam adolescente,

τὸ τ' ἦθος, ἅττε πρᾶξις, ὡς ἐοικὸς θεῶν, ἔσω
φρενῶν ἔχειν τι, κἠπεκλῶτεν ἐφαίνετο.

Non enim deducunt Grammatici παρὰ τὸ φαίνομαι verbum, sed ab elegantia & efficacia illius saltationis. Aristonicus Carystius lusit optimè Sphæricam, i. pilarem saltationem. fuit enim Alexandri Magni συσφαιριστὴς: id est à pila qua sese Rex ille exercebat.

Hæ sunt origines, genera, modi saltationum. Non vulgare studiũ, non obscœnũ quippe quod sua dignitate neutiquã alienũ Heroes arbitrati sunt. Ianè saltarunt, vt diximus, & Theseus, & Achilles, & Pyrrhus, & Socrates ipse. Quinetiam Duris Samius in septimo historiarũ scriptũ reliquit: Persarum regẽ semel in anno saltare consueuisse, sdque temulentũ: quo die sacra deo suo, quẽ Mithrũ vocabant, faceret. Rectè sanè & saltatio & ebrietas conueniebat Regi illi, eo potissimùm die. Vascones enim nostri *Mirum* asinum appellant. Ea die tota præterea Asia nulli omnium idem facere fas erat.

MODI ET TIBIÆ.

Caput xix.

SEquitur vt Thymelicam aggrediamur. cuius est forma & materia quasi nánque materia tibia est. Nam tametsi & nomẽ & naturã obtinet instrumenti: tamen cùm gerit modos ipsos atque sustinet, pro materia capi potest. nã vera materia aer est. De tibia igitur postea, de modis nũc. Quæ fuere Græciæ primariæ nationes. Græcũ, quem adeò priscum est, vt etiam Græcis ipsis C [illegible] sim sit. Apud Aristotelẽ tamen & Lyco[illegible], & Athenæum atque alios extat. Recentior vox ἕλλην ab Hellene: cuius fuere liberi duo Ἴων & Δῶρος. Accepto hi à patre imperio suam vterque partem ac nationem ab sese denominauit. Æolenses inde Doriẽsium coloni, quemadmodum diximus in rebus Græcis: Ionum autem Attici. Cæterùm Athenienses Ionũ appellationem abiecere: siue ob rerum gestarum gloriam, siue quòd Iones, qui in Asiam migrarant, atque ibi Panionium instituerant, in barbaros mores abiissent. At Æolenses in Siciliam atque Italiam delati, ita sunt à Dorien sibus segregati, vt nihil de veterum morum grauitate remitterent. In- D tegerrimi Doriẽsium Lacones. Æoliẽsium Thessali. Thessali nánque à Dorien sibus, Aeoli auspiciis & ducti & dicti sunt. inde vt ingeniorum & morum, ita vestium & festiuitatum & exercitiorum & artium non vnus modus. Quare per initia tibiarum ac modorum duplex ratio: Dorica & Ionica. Dorica vetus, magnifica, sublimis, grauis, contenta, nihil habuit fusum, nihil A solutum, nihil hilare, nihil molle: sed plenum, vehemens, paucis modicisque flexibus, bellicis conueniens numeris & motibus. Pannonum & & Getarum Scytharúmque nostris etiam temporibus talem audiuimus in Dalmatia ac Trãsyluania & Mysia superiore. Exultationem addiderunt AEoles, tumidámque fecerunt atque audacem; quanquam veterem simplicitatem retinuere, neque fregere sicut Iones. Talis est Germanorum, & bello apta, nec inepta conuiuiis, neque ab amoribus aliena. Itaque Lasus poeta vocauit eã ἁρμοξαρίζουσαν. vtriusque affinis, & quasi media efficta ab ambitiosis, dictáque iccirco ὑποδώριος: quã falsò quidam cum AEolica eãdem existimarunt. Iones autem suis moribus similem effecere, mollem fluxámque numerorũ creberrimis concisiunculis. Iones intelligo posteriores: qui mollissimè atque, vt ioecemur, nepotissimè vixerunt. Nam veteris Ioniæ mores haurias ex illis verbis, τῶν σωμάτων ἐυεξίας βρεντυόμενοι, δυμοῦ πλόκιες, διυσκατάλλακτοι, φιλόνεικοι, κἀδὲν φιλανθρωπον, ὑδὲν ἐλεήμον ἐν ἰδόντες, ἀσορίαν ἐν τοῖς ὕθεσι καὶ ὀκληρότητα ἐμφανίζοντες. Aiũt Pithermum Teium Ionicæ in genere harmoniæ inuenisse σκαιὰ μέλη. vt & hinc vestiges finistrarum tibiarum appellationem, quarum Ionica sit harmonia: quia Ionicus inuentor. Quartum genus extra Græciam, Phrygum. cuius meminit in Bacchis Euripides. Et sanè hi quum dicantur tibiarum authores primi, rem ipsam quoque instituisse videntur. Aiunt tamen σπείσιλον è Libyæ tibiis canendi primum authorem extitisse. Quare frustra simul ac temerè Græca garrulitas, atque superbia eam laudem sibi arrogat. quippe Heraclides, tametsi ille Ponticus, haud Græcus fuit, in tertio de Musica negauit harmoniam vllam vel Phrygiam vel Lydiã debere appellari. cùm tamen etiam ὑποφρύγιον, etiam μιξολύδιον, & ὑποφρυγιστὶ μιξολυδιστὶ inuenimus. Mixolydion tragœdiæ profitentur aptiorem: affectus enim plurimùm mouere solitam. Dorica grauitas & incitatio simul in ea erat, quam admiscuisse primam Sappho, Aristoxenus author est. alii Pithoclidem malunt. Damon Athenien sis eius offensus grauitate, flexit adeò, vt illi contrariam fecerit: quã iccirco Lydiam remissam dici voluit. Tãto verò attentius historia ipsa consideranda est: cùm Dores ipsi Lydorum fuerint coloni. E' Phrygia nánque Pelopis socii in eam quæ postea Peloponesus appellata est, transtulere. E' Sypilo enim Lydiæ Lydi Phrygem Pelopem sunt sequuti. Itaque tum alibi in Peloponeso, tum Lacedæmonio in agro extabãt sepulchra sociorũ Pelopis, quos magnos tumulos nominabãt. Lydũ verò fuisse Pelopẽ etiã Pindarus docuit. tametsi Paphlagonẽ putauit Istrus. Anthesion autem etiã nugatur, cùm scribere ausus est, eum Olenium fuisse: Olenus enim Achaiæ oppidũ. Aiunt Lydios modos à Cario Lydo inuentos, qui

qui Iouis habitus est filius & Torebiæ. Quare A Torebum quoque legas horum modorum authorem. quanquam alii ad Antippum referunt. Carium igitur illum siue Torebum nactum pu ellas quasdam prope paludem, quã de matris no mine dixit postea, ab illis cantionum modos didicisse, quos & coleret & doceret. Quinta igitur hæc erit harmonia, haud multum à Phrygia distãs: minus enim incitata. Nam in Phrygiis excitabatur impetus ad insaniam vsque. Quod etiam Philosophus docet in octauo Politicorũ. πρὸς μιξολυδιστὶ afficere ὑδυρτικώτερον, καὶ συντικώτατος μᾶλλον. πρὸς δ' ὑποιστὶ μέσως μᾶλλον καὶ συντικότατος. ἁδ' φρυγιστὶ εὐθυσιαστικοί. In quinto sententiarum Hippocratis & Platonis scripsit Galenus verba B Posidonii philosophi, Damon, inquit, Milesius cùm ad tibicinam accessisset, quæ Phrygiis modis adolescentes quosdam temulentos ad furorem vsque incenderat: iussit ad Doricas leges tonum demittere: quo illi demulsi quieuere. Extãt Telestæ Selinũtii versus super harmonia Phrygia lepidissimi, quos iccirco adscripsi:

παρθένοι Φρυγὶ κρηπῖδα γλαίσιον ἐν αὐλοῖς
σωσώμεθα πλόκαμον μαστὸς ὀρείας
φούγιον ἄεισον νόμον.
τοὶ δ' ὀξυφώνοις πακτίδων ψαλμοῖς
κρέκον λύδιον ὕμνον.

Erat igitur Dorica animis componendis, iccirco idem Philosophus in eodem ita sanxit. Pueros docendos esse πρὸς δ' ὑποιστὶ, quia media, καὶ παρὰ πρὸς πρὸς μᾶλλον. Æolica exultationibus: Ionica C vetus aspera, noua mollis. Phrygia & Lydia proximæ, vtraq; acuta. iccirco luctibus adhibebãt. Primum ferunt Olympum cecinisse Lydiis modis Epicedia. alii id asscribunt Melanippidę. Cõtra Niobes nuptiis accommodauit Lydios modos Pindarus. negántque ab eo id primùm institutum, sed aliorum more factum.

Sunt autẽ Legum partes omnibus modis cõmunes hæ, θέσις in bissyllabis, ἄρσις in trisyllabis. διπλασία in bisyllabis πενταμέτρους, i. trium temporũ. συζυγία tam in his quàm in polysyllabis. βάσις in pæonibus. Nam qui aliter tradidere, vsum rationémque simul ignorarunt. συζυγία námque & διπλασία reipsa idem. Sed in longis pedibus διπλασία D non dicitur. breues enim bini vnico tãtùm metro comprehenduntur. συζυγία autem cõmune nomen ad vtranque coniunctionem & longorum & breuiorum. Erat autem θέσις soni demissio. ἄρσις elatio. βάσις æquabilitas eodem tenore procedens. Quare pæonibus & proceleumatibus adhibebatur. Ex quibus satis patet Thymelicos neutiquam fuisse accentuum sequutos rationem. neque enim caret ἄρσις vox hæc λόγος, tametsi & bisyllaba & δισύλλαβος, i. duũm temporum tantùm, quemadmodum in causis linguæ Latinæ declaratum est. In tertio Rhetoricorum Aristoteles appellat σκευάλιον, quod barbari præludium in tibiis.

TIBIÆ.

Caput xx.

ANtiquissima tibia est: ac statim post fistulam inter pastores: nõ autem cithara, vt aiũt. Quippe Apollinis inuentum tibia. alii malunt Palladis, à qua ille sit edoctus. Maiores hi natu quàm Mercurius, qui citharam primus commentus est ex testudine. Quin alii putant Hyagnidem ante Apollinem tibia cecinisse: deinde eius filium Marsyan: tertium Olympum. Olympi & famulus & discipulus Hierax. qui etiam ab sese leges & dederit & nominarit. Post hos Terpander, à quo Clonas, hunc Tegeatem Arcades, Thebani tũ prædicabãt. Post illum Archilochus. alii præpo nũt Ardalum Trœzenium Clonæ. Qui hasce perperent discordias, dixerint Olympum in tibiis primùm leges instituisse, sdque in Apollinis honorem. quã legem à numerorum frequentia nominauit πολυκέφαλον. alii Crateti eius discipulo ascribunt hoc. Olympi autem eam extitisse legẽ quã dixit ἀρμάτιον. vnde & alia καταδάκτυλος nominata, frequens Stesichoro Himeræo. Alii primum aiunt Pronomum Thebanũ tibia ad harmoniam cecinisse. Omnino verò in Phrygia primas tibias agnoscunt. Adducunt pro se Mysorũ gentem, quæ fuerit tibiæ peritissima. & Alcmana poetam, qui tibicines barbaro, nec alio nomine designarit. Sambas, Adon, Telus. Item Hipponactem, apud quem nomina eiusdem notæ, C Cion, Codalus, Babus. vnde prouerbium, κίων, ἢ βάβυς αὐλεῖ.

Tibiarũ genera multa. ab inuentoribus, à sono, à regionibus, à materia, à numero, à figura, ab vsu. Inuẽtores iã diximus: nomina verò ab illis nulla. solus Sirites quidã, qui in Libya primus vt suprà dicebamus, tibicen fuit, Libyn cognomẽ fecit tibię. Nescio an Palladis ea fuerit, quam ἀθηνᾶν vocabant. certè nomen conuenit. Illa vsum scribunt Nicophelan.

A' regionibus historia locupletior est. Syriacas audaciã atque impetum spirare prodierũt. quare si vsum spectes, ad leges Entheas & Orthias referãtur. Syris similes Bõbyces, & aptæ ὀρθίοις νόμοις. Lacones, sicut & saltationes, ἐμβατηρίας appellabãt suas, quibus ad pugnas vtebãtur. Sonum autem illum Castorium à Castore Ledæ filio. Gingras, siue Gingris, Gingros etiã dicitur, Phœnicũ inuentũ: Phrygiæ similis, qua & Cares vsos prodidere, imprimis apta funeribus. Nã Phœnices Adonĩ vocabãt Gingrã: in cuius luctu illã ad cantum accõmodabant. sicut affini voce apud affines Ægyptios Ginglarus habita est, pusilla tibiola sono acuto, ad monodias. Eosdẽ quoque Cares lugubrẽ illã quã Phryges inuenerãt, funeribus adhibuisse. Tyrrheni non vno genere cõtẽti. Singulari quidẽ canebãt in sacris eáq; gnea. tãto apud eos in honore: vt quẽadmodũ scripsit Aristoteles, nõ solùm ad eius sonum pugiles certarent; verumetiam quum in nexos

Universidad de Deusto
Biblioteca

flagris animaduerteretur, tibiæ sonum adiungerent. Quinetiam, quod mirere magis, coqui ipsi ad eius sonum epulas appararent. Altera fuit nõ singularis, sed composita ex duobus tubulis: quas Onuersa syrinx. Nãque infernè tubus minor inflabatur bucca: vnde spiritus in maiorem subibat, mouebátque aquam quę intus erat: atque ex ea multisonã edebat harmoniã. Id quod de Ctesibii quoque Hydraulo conũcere possumus. Cornu tamen pro tibia Tyrrhenos vsos, & Cretas legimus. Etiam Romani olim ad prælia: etiam Heluetii. Nunc Germani cornua è buxo efficta multis foraminibus inflant magno spiritu, non sine gratia ac decore, præsertim nocturnis festiuitatibus. vocem námque humanam imitantur, eámque vehementer contentum. Ad prælia verò tibias cum tympanis. Scythæ anthropophagi & Melanchlæni, item Arimaspi ex aquilarum ac vulturum ossibus. Eburneas memorat Trypho & Cicero atque Virgilius. Ex asininis ossibus Theatrales, atque argẽteas. Arũdineas ex Theophrasto & Plinio. Internodium radici proximum excidebant ad lævam tibiam, quod subesset cacumini, ad dextram. Quò lævarum sonum graue agnoscas, dextrarum acutum. Sic apud veteres scriptũ est, at Latini aiunt sinistras acutiores, aptásque rebus iudicris: item Serranas: quibus aiunt foramina fuisse æqualia, veluti Spondiacis. Non igitur constant sibi. Spondiacæ enim rerum grauium affines fuere. Hæc de causa Phrygiis foramina erãt inæqualia, sicuti dactylicis, quæ ludicris adhibebantur. Dextras autem apud Romanos funeribus dicatas, quia essent graues. quum tamẽ in funeribus Barbari acutissimis vterentur. Dextras autem & sinistras appellarũt ab lateribus vnde inflarẽtur. Antiquissima è sambuco emedulata. Mox è crurum ossibus hinnuleorum & capreolorum, author est Iubas: vnde & tibiæ nomen apud Latinos. Hoc inuentum Thebanis assignant quidam, quam θηϊκὸν αὐλὸν dixerint à ferarum ossibus, atque ære texerint. Alii Palladis agnoscunt: inter quos & Callimachus: alii Panaferũt authorem. E buxo primi Phryges excauarunt eam, quæ Berecynthia cognominata fuit: quum antea Elymos diceretur. Alexãdrini è loto exenterata. cuius meminit Euripides tum alibi tum in Bacchis,

ἐν φρυγίοις βοιᾶς ἐνοπαῖσί τε
λωτὸς ὅταν ἐλάλαδος
ἱερὸς ἱερὰ
πνείσματα βρέμῃ.

Hanc illi patria voce φόρμιγγα nominarunt. Græci, vt est natio sibi arrogans omnia, non Alexandrinis, sed Thebanis attribuunt. Afri Scenitæ ex lauro, soni acutissimi in pascuis, vti diximus, equarum. Ossidem excogitasse tibiam ex hederaceis internodiis multiforẽ: quum ante id temporis quaterna tantùm haberet foramina. Nonnulli cætera à Diodoro Thebano addita prodidere. Hæ omnes ab summo inflabantur directo flatu. Afri primi inuenerũt eam cui Plagion & Plagialon fecere nomen, non quòd esset curua, vt quidam sunt arbitrati: sed quia ab latere inflabatur, quemadmodum & Germanica. Alii aiũt in Phrygia à Mida primùm excogitatam. Sic habes eius discrimina ex gẽnibus. Item materias. Numerum quoque. Geminas enim diximus apud Tyrrhenos: quem numerum à Marsya institutum prodidere, quũ antea essent singulares. Quare Monaulon cur Mercurii quidã alii Ægyptiorum inuentum fuisse dixerint, videndũ est. Monaulos enim singularis tibia. Singulares autem dictæ sunt impares: geminæ autem pares. Habes & figuram in magnitudine. nã Marsyæ tibias æquales fuisse puto: in Tyrrhenis altera maior. præterea vtre addito Ascaulon factani longè diuersa figura. apud Mysos ac Pãnonas tanta acritate, vt penè tubam superet. apud Gallos plenior, raucior, grauior, mollior, adeò vt in cubiculis quoque fine aurium offensione audiatur.

Monaulos.

A sonis quoq; vidimus differentias, dextrarũ, sinistrarũ & aliarũ. sicut & eius quæ Magadis appellabatur. quanquã nomen hoc alius quoq; sit tabella instrumenti. Palæomagadis autem eodẽ foramine tum grauem tũ acutum sonum edere poterat. tales etiam nostrates sunt. Sic Dactylicæ dictæ, quibus vtebantur ad ἐπεισόδια: Spondiacis verò ad hymnos deorũ. His æquidistãtia erant foramina, vt suprà diximus: Dactylicis autem inæqualia interualla: qualia sunt in temporibus pedis dactyli. Scytalia verò pusilla fuit tibia, & exigũi surculi similis, sono prætenui, ac rei ipsi respõdenti. Iduthum autem nomine tenus, vt pleraque alia sine vlla declaratione inter tibiarum species recensuere.

Tibiæ dextræ ac sinistræ.

Scytalia

Tibiarũ vsus multiplex, atq; ab eo nomina. Chorieæ in choris, quorũ gratia hæc omnia sũt à nobis enarrata. Primꝰ Sacadas Argiuus docuit choros canere tribus modis, Dorio, Phrygio, Lydio, ita vt ne miscerentur. Iccirco ea lex νεμεσὰς, siue νεμελὴς dicta. alii Clonæ attribuũt inuentum hoc. Dicebantur autẽ leges, quia nefas esset aliter facere. Horum tonorum quilibet habebat cõmunes tonos veteres διάτονον & χρωματικόν. quibus Olympus addidit ἐναρμονικόν. Ab ætatibus & sexibus tres. Virginales, quibus virgines: pueriles, quibꝰ pueri: ἀνδρήϊοι, quibus perfectæ ætatis viri canerent. Qui modos faceret, Choraulus: cui etiam fabularum artifices succinuisse legimꝰ. A seculis sic partiũtur. Apud Lacedæmonios primũ sub Terpandro factos modos in choris: in quibus saltata fuit ἐμμελὴς ᾠδία. Alterũ seculũ sub Thaleta Gortynio, quo tẽpore duos floruisse, Polymnestũ Colophonium, & Sacadam Argiuum, qui ad Terpãdri æmulationem non χρωματιστὶ, sed contraria canerẽt. quippe ἐνδυμάτα nõ nudi, sed induti. sub Thaleta Pęanas, sub Polymnesto Orthia, sub Sacada

Choraulus.

Elegias

Elegias exercebant. Aliæ dictæ Nuptiales. has monaulos fuisse scribunt: ad quas canerent Hymenæos: alii binas aiunt, iunctas impares: ac placet omen cõingii specie. Attulere ad Monodias Græci eas quas ᾠδὰς κατ' ἐρήμους dicebant, acutum & infractum spirantes. Erant Funerales: erant Cõuiuiales. Quinetiam quasdam ad citharam quas compararent, excogitarunt: atque iccirco κιθαρῳδικὰς cognominarunt. Conuiuiales erant pares & æquales, eæque pusillæ. ad significandũ æqualitatem conuiuiorũ. Iccirco rotunda olim mensa: ne quem sibi prælatũ quispiam cõquereretur. Ita δαῖτα ἴσην ab Homero à partiẽdo. Et Ceres iccirco nõ solùm spscifera, sed etiam legifera appellata, cui ob eã rẽ agerẽt θεσμοφόρια: vt eadẽ sit & ciborum & iusticiæ inuentrix. Has epulonum tibias παρατίτυς appellabãt. propterea quod vinum esset anima conuiuiorum. Philoxenus autem in tibiis certos constituit modos primus: quos legẽ Locricam nominauit, à nouo Harmoniæ genere, quod receptũ Pindari, ac Simonidæ tempore legimus inter leges Lyricorum. Idque dicebatur agi κατὰ τροπούς. cecinerunt autem Tibicines etiã Elegiaca, quemadmodũ suprà diximus. Fuit enim vna ex legibus ea, quã Elegon appellabant. ficuti ἀποδιοπομπικὸς. quæ remitteret. sunt & alia nomina, κωμικὸς, ἁδὺς, χορτῖον, κωμῖον ab authoribus modorũ. vetustiorum addita posterius quæ πολυμελέστερα dicebãtur. In castris quoq; Romanis tibiarũ vsus: vel cùm ad concionẽ vocarent, vel cùm silentium indicerent. Argolici æstimo tempore in Anthesmophoriis faciebant tibiis eum modum, quem vocarunt ὀνειρικὸν. suum habuere Pastores βουκολιασμὸν: in bacchanalibus ὀρθῖον: in choris χορεῖον: in Pæanibus παιανικὸν: in Orthiis πολεμικὸν: in dicacitatibus & lusibus, ἁδύλογον: in ridiculis σκωπτικὸν. Amatores ante ostium moram cum deprecarentur, ὀρθρικὸν. hic Elegiis cõueniebat. Idem concitatior quum desperata omnia: tum fores inuadebãt, & κρουσίθυρος nominabatur.

THEATRVM.

Caput xxi.

Restat locus & apparatus, sine quibus multa quæ in fabularum narratione sunt, intelligi nequeunt. Maiores nostri facere, quàm dicere præclarius semper existimarunt. Quare operum gestarúmque rerum exercitationes prælatæ generibus meditationum. Iccirco roboris atque celeritatis quum ederent spectacula, locum in quo ea fierẽt, Theatrum potius à spectando, quàm ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι ab audiendo nominarunt. Olim in diem ac locum indictum conuenientes, qui specimen firmitatis, aut dexteritatis, aut pernicitatis edituri essent, in medio datis nominibus profitebantur. Circunfusa turba cum iudicibus ad spectandum, mox alia item affluente commodè spectare non poterant: quòd aliis alii obiectu corporum conspectũ adimebant. Iccirco aggestis cespitibus editiorem locum sibi pullis auctis faciebant. Eam ob causam medius locus depressior fuit, ac propterea Cauea dictus. Habes hoc ex diuino Poeta, *Proximus vt vidit consedit vterque parentis*. igitur per initia stantes spectabant. Postea subsellia tibi quisque quum ferret, his etiam pro telo, dum pugnabãt de loco, rem agebant. M. Messala & Cæsio Coss. id primùm videtur creuisse. Mox P. Scipione Nasica Censore sublatus & apparatus, & mos. S. C. cautum ne cui in vrbe propiúsve mille passuum subsellia poniuisse, sedentive ludos spectare licitum esset. Primus omnium Thespis tãquam ambulatorii Theatrum commentus est. Tectis enim vehiculis in agellorum modum, in iis fabulas egit, atque agens circumuexit. Postea est Athenis structum è lapide, quum antea tublicium fuisset: quo tempore inter eos quoque pro loco ad manus ventum est. Quare lex lata scitáque, vt de publico ærario viritim binos acciperent obolos, quibus locum sibi quisque compararet. Primùm descripta cauea, circúmque designati consessus per simplices gradus. Postea Poetarum delitiæ quum se insinuassent, tam commoda, & species separatarum partium, & proiectorum, & recessuum, aut vmbraculorũ, aut ambulacrorũ excogitata sunt. Itaque commentorum suorum imagines exhibuerunt architectis Poetæ, vt illi quid esset faciendum docerent, hi quo esset modo fabricandum expedirent. Romæ M. Scaurus Ædilis M. Scauri, qui princeps Senatus fuit, & Metellæ, quæ postea Syllæ nupsit, filius, augustissimum Theatrum faciendũ curauit, scena triplici, alii alia imminente. Columnarum numerus CCC LX. Scenæ pars è marmore, vitro medio translucens. Signa ænea in intercolumniis MMM. Cauea cepit hominum milia octoginta. Tertiæ figura fuit semicirculi in cornua producti. Pompeii iussu & cura amphitheatrum, cuius vacuum expleretur hominum quadraginta milibus. C. Curio, is qui Cæsaris partes fouit, ligneũ amphitheatrum excitauit: quod subditis rotis pensile ex iisdem cardinibus diduceretur medium: atque vitandi Solis causa etiam auerteretur: coirétque rursus in circulum, vbi res poscceret. Habes Amphitheatri laudes apud Martialem, quod ab Augusto destinarum Vespasianus extruxit, T. filius dedicauit. duo in vrbe nostra: quorum alterum admirabile. vnum Polæ vidimus non contemnendum. Nemausi vnum structura & mole nulli secundũ. Theatri partes veteres, vti dicebamus, cauea, & sedilia. Mox additis aliis sedilibus altioribus, scalarum quoque vsus quæsitus, & additus. Inter sedilia ad apicem scalarum, aditus ad sedentium pedes spatium, in quo inambularẽt locũ capturi. Sediliũ ordines, cunei à figura. Cùm enim excurrerẽt ab angusto spatio ad ambitum extimũ: strictiores erãt necessario quò propius accederent ad cauea. Porticus per quas essent inambulationes ad cuneorũ aditus. Hę partes necessarię. Nã ornamẽta & multa

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

& varia. Pro locis Actorum,& Thymelicorum excitata sunt per initia vmbracula pro casis, ꝑcenas Græci, quemadmodũ supra dictum est, vocãt. Mansit nihilosecius nomen postea marmoreis quoque. Hæ erant personarum habitacula. Locus ante scenam, proscenium: in quo erant agentium discursiones. Pulpita dicta, quia fuerant ab imo solo primùm cespitibus elatiora. Ita puluilli in hortis.& pulpita in castris. Orchestra, sicuti diximus, saltantium, chori, Thymelicorũ. Nunc in Gallia ita agunt fabulas, vt omnia in conspectu sint, vniuersus apparatus dispositus sublimibus sedibus. Personæ ipsæ nunquam discedunt. qui silent, pro absentibus habentur. At enimuerò perridiculũ: ibi spectatorem videre te audire, & te videre teipsum non audire, quæ alius coram te de te loquatur: quasi ibi non sis, vbi es. Cùm tamen maxima Poetæ vis sit, suspẽdere animos, atque eos facere semper expectantes. At hîc tibi nouum fit nihil: vt ꝓrius satietas subrepat, quàm obrepat fames. Itaque rectè obiecit Aeschylo Euripides apud Aristophanem in Ranis: quod Niobẽ & Achillem in scenam introduxisset capite cooperto: neq; vnquam vllũ verbũ qui sint loquuti. Quatuordecim primi ordines erant scenæ propiores: vnde clarius, atque expressius actores exaudiebantur. In primo ordine sedes erant Iudicũ. is locus θεατρικὴ fuit appellatus: in qua qui sederet primus, eum appellauit Epicrates antiquus Comicus θεατροβάμονα. In omnibus sedilibus sedendi Spartanis æquale ius fuit. Solis Regibus certa loca spectaculis proxima, & commodissima: secundum ea Ephoris. Athenis principi Ciuitatis, qui annuus erat Magistratus eodẽ modo præcipua sedes. Cæteri sine discrimine spe- diu: quoad Senatorib⁹ suus est attributus quem βουλικὸν appellarunt. Sic alia pars quæ adolescentibus designabatur, ἐφηβικὸν. Romæ quoque edicto cautum ab Augusto, vt prætextatis, & pædagogis certorũ cuneorum vsus esset. seuerius Massiliẽses, qui vniuersæ iuuẽtuti suæ theatro interdixere ne eorũ animi otiosis auditionibus remollescerent. Primũ igitur Ædiles curules qui indignũ plebi æquale cũ melioribus esse ius sediũ arbitrarẽtur ludis Romanis P. Corn. Scipione, T. Sẽpronio Lõgo Coss. eam à Senatoribus separarunt. Cæterùm pristina siue libertas, siue licentia plus valuit. Abolito nouo imperio nihilosecius confusi spectare. Quam peruicaciam Sex. Ælius Petus quẽ catum Ennius Poeta dicit, & L. Cornelius Cethegus, quem idẽ ceinit eloquentissimum, Censores castigare instituerũt, veteri edicto instaurato. Paulatim verò per negligẽtiam magistratuum, ac plebis pertinaciam in veterem consuetudinem cum redissent: Attilius Seranus, & L. Scribonius Libo Aediles Curules ludis Scenicis, & Romanis, fecere diuisa vt esset loca. Hoc quoque plebis insolentia, & indulgentia patrum corruptum intexit lex Iulia. Theatralis, & Roscia. Primiq; ordines XIIII Senatoribus, atque Equitibus restituti. C. autem Gracchus etiam ferocius exercuit potentiam. Quem, cùm obseruasset contra morẽ maiorum temere patritiis, ac plebeiis sedes occupari, accitis fabris eas demolitum esse memoriæ prodiderunt. Nec minus Syllæ dominatu populari superbia cõfusis per loca sexibus, ordinibus, ætatibus, renouata etiam Tribunitia potestate, sedendi ratio pro censu ac dignitate, repetita. verũ sub C. Cæsare alia sedendi fortuna fuit. Nam quum ille non tam ex opibus, aut natalibus, quàm ex virtute, ac meritis, & in Senatum, & in Equestrem ordinem multos legisset, tãtum multitudinis nequiuit XIIII. ordinibus capi. Cõtrà Otho Trib. pleb. potiorem censum, quàm virtutẽ duxit, pro cẽsu enim loca ciuibus designauit: nõ honori, non dignitati, non ordini quicquã tribuit. excluſit nanque à primis XIIII. ordinibus eũ, cui ipsi, patríque auóque quadragies Sestertiũm nõ fuisset. Item qui artem ludicrã exercuisset. Ridiculũ sanè, si quibus in scena esse licuisset, propius scenam esse nõ liceret: & qui alios fecisset spectatores, esse spectator nõ posset ipse. Certa quoq; loca Tribunitiis attribuit Viatoribus. Certa iis, qui non sua culpa decoxissẽt. Volũtarios decoctores, qui ganea, quíue alea, aut scorto, aut luxu rem fecissent deteriorẽ, quíque sese ære obligassent, Atheniẽsium sequutus morem toto Theatro abstinere iussit. Idque vt seruaretur, per cuneos disposuit, quos præfectos ordinum appellabat, qui excitarẽt de sede, quam quis contra legem occupasset. quẽadmodũ ad seditiones, atque rixas cohibendas statio Cohortis erat in Theatro à principibus posita: quã Nero ad speciem libertatis sustulit. Ante principũ imperia, ei muneri propositi fuerãt Lictores, atque viatores: quos in eodẽ officio apud Græcos ῥαβδούχους nominatos legimus. Locus inter senatores sociarum gẽtium legatis datus. quo more Germanorum Legati cùm arcessiti non essent, vltro sese ad Senatorias sedes cõtulere, atque recepti consedere. Barbari fuit nõ arcessere: Germanum vti etiam inferiorum gẽtium prærogatiua: Romanũ agnoscere, quod & suum esset, & aliorum quoque esse vellent. Augustus verò etiã milites à plebe discretos habuit Othonis lege temperata, Qui bello ciuili attrito patrimonio equestrem censum amisissent, si eũ à parentibus accepissent: vti ii XIIII, ordinum ius ne amitterent. Alexandri exemplo: qui emeritis veteranis primas sedes assignauit: essq; vt spectarent coronati, licere voluit. Idem Augustus etiã fœminas segregauit: quibus superiora loca sunt designata omnibus in ludis, atque spectaculis, præter Athletica certamina. Vestalibus contrà Prætoris tribunal locum dedit. verum ea paruo quoque tum tempore seruata est: ita vt Claudius princeps illam restituere coactus sit. Etiã à Nerone plebi Equites antepositi:

sed eo

sed eo euentu vt pari cura Domitianus intermissum edictũ illud renouarit. Tanti fuêre populi illius spiritus, vt æquali cũ patribus animo, quam maiore vel labore, vel periculo peperissent, libertatẽ vindicarent. Quæ plebs secessionem facere non auderet in montem sacrum, in theatro communi, atque æquali iure ciuitatis, non secessione, sed coitione per honestam atque ciuilem vim frueretur. Post Cæsaris dictaturam, podium Imperatori & Coss. proscenia & pulpitum oratoribus prouinciarum atque sociorum. Quibus in locis Principes interdum cum illis, quàm è podio spectare maluerunt. Neronem etiam in proscenio sedisse legimus: Legatos in orchestra aliquãdo. Quem morem sustulit Augustus, quum eum locum à Libertini generis hominibus occupatum deprehendisset. Atque hæc quidem loca (vt solebat Plato & Aristoteles dicere) ὀνόματι ad hunc modum enumerata sunt. Exactius verò etiam sic persequamur. Scenarum modus priscus sanè atque etiam militaris: quemadmodum est apud Xenophontem & Thucydidem, atque in oratione Demosthenis contra Midian. ex casæ dictæ sunt olim in Romano exercitu: vnde castra: non quemadmodum nugantur Grammatici, sed sicut à nobis dictũ fuit in Originibus. Additæ postea partes aliquæ: eæque aut ab officio, aut à figura nominatæ. πτερὰ fuit ostiolum, per quod quasi è longinquo repentè apparerent peregrini. Fuit & locus quam χαλκίδα vocarunt. Verùm is cuiusmodi esset, neutiquam describunt, more suo sanè. Sic alia pars περιάκτους: & alia à præcisione certi spatii κατατομή. Cæterũ hæc omnia potius vt ne nesciamus, quàm vt necessaria sciamus. & puto non omnibus argumentis conuenisse, sicuti ne Aram quidem illam quæ appellaretur ἀλιδὸς. nam propriæ ac veræ Aræ, Dextra Bacchio in Tragœdia, Apollini in Comœdia: Sinistra ei vel deo, vel diuo, vel heroi, vel ciui, cui fiebant ludi, aut iusta, aut parentalia. Vnde etiam Κυμαῖον Appollinis faciunt mentionem, quem celebrabant Panegyri Naucratitæ omnes Prytaneum ingredientes candidis induti vestibus, quas iccirco Prytanicas appellabant. In iis aris verbenæ imponebantur Apollini, vt est in Andr. Terentiana, Baccho hederæ. Apud Græcos etiam πόματα, etiam θυωρίδια nominant à sacrificiis: alii θυωρίδια legũt. ea erat in proscenii postremo cornu. Ludis funebribus ara illa ita inscribebatur, D. M. Abaci quoque cuiusdam faciunt mentionem: σανὸν appellabant. quem in locum ascendens è choro aliquis respondebat: vbi canebatur ἀλιδὸν. Ea vox apud Ciceronem & in historiis frequens: In Odeo Attici theatri Ægyptiorum regum statuas fuisse Pausanias scripsit. Extra theatrũ quoque loca dicata Musis eodem dicta nomine. Quale Athenis à Pericle destinatum Musicis certaminibus. Alexis quoque, & Plutarchus, & Demosthenes & Aristoteles in quarto diuinæ Philosophiæ ἀλιδίου faciunt mentionem. Pausanias in Achaicis memoriæ prodidit, Herodæ Attici iussu, atque impensis constructum pulcherrimum ἀλιδᾶν de functæ vxoris monumentum. ἀλιδίου columnarum mentio fit in libro De formis dicẽdi, qui Theophrasto attribuitur. Scenarum quoque facies auctæ. nam quum priscæ è ramis ac frondibus constitutæ fuissent cum racemis & corymbis: ac postea casæ cum cellis: postremò ad magnificentiam auctæ sunt proiectis & mœnianis in Comœdia: in Tragœdia verò etiam prætoria, & palatia, regiæ, turres. In regiis δίστεγα, & ὑπερῷα δωμάτων: quanquam priuatis quoque in ædibus inuenimus δίστεγα: è quibus παρεξόδοις & niculæ mulieres prospectabant captantes negotiorum suorũ occasiones. In Satyrica scena, fontes, spelunceæ, ambulacra, viridaria, syluæ, recessus, topiaria. C. Antonius & Murena scenam argenteã fecêre. Scenæ partes aliis aliæ. In Comœdia tres. Media, potentiorum ædes insigniores. In Satyra medius locus erat spelunceæ. In media scena habebat ὁ ἀεροπαγούσης. In dextro diuerſorio ὁ ξυστοπωλικὸς. Sinistra humillimam quamque personã capiebat: aut fanum desertum: aut omnino vacua. In Tragœdia dextra porta peregrinum aut hospitem emittebat: in sinistra Carcer: media Regia. Factũ verò aliquãdo fuit, vt in Comœdia Græci tentorium quoque ponerent, κλισίον appellabant. Ibi nonnulli Poetæ iumentorum stationem designarunt. iccirco aditus ostio latiore: quæ ostia propterea dicta κλισιάδες. per ea transmittebãt carros & iumenta. alii eiusmodi partem ad officinæ vsum trãstulêre: sicut Antipho in Acestriis. Media vtrinque habebat alias interdum portas, quarum postibus essent affixæ machinæ. Eæ quia pro tempore circumagebantur, περίακτοι fuêre dictæ. nam personarum aspectus quum esset tectus à spectatoribus, repentè ex occasione cõparebant nuncii, & peregrini, aut ciues peregrè, exulésve postliminio reuertentes. Itaque dextra machina afferebantur ea quæ extra vrbem acta factáve essent, aut agenda intus forent ex præscripto propter iura suburbiorum, oppidorum, ciuitatum, municipiorum, coloniarum, sociatarum, peregrinarum, pacatarum, hosticarum. A' læua machina, reddebãtur quæ in vrbe iussu permissúve populi aut Principum: eóve, iis ve inuitis, gesta, acta, transacta fuissent, aut ex consilio futura viderentur. Id quod factum est ab Euripide in Oresta. Atque inter hæc eodem iure censebantur, siqua è portu afferrentur. cuiusmodi est in Plautina Amphitryone, in Mercatore, in Hecyra. Prisci Tragici etiam deos aquaticos per eam introduxêre, Acheloum, Thetin, Proteum, Arethusam. Si quæ personæ machinis non circumagebantur, sed pedibus accedebant, per alteram introducebantur. Duo hæc machinarum genc-

Castra.

ἀλιδῶν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Tertium ἐγκύκλημα nominabant: alii ἐξώστραν. Erat hæc sedes sublicis elata, strata longuriis, super quibus tela. Destinabatur locus is ad ea recitanda, quæ secretò patrata essent in ædibus. qualia in OEdipode Sophoclis, Plauti Amphitryone, & Casina & aliis. Quartum genus quod in summa trepidatione remedia arcessebat humanis maiora. Demissa nanque deos ostendebat ex improuiso. id quod etiã ad prouerbium rerũ desperatarũ traxêre, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Plurima exẽpla Tragicis omnibus, & in Plauti Amphitryone. Alterum eiusdẽ machinæ officium, quum veheret per aerem Heroas: veluti Tlepolemum, Medeam, Perseum, Bellerophontem. Item efficium in Comœdia: nomen diuersum, quia enim dicebatur: qualis Cantharus siue Scarabæus Aristophanis. Est præterea machinæ genus quintum quo rapiebantur personæ, γέρανος dictum. Hoc in fabulis Aurora Memnonem rapuit: Boreas Orithyam. Restes quibus per aerem ferebantur, ἰῦγγες. Proxima huic alia versatilis, vnde nomen σφενδόνης: cuius opera Heroes in deos transformabantur. Eius vsus in Hercule Oetæo, & in ea quam olim feceramus, Indigete. Fuit & alia circumductilis, quam κεραυνοσκοπεῖον vocabant Græci. Ea valde celsa post scenam, in qua vtres calculorum pleni cum æneis vasis, vnde fulgura exibant, tonitrus exaudiebantur, fulmina mittebantur, vt in Aiace Oileo. quare etiam βροντεῖον dicta. Machinæ similis, quæ nõ esset machina, Charoniæ scalæ: vnde simulachra emittebẽtur. quemadmodum in Hecuba Euripidæ. Priuatim, quibus è locis exiliebant Erinnyes ἀναπήδησις, gradus imi: quales in OEdipo & Oreste, & Athamante, & Amata nostra. In scenæ specula quoq; de turri aut de muro affingebantur: nec absimili specie locus, quem φυκτώριον nominabãt: ex quo facibus dabatur signum præsidiis, vt aduentantibus hostibus expedirent arma: vnde & nomen quum alibi, tum in Rhesο. Propterea verò quòd multarum facies regionum explicabantur, neque locus aptus erat ad capiendum, disponebant vela quædam cum abacis & picturis, non sine nominibus: quæ certis pensilia machinis statuebantur. In iis montium, marium, fluminum, oppidorum species, natura, situs, status efficta erant. Si quod numen introducebatur, erat locus extraordinarius, quẽ παρασκήνιον nominabant: qualis in Aiace Sophoclis, & in Hippolyto Euripidæ. erat autẽ sublimis sine machina. Ante scenam quibusdam in Theatris ambitiosioribus additæ porticus ornatus gratiã cũ columnis, & peristyliis ac fastigiis. Ante quas proscenium apertum videbatur, in quo agebant (vti diximus) è scena egressi. Item in magnificis Theatris sub proscenio, hyposcenion aliquãto depressius, in quod per gradus descendebant. Sic Græci: nostri verò podium inter pulpitum & proscenium, depressius proscenio, altius pulpito. Erat autem pulpitum altum ad pedes quinque. Vitruuius ædes vocat Hospitalia, præter Regiam. Atenim non omnes præter familiam regiam hospites sunt. Orchestræ partes erant tres: planities, in qua chorus caneret ac saltaret: pulpitum, in quo nihil aliud quàm canebant aut pronuntiabant. Hemicyclium non in omnibus fabulis, sed in quibus ad eum locum agebantur enantes è mari: vt in Rudente Plautina. Tametsi ibidem quoque fingebatur vrbs longinqua pro rei argumento. Sic paruo momento traduxit exercitum Atheniensium Theseus sub vrbem Thebas: quæ sanè ibi in conspectu statuebantur. Id quàm rectè scriptum est in sexto. Græca orchestra fuit amplior, & scenarum recessus profundiores. Pulpitum verò haud ita latum, quod appellabant λογεῖον, propterea quòd in eo ῥήματα & alia actuum interualla recitabantur. Eum locum ab Odeo distinguit Vitruuius, vt sit pulpiti pars in qua canerent ᾠδεῖον: altera autem in qua aut risum mouerent, aut censuram exercerent, aut vitæ nostræ putarent rationes. Theatri partes præterea nullæ: nisi cellas connumeres subterraneas, in quibus vasa ænea disponebantur ad reddendum acceptas voces pleniores. De iudicum sedibus dictum est: hæc tamen animi gratia apponentur. Histriones qui exciderent, aut inepte agerent, aut perperam pronuntiarent, à populo non expectata iudicum sententia exibilabantur. Hoc quoque est legere de Æschine apud Demosthenem: benè agentibus manuum plausu fauebant. Olim quum esset ligneum Theatrum, calcibus pluteos tundebant: à qua pedum supplosione, explodere nostrum, Græci ποδροκοπεῖν. Idem significatus alio verbo κλώζειν: item συρίττειν, quod sibilum notat. Alterum verbũ à Graeculorum voce deductum est. Qui rectè agebãt, dicti sunt ὀρθοπάροδοι: qui malè, μισοῤῥόμβοι.

Partes autem accessoriæ atque extra ordinem hæ: Parapetasmata, quæ à Latinis, vela. ea carbasina posuit Q. Catulus: byssina Lentulus Spinther: Nero stellata. Hic luxus. Primùm excogitata defendẽdi æstus causa. Quod officium auxit Pompeius etiam aqua deducta per sedilia. Aulæis quoque ornauerũt. Græcum inuentum puto, quia vox item Græca est, ea vtitur Hyperides in oratione contra Patroclum. Præterea statuebantur signa, & tabulæ in funeribus, & imagines. Primus Clodius Pulcher scenam signis ac tabulis ornauit, auro Trebatius, ebore Pompeius. arenam auri scobe sparsit Nero. Pegmata autem erant compacta ædificia editiora ad aliquid ostendendum. C. Princeps in scenam produxit pegma ex argẽto. Claudius obiecit bestiis aliquot, qui parum diligenter pegma in scenam produxissent. Etiã extra Theatrum excitabantur, vt est apud Valerium Martialem. A palis *Palcos*, Itali clausura, & pegmata nunc *Catafalcos* addita aspiratione: sicuti sinum maris *Golfo*, pro κόλπῳ. Theatri amphitheatrique facies

cies atque ichnographias subiecissem: verùm eas petes ab optimo ciue nostro Saraina, & Vitruuii codicibus.

LVDI.

CAPVT XXII.

Actenus fabularum ortus, genera, partes, apparatus. Ludi autem ipsi tametsi videntur ab illis separati, tamen ad apparatum ipsum maximè pertinent. Sanè Ludi sunt taciturnæ fabulæ: fabulæ verò Ludi loquentes. Omnino ludorum pars fabula est: quare ipsi quoque actores Ludiones dicti. De Ludis igitur quam breuissimè fieri poterit, dicendum est. Ludi nomen à Græcis priscis, & Ludionũ suprà ductum docuimus. Multa Ludorum genera ad summa duo reducuntur. Vtrunque positum est in motu naturali addita postea arte. verùm alterum simplex est, alterum cum æmulatione. Nam per initia vbi coissẽt temerè pastores, aliquid agebant saltu, aut cursu. Tandem verò rediit res ad obtrectationem, atque inde ad certamen, quum alius alii præstare videretur. Vetustissimi Ludi apud Romanos Consualia in honorem Neptuni: quem Consum vocabant sanè minus considerate. Quis enim putet Neptunum esse numen consiliorum! Festus author est in Consualibus Quirites sese cernuos iactasse. fuit & ille peruetus, quum per vtres vncti saliebant. Haud parua quæstio poterit oriri: quòdnam primum inter pastores fuerit certamen. Quinque enim sunt, cursus, lucta, saltus, iactus, pugilatus, in eo versu:

ἅλμα, ποδωκείλιν, δίσκον, ἄκοντα, πάλλιν.

Ac pro motus quidem ratione statuendum est. Itaque luctã puto fuisse postremũ omnium inuentũ. est enim cõpositus: quippe situs in duobus, motus. Composita verò simplicibus posteriora. cursum autem primum: mox saltum. Pedum initiò iactum arbitror. mox lapidem crassum ac grauem. Qui motus fit quasi introrsum. contrarius autem huic iactus extrorsum, quem in disco iaciendo exercebant. Nam ad iaculi aut pili missionem brachium pandimus, mox prorsum impellimus. contrà fit in disco, manu ad pectus adducta atque extrorsum discussa. Pugillatus ratio eadem quæ in lucta: non enim sine antagonista fieri quit. videtur autẽ subtilius contemplanti proportio quædã inter hæc quatuor. Nam cursus motus est aliquo modo continuus: saltus discretus. Sic lucta motus quasi cõtinuus: cohærescunt enim. pugillatus autem discretus: sunt enim inter ictus ipsos interualla. Vter igitur vestutior, lucta an pugillatus? pugnis prius quàm complexu certasse par est. Is enim primus congressus solutus. Mox lucta iunctis compositisque atque etiam insertis brachiis ac manibus mutuò. Ex temeraria aut hostili contẽtione res acta est ad exercitationem atque æmulationem.

Sic ergo digerenda sunt. Certamen tametsi est plurium: tamen aliquod videtur quodammodo vnius corporis, vt cursus: aliquod duorum, vt lucta. Ratio est, propterea quòd currere solus quis potest, pugnare non potest. Vtrunque erat aut nudorum, aut tectorum. A` nudis dicta Gymnasia: quod nomen haudquaquã conuenit literariis ludis. nusquã enim minus quàm in tam sanctis sodalitatibus nudos agere conuenit. Ita certarunt Athletæ, oleo vncti, & puluere aut arena conspersi. Quapropter Augustus vetuit eiusmodi spectaculis fœminas interesse. Thucydides in primo historiarum Athletas olim fibulatis campestribus certasse memoriæ prodidit: nudos autem sua tempestate. Quo tamen tempore à barbaris in Asia veterem modestiam inuatam scribit. Tecti verò aut veste (vt est apud Hippocratem) vel etiam armis, quemadmodum dicebamus in saltationibus. vnde ὁπλίτης δρόμος quum in armis currerent. Aucta etiam exercitatio adiuncto instrumento, cóque multiplici, præter discum ac iaculum, de quibus suprà, etiam equo, aut curru, aut cestu. illis quasi sociis, hoc quasi telo. Nam pugnis nudis primùm factum est: itaque πυξ Græci, & πύκτης pugil: nostra pugna inde, atque etiam pugnus: quoniam manus quæ erat antea passa, & μανὴ, vnde vox nostra, contracta clausis digitis effecta est πυκνὴ, densa. Quemadmodũ in Originibus dictum fuit. Pugnis, addita lora ad munimentum: propterea quòd nudi quum ferirent, sæpe plus damni acciperent quàm facerent. Ea lora Græco vocabulo Cestus dicti, κεστὸν enim cingulũ. breuia initiò: mox ne excussa exuerentur in ictibus, tum cubito tum humero alligabãtur. Postremò ferrum plumbúmque assutum est sæuissimo spectaculo. Cerebrum enim ac guttur facillimè collidebant. Iccireo aurium munimẽta induebant, ἀμφάσεις. Tota ars ictũ vitare nõ fuga, sed corporis inclinationibus & flexionibus. Tũ autem excipere ictũ ictu si sit fortior. Postremò ne inferre ictum frustra: concidebant enim plũbi onere præcipites acti, si impẽsius niterẽtur verberare. Id quod Cataphractícis præceptis docebamur iuuenes, cùm claua ferrea pugnãdum esset. Me puero Grammatici nugabantur, Cestus lora ligno tereti alligata fuisse, quorum in summo appensæ essent pilæ plumbeæ. Cestu Erycem Siculum excelluisse, atque ab Hercule victum. Præter cæteros artem calluisse Pollucem, qua fortissimum virum Amycum superauit: Bebrycum Amycum, vt ait Theocritus & Argonautæ, atque innuit doctissimus Poeta in quinto Diuini operis. Luctam autem Græci πάλλω à concussione, Latini à motu, vnde luxare. Haud vno modo luctamur: aliquando amplexu mutuo ab iliis & humeris, interdum consertis brachiis manu apprehẽsis. In pugna solis pugnis pugili vti licebat: in lucta impulsu tantùm, & tractu, & pressione, & supplan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatione, vt non cæderetur concertator, sed prosterneretur. Pugilatui propior πάλη: nam pugnorum & omnium aliorum membrorum vi experiebantur: etiam calcibus, etiam genubus, etiam dentibus abutebantur. Hinc nomen quod ait Propertio positum est: cursus à quantitate variatus. Minimus fuit stadii vnius, quod CCXXV. passus capiebat. Duplex stadium erat in longum δόλιχος: id quod vox ipsa declarat. Quum verò de cursum relegerent stadium sine intermissione recurrendo, δίαυλον nominabant. Apud Platonem in octauo de Legib. δόλιχον maioris esse laboris, quam δίαυλον scriptū est. Quum igitur præter quinque certamina supradicta, essent Cestus, esset Pancratium, tamē quinque tantū illis constabat πένταθλον: quod qui vicissent, à Latinis sunt Quinquertiones appellati: quoniam vox hæc Ars prima sua origine robur ac fortitudinem designauit. Græca enim omnia, ἄρης, ἀρετὴ, ἀνάρσιος. Sic Virtus à viribus apud maiores nostros, pro fortitudine tūtùm accipiebatur. Aristoteles in primo Rhetoricorum ita disponit. Quæ corporis virtus attributa est certaminibus constat magnitudine, robore, celeritate. Qui iactare certo modo crura, porróque mouere potest, cursor est, quippe celeritate valens. Qui tum premere, tum continere, is est luctator. qui percutiendo pellere, pugil. qui horum vtroque modo, pancratio idoneus. qui ad hæc cuncta aptus, quinquertio.

Hæc per se viri certamina agitabant. Opibus deinde obtinuit luxus: vt etiā equos alerent cursores. Qui priuis equis currerent κέλητες vocati: vnde & priscum Celeris nomen. Sic enim Equites sub Romulo dicti: qui postea Trossuli oppidi nomine, quod sua ipsi opera sine peditatu expugnassent. Romæ nunc & in patria olim nostra etiam asellorum certamē committitur, non sine risu. Iuncti deinde etiam bini ad currum, & biiugi dicti: quaterni, quadrigæ. ne fallantur adolescentes à priscis præceptoribus nostris: qui nobis dicere soliti erant, quadrigas & currum esse idem. à Græcis illi, δύωρις: hi πρόωρις, & πρόπωτοι. Iunctæ etiam mulæ carrucis, quas ἁπήνας Græci nominant.

Erant præter has priuatæ quædam aliæ exercitationes in publicis Gymnasiis: inter quas aliquot recenset Galenus in secundo ὑγιεινῶν. Harum nomina ἀγκύλη ἄφεσις: de quibus & Aristoteles, & Martialis. ἀκροχειρίζειν, πυγμαλίζειν. vnde πυγμαλισμὸς apud Iuuenalem exclusis iactabūdis nugis. Est autem ἀκροχειρίζειν luctæ pars, cum primoribus tantùm digitis insertis roboris faciunt periculum.

LVDI GRÆCI. PYTHIA.

Caput xxiii.

LVdi igitur alii celebres, & quasi Panegyrici, ad quos penè vniuersum nomen Græcum confluebat. Alii certorum oppidorum quasi priuati. celeberrimi quatuor. veteres censuerunt eos omnes funebres, sanè Olympici in Iouis honorem ob mortem Pelopis. Nemei Neptuno propter Archemorum. Eidem Isthmia in honorem Melicertæ. Satis rectè hactenus fortasse. non enim Pelops moritur, sed OEnomaus. OEnomaus vincitur: vincit Pelops, qui statuit ludos. Etiā miror hosce quoque Olympicos Ioui, non Neptuno à Pelope nuncupatos fuisse: quem victorem fecissent equi Neptuni, non Iouis. Præterea Pythia Apollini dicata, quis dicat in honorē cæsi Draconis? profectò scelerato Draconi cum eius interfectore, eóque deo nobilissimo communem gloriam facere nefas arbitror. Ac tametsi Olympia præferebantur, propterea quòd supremo deorum numini essent attributa: Pythia tamen vetustate anteibant. quippe ab Hercule Olympia instituta. Alii verius tradunt: Pelopē, à quo OEnomaus curru victus fuerit, anniuersarios ludos indixisse: eósque intermissos postea ab Hercule instauratos Augea malè mulctato. Hercule igitur & Pelope quum fuerit antiquior Apollo, quos ipse ludos dicarit, illorum æquè Ludis vetustiores arbitrari par est. nam Nemea & Isthmia longo pòst tempore inchoata: quare à Pythiis incipiendum. eorum originem ad hunc modum prodidit Clearchus Solensis Aristotelis discipulus in primo libro Prouerbiorum. Latona ex Eubœæ Chalcide Apollinem Dianámque reportabat Delphos. Ad Pythonis speluncam admotis vestigiis, ab eo improuiso penè oppressi, nisi puello Mater animos addidisset, vt sagittis quas habebat, pestem illam occuparet. Acclamatio fuit, ἰὴ παιᾶν, ἰὴ παιᾶν. vnde nomen ei factum aiunt certis syllabis additis, παιὰν, παιὼν, παιήων. Narrāt etiam lapidem à Latona intentatum: alii dicunt Apollini porrectum antè quàm animaduertisset illū cum telis esse. Eum postea lapidem in Delphis repositum sub ænei Latonę signi pedibus. Strabo ex Ephori historia Pythonem latronem fuisse terrum ac cruentum, qui infestis itineribus infestam faceret prouinciam. quapropter Draconis cognomen inditum à maleficio. Tanta peste soluti Delphi pro recepta libertate ludos quasi beneficiarios celebrandos curauēre. Quos ludos auctis postea rebus, auctos ab Amphictyonibus sub Eurylocho, addito equestri simulatque gymnico certamine. victori præmium corona. Introducti quoque tibicines cum citharœdis, item citharistæ sine cātu: quorum modos appellarunt πυθικὸν νόμον. Argumenti ratio ae tractus totus in Apollinis pugna quinque partibus constabat. In prima fuit ἀνάκρουσις: erat hoc proœmium. Secunda ἄμπιεξις, in qua certaminis periculum Apollo faciebat, expediens ad prælium sese, attentans telorum aciem, fulpēdo gradu circumspectans, captánsque pugnæ locum. In tertia seipsum ad prælium hortabatur: quare pars illa dicta κατακελευσμός. postrema erat δάκτυλος, à

temporum numero appellata. Quam ab imitatione sibilantis in termoriendum serpentis Syringa cognominarunt, hæc ab Cithara. At verò seorsum saltatio haud illi absimilis edebatur, in totidem actus æquè distributa. Primus erat μίμησις in qua deus cati militis præ se fert prudētiam omnia tum circumspiciens, tum designans. In secundo κατακελευστὸς, quum hostem prouocat. Tertius est iambicus in pugna: lōgè id sanè cōmodius quàm apud Citharœdum. Iambus enim præliator pes est ac sanguinarius, quēadmodum alibi dictum est. Eo in actu tibia saltandi numeros edit bellicæ tubæ: & dentibus frendentem Pythona qui sagitta iā ictus est, exprimit. Quartus ἐπινίκιος capiebat victoriæ celebrationem. quippe victis hostibus victimas cædebant, ac diis libabant. hoc autem est λείβειν, & σπένδειν. Postremus exultantis Dei, in quo tripudii certis legibus terram quatiebat: iccirco dictus καταρχήσεως. Quoniam verò Græca tractamus, hoc est mendacia, & poetica, id est fabulas, festiuitatis huius origo ex aliorum quoque authorum fide narranda est. In faciem versus cothurnicis Iupiter Latonæ vitium obtulit, in ea terræ Atticæ parte quam ζωστῆρα nominabant. Parturiens Latona vndique ab Iunone exacta in Delum insulam recepta est, quam prisci Ortygiam vocabant. Ibi editis gemellis Apolline ac Diana substitit mater, Diana in Cretā trāsmisit, Dictynnúmque montem colut. In Lyciam sese contulit Apollo. Inde à Pane diuinationem quum didicisset, in eum oraculi ingressus est locum, vbi Nox olim, deinde Themis responsa dederant. Quo tempore occiso Pythone tripodis custode, oraculum suum fecit. Cuius corio obductus eiusdem opera tripos inde etiam Cortina fuit appellatus. de hoc tripode quàm ægrè nobis satisfaciat Diodorus Siculus, alibi scripsimus. Ex eo certamen septimo quoque die constitutum, ille Pythicū appellauit. Mirum sanè quum rem sagittis confecisset, non & sagittandi certamen, sed Cithara canendi posuisse. Quanquā non eodem modo ab omnibus describitur. sic enim alii digessere. Vt primum vocent πίσεγγ, in quo tentet pugnam. Secundus ἰαμβος, conuicio eliciens serpentem: ἰαμβίζειν enim λοιδορεῖν. Tertius δάκτυλος in honorem Bacchi, cui pes ille sacer sit. Quíque eo in loco ante Apollinem responsa dedisse ferebatur. Quartus Cretieus ab Iouis incunabulis, cuius ipse erat filius. Nomen eadem ratione qua Dactylus: pede enim Amphimacro conficiebatur. Quintū appellarunt μηρῶνα: quoniā Telluris auię tuę ius oraculi priscū fuit. Sextus σύνεγμα. hęc certaminis causa, atq; institutā. haud paruo pòst tēpore ad viarū angustias, quæ in Delphos agunt Crissæi qui infestum iter facerent, iis qui oraculum peterent: sociorum copiis adiuti Amphictyones Crissam aggressi expugnarunt: alterúmque certamen addiderunt, in quo tibicines canerent. Crissæorum exitus quominus facinora sequerentur, neutiquam deterruit Cirrhæos. neq; enim minora latrocinia exercere. Quare victi ab Eurylocho Thessalo, qui ob roboris præstantiā nouus Achilles dictꝰ fuit, ad montem qui Cirphis nomine contra Parnassum iacet, confugere. Eurylochus ad belli reliquias persequēdas relicta exercitus ibi parte sub prætore Hippia, abiit ipse, constituítque Gymnica certamina. Hoc factum est Athenis prætura agente Simone, Delphis autem Gylida. Victori pecunia præmium. Annis autē sex postea debellatis reliquiis Cirrhæorum prætore Athenis Damasio, Delphis Diodoro, redintegratis ludis coronam victori tumprimùm propositam quidam prodidere. verùm equidē arbitror Apolline datam coronam, melius sentire. tror: eámque è lauro, cuius ille vel ternates, vel taleas è Thessalia tulisset. Etenim è Creta ad Tempe sese contulerat, quò de Draconis cæde à Chrysotomide expiaretur. Neque verò iis assentior, qui coronæ vsum apud veteres nullum fuisse autumant, imbecilli sanè argumēto: propterea quòd, inquiunt, eius nullam mentionem fecerit Homerus: cui ne στέφανον quidem vox nota fuerit. At enimuero à Promethei vsque temporibus coronæ vsum deducūt doctiores: quippe ab Ioue solutum vinclis, quem ille imminenti ex Thetidis cōcubitu periculo soluisset: Supplicii tamen vestigiis manere iussis: quippe ad pristinæ catenæ memoriam annulum ferreum gestare, in quo lapis impactus rupem illam Caucasi repræsentaret. At illum tam triste monumentum non solùm sapientia temperasse, verumetiam corona capiti imposita hilarasse. vnde simul & coronarum & annulorum origo ducta videatur. Ego verò etiam ante Prometheum puto eos qui extiterint mortales ad ea vmbracula coronas excogitasse: victósque certaminibus ablatas, atque impositas victori, vt ea ignominia cæli incommoda pateretur. De celebrationis quoque tempore minus conuenit: minus enim per initia frequentatos legimus: quippe nono quoque anno. Argonautarū tempestate vicit stadium Castor: pugilatu Pollux: Callais dolichon: armatum cursum Zetus, discum Peleus, luctam Telamon, Hercules pancratium: laurea corona victori data.

OLYMPIA.

Caput xxiiii.

PRoxima Olympiorum origo si Pelopis tempora putes. Is Hippodamiæ OEnomai filiæ fama & amore captus, in Elide apud patrem ausus est proci nomen profiteri. Oraculo monitus ille exitium suum pendēre ex filiæ nuptiis, quibus artibus interitum effugere quærit, sibi molitus est. Virginem petentibus proposuit in bigarum certamine victori filiæ nuptias, victo mortem. Qua lege tredecim iuuenes interfecit: quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodum canit Pindarus, cuius interpretes e- A
tiam eorum nomina recensuêre. Pelops à Ne-
ptuno impetratis equis victum OEnomaum
in mare præcipitauit: Hippodamiam vxorem
duxit: certamen victoriæ monumentum insti-
tuit. Hæc ita gesta sunt ad Pisam Elidis: quæ à
cognomine Endymionis filia sic fuit appellata.
Victor Cotino, quę est agrestis olea, coronaba-
tur. Hercules intermissum in Olympii Iouis
honorẽ, victo Augea Elidis principe de prę da
atque manubiis instauraui t. Is enim sterquilinia
immania quum haberet, neque haberet quo pa
cto iniret purgandi rationem, cum Hercule de
Qua merce egit, eiusmodi commodum pol-
[illegible]. At postea mira sapientia fluminis ap-
[illegible]ta sinuum facilè deductum vbi vidisset, pre-
[illegible]simq; maius opera illa ratus negasset, exu-
tus est vita simul cum imperio. hæc sanè vulga-
ta sunt. Pausanias autem longè diligentius. nam
quinduos tradit Herculis appellatione, & altius B
inquirit, & post Pelopem recenset alios. Saturno
primo sæculi mortales deorum tum principi e-
xtitisse fanum. Editum Iouem ab Rhea alen-
dum datum viris, quos è Creta accitos Idæos
Dactylos, alii Curetas nominarunt. Eorum no-
mina, Hercules, Pæonæus, Epimedes, Iasius, I-
das. Herculem natu maximum commisisse fra-
tres ad cursus certamen. victorémque oleastro
coronasse, cuius ibi sylua frequens adeò, vt &
virentes frondes substernerent ad somnum ca-
piendum. Ramum ex Hyperboreis allatum ab
eodem Hercule ad eam magnitudinem multi-
tudinémque adoleuisse. Adeò more suo malæ fi
dei author est Græculus. Nam quo tẽpore Her-
cules Idæus ad Hyperboreos sese contulit, qui è
Creta tum primùm in Elidem nauigauit? Aut v- C
[illegible]antium inuenias oleastri arborem hyper-
[illegible]a gelu patientem. Primùm igitur hunc I-
[illegible]dæum Herculẽ Olympia posuisse, quinto quo-
que anno celebranda: quot ipsi fratres extitis-
sent. Quin Iouem tum adolescentem lucta cer-
tasse cum Saturno de imperio, atque vicisse.
Cursu ab Apolline victum Mercurium, Mar-
tem verò pugilatu. Quinquagesimo autem pòst
Deucalionis diluuium anno, Clymenum Cardis
filium, vnum ex Herculis Idæi nepotibus è Cre-
ta venisse, atque Olympicum certamen quasi
familiæ suæ prærogatiua instauraſſe: arámque
tum Curetibus, tum suæ gentis authori Hercu-
li statuisse, quem Θεραπτίωνα cognominari iussit.
Hunc postea Clymenum Æthlio satus Endy- D
mion exactum regno priuauit, liberísque suis
in cursus certamine regnum proposuit victori.
Altero ab hoc sæculo Pelopem quàm magnifi-
centissimo apparatu eos ludos illustrasse. Pelo-
pis filiis ex Elide per vniuersam dispersis Pelo-
ponesum, Amythaon Cretheo genitus, nepos
Endymionis Olympia indixit. Post eum Pelias,
& Neleus communi tum gloria tum authorita-
te. Postea Hercules Amphitryonis capta Elide,
Iolaus curru vicit: Iasius Arcas κέλητι, id est e-
quo solo: Castor cursu: Pollux pugnis: Hercules
lucta & pancratio. Secundum hosce Oxylus, qui
in Elide regnum obtinuit, renouauit. Intermis-
sum deinde vsque ad Iphiti tempora. Sub quo
certaminum inita ratione, multa omissa fuisse
propter inscitiam atque obliuionem. Cuius rei
argumentum afferunt, quòd tum primùm solius
cursus prę mia posita fuerint: aiúntque victorem
Eliacum Corœbum. Aliquot annis pòst in men-
tem venisse διαύλου: itaque additum pristino
cursui. quem vicit Hypenus Pisæus. sequenti
Olympiade Acanthus. Anno inde quintodeci-
mo Pentathli, ac luctæ memoriam renouatam.
Illo Lampidem, hac Eurybatum victores decla-
ratos. Quinta pòst eam Olympiade quæ tertia
& vicesima numerabatur, pugilatus redditus.
quo vicit Onomastus Smyrnæus. Quinta & vi-
cesima equorum cursus additus. Pagondas The
banus curru cæteros anteiuit. Octaua ab hinc
Olympiade, excitatum deintegro pancratium,
& equus singularis. Hoc polluit Crauxidas Cra
nonius, illo Syracusanus Lygdamis. Cuius cor-
poris magnitudinem Herculeæ parem memo-
riæ prodidêre. quare & celebratum est eius se-
pulchrum ad Latomias. Neque verò solùm vi-
ris, sed pueris quoque certamina indicta sunt.
Cursus quidem ac luctæ septima ac tricesima
Olympiade. Lucta vicit Hippostenes Lacedæ-
monius: Polynices Elæus cursu. Pugilatum pri-
ma & quadragesima. Superauit Philetas Syba-
ritanus. Quinta & sexagesima, cursus in armis
cœptus simul cum scutis. Excelluit Demaratus
Hereensis. Tertia & nonagesima bigis: quibus
Elæus Euagoras victor fuit, idque equis perfe-
ctis: nam etiam pullos introducebant, quemad-
modum vndecentesima Olympiade: quibus co-
ronam tulit Sybariades Lacedæmonius. atque
ibi quidem vnicus pullus currum trahebat. Po-
stea verò etiam iuncti bini. Item ductus vnus
sine curru, κέλης. Bigis palmam tulit mulier è
Macedonia Belistiche nomine: singulari equo
Lycius Tlepolemus. Centesima quadragesima
quinta pueris constituto pancratio: victor fuit
Phædimus Æolensis ex vrbe Troade. Quine-
tiam quibusdam aliquando institutis alio tem-
pore abstinuêre. Tricesima enim octaua pueris
Pentathlum propositum, postea desitum est.
Qua tempestate Eutelidas Lacedæmonius pre-
cium operæ tulit. Quemadmodũ ἵππος & κέλη-
ης cursum illum septuagesima, hunc sequenti
Olympiade institutos abrogauerunt quintode-
cimo pòst anno. Victor ἵππου Thersius Thes-
salus fuit, κέλητι Achæus Dymensis. Erat autem
ἵππος, quemadmodum diximus, iunctis mula-
bus. Equa verò Calpe fuit, de qua sessor sub i-
psas metas desiliens apprehensis frænis simul
cum illa decurrebat. Quemadmodum qui ἀπο-
βάται dicebãtur à Græcis, qui à Calpe hoc dif-
ferebant quòd equo masculo, non fœmina vte-
bantur.

bantur. Alio more quàm desultores nostri, qui A
equo insidentes alterum ad manum habent, in
quem è priore insiliãt. κέλητας etiam Plutarchus
meminit: quòd simul cũ gladiatorio antiquatũ
scribit. Qui certamina ipsa ponerent ἀγωνοθέται
dicti. Ac primùm quidem vnus erat author Her-
cules, Iphitus, Oxylus. Verùm quinquagesima
Olympiade duobus ex Elide ciuibus datus for-
titò is fuit magistratus. Iudices autem electi no-
uem Olympiade quinta & vicesima, quos ἑλλανο-
δίκας nominarunt. Tres equorum curabant cur-
sum. totidem curæ erat Pentathlũ. Reliquis cer-
taminibus præerant reliqui. Altera deinde O-
lympiade additus & decimus. Quũ autẽ essent
Eleensibus tribus duodecim, centesima tertia è
singulis tribubus singuli Iudices electi sunt. Ab
Arcadibus deinde bello petiti, victi, agrorum
parte mulctati, quatuor ex eo numero detraxe-
runt. tot enim tribus in hostiũ venerãt potesta-
tem quarta supra centesimam Olympiade. vice- B
simo tandem pòst anno ad decem res rediit. Hi
verò Iudices etiam ἀθλοθέται, etiam αἰσυμνῆται. A
nonnullis verò ῥαβδοῦχοι quoq; dictos inuenias.

NEMEA. CAPVT XXV.

ARgiuorũ Nemea regio est, à cogno-
mine Iouis & Lunæ filia Nympha.
Alii à pascuis armentorum agri, quæ
Iunoni sacra essent. Nonnulli à Da-
nai liberis. Ea in terra, Thebas Argiui quum pe-
terent, siti fatigatus exercitus Hypsipylen habuit
obuiam Lemni reginam gestantem Opheltheu
puellum Eurydice & Lycurgo satũ, qui flamen
Dialis erat. quanquam Ophelten alii Creusæ &
Eupheti, prodidêre. Hypsipyles ductu, atque
indicio inuentis aquis, dum soluunt ad fontẽ si-
tim, relictum ab ea in pratis infantẽ Draco ne-
cat. Illi reuersi belluam interficiũt: & certamen
indicunt funebre triennale. Primùm soli certa-
runt milites: deinde etiam populus admissus.
Quidam falsò negarunt vel curru, vel equo sin-
gulari celebratos eos ludos: curru inquã δίφρῳ:
nã altero currus genere quod appellãt ἅρμα non
negant: in illo sella erat, in hoc non erat. Pinda-
rus meminit in Nemeis etiã pãcratii, & luctæ, &
quinquertii, & stadii, & ἅρματος. Ophelten autẽ
fatali nomine appellauit Archemorũ vates Am-
phiaraus: cõcepto ac designato tam infelicibus
auspiciis exitio futuro. Alii euenisse hoc Talao
Adrasti regis, qui exercitũ ductabat, fratri pro-
didêre. Æschylus putauit Archemorũ fuisse Ne-
meæ filiũ: qui hũc ad modũ vita functus sit. Cer- D
taménq; illud Thebano bello fuisse longè vetu-
stius. Certamini præsidebãt Corinthii, Argiui &
Cleonæi. Alii non Cleonæos, sed Deceleonæos
primos præfuisse scribunt: atq; post illos, Corin-
thios. Per initia ex olea coronã factã, datámque
ad Medici belli vsque tempora. Deinde oleam
cum apio cõmutatam: quem fruticem infelicem
putarẽt funeribus conuenire. Iccirco Iudices pul
lati sedebant. Postremò Hercules Nemæo Leo-
ne debellato & instauraui t, & correxit, Iouique
Nemæo dicauit.

ISTHMIA. CAPVT XXVI.

INo & Athamas duos liberos habuẽ-
re, Learchum ac Melicertam. Lear-
chum Athamas Iunonis opera in fu
rorem actus interfecit. Quẽ eadem
authore pari morbo affecta mater in lebetẽ fer-
uentis aquæ plenũ immersit. Tam atroci exem-
plo monitus Melicerta cum per Geranæan Me-
garæ montem regionis ausugiens ad rupem quę
Moluris dicebatur, peruenisset: de ea sese in ma-
re præcipitem dedit. quẽ secuta mater simili fato
perfuncta est. Alii tradunt matrem surrepto ex
illo periculo Melicerta, cum eo sese præcipitasse.
Exceptos Nereides matrẽ fecêre Diuã, Leuco-
theam Græci, Latini Matutam vocant. M[illegible]
tam diuum, Palæmonem illi, nos Portumn[illegible]
Eædem Nereides Sisyphum monuêre, vt in ho-
norem Melicertæ ludi statuerentur. Alii etiã fa-
bulosius à Delphino delatum cadauer aiunt: at
que ab Sisypho, qui tũ Corinthi regnũ obtine-
bat, inuentũ, tum propter affinitatẽ datũ sepul-
turæ. quippe Sisyphus, & Athamas Æolo geni-
ti. Cæterùm verò propiora tradũt, qui Melicer-
tæ cadauer fluctibus appulsum, scribũt ad Isth-
mi locũ, cui ab iuncis nomẽ erat σχοινοῦντα. Peste
ex eo correptam Corinthum, oraculo monitam
haud prius cessaturum malum, quàm Melicertæ
iusta persoluerẽtur: ac præterea ludi fierent. Igi-
tur Amphimachi, & Donacini opera cadauere
translato cum celebritatis initiũ pestilẽtiæ fuis-
set finis, paucis annis festiuitate celebrata ac de-
sita: rursus ab numine cessationis postulati, ac pe
stilentia oppressi, ex oraculi præceptis morẽ in-
termissum redintegrarunt. Pinu autẽ Isthmio-
nicas fuisse narrant coronatos, propterea quòd
Melicertæ cadauer pineis obuolutũ furculis in- C
uentum est. Alii dicunt Neptuno sacrã pinum,
vnde Phytalmii cognomẽ attributũ autumant:
iccirco quia pinus, picea, abies maritimæ rei pu
rimùm cõueniant. Timæus scriptũ reliquit: A-
pio antea coronari solitos victores: idque Co-
rinthiorum iudicio. Eadẽ historiæ ratio ex Pro-
cle, Callimacho, Euphorione.

LVDI ALII MINVS NOBILES. CAPVT XXVII.

ALios quoque ludos minus illustres in
Græcia factos legas: in quibus lebe-
tes erãt præmia, in aliis Arnacides,
id est agninę pelles. Certorũ quoque
populorũ festiuitates, vt Panionia, & Panathe-
naica: in quib° vtriusq; sexus flos per mutua ne-
xis manibus saltabãt Pyrrhichicã. Quædã verò
præter hos, potius festiuitates, & sacra, sine lu-
dis, cum pompa: qualia Adonia Athenienſibus,
& Thesmophoria, atque alia, quæ inter gẽtium
ritus à nobis narrata sunt.

LVDI ROMANI. CAPVT XXVIII.

IVdi Romæ qui fierent, haud conti-
nuò Romani omnes vocabantur.
quemadmodum ne sacra quidem.
Eorum quidem ante vrbem condi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam in Latium, atque inde postea Romam aduecti: vt Troia, & Compitalitii: partim pòst: inter quos antiquissimi Consualia, de quibus supr. Genera diuersa à fine. quippe alii in honorem deorũ: nonnulli exercitationis gratia, qui luce belli simulacra cierentur: vt Troia, & Catilinenses. Quidam funebres. Aliqui votiui, vel pro victoriis, vel pro bona valetudine. Quare euenit vt summæ essent eorum differẽtiæ duæ. Statorum, & non Statorum: quemadmodum de feriis quoque legimus. Nam Compitalia, & Paganalia non erant statæ: sed conceptis verbis indicebantur. Iccirco tametsi erant omnes publico fiebant: sed Quota merc tamen ære omnes publico fiebant: sed priuata pecunia. Ex voto quoque pu- tarentionæ aliquando sua pecunia edidere: quemadmodum de M. Anilio proditum est. A- liqui etiam iussu librorũ Sibyllinorum: aut responsis Aruspicum: vatúmve monitis, cuiusmodi versus Cn. Martii fuere. in quibus numerati sunt ii, qui expiationis ergò indicebantur. comprehendebantur illorum classe, qui diis essent attributi, veluti Theatrales quoque. Nam licet animi gratia conuenirent: nequaquam tamen sine deorum titulo fiebant. Nomina igitur interdum à diis: alia aliunde: vt Iuuenales, Seculares. Ante vrbem designatam, à vicorum compitis, in quibus agitabãt agrestes, ludi & facti & dicti Compitalitii. intermissi deinde ad Seruium vsque Regem, ac per vicorum magistros instaurati. quemadmodum à L. Pisone iterum curatum est, vt per eosdem magistros, qui tum præfecti nominati sunt, restituerentur. Tandem sublatis collegiis ipsi pariter aboliti. Troia verò quo primùm edita tempore, habes ex Virgilio in quinto diuini operis. Ex quo Trã quilli errorem animaduertas, qui Troiam ait Pyrrhichicam fuisse saltationem. Designata verò vrbe Consualia Romulus indixit: quo tempore Sabinæ raptæ sunt. Inuenimus in vetustis monumentis inter cætera ludicra Consualibus pastores inuerso ac vibrato corpore cernuos salire solitos, quemadmodum alibi dictũ est. Coronatos quoque ea die ferunt equos: Neptuno enim sacrum id animal, quem Consum, vtî suprà diximus, nominabant. Referri ad maris mobilitatem equi naturam. vnde ἵππιος oculi ægritudo, cum sese continere nequit, apud Hippocratem. Alii etiam asellis eundem honorem habitum scribunt. Aliis quoque diis hi. Magalenses, Apollinares, Circenses, Saturnalia, diis inferis, Cereales, Liberalia, Martiales, Quirinales qui & Romani dicti, sicut & alii sub Regibus editi, qui nihil haberent peregrini. Item Augustales à Tiberio instituti. Hæc nomina à diis, & diuis. Alia à locis, in quibus numina colerentur. quales Capitolini in honorem Iouis, Iunonis Reginæ, ac Mineruæ. Postea priuis numinibus priui ludi, sicut & sacra separata. ne siquid erroris accidisset: cui deo expiandum foret, ignorarent. Quibusdam tamen fiebant simul, vt Cereri & Liberæ. Item gemĩnis fratribus Græco ritu. Quos ædiles darẽt, in iis non licebat vti vel tuba, vel fistula, vel cãtu, sed tibia tantùm. videtur autẽ funebres ab ipsis solis edi solitos: sicut & Circẽses, & Apollinares. Nã Megalenses quoque edebãt, sed non soli. præerant enim Prætores prætextati: vnde purpura Megalẽsis. Prætor mappam candidã mittebat in eũ qui aurigaret. In ludis primariæ partes quatuor. Pompa cum thensis pro deo cui fierent. Certamina curruum. fabulæ, pugnę in arena. Naumachia quoque aliquando edita. Bestiarũ genera multa ad spectacula tãtùm nõnulla, vt Camelopardalis, & Phœnix: alia etiã ad pugnandũ, Elephanti, Panthеræ, Leones, Vrsi, Rhinocerotes. Seçuola primus leonũ pugnas dedit. Pompeius CCCV. diuus Iulius CCCC. Cautũ S.C. ne Africanos in vrbem portarent. Cõtra quod S.Consul. Cn. Aufidius fecit Circensiũ apparatu. Augustus tigrẽ dedit. Cn. Domitius centum vrsos Numidicos cum totidem venatoribus ex Æthiopia. alii negant vllum vrsum in Numidia.

MEGALENSES.
Caput xxix.

Megalenses magnæ matri dtũm M. Iunius Brutus dicauit: vnde & Græca vox Romano flexu. Ei ex Pessinunte aduectæ is honos habitus. Iuuenibus datum vt ætatum atq; ordinũ omnium mores, gestu atque oratione effingerẽt. Ab vmbraculis, in quibus hæc agerentur, Scenicorum nomen communicatum. Nã certo nomine Scenici Libero patri peculiares erant. Ante deæ signum matronis spectatæ pudicitiæ psallere mos fuit. Seruis interesse nefas. quippe pro publica libertate Roma exuta Regũ seruitio primũ instituti. Præsidebãt, vtî diximus, Prætores. Institutæ etiam, quas Idææ matris vocabãt familias: quibus stipẽ cogere mos fuit. Id quod Prætoris edicto cõstabat his verbis. Idęæ matris familias, eásque iustis diebus: nequis præterea stipem cogito. Neque verum est quod ait Cato apud Ciceronem: Sodalitates ab se inuentas primùm. peruetus enim res fuit: quum in Megalensibus per sodalitates conuiuia sunt agitata.

APOLLINARES, LIBERALES, SCENICI.
Caput xxx.

Apollinares autem, & Liberales, qui verè Scenici dicti sunt à fabulis, quæ in frõdeis tabernaculis edebantur, cuiusmodi fuerint, Prætoris verba docent: Ludis publicis quòd sine curriculo, & sine corporis certamine fiat popularẽ lætitiã cantu, & fidibus, & tibiis moderãto. eáque cum diuino honore iungunto. Hos actos à nudis Ludionibus aliquando constat. Quare & Martialis iocus de fibula, & aluta, & subligaribus. Itaque P. Nasica Cẽsor Ludiones amouit tribu propter sordidioris operæ contemptũ. Fortasse hoc rectè factum sit. Ne censeantur esse ciues Martii, qui famuli essent aurę gesticulatorię, at ærarios eosdem ab illo itẽ factos, potentiæ fuit non prudẽtię. Exigẽda enim ex vrbe ars fuerat, cuius artifices damnaret. Ærariũ faceret vniuersum Po. Rom. cuius cùm assensu, tum iussu atque etiam fauore id admittebatur. Author potius, quàm actor improbandus. verùm belluæ multorũ capitum id semper fuit peculiare, vt caput haberet nullum. Fuêre autem primùm editi T. Sulpitio Pœno, C. Licinio Coss. accitis ex Hetruria Ludionibus, qui ad tibiæ sonos motus ederent cõpositos. Hos imitati è Romanis quidã Histriones Thusco vocabulo dicti sunt. Sic enim appellabant, quos Æolenses Ludiastas, nos suprà diximus Ludiones. Ludias quoque fœminas legimus. Addita deinde carmina Satyrica, quæ Liuius Andronicus primus comico argumẽto interpolata, non solùm excoluerit, verumetiam recitarit ipse. Quem morẽ Græcorum fuisse ait Aristoteles in 3. Rhetoricorũ. Postremò oblæsa frequentioribus operis voce, puerum, qui ad tibiam caneret præ se statuisse aiunt. Hi quũ fuissent per incuriã intermissi, ac graui cælo Ciuitas laboraret, ex Sibyllinis versibus Punico bello secũdo redintegrati cum iocis, & salutationibus, ac missilibus. Olei quoque cõgios singulos vicatim distributos prodidêre. Peculiarẽ iussitu Styracem incensum hisce ludis memorant. Quærebamus nos inter hæc, iidémne essẽt Scenici, & Theatrales. Ac sanè hoc differunt: quòd tametsi Græcorũ imitatione, qui Athenis Dionysia celebrarent, in honorem Liberi patris, sicut & Scenici, conditi sunt: alius tamen erat habitus, alia facies. Propterea priuatis sumptibus fiebãt in populi gratiam ab iis, qui illius fauore Magistratũ adepti essẽt. In his fabulæ nullæ: sed lusus tantùm Heroum, ac Nympharũ habitu ad tibiæ modulos. Saltantes Mænadas, & Sillones, Satyrósque ac Tityros effingebant, cum vãno, vino, ouo, & bellariis discurrentes more Lupercalium, ferulis obuiũ quemque incessentes.

CIRCENSES.
Caput xxxi.

Circenses autẽ cum curriculis in Circo, & equis ad certandũ: vnde Prãsini, & Veneti à colore viridi & cæruleo. Edebãtur præterea venationes. quemadmodum & castrensibus ludis in castris Prætoriis. Sicut quietiora omnia Saturno. quippe pro venabulis, & apris, cereoli, missilia, placentulæ, crustula, & alia.

CEREALES.
Caput xxxii.

Cereales cum Circensibus quidam temerè confudêre. Nam tametsi fiebant in Circo: tamen hi Cereri, illi Neptuno designabantur. Ex Eleusine ducto à Græcis more, vt est apud Theocritum. Pompa producebatur cum deorum signis, & ouo. Ludis quoque sacra nocturnis vigiliis imitabantur, expressa Cereris peregrinatione Liberam cum face quæritantis. Nocturni verò ignis vsus multis in ludis extitit. quippe in Vulcanalibus ob ignis numẽ. In Prometheis ob surreptum ignem. Ab solis matronis fiebant Cereales candidatis: qui color vetus in luctu matronis fuit, quemadmodum alibi diximus. Ante noctem in sacris epulari nefas: propterea quòd, vt ait Callimachus, extrema affectam fame, ac nihilosecius pertinacius ieiunium perpetuantem, solus vesper flexit, persuasseque vti cibum caperet. Quum Thensa procederet, si auriga equi lorum læua manu apprehendisset, pro pollutis ceremoniæ habebãtur. Fuit autem, vt ait Seruius, Thensa currus, quo deorũ simulachra portabãtur, ἀπὸ τοῦ θέειν. Ad eundem vsum Thentarum meminit Cicero. Leuet-

TAVRII. Caput xxxiii.

His inferis consecrati Taurii nõnati sunt sub Tarquinio Superbo haud multò ante Megalenses. Cognominis causam referunt ad taurinæ carnis esum: quo grauidas morbis affectas ac fudis factis liberatas aiunt. In his nihilosecius atque in Circensibus obibant cursu metas.

CAPITOLINI. Caput xxxiiii.

Domitianus Ioui Capitolino triplex ludicrum posuit: musicum, equestre, gymnicum. Item in Albano Mineruæ, in quo certabãt hymnis. In eo Papinius Statius ter victor. Falsò igitur produnt Publium Mimographum in eo certasse. quippe sub Cæsare dictatore iam grandis natu floruerat æmulus Laberii. At L. Mummius deuicta Corintho eidẽ Ioui Capitolino quinquennales è Græcia ludos portauerat, quos omissos restituit Nero. Horum similes Caligula Lugduni, quos Miscellos nominauit. Victę victoris laudes scribere cogebantur. sunt qui addant: coactũ eum scripta sua delere lingua.

FVNEBRES. Caput xxxv.

Proxima deorum honoribus, funerum atque exequiarum cum ludis celebritas. Funebrium origo longè vetustissima. quippe Æneas ad Pallantis, Achilles ante eum ad Patrocli rogũ matat inferias cum ludis. vnde etiam gladiatorum morem ortum iudicamus. Nam quum primùm captos ex hostibus iũgularent, vitantes fœdi spectaculi crudelitatem, captiuos inter se commiserunt: vt penes eosdem esset, & facinus & supplicium. Quibúsque fors & virtus dedisset, superessent: alii placarẽt manes puris manibus parentantium. Scio gladiatorum originem à fratribus Hispanis, de quibus Liuius, sub Scipione, alios duxisse: verùm sanè apud Græcos longè vetustiorem esse comperimus. quippe retiarium & mirmillonem Pittaci Mitylenæi tradunt inuentum: quod petes ex historiis. Mirum igitur si gladiatoria res Græca est: quare nomen Græcum signatum non habeat. Quid enim est μονομαχος? Nam μονομαχία est inter Romulũ & Cossum, inter Hectorem & Achillem: gladiatoria nequaquam. Primus Romanorum Iunius Bru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus dicitur in defunctis patris honorem dedisse A Romæ gladiatores. Alii Appium Claudium, & M. Fulvium Coss. an id verum sit, ambigo. Tunc enim primùm fuêre fontes obiecti feris in Arena, tanta immanitate, vt ab eo horrore matronę publico edicto summoræ sint. Contrà, Cretenses gladiatorum muneri spectãdo primarias fœminas interesse voluêre. Dabantur & à publicis magistratibus, & à priuatis personis, & cum certaminibus, & cum fabulis. In patrii funeris apparatu arenam insperssisse aiunt C. Cæsarem quum ædilis esset: qui postea dictator fuit. Claudius princeps ex arbitrariis statos fecit ludos fu- nebres, quos ædiles ederent: ex pecunia publica Quemus storibus, quos Gladiatorios appellauit. Quæ postea illorum pertæsus immanitatem, sustulit. Priuatis tamen consuetudinis mansit ius. Cæterùm cùm ea profusione ad inopiam multi redacti essent: iam antea sub Tiberio S.C. cum fuerat, vt nemini id liceret qui minus B ducentis millibus in censu haberet. nam & inopis opus erat, & educatis: productis quoque in arenam alii cadebant, alii petente populo manumittebantur. Gladiatorum quoque magistri non sine magno precio, qui docerent eos, conducebantur. hos Lanistas appellabant. Tandem à Theodorico Gotthorum rege vniuersus vsus sublatus est. Quid enim immanius quàm vitam dare hominibus, vt eam ipsi mutuis cædibus ab sese auferãt? Nefas erat cum gemitu vulnus accipere: iussos ferrum iugulo non accipere. sanguinem suum eodem, quo hostilem, animo inspectare. Proposita paria Lanista indicabat quãtitiugulatorum precia accipiebat. Cum hastis ac rudibus prodibãt. erat Rudis baculus gladiatorius, quo prima pugnæ rudimenta meditabantur: vnde & nomen. Ea manumissi propter fortitudinem simul cum libertate donabãtur: propterea quòd sine cruore deinceps essent acturi vitam. Certaminis initio postquam inter se rudibus batuissent, ferro nudi transigebant. Fessis aut victis alia manus substituebatur: vt intelligas locum apud Quintilianum. declarat hoc Martialis eo versu, *Hermes supposititius sibi ipsi.* Cùm indefessus esset, atque inuictus sibi ipse succedebat. Ludibrium infelicitatis humanæ Nero CCCC. Senatores, D C. Equites ad eam operam exhibuit. Alterum orbis monstrũ Domitianus etiam fœminarum pugnas noctu edidit. Qui funebres curarent ludos, Designatores dictos autumant. Apud Horatium pro eo qui præest funeri interpretantur. D

VOTIVI.

Caput xxxvi.

VOtiui aut Sibyllinis, quemadmodum dicebamus, versibus, aut Augurum præceptionibus, aut promissis Imperatorũ introducebantur: vel ante bellum, vel confecto bello, atque hostibus deuictis. Ex iis illi fuêre quos magnos cognominarunt. M. Acilius in apparatu aduersus Antiochum eos celebrauit diebus decem, missis muneribus per puluinaria. Non tum tamẽ primùm votos, sed postquam ad Thrasymenũ pugnatũ est. Facti sunt æris CCC. XXXIII. millibus, bob° albis quadringẽtis, aliisq; hostiis multis procurati. Sic etiam bello Samnitico debellato. eos populum spectasse coronatum. M. Crassus sua ædilitate coronas frondeas aureis bracteolis imitatus populo dono dedit. Ludis magnis Græco ritu victoribus palmę datæ: itémque populo epulum ab ædilibus. *Palmæ.*

SCENICI PLEBEII.

Caput xxxvii.

HIs similes Scenici, de quibus diximus, pro bona populi valetudine, Sibyllæ iussu instaurati. Item Plebeii conditi post secessionẽ factam in montem Sacrum, redintegrata cum Patribus concordia. eos intermissos L. Sylla deuictis hostibus restituit. In his quoque Ædiles epulũ populo dabant.

SECVLARES.

Caput xxxviii.

SEculares quoque pro incolumitate populi Romani à P. Valerio Publicola primùm constituti. Trinoctio bobus atris Plutoni, & Liberæ indicta lectisternia, peruigilia, supplicationes. Fiebant enim ad instar Cereris initiorum, cum carmine & hympis à pueris puellísque patrinis, & matrimis in Apollinis ac Dianæ laudem. quales extat hymnus Horatianus: & ille Catulli lõgè lepidissimus. Centesimo quoq; anno edebãtur: quod temporis spatium seculi nomine comprehendebatur: quo etiam hominis vitam constare putabant. Horatius centũ-decem annorum circuitum attribuit. Augustus arbitratu suo, non suo tempore edidit. Claudius princeps non tam ludos ab Augusti tẽporibus quàm Augusti errorem iterauit. neque enim amplius LXIII. annos interfuisse constat. Quare præconis vocem irrisam Tranquillus scribit, inuitantis populum ad eos ludos, quos nemo vidisset, neque visurus esset. quum multi adhuc viuerent eorum qui priores spectarant. aliquot etiam Histriones, qui in illis egerant, in his producerentur. Domitianus, inita melius temporis ratione, seculũ quod erat ab Vrbe condita septimũ celebrauit. Philippus Imperator suum seculum ludis magnificentissimis adornauit. Elephãtos XXX, dedit: leones, tigres, alces, hyęnas: gladiatorum paria mille: hippopotamum, & rhinocerotem.

IVVENALES.

Caput xxxix.

NEque solùm huiusmodi votis amissæ valetudinis habita ratio: verum etiam præuentæ morborum causæ. Quippe Iuuenes castè pudicéque sub moderatorum custodia quũ haberentur: datum est eis petentibus, vt per lusum ac iocum liceret animum

animũ recreare. Postea natu grãdiores admissi, A etiam vtriusq; sexus. Mansit tamẽ nomẽ à priorũ ætate, Iuuenales. Neque enim verũ est quod aiunt, eosdem hosce fuisse cum iis, quos Troiam superius appellabamus.

SATYRA LATINA.

Caput xl.

HActenus fabularum origines, genera, vsus, apparatus. nunc quod reliquum est extra Scenã expediamus. Ac Satyræ quidem Latinæ locus hîc esse videbatur: propterea quòd desumpta esset à Græca Satyra, quæ Tragœdiæ soboles erat. Cæterùm de ea quum sit satis dictum suprà, ad alia transeamus.

RHAPSODIA. EPOS.

Caput xli. B

RHapsodia officii nomen fuit, atque operæ. Epos autem carminis. Nam quemadmodum oratio tametsi cõmunis omnium loquutioni, tamen vim eloquentiæ attributa est: cuius author solus Orator appelletur. Ira dictio quanquam est communis omnium loquutioni, quia est εἰπεῖν, & ἔπος, tamen solis dactylicis senariis magniloquis attributa fuit. Vnde ab Horatio dictum est, forte Epos. & Epicus poeta nobilissimus Varius, illis versibus: *Epicus.*

Diceris Vario fortis, & hostium
Victor Maonij carminis alite:
Quam rem cunque ferox nauibus, aut equis
Miles te duce gesserit. C

Epicorum materia declaratur, dux, miles, classis, equus, victoria. Verbum signatissimum, *Dicere*, quo ipsum ἔπος exprimitur. Idem alibi:

Prima dicte mihi, summa dicende camœna: & Virgilius, *cui non dictus Hylas?* etiam ad alia genera carminum. At Homerus, Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα: & ἄειδε θεὰ μοι μοῦσα. Rhapsodiæ autem cognomentum Pisistrati opera inuentum putant. qui quum Homeri carmina sparsa ac diuulsa offendissent, atque digessissent: à cantu & futura fecit vt ῥαψῳδία diceretur. Verùm si ante Pisistrati tempora & nomen hoc extitit, & opera diuersa fuit: neque illud ille inuenit: neque hoc aut primùm, aut solùm significauit. Hesiodi D profectò carmen extat, *Rhapsodia vnde*

Μίλτιάδῃ ἐν παροῖ ὕμνησε ῥάψαντε ἀοιδήν.

Quo apertè videmus ῥαψῳδεῖν esse versuũ ipsam commentationem. Atque ita & Philochorus est interpretatus: & Nicocles ait primum omnium Hesiodum etiam ante Homerum ῥαψῳδῆσαι. Ælianus in XIII. variæ historiæ, Homeri carmina disita ac penè discerpta fuisse scribit: quæ particulatim canerent prisci. Pugnam ad naues Ἀριστείαν, vbi Vlysses & Diomedes abeunt speculatum. ex qua Rhesi tragœdiam fecit Euripides, siue vt ego puto, Sophocles. Ἀριστείαν Diomedis. Nauium catalogum. Παρακλείαν, in qua Patrocli gloria, & mors. Λύτρα, qua Priamus redimit Hectoris cadauer. Parentalia ad Patrocli tumulum. Fœderis icti violationem, quam ὁρκίων ἄρνειον vocant. Hæc in Iliade. Illa in Odyssea. Τηλεμάχεια, id est, Thelemachi peregrinatio: sicut τὰ ἐν κοιλῳ δώματι. κατὰ ξοῦς antrum. Vlyssis nauigatio in rate. Alcinoi Φαίακες. κληδονισμός. νεκυία. νίπτρα νίπτεσθαι. Procorum cædes. τὰ ἐν ἀγορῇ: & alia, vt suprà diximus. Lycurgũ Lacedæmonium vniuersa Homeri opera ex Ionia primum omnium in Græciam portasse. Quæ in duo corpora Iliadem atque Vlyssean composuerit Pisistratus. Hæc Ælianus in eo quo diximus libro, sui sanè oblitus. quippe in octauo iam scripserat non Pisistratum, sed Pisistrati filium Hipparchum primùm Homeri versus Athenas import[asse] Rhapsodos Panathenaicis festiuitatibus [ca]nere instituisse. Sanè virum illum equidem arbitror optimum, atque sapiẽtissimum fuisse Athenienſium: ita de eo Plato & bene sentit, & magnificè scribit. Quare libẽtius accedam hoc historiæ: præsertim quum lego illũ Anacreonti πανυκύκτους mississe, qua & arcesseretur, & vehueretur. Simonidẽ verò apud se maximo in honore habuisse. Quod verò pertinet ad sententiam superiorem, satis constat, non solùm eos qui Homericos versus, verumetiam qui & Sophoclis & aliorum recitarent, nominatos ῥαψῳδούς. At illi neque dispersi fuerant, neque diuiti, quos consuerent. Quare Homeri carmina ob excellentiam poetæ ita esse dicta existimaui: propterea quòd & aliis præferrẽtur, & frequentius recitarentur ab iis qui sunt ἀοιδοὶ appellati, siue ab officio, siue vt aliqui voluere, quod ex eius familia illius cantum tanquam hæredes circumferrent. Cinæthum verò appellatum produnt eum, qui primus Homeri carmina publicis conuentibus recitauit. Neque enim verum est quod aiunt, Demetrium Phalereum primùm dedisse eos, quos Homeristas cognominarunt. Nam Homeridarum appellationem etiam apud Pindarum leginus. Plato in Ione, ῥαψῳδὸς non solos cãtores, aut recitatores τῶν ἐπῶν, sed & interpretes agnoscit. Hinc habes & illum Grammaticorum errorem, qui ἔπος senarium Iambicũ in Epigrãmate Martialis interpretãtur. Eosdẽ verò nõ modò ῥαψῳδοὺς, sed ῥαψῳδούχους quoque dictos legere est: itémque ῥαψῳδικὸς, & ῥαψῳδικός: quippe cum scipionibus prodibant rubris, qui Iliadem profitebantur. Signum illud cædium & cruoris. Croceis qui Vlysseam: quòd eiusmodi colore exules designarentur. Nam Menæchmi sententia ne digna quidem est quæ refellatur: quum ait ῥαψῳδοὺς iccirco dictos, quia versus ipsi à quibusdam ῥάζους sint appellati. Illustrium autem Rhapsodorum nomina hæc, Mnasion, Cleomenes, Hegesias, Hermophantus: quorum aliqui non Homeri solius, sed Hesiodi quoque, atque Empedoclis pronuntiarent. Neque heroica tantùm, sed & Simonidæ, & Archilochi. Illud quoque memoria dignum, quod ex vnde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimo libro Valerii Martialis colligi potest. Heroicos poetas Romæ querna corona donari solitos, Eos baculos fuisse è lauro factos memoriæ prodidêre.

PARODIA.

CAPVT XLII.

QVemadmodum Satyra ex Tragœdia, Mimus è Comœdia: sic Parodia de Rhapsodia nata est. Quum enim Rhapsodi intermitterent recitationem, lusus gratia prodibant qui ad animi remissionem omnia illa priora inuerterent. Eos iccirco παρῳδοὺς nominarunt: quia præter propositam alia ridicula subinferrent. Quemadmodum igitur Parodia Rhapsodia inuersa mutatis vocibus ad ridicula sensum retrahens. Erat enim veluti Epirrhema aut Parabasis, quasi inductarii actus: vt sit παρὰ τὴν ᾠδὴν, & παρῳδία ipsa παρῳδός. Sic Alexander Ætolus & sensit & scripsit:

Ἰοὺλ' ἔγραφε δ' ἀρτιφ
ὧν παν' ὁμηρείων ἀγλαΐαν ἔπεων.

Suidas autem more suo, id est trivialiter (vt aiunt) interpretatur. Parodia, inquit, quum ex Tragœdia exit cantus in Comœdiam. At hoc expressit certo verbo Plautus in Pseudulo: *vt paratragœdiat carnifex*. Matrō poeta Græcus multa millia Homericorum versuū ad culinam & macellum inuertit iusto poemate Eubœus quoque Parius quatuor edidit libros Parodiarum, qui floruit sub Philippo. Primus autem Hegemon apud Athenienses certauit hoc genere carminis, & vicit tum aliis, tum eo quod vocauit Gigantomachiam. Aristoteles Hegemonem Thasium primum Parodias scripsisse prodidit. Alii Hipponactem inuentorem autumant: cuius reliquias, quas inueni, apponam:

μοῦσα μοι εὐρυμέδοντ' ἄδυες, τλῶ πολυχάρυβδιν,
τλῶ ἰδιαφριμάχαιχμον, ὃ, τ' ἔδιεν οὐ κτὶ κοσμεῖν.
ἔνιφ' ὅπως ἀμφὶ τὶ κακὸν κακὸν οἶτον ὀλοῖτο
βουλῇ δυμοσίῃ ἐκ δὲ σὺν ἄλλος ἀστυχέτω.

Vbi vides quemadmodū Homerica omnia ad hostis insectationem detorta: sicut & illa Euboei in pugna balneorum:

βοιήτη' ἀθήλοις χαλκήρεσι λοῦσθαι ἔμελλον.

Qui & pari filo, atque arte designauit tonsorem conuitia figulo facientem propter vxorem.

μηδὲ σὺ τόνδ' ἀγαθὸς περ ἐὼν ξυσαίρεο κούρῳ
μηδὲ σὺ πηλείδην.

Quia perpauci sunt qui hosce agnoscant sales, accipias interpretationem. Nam κούρη apud Homerum pro Briseide posita est: at hîc tonsorem describit. Et πηλείδης Homero Achilles est: at hîc figulus παρὰ τὸν πηλόν. Sic etiam ex Vlyssea Cratinus in Eunœdis: quę quia nimis multa sunt, non descripsi. Talem fecimus olim nos inter sodales nostros Carnalium diebus, ex diuinitate Maroniana:

Præla merumque cano: Cretæ quod nectar ab vris
Italiam cyathis profugum, potoria venit
Littora. & quæ sequuntur.

Similis est & illa Virgilii inuerso Catulli Epigrammate contra Aufidium Bassum:

Sabinus ille quem videtis, hospites,
Ait fuisse Mulio celerrimus, &c. Catullianum enim illud:

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus.

Cuius æmulatione nostrum quoque extat. tanto difficilius quòd neque Catulli ἐκμαγεῖον, neque Virgilii deprompta mihi ponere licuit: sed alia longè diuersa, quæ tamen ad rem facerent, quærenda.

Boletus ille qui necauit hospites,
Ait fuisse carnifex sacerrimus.
Neque vllius furentis impetum manus
Nequiuisse præterire: siue sicula
Opus foret necare, siue linteo.
Et hoc negat minacior Druentiæ
Negare ripa, vel pigrè tumens Arar.
Vel vrbs negotiosa, vel luxuosa, vel
Petita liberalis aula principis.
Vbi ille fur Boletus antea fuit,
Repaxque leno. Nam Genabio in iugo
Silente nocte sibilum edidit suis.
Tolosa diues, & superba Fuxia
Tibi hæc fuisse, & esse perditissima
Ait Boletus impia ex origine.
Tuo fletisse dicit in flatumine:
Tuam excacasse clamat ille carcerem.
Et inde tot per insequentium manus
Se hero abdidisse: læua siue dextra
Fugaret aura: siue vtrumque carnifex.
Simul se inanis ac dedisset in pedem.
Neque vlla vota carceralibus dys
Sibi esse facta, quam veniret ad mare
Tolosa abusque: nam nihil putat deos.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Bibit quiete: sęque deuouet tibi
Megara Alaflor, & Megara Alafloris.

Fuisse autem Parodiam in honore apud Siculos, coniici potest ex eiusdem Alexandri Ætoli elegiaco eodem:

τοῖα συβακοσίοισιν ἔχαν χάεα. οἳ δὲ βοιωτοὶ
ἔκλυεν, εὐσείῳ τέρπεται ἐν λιγύῳ.

Personæ in Parodiis amantes fœminæ aut temulentæ. Irem Ganeones, qui bona sua abligurierunt. Patres eorundem Nepotum & Gurgitum Alcumistarum impostura. Lusus in malos poetas ex persona cauponis, aut pistoris. Irrisio mali medici ex recitatione podagrici. Omne genus Bacelorum, & Bauciarum, & Batalorum, quos Galli *Badinos*, Itali *Balullos* vocant. Introducuntur hi cū magistris qui præeunt aut prælegunt versum aliquem serium: at illi detorquent ridiculè ad cuiuspiam ignominiam. verùm hæc postea exactius.

CENTONES.

CAPVT XLIII.

HAud absimiles Parodiis, quos Centones vocant. Deducitur enim sensus alius ab sensu pristino versuum: hoc parodiam refert. quorum versuum membra hinc inde collecta quum assuantur, Rapsodiæ nomen repræsentāt. atque iccirco Centones appellati sunt à centonibus, quibus fiunt stragula. Tale apud Ausonium poema valde ingeniosum & lepidum, ex frustis Virgilianis coagmentatum. Tale etiam Probæ poetriæ Christianæ: cui ab opere Centone cognomen factum est.

Centones.

LYRICA.

CAPVT XLIIII.

PRoxima Heroicæ maiestati Lyrica nobilitas, vt illa à cantu Rapsodia, & Epos: ita hæc Ode, & μέλος, & μελπή. Neque enim ea sine cantu atque Lyra pronuntiabant, vnde & Lyricorum appellatio. Odas quoque à canendo titulum suorum librorum fecit Horatius. Grammatici Pindaricas inscripsere cantiones, μέλη. alii verò maluerunt εἴδη. vnde diminutiuum Idyllion. quia poemata essent rerum quasi species quædam. Meliambos citat in vita Diogenis Cynici Laertius, qui sint à Cercida Megalopolita scripti. Quinque ibi leguntur versiculi, in quibus nec vnus quidem iambicus. Quanquam autem μέλος Lyricorum tantùm fuit: Melodia tamen est omnibus cantionum sonis attributa. Sic Chamæleon in libro quem de Stesichoro scripsit, μελῳδηθῆναι non solùm ait Lyrica, verumetiam & Archilochi, & Hesiodi, & Mimermni, & Phocylidæ, & Homeri. Quare harmoniam etiam inuenias Melodiam appellatam. Lyricorum genera multa. Melos, siue Ode, quibus curas amatorias decantant. Primum hoc excogitasse Alcmana tradunt: primúmque aiunt dedisse μέσον ἀχόλαστον, id est, lasciuum. Alii dicunt Ametorem Eleutherneum primum apud suos ciues amatorias cecinisse cantilenas: cuius propterea posteri Ametores item dicti sunt. In hoc genere plurima fuit Sappho. Anacreon autem non solùm dedit hæc μέλη, sed etiam in ipsis melia. Alia genera in laudibus Heroum, locorum laudationibus, rerum gestarum narrationibus. Hilaritates, conuiuia. His numeris etiam pæanes solis diis dicti: & hymni eodem argumento, sed stilo demissiore. Item ea quæ σκολιὰ μέλη vocata sunt: in quibus virorum fortium laudationes cōtinebantur, nihil à pæanibus differentia, nisi materia siue argumento. Canebantur Scolia in cōuiuiis, sicut alibi diximus, in quibus poculum circumlatum ὀδὸν appellabatur. quod non liceret absque cantu vel propinare vel excipere: eius meminit Tryphon grammaticus, ἐν ὀνομαστικοῖς. Præterea Dithyrambica, & quę ab authore Sotadica, & Ithyphallica, & Choriābica in Cybelen, Bacchum, Silenum, Pana, Faunum, Priapum, quale est Catulli venustissimum. Et Epipompeutica quæ in pompis accinebantur. cuiusmodi seculare carmen Horatianum. & Epinicia, haud absimilia Pæanibus. A' mēbris quoque variata. nam quædam erant simplicia, μονόκωλα iccirco dicta, & μονόστροφα, aut στάσιμα. quippe in choris Bacchicis circularibus aut semper ad eundem modum conuertebantur, neque reuertebantur. hæc erant μονόστροφα. Aut stabant immobiles: ea στάσιμα. talis prima Ode Horatiana. in aliis erant duo membra, aut tria, aut plura. Habes apud Pindarum δυωδεκάκωλον, quæ etiam δυωδεκαὶς dicebatur. Quinetiam in Scolus, Paeonibus, Dithyrambicis, numerus incertus libidine authoris. quamobrem eos leges vocat Horatius. nulla enim fiebat conuersio. Quemadmodum Adonio post tres Sapphicos posito, ad Sapphicos reditur. de quibus conuersionibus satis in Choris dictum est. Memoratur quoque proditum fuit, Alcmanem quum quatuordecim strophārum canticum fecisset, hanc septem certo metro composuisse: alteras septem alio. Sine discrimine verò & ᾠδὴν, & ᾠδὸν aliquando scriptum inuenias. ᾠδὸν verò pro eo quod est ἀοιδὸν. neque solùm pro Poeta, sed etiā pro vate. sicuti vsus fuit Dino in Persarum historia: cuius verba fuerunt hæc:

πιὼν δὲ γοῦν κύρου τὸ παρὸν αὐδρείαν, ἢ τὸν μέλλοντα πόλεμον ἔσεσθαι παρὰ Λυδίοισι παρῳδοῦσι οἱ ᾠδοί.

Erant hi Persis peculiares. sic & subdit, Δωριεῦσι δὲ Λυσίππου μὲν τοῦ φίλων, τότε δὲ χάρης ὄνομα (ἔστι δὲ ὧν τῶν ᾠδῶν ὁ ἐνδοξότατος) ᾠδήν.

Heraclides quoque scribit, apud Lacedæmonios Lesbium ᾠδὸν in honore habitum: ipsóque ab oraculo iussos vt eum audirent. Ad Cleomenis quoque statuam, eius qui Thebanus poeta fuit, ita scriptum legebatur: atque pro ἀοιδῷ ab historicis interpretatum. Horatianæ autem Odæ omnes sunt sine Epodo. Neque verò verum est quod Grammatici profitentur, quoties carmini carmen accinitur, Epodon esse. sic enim Elegia Epodos esset. item Dicola omnia. quod tamen ridiculum est. Neque minus falsum illud, quum altero versu finitur sententia, Epodon appellari: Ouidiana enim poemata pleraque Epodica essent. Quid, quod in Horatianis Epodis id minimè obseruatur. in his enim patet illorum error.

Nox erat, & cælo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera:
Quum tu magnorum numen lęsura deorum,
In verba iurabas mea
Arctius, &c.

Neque dissimilia propterea dicerentur alia Dicola, vt illa,

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar, & alia multa.

Ac de Epodi ratione in Choris satis dictum est. de Horatii autem inscriptione haud satis cō-

Scolia

Universidad de Deusto
Biblioteca

stat. Nanque duo postrema poematia de Canidia monocola sint: quibus accinitur nihil. Quare animi gratia nobis aliquid est commentandum. Post cãtiones aliquas ad aras deorum expletas, accedebat aliquis sacra certis versiculis claudurus. Hunc appellarunt Epodon: propterea quod post alias cantiones & Hymnos pronũciabant. Id ita scriptum est in decimoseptimo libro De officio partium humanarũ apud Catonem. Itaque Horatius quum Odas scripsisset: quem illis librum addidit, rectè Epodon inscripsit. quemadmodum Plato quoque eum quem post leges statuebat, ἐπινομίδα. Cuius exemplum secuti, hisce in Commentariis nos quoque fecimus. Nanque in secundo libro simplici narratione quasi designata, in illo accuratiore opera, exactiore iudicio ita perpendimus, vt etiam causas afferamus. Quare librum illum postremum Epinomidẽ quoque inscribi placuit. Primicia erant quæ in certaminibus victori cantabantur. Pæanes, quibus gratulabantur diis immortalibus pro victoria in prælis, non in certaminibus. Hymni, qui ad aras diis dicebantur. Quamobrem omnia Pindarica, quæ extant, Epinicia sunt: id quod etiam tituli declarant, Olympionicæ, Nemeonicæ, Pythionicæ. Epipõpeutica, ad pompas, cuiusmodi carmen seculare. Non differebant Pæanes à Scoliis, nisi acclamatione, quæ Pæanibus erat peculiaris: ἰὴ παιάν. quod Græci Epiphthegma vocabant, & ὀπίσθημα. tametsi hoc quoque postea desitum est. Quò miror duo. primum quòd Athenienses iudicio persecuti sunt Aristotelẽ: quoniam in Hermiã qui esset mortalis, tanquã in deum Pæana condidisset: quum tamen etiam viris fortibus dare-

A tione. cuiusmodi & hic, & ille Aristotelis in Hermian Atarneusem.

Ἀρετὴ πολύμοχθε
θῆλυ βροτοῖσι·
θήραμα κάλλιστον βίῳ.
σᾶς πέρι παρθένε μορφᾶς
καὶ θανεῖν ζηλωτὸν, ἐλλάδι τοῖ᾽μος:
καὶ πόνους τλῆναι μαλερούς
ἀκάματος, τοῖον
ὄβριν φρένα βάλλεις
καρπόν τ᾽ ἀθανάτων
χρυσοῦ τε κρείσσω, καὶ γονέων
μαλακωτῆ, τᾶδ᾽ ὕπνου.
σοῦ δ᾽ ἕνεκεν ὁ δῖος Ἡρακλῆς
λήσας τε κοῦρος πόλλ᾽ ἀέθλησεν.
ἔρχεις σαῖς ἀγρεύοντες δώμασιν.
σοῖς δὲ πόθοις ἀγλαΐαι,
αἴας τ᾽ ἀΐδιοι δόμοις ἦλθον.
σᾶς δ᾽ ἕνεκε φιλίου μορφᾶς
καὶ ἀπαρνέου ὕδατος
ἠελίου χέρσωσεν αὐγᾶς.
τοι γὰρ αἰεί ποιμεν ἔρχεις
ἀθανάτων τε μιν αὔξουσι μοῦσαι
μνημοσύνης θυγατέρες
φίλοις ξενίου σίγας αὔξουσαι
φιλίας τε χῶρας βεβαίας.

Vt etiam perpendas quantus vir ille fuerit in poesi: neque ipso Pindaro minor. Scripsit autem & in Lysandrum Lacedæmonium vnum; qui ob dignitatem in Samo olim publicè canebatur. quemadmodum Delphis Pæan alter in Craterum Macedonem, admodulante Lyra puello impubere. Scolion autem etiam aliis adaptabatur argumentis. Quo genere carminis qui vicissent, poculo donabantur: quod poculum ob eam causam à cantu illo φιάλη, vt suprà scripsimus, dicebatur. quum cæteris in certaminibus acciperent Lyrici iuuenem, quam & immolabant. & hircum Tragici, quemadmodum suprà dicebamus. taurum Epici. Bucolici vel vini vel lactis libatione contenti erant: sdque Apollini, Musis, Baccho, Inuo & Gratiis. nã cætera præmia à victo auferebant, non ea ab iudice donabantur: sicuti suo loco scriptum est. De Scolii nomine inter Grammaticos non conuenit. nugantur de Scolio pede: sic enim cognominant Amphimacrum, quem tamen nihilo frequentius in illis inuenias. Confessum enim est quod dicebamus: neutiquam pedibus aut numeris à Pæane differre. Alii ab obliquis tibiis. de quibus tamen apud idoneos authores nulla mentio. Nonnulli putarunt carmen esse conuiuiale, quod à primo cœptum, nequaquam à proximo sed ordine flexuoso vltro citróque exciperetur. Neque hoc displicet: conuenit enim cum poculo, quod canenti præmium propositum dicebamus. Nam qui κατ᾽ ἀπόφασιν nominatum aiunt, ludunt nos. In nuptiis cani solitum à discumbentibus lauro aut myrto coronatis, nemo dubitat. Quinetiam Timocreon Rhodius Scolium

Scolij nomen vnde

lium scripsit in vituperationem Pluti.

ὄφελες ὦ πλοῦτε πλοῦτε
μήτ᾽ ἐν γῇ μήτ᾽ ἐν θαλάττῃ, μήτ᾽ ἐν ὑπείρῳ
φαίνεσθαι.
ἀλλὰ πάντες τε ταίειν καὶ χέζεσθαι.
διὰ σὲ γὰρ πατ᾽ ἐν ἀνθρώποις κακά.

Erat ergo Scoliorum recitatio in conuiuiis. tres enim modi: vnus, quum plures concinebant, vt in choris & nuptiis: alter, quum in conuiuiis aut festis sodalitatibus singuli per ordinem canebant: tertius, quum in conuiuiis non succedebant seriatim, sed vt cuique visum fuisset, à cantu myrti lauri ve ramus dabatur ei qui magis idoneus iudicaretur: alii malunt à primo lecto cœptum, altrinsecus primo lecto datum ramum simul cum cantionis iure. inde ab illo ei qui secundus erat in aduersо lecto: ab hoc ei qui exaduersum in altero secundo discumbebat. ita erat σκολιὸν, sicuti reptatio serpentum, & quasi serræ dentes. Carminis verò materia non solùm erat in laudibus virorum fortium, vt putarunt quidam: sed etiam in communibus sententiis, & adagiis, & quocunque genere adhortationis ad bene beatéque viuendum. quare præter illud Timocreontis, alia quædam adscribemus. in Vespis Aristophanes vnius initium est,

χρήματα καὶ βίαν κλειτὴν φέρεται κἀμοί.

Plato in Gorgia scribit, Scolio cani solitum: ὑμνεῖσθαι μὲν ἄριστον τὸ δεύτερον, καλὸν θρυλεῖσθαι τρίτον δέ, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. quam sententiam & expressit alia ratione Phocylides, & Aristoteles retulit è Delphico templo in Ethicorum suorum propylæa. Illud autem est de Aiacis virtute:

σοὶ τελαμὼν μὲν ἀπ᾽ αὐχμητᾶ,
λέχεσι σ᾽ εἰν ἑτάρων ἄεισεν
ἐλθεῖν ἀχαιῶν, μετ᾽ ἀγχιάλοι.

Aliud de Admeto,

ἀνδρὶ μὲν τοῦ λόγον ὦ ἑταῖρε μαθὼν,
τοῖς ἀγαθοῖς φίλει·
τῶν δειλῶν δ᾽ ἀπέχου·
δειλῶν δλίγα χάρις.

Etiam ab Eustathio refertur vnum super Iliados quarto, relatum ad eorum fortitudinem, qui in oppidi Lipsydrii fuerant obsidione.

αἰ αἰ λειψύδριον ἀεσάμενοι πτολίεθρον,
οἵους ἀνδρας ἀπώλεσαν,
μαχεσσάμενοι περ ἀγαθοὺς, καὶ ἐπισταμένους.
εἴ ποτ᾽ ἴδοιτ᾽ ἐξαῦτις, οἷον πατέρων ἔσπον.

Quod autem alia quoque argumenta detexta sint eo poematii genere: satis patet ex illò quod recitatur à Plutarcho in Amatorio: id quoniam Græcas olet fœditates, indignum putaui tam puris Commentariis. Lyricorum tamen vsus plurimus in Amoribus, & Lusibus, & Potationibus: in quibus exercuit sese imprimis Sappho. Quin Pindarus quoque scripsit ἐρωτικά. Anacreon verò excelluit adeò, vt eius dictio quouis Indicæ arundinis succo dulcior mihi videatur. Aleman autem amatoriarum cantionum inuentor creditus est: quemadmodum

A suprà memorauimus. cuius perpauxillæ reliquiæ hìc ponentur, quouis nectare suauiores:

ἔρως ἐμὲ δ᾽ αὖτε κυθερίτας μέλιτι γλυκὺς
καδείων καρδίαν ἰαίνει.

Iccirco Architus, vt Chamæleon scribit, appellauit eum Principem ἐρωτικῶν μελίων. Habes suauissimum apud Horatium illud, *Donec gratus eram tibi*, & alia. Erat & Odæ species apud Laconas, qua siquis in flagitio deprehensus fuisset, aram quandam obiens, canebat probra sua. Aliæ fuere, quas λοχρίας ᾠδὰς nominabant: quæ nihil aliud quàm adulteria & stupra cõtinerẽt.

HYMNI.

CAPVT XLV.

B Ymni Pæanibus simili[s] etiã alio carminis genere confici sueuerit. quales ab Orpheo, Musæo, Theocrito, Homero, nos quoque non parum laborauimus vt penes Latinos eã gloria minus obscura esset. Quidam negarunt Iambico versu confieri licere. Primus Anthedonius dicitur Hymnos cõdidisse. quod si ita esset, oportet eum Orpheo fuisse antiquiorem. Exrat memoria tituli tantùm à Telesilla facto poemate in Apollinem: quod inter Hymnos referre par est. Φιλλίας inscriptum fuisse aiunt.

DITHYRAMBI.

CAPVT XLVI.

C Dithyramborum quoque facies eadẽ, modi tantùm diuersi. In Liberi patris honorem Dithyrambum factitari solitum: quippe bis natus, bis exiuit è naturæ principiis, tanquam binas fores transmiserit. δὶς θύρας ἀμείψων, aut ἄμπα ἰών. Quare Archilochus sic:

Διωνύσου ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος
διθύραμβον οἶνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας.

Vbi etiam ἐξάρξαι verbum notes animaduersum à veteribus apud Homerum & alios in versibus & cantionibus: quemadmodum amplius in Originibus scriptum est. Idẽ Archilochus alibi Dithyrambum Liberi patris famulũ vocat. Alii curiosius, à Nymphis excogitatam acclamationem parturiẽti coxæ Iouis, λυδιάμμα: mutata scilicet liquida, sicut μελιτᾶν, meditari. Erat stilus tumidus, atque, vt ille ait, plenus

D deo, plenus numerorum, plenus compositarum vocum: quas ampullas & sesquipedalia Satyri nostri appellarunt. Horatius iccirco Dithyrambos audaces vocat. Libet ponere Epigramma quod scripsit in octauo Commentariorum Hegesander, refertum iocis & licentia aduersus nõ tam veteres suos Philosophos, quàm nostros nouos Philasophos:

ὀρχουμένας ποσὶν δαΐ, φρενοβλαπτοψοφίοις,
σικκοβρεκεκόξοις, καὶ λοπαδοτραγῳδοῖς,
ἰμαντανωπεῖς ἄλλοι, γηλοπερκνοκλοπόλαοι,
γυιπλαδραισοφάγοι, γυκτοπατηταλάγοι,
μαγμακιξαπάται, καὶ συλλαλοπισολαλῆται,

Universidad de Deusto
Biblioteca

δοξεμματαβάσεσι, ζωπυρητικάδεσι.

Iccirco Æschylus appellauit μιξολύδιον Dithyrambum eo versu:

μιξολύδια πρόσπτις διθύραμβικον ὁμαρτεῖν
οὐ σκοπεῖν διονύσου.

Exultans igitur, & inconstans, & tumidum: atque vt vno verbo absoluam, totus Bacchus. Multum operæ in hoc genere poematis posuit Ion Chius: cuius nomine scripsit dialogum Plato. Eius versus vt ambitiosos lancinat Aristophanes. inter quos illos, ἀοῖον ἐκγεγοίνυιαν ἀσίαν. &, ἠελίου λευκοπτέρυγα πρὸς δέμας. quemadmodum & Philoxeni irridet φαπλαίγλαν.

& HYPORCHEMATA.

CAPVT XLVII.

Affinia his poematũ genera duo. vnum cuius author fuit Andreas Linlius Cleobuli necessarius. (apud alios Antheas scriptũ est.) Dicebatur hoc poema διὰ συνθέτων ὀνομάτων: iccirco Dithyrambo proximum. Quod imitatum aiunt postea Asopodorum Phliasium. Alterum fuit Hyporchema. laxius hoc atque remissius: gestuosum tamen, & affectuum plenum. vnum ponam Pratinæ poetæ Phliasii pyrrhichiis refertum ob celeritatem:

τίς ὁ θόρυβος ὅδε;
τίνα τὰ δὲ τὰ χρυσό-
μαντα πείθει ἔμολον
δῶ διονυσάδε
πολυπαταγαδυμέλεις;
ἐμοὶ ἐμοὶ ὁ βρόμος. ἐμὰ δεῖ
κελαδεῖν:
ἐμὲ δεῖ
ματρὸς,
ἀν' ὄρεα ἰούμβυον
ἐς ναίδων:
εἶα τι κύκνειον ἄγεται
ποικιλόπτερον μέλος
τῶν ἀοιδῶν
κατ' αὐλὸν ὕπνιον χορεύεται.
ἐγὼ δ' ὑπηρέτης κώμων μόνων.
πυρσαὶ χορεῖ τε πυξαχάται
πάρεστον ἴυγμαι κραπλάτιες.
ποῖ τὸν φρυαλίου ποικίλον σεσαιχότα:
φλέγε τὸν ὀλεσαλοκάλαμον
λαλοχαρυοθραμελορυθμοβάταν,
δυσπαχυπαιδέμας παλαισμόν γλωσσόγα.
σὺ δὲ δεξιοπόλα
θρεαμβικὰ δύραμβε κισσόχαιτ' ἄναξ
ἄκουε τὰς ἐμὰς ὀρθρίους χορείας.

LYRICORVM HARMONIÆ & instrumenta.

CAPVT XLVIII.

Erant autem suæ quoque Lyricis saltationes atque harmoniæ, numero tres. Pyrrhichica cum pyrrhichiis & trochæis Satyricæ similis, velox, mobilis, gestuosa. cuiusmodi Melos nostrum in Cybelen & Silenum, totum solis pyrrhichiis constans. cuius initium,

Modo citus ego pede celere magis ago numeros:
Abeoque Venere duce super alia loca volans.

Altera harmonia Gymnopædica dicta, Emmeliæ propior, plus habens Spondæorum & Anapæstorum, cum interpositis choriãbis: qualis Ode prima Horatii. Tertia Hyporchematica, mista ex vtraque: veluti in superiore cantione, quam nõ sine thyrso aut face saltatam puto. Cãnebantur autem & ad Lyram, & ad Citharam, & ad Barbiton: vnde Pindaro dicti ἁρμοξιφορμιστύμβοι. Lyræ inuentum Mercurio attribuunt: quum ad aridam testudinẽ offendisset pedem. Animaduerso enim quem ex intentis neruis ediderat sono, lineas chordas intendisse. deinde quum fratris Apollinis furto boues abegisset, iram atque supplicium nouo Chelys inuento redemisse: vicissímque ab Apolline caduceũ accepisse. Acceptam Apollo Lyram ad fistulæ, cuius esset author Pan, modulos lineis exemptis chordis, atque neueis intentis adaptasse. Neruos septem numero esse instituit, quot ipse mẽses in vtero fuisset genitricis. Quam ob causam ἑπτάτονον vocat Lyram Pindarus: eius interpres ἑπτάμιτον. Nam eadem chorda septem alioqui sonos edimus. Argiui mulctam dixere iis qui pluribus septenis vterentur. Additam octauam scribit Aristoteles. neque propterea tamen eã, quæ media vocabatur antè, nomen amisisse. Alii ab Apolline nouichordam Lyram scribunt editã, à Musarum numero, vt ait interpres Arati. Tametsi cum decachordo etiam pingebatur: quippe qui cum Musis esset ipse decimus. Nonnulli vt Lyram Mercurio attribuunt inuentori, ita citharam Apollini. Quòd si ita est: quærendum præterea quare Apollinis signũ arcum dextra, læua Charitas habuerit: quarum vna lyram gereret, non citharam: altera tibias: tertia fistulam ori admoueret. Citharæ figura fuit apud Græcos primùm concinnata Cepionis tempore, qui Terpandri fuit discipulus: & appellata Asias, propterea quòd à Lesbiis fuisset importata. Modos certos ante Archilochum primus Terpander instituit, & leges, quas ab se & à discipulo vocauit κτίσματα & τερπάνδρειον. A' regionibus Doricis duos, βοιώτιον & αἰόλιον: iccirco quia in Bœotia extitisse creditus est primus citharœdus Amphion, Iouis & Antiopes filius. A' temporũ autem celeritate duos, ζυγαῖον & ἀξιὼν, qui multis constabat pyrrhichiis. & septimum πύθαισθον, qui erat ex horum quatuor cõpositus, Æolio, Terpandrio, Cepione, Bœotio. Idem Terpãder primus adiecit ad Heroicos versus Lyricos modulos. Proxima his generibus instrumentorum alia. σκίνδαψος, qui erat τετράχορδος, numerus Lyra inferior: vsus idem. vnde epitheton additum à Theopõpo: σκίνδαψον λυρέσκημα μόνας χείρονας πιάσαν. Apud Laertium pro vilissimo instrumẽto. ἑλικὼν alterum instrumentum à Musarũ monte nomen ducens, chordarum numerũ à numero earundẽ: quẽadmodũ scriptũ reliquit Ptolemæus in libro de Musica. Barbitos tribus tẽdebatur chordis: quo est vsa multũ Sappho & Alcæus: quapropter Lesboũ appellat Horatius. Grauis ei sonus extitit, & apt' Doriis: quo circa Pollux etiã βαρύμιτον dictũ prodit. Erat & πηκτὶς duobus tantùm neruis. Pulsabant autem radiolo altera manu, quod plectrum à percussione appellarũt: altera premebant neruos certis interuallis. Primus Demopœetus Sicyonius plectri officiũ ad solam manum transtulit. Sic vnguibus & digitorum summitate etiam nunc citharæ neruos temperant. Cuius autem chordæ ferreæ, aut ex orichalco sunt, penna modulantur. Etiam digitalia argentea induerunt, quorum extrema pennarum cuspidibus muniantur. Lyram non plectri percussione, sed setarum intentarum attritu tangunt. Auctus & chordarum numerus, pro cuiusque libidine. Nam citharæ Timotheus Milesius addidit. Alexãder quoque Citherius Psalterium refersit chordis. Aristoteles trigoni Psalterii meminit, cuius chordæ essent æquè intentæ omnes. Epigonus autem, quem Ambraciotam produnt à Sicyoniis donatum ciuitate, cõstruxit instrumentum, in quo essent chordæ quadraginta: quod Epigoneum ab se appellauit. Ab hoc quidem scribunt omissum plectri vsum, non à Demopœero, sicuti dicebamus. Fuit & Simi commentum illud, quod ab eo Simicum appellatum, quinque & triginta constabat chordis: à quibus eorum origo, quos nunc monochordos vulgo vocant. in quibus ordine digesta plectra subsilientia reddunt sonos. Additæ deinde plectris coruinarum pẽnarum cuspides: ex æreis filis expressiorem eliciunt harmoniam. me puero Clauicymbalum & Harpichordum nunc ab illis mucronibus *Spinetam* nominant. Vetus Monochordos vnico neruo contentus erat: Arabum inuentum. Trichordos autem Assyriorum, quod Panduran appellabant. Pentachordos Scytharum fuit: ex cruda pelle bubula confectas chordas pulsabant plectro, quod ex vngula caprina optimum habebatur. Durat etiam nunc plectri vsus in Hispania, & Psalterii: cuius sonum miscẽt cum sono tibiæ, loco tympani: quod iccirco Tympanum chordatum vocant: Itali me puero *Tabassum*. Fuit & aliud ad psallendum instrumentum, quod πάλυξ dicebatur.

manibus saturi victimarum carnibus, sacros obibant focos, precati numen, vt sibi litare liceret. cuiusmodi in διονυσοφοινικίστας Aristophanis. Itaque aliis quoque seculis instituti chori sine fabulis. veluti qui dicerent Hymenæos, qui carmen seculare: qui obreditum Principum vota soluerent. Et in ipsis Romanis supplicationibus frequentes. θεσπέσιον igitur eodem modo ac lege, qua in theatro, genius carminis iusto poemate, quo ibãt obuiam Imperatoribus aut Regibus ingredientibus vel oppida vel castra. Cuiusmodi Duris Samius scripsit in vicesimosecundo historiarum, dictum fuisse Demetrio ab Athenienfibus è Corcyra & Leucade reuertenti.

THRENI, ET HYMENÆI & Elegiæ, alia.

CAPVT L.

Threni duo diuersa genera, & Hymenæi, quippe Hymenæi carmina nuptialia: ea quo dicerentur versu nihil referebat. Duos habes apud Catullum: alterum senariis dactylicis statariis: alterum pentastrophis choriambicis: tanta suauitate & puritate, vt quantum alliciat ad legendum, tantùm deterreat ad imitandum. Toridẽ apud Claudianum æquè diuerso genere carminum. Ausonius pulcherrimum atque operosissimum, ex portiunculis Virgilianis. Est Hymen in natura muliebri membranula, quæ scinditur virginibus primo quoque veneris tentamento atque aditu. Inde factum nomen numini ab ἁπτῆς Græcis. Latini Talassum siue Talasionem quare vocent, in ambiguo est. Illud constat in raptu Sabinarum nomen inuentum Hersiliam forma præstantissimam quum Romulo regi ferret vnus è pastoribus, ne ab obuiis interciperetur. interpellantibus respondisse dicitur, eam sese ferre Talasioni. Alii militem sic vocatum, qui primus rapere ineeperit. cúmque vbi seipsum acclamasset, alios eadem quasi tessera sequutos. vnde mos deinceps ductus fuerit in nuptiarum festiuitatibus, peruulgatum hoc, ne quid deesset, noluimus omissum. Modus Hymenæi, vt fiat acclamatio carmine intercalari, quod fæpenumerò eo solo constat nomine. tametsi alia quoque interponuntur: cuiusmodi illa, *Concubinæ nuces da.* &, *Currite ducentes subtegmina, currite fusi*. Duo Hymenæorum genera: alterũ purius, alterum cum Fescenina licentia, impudicis vocibus insertis. Threni autem sonant Latinè luctus. qualis ille in libris diuinis, quo deflet vates sanctam ciuitatem. Aiunt primum Linum poetam Threnos fecisse. alii verò propius accedere videntur. Eum Herculi succẽsentem quòd esset ineptior ad discendum, ab irato ingratóque discipulo interemptum: ab reliquis discipulis defletum carmine, quod ab eius nomine & nota eiulationis Ælinum appellarunt. cuius vocis etiam in luctu meminit Theocritus. Nos

Ο Vemadmodum è Tragœdia Satyram, è Comœdia Mimum, è Rapsodia Parodiam enatas, atque eductas ostendimus: ita non tam è iustis fabulis exceptos Choros dicamus, ac seorsum apparatos, quàm è festiuitatibus translatos, atque inde in fabularum intersitos interuallis. vetustissimum nánque poema fuit ad aras deorum, simul cum ipsa natum religione. vbi consertis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoque virum tam fortem quàm infelicem patrem noſtrum in agreſtibus poematiis Ælinum appellauimus, ab eo Threno quem diuinæ genitrici noſtræ fecimus. Primum & poſtremum omnium Euripidem aiunt abuſum Lino: à triſtibus enim ad læta tranſtuliſſe, tum ſine vlla imitatione, tum ſine vllo imitatore. Idem carmen etiam λίνος τον vocarunt, id eſt extremum, & λινῶδες eadem ratione. Quare non rectè per diphthongum ſcribunt penè omnes: quemadmodũ in Originibus animaduerſum eſt. Sic tibiã quæ in funeribus adhibebatur, vocauit Pratinas Phliaſius λινώδη, vt ſuprà vidimus. Iouianus Pontanus Neniæ vocem traduxit ad Nutricias propterea quòd vulgus noſtras *Bel*- cis in Italia nutrices *Nenas* dicunt: vt cantiunculis, quæ ſint ſimiles cantibus præficarum. Cuius carminis anguſtiis diuinus ille vir ita elauſit laſciuiam immenſi ſui ingenii, vt aliorum excluſerit audaciam. At veteres nutricum cantiones καταυλιήτιδες nominarunt. Baucis enim nomen in re futili. Neniã verò inuentum aiunt Phrygum: cuius rei memiſerit Hipponax. Olophyrmum quoque numerant inter poemata quæ à lugẽtibus aut alia qua fortuna mœſtis canerentur. Quæ ad rogum dicerentur, erant Neniæ: quæ ad tumulum, Epitaphia: quæ in exequiis, quum iuſta perſoluerẽtur, Epicedia. κήδειν enim fuit curare inferias. Etiam Monodia dictus cantus lugubris vſu potius quàm ratione. Nánque vox ſanè latius patere debuit. In Monodiis ſolum affectum poſuere, ἀδυποίτην verò nullã, proſopopœiã nullã. Elegiam quoque in funeribus primùm dictam par eſt. id quod innuit Ouidius in funere Tibulli. Eius inuentorem neſcire ſeſe cõfeſſus eſt Horatius. Theoclen tamen quendam, ſiue Naxium ille, ſiue Eretrienſis fuerit, tradunt furentem effudiſſe primum Elegos. Neutiquam igitur quaſi, εὐλογίαν, παρὰ τὸ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας, vt ridicule autumant Grammatici: ſed à miſeratione, ἐλεεῖν λέγειν. Iccirco miſerabiles appellauit Elegos Horatius. ἐλεδὸς quoque ea eſt nocturna auis apud Ariſtotelem, quam nos Vlulam dicimus. Simplicius quoque etymon, τὸ ἐλέγειν. idem enim quod αἴ αἴ in Ælino. nam vtraque interiectio frequens omnibus Tragicis. Didymus definiuit Elegiam ἁπλοῦν ἁδέσμοτον ποίημα εἰς αὐλὸν. eſſe enim tibiam lugubre inſtrumentum. ἐλεὸς etiam aliud ſignificare oſtẽdimus in Originibus, ex Equitibus Ariſtophanis. Tranſlatus vſus poſtea ad longè diuerſiſſima: ſcilicet ad amores, non tamen ſine ratione. Nam & frequens conqueſtio in amoribus & veriſſima mors, quæ à nobis amentiſſimis amentiſſimo atque ingratiſſimo ſexui viuitur. Diffuſa deinde ſignificatio ad eum quoque qui potitus eſſet. veluti apud Ouidium,

Ite triumphales circum mea tempora lauri, &c.

Funebrium autem carminum rationes atque inſcriptiones ſimul cum argumẽtis eductæ fuerũt ex hiſtoriis ac fabulis, ab Adoni, Daphni, Lino, Hyla. Trypho poeta carmen fecit, quod Erigonem vocauit: à virgine quæ ſe ipſa ſuſpẽderat. Quo in poemate reſtis frequens mentio. Ita Ialemos lugubre. itẽ Idyllion ab Ialemi Calliopes filii infelicitate. Tale & Calyca Steſychori, à puella quæ Euathlum deperibat adoleſcentem: pro cuius coniugio vota facit Veneri, tandem deſpecta, de Leucadia rupe præcipitem ſeſe dat. Virginis oratio pudica. nuptias optat, ſi liceat: ſi non liceat, mortem.

POEMATA IONICA.

Caput li.

SVnt & alia poemata minus feuera: quædam etiam impudica, vt Ionica & Sotadica, & quæ Feſcenina dicebamus, ſocia Hymenæorum. Ionicus cantus in poemate quidam turpis, omnes molles. iccirco ille etiam Cinædicus appellatus à nefanda turpitudine: & Sotadicus, propterea quòd Sotades Maronites in eo plurimum excelluit: mox etiam eius filius Apollonius. Verùm ante eos Alexander Ætolus, & Pyres Mileſius, & Alexis. Apud Latinos Terentianus feliciſſimè vſus eſt. Sotadæ illud eſt in Ptolemæũ Philadelphum, cui impiis auſpiciis inceſta nupſerat ſoror.

εἰς ὃν ἐπὶ πατρὶ γαμετὴν τὸν κύνα ἔχουσᾶς.

Quare iratum atque ab ſorore irritatũ Regem fugit. Fugientem in Cauno inſula Patroclus Ptolemæi Prætor deprehenſum, atque in vas plumbeum cõcluſum, mari ſubmerſit. ſunt & illa Sotadæ ridicula eodem genere carminis:

ἐὰν ἀποτρέπαις βῆμα τῆς ὀπισθοκαύστης
ἐκ δεῦρο σφόρου φάρυγος ἐξίουσα βεγγτὼ
ἥλεμαγον, ἐκείνῳ ἀφοσὴρ γέγον χαλᾷ βύς.

Extat de poematibus Ionicis vetus verbum χοιρίζειν, quod interpretantur πάντα ποιεῖν ἔξω κόσμου. agebãt enim adulteros, meretrices, productores, lenones, ebrios: ac de his quidem ſcribere ſuppudebat. Cæterùm verecundiam vicit operis authoritas: nequid enim quod in me eſſet, deſideraretur, cautio fuit.

HILARODI.

Caput lii.

MInus his fœdi Hilarodi. Inter quos Simus quum fuiſſet præſtantiſſimus, Simodi ſunt poſtea cognominati. Prodibant in veſte cãdida, virili, auro coronati. Calceis primùm vſi, deinde crepidis. Similes his Aulodi, Magodi, Lyſiodi. Erat Aulodus Hilarodo per omnia ſimilis & par. Sed Hilarodus puero puellá ve pſallente canebat: Aulodus tibicine modos faciente. Aulodo & Hilarodo præmiũ corona. tibicini & pſaltæ nulla. Ac quemadmodum hi duo ſimiles: ita Magodo & Lyſiodo argumentum idem, modus diuerſus. Ille muliebribus perſonis virilia negotia: Lyſiodus muliebria virilibus agere. Ille ad tympanum: hic ad cymbalum. Introducta hæc

Magodus vnde.

hæc quoque inter fabulas à quibuſdam: ſicut & Mimi & Satyri. Hilarodus à Tragœdo, Magodus à Comico. Aiunt Magodos dictos ab argumento, quod primum propoſitum fuit, Mago producto. Mutata poſtea materia, nihilo ſecius manſit nomen.

DIRÆ.

Caput liii.

IOngè his diuerſum carmen quod inſcripſerunt Diras. Latini veteres, Erinnyas, ita appellabant. tametſi Erinnyas Græci tres, geminas faciunt Latini Diras. eæ putabãtur vltrices deæ: quarum numina precibus euocabantur in hoſtium perniciem. Hac de cauſa quòd poematis genus imprecationes explicaret, eo nomine nũcupatum eſt. Itali vocant *Deſperatum carmen*. cuiuſmodi permulta grauia legimus atque illuſtria. Tale apud Virgilium ad Battarum. cuius votum omne in malis, monſtris, morbis, ſupplicitis, exiliis, interitu. Duũm generum eſt. aut quum nobis, aut quum aliis imprecamur. Exornantur ſententiis non vulgaribus, & inexpectatis: accumulatis fabulis atque hiſtoriis. qualia ſcripſit Ouidius in Ibin. In Horatii Epodo aliquid imaginis eſt. Expreſsior apud Catullum in Ariadnæ conqueſtione. etiam in quarto Æneidos: & quæ fundit Statianus OEdipus, ſumpta de Græcis Tragicis. Item Senecæ Theſeus ex Euripide. Hypſiphyle Iaſoni in Medeam.

PALINODIA, ἐγκωμιαστικὸ, ἰαμπικὸ, Iambi, Silli.

Caput liiii.

VBi fieret conuicium ſine imprecationibus cum vituperatione, attinebat ad Iambica, de quibus ſuprà diximus. quod quis quum ſcripſiſſet, atque eum ſcriptionis pœnituiſſet, recantabat, appellatum id nomine Palinodiæ. Certum poema, atque aliud à Choris. Argumentum totum in laude pro congeſtis probris. Eius ferunt Steſichorum inuentorem: qui quum Helenam verſibus laceraſſet, captus iccirco oculis, reuocauit ſententiam, editis contrario carmine laudibus. quapropter oculorum vſum ei aiunt reſtitutum. Negat in eo poematio verum eſſe quod & ipſe & alii ſcripſerint: Helenam cũ Paride Troiam adnauigaſſe. Talis Horatiana Ode, *O matre pulchra filia pulchrior*. Reducuntur ad genus τῶν ἐγκωμίων. ſub quo etiam Hymni recenſentur & Pæanes & Scolia. cuiuſmodi eſt Heroicum Tibulli ad Meſſalam: Ouidii ad Piſonem: & noſtra Sidera, tam per me clara quàm per ſe ingrata. Laudatoria poemata non ſolis Græcis nota fuere. nánq; Poſsidonius in XXIII. memoriæ prodidit, Gallos olim ſummo in honore ſecũ habuiſſe Poetas cõuictores, à quibus laudarẽtur. quorũ poemata *Bardos* appellata ſcribit, atq; ab illis cũ cãtu pronũtiata, vt ex Lucani verſu. Cõtrà, priſci Opici vocabant eos *Graſſatores*: vt ex Catonis libro de Moribus. Sub eodem genere vituperationes, vt Silli Timonis. Varium ad id genus carminum: ſed Iambicum potiſsimùm, vt alibi diximus, ἰαμβίζειν, impetere: παρὰ τὸ ἴειν, & ἀνιέναι, quum inſurgimus iaculationi. Non autem ab Iambe mulierecula, à qua verſus vſum ſibi ſumpſerit Hipponax, & nominarit: vt ait Hephæſtio. quia lauanti lanam ſibi quum faceſſeret negotium Poeta, illo cum verſiculo amouerit, quo poſtea delectatus eſt. ἀνδρῶν ἀπιθάνων ἀνακρίνομεν. nam ab Apollinis vſque cum Pythone pugna deduximus Iambum alibi. Contrà, mulier illa fortaſſe à mordacitate dicta: & quod facilè funderet verſi[illegible] quod.

CANTIONES.

Caput lv.

SVnt præterea multæ cantiones, aliæ aliis artibus, temporibus, nationibus. Nam piſtores habebant quod canerent ad molam: ἐπιμύλιοι vocabant. vt eſt apud Ariſtophanem in Atticis, & Callimachum in Hecale. nam ἰμαλὸς Doriẽſibus fuit menſuræ genus: ἰμὰς quoque ſignificabat trahere, & haurire apud Athenæum & Ariſtotelẽ. In Æliani ſeptimo De varia hiſtoria ſcriptum eſt, Pittacum admodum laudaſſe Μύτιλλι. addidit & rationem, Propterea quòd, inquit, paruo in loco diuerſis eſſet poteſtas ad exercitandum. Laertius in eius vita ſcribit, ipſum ad molas ſeſe exercere ſolitum: nec mirum, ſordidus enim fuit. Inde & Cantilena, ἐπιμύλιος. Nautæ quoque habebant ſuas. Itaque in Commentariis Ariſtophaniorum Acharnenſium, ὑπόλαβε legimus eſſe μέλος quoddam muſicum & nauticum ἐκκελευστικόν. In Theſmophoriis quoque eiuſdem eſt, quod fœminæ quum pinſerent, cantillarent. Alia texentium telas cantilena, αἰλινος, à lino, vt arbitror, appellata. ἶουλος autem ad lanificia. communi nomine cum meſſorum cantu. nánque ἶουλος quum tenuem ac frequentem rem ſignificet, tum ſpicam, tum lanam potuit deſignare: quemadmodũ ad barbam quoque & ad centupedam eadem ſignificandi proportione accommodari potuit. Ἀμάλας igitur hordeaceos manipulos diuulſos, collectos autem ἰούλους nominabãt. Itaque Cereris quoque cognomẽtum fuit, in ſegete viridi χλόη, in matura ἰουλώ. Teleclides etiam in Amphictyonibus ponit poematium, quo laborem canendo fallerent, mercenariæ operæ in agro, quum opus facerent. Balneariis ſuum item erat: vt prodidit Crates in Tolmis. Quemadmodum nunc etiam *Dulciarij cruſtularij*. Præterea fullones & lignatores. Præficis quoque peculiare fuiſſe carmen commune omnibus funeribus, quod priuatũ facerent mutatis nominib⁹ defunctorũ atque familiarũ. id tamen inter Threnos cõuenit numerare. Feſtus in lib. XI, Invindemia, cũ primũ muſtũ guſtabant, ita canere mos fuit:

Cantilena.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis gratia vetus, nouum vinum bibo.
Veteri nouo morbo medeor. vnde & Meditrina dea cui libarent tunc, & Meditrinalia sacra, à medendo. Horum naturæ proxima, quæ à Scoliorum vsu, non loco aut tempore diuersa erant: in conuiuiis enim canebantur. Iccirco à Græcis παροίνια, id est ad cyathum. poema integrum ex his à Praxilla Sicyonia; cuius extant versiculi duo:

οὐκ ἔστιν ἀλφιτοκίζειν·
ἢν δ' ἀμφοτέροις γίνηται φίλον.

MANIPVLVS POEMATVM.

Caput lvi.

ALia quoque multa extitere olim, & postea exorta sunt genera poematum. Epigrammatis nomen valde amplum, ad quamuis inscriptionem. vnde & Lemmata dicta, scilicet indicaturæ. Elegia in his. quoties adderetur laudatio aut vituperatio, aut vtriusuis ratio apponeretur. Præterea Triumphalia, & alia votiua, quæ Græci ἀναθηματικά. Et in festiuitatib', Daphnophorica, Cathephorica, Tripodiphoria, Parthenia. Item Proœmia pro Musicis aut Poetis. sicut & προοίμια. In quibus plurimus fuit Claudianus, separato carmine à iusto poemate. Diuinus autem Poeta vnum corpus fecit. Illa enim fuerant Proœmium, *Ille ego qui quondam*, & cætera, vt pessima temeritate prætulerint arbitrium suum ii qui exemerunt ea de iudicio tanti viri. Et nugacissimi literatores desinant rixari super eo Scazonte qui prælegitur Satyris Persianis: quasi Persii non sit. Tales sunt operum clausiones, quos Epilogos Græci nominant. vt apud Horatium,

Exegi monumentum ære perennius.

Et Ouidium,

Iamque opus exegi.

quæ sunt ab iusto opere separata. At non separauit idem Virgilius à Georgicis:

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope.

Nuda nomina præterea multa ponam faceatim. nihilo enim clarius ab authoribus tradita sunt. Quorum plurima eatenus tantùm nota illis fuisse puto. In Dianam ὀπιδεία: siue, vt alibi legitur, ὀπιδεία. Item ἴμαδος. ad hæc ὀρχήσεις, & βάκχοι, & ἄσματα generis appellatione. Phrynichus quoque vnum vocat πίστιχον, vt Nicophron ἀποιμὰν: opinor, erat pistorum. Aliaque etiam ignobiliora: quæ nullum operæprecium faciunt.

AENI, GRIPHI, Ænigmata, Apologi.

Cap. lvii.

EPigrammatum species multæ. Summa genera digesta sunt certis præceptionibus in tertio. inter ea sunt Æni, quos aliqui Fabulas nominant, propter ficiones. nempe quasi picturę quędã sunt atque imagines rerum. Itaque rectè quidam nominarunt Allegorias: aliud enim apertè dicunt, aliud ex eo innuunt ac profitentur. Ergo etiam Apologos appellare nonnulli ausi sunt: quasi ἀπὸ λόγου λόγος. Antiquissimus omnium Hesiodus, αἶνον vocauit: Æsopus, μῦθον. habes apud Horatium, & Liuium, & Diodorum. horum duæ species: vna simplex, sumpta à rebus naturalibus, quasi ab historiis: introducunt enim perinde atque in Scenam non animalia solùm, sed muta quoque, veluti gladios, limas, serras, malleos, incudes loquentes. Altera species operosior. quippe operti sensus apertis notis. Harum duæ materiæ circunferuntur: partim enim in vocibus nudis versatur: quemadmodum quum excogitamus in eodem nomine multa significata: siue illud retrò legimus, siue dissipamus in syllabas, siue alio quo modo interpolamus. Ex his libellum factum inscripsimus Logogriphi: propterea quòd ambages eæ Griphi dictæ sunt ab antiquis. Alia materia est in rebus, Ænigmatis appellatione, ab innuendo. Multa refert Athenæus, plurima fecimus nos. In quinto Conuiuialium Plutarchus vnum ponit: quod videndum est Scoliónne appellatum sit ab obliquitate sententiarum, an quòd inter epulas vicem gesserit veri Scolii, de quo suprà satis.

Apologus vnde.

Scolion ab obliquitate.

PRÍMI LIBRI,

QVI HISTORICVS INSCRIBITVR,

FINIS.

IVLII

HYLE

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

POETICES LIBER SECVNDVS,

QVI ET

HYLE.

MATERIA POESEOS.

Caput i.

HActenus Poeseos origo, genera, modi. Quæ ex antiquis eruta narrationibus, in ordinem redacta, ad iudicium reuocata sunt. Nunc quum Poesis duabus constet partibus substãtialibus, materia & forma: de vtraque nobis dicendum est. Igitur quod ab omnibus vulgò iactatum est, fortasse verũ videatur: Rem ipsam quæ scribitur, Poematis ipsius esse materiam. Sic enim argumenta, & ὑποθέσεις, & ὑποθήσεις, & materias vocãt, neque sine causa. quippe etiam ὑποκείμενα à Græcis dicta sunt. cæterùm à veritate longè absunt. nam quemadmodum statua Cæsaris, est Cæsaris imago: ita & poema quod ipsum describet, at statuæ materia æs est, aut marmor, non autẽ Cæsar. Cæsar autem obiectum, vt vocant Philosophi, & finis. Quin potius, si Platonẽ sequamur, è contrario iudicemus. Plato enim rerum ordinem ita digessit. Ideam incorruptibilem separatam. Rem ab ea depromptam corruptibilẽ, quæ ipsius Ideæ imago existat. tertio loco picturam aut orationem: eodem enim modo referuntur: & sunt imagines specierum. Quare sicuti Idea erit forma rei nostratis, ita res debuerit haberi pro forma picturæ, & statuæ, & orationis. à qua sententia neutiquam discedendum censeo. Est enim consentanea eo ipso Aristotelicæ demonstrationi: qua intelligimus balnei speciem esse in animo architecti, antequam balneum ædificet, vbi idẽ sit & forma & finis. Forma enim introducta in materiam cessat apud naturam motus generationis: apud artificem motus fabricationis. Iccirco nõ rectè materiam dedisse nobis aiebant præceptores, propositis rebus quæ à nobis essent poemate designandæ. Erunt igitur res ipsæ finis noster, quatenus earum species imponuntur in materiam Poeticæ orationis. Orationis autẽ materia quid aliud sit quàm litera, syllaba & dictio? id est aer, aut membrana, aut mens, in quibus ea sint tanquam in subiecto.

Quare in Cæsaris statua æs erit materia: in Poesi, dictio. In statua forma exprimens vigorem aut motum, aut statum, aut sessionem, aut eius modi: in Poesi eadem omnia in lineamentis et dispositionibus dictionum. In statua, toga aut arma pro ornamentis atque accessionibus: in Poesi rhythmi, siue numeri, figuræ, pigmenta dictionũ. Quocirca de Poeseos materia in hoc libro scribendũ erit, in tertio de forma, in quarto de ornamentis. Ac quanquam à Grammaticis partes illæ sunt tractatæ, haud tamen exactè quod ad nostram operam pertinere possit. nam syllabarum quidem quantitates & obseruare & docere decuit: pedes verò, & numeros, & versuum genera quum tractant, egressi fines suos professionis mutare nomen debuere. Nos igitur de his exactius.

DE PEDE, METRO, Rhythmo.

Caput ii.

PEs officii nomẽ est, dictioni attributum. non tamen omni: non enim monosyllabę. quippe syllaba pedis articulus: articulus pedis pars, vt totius. Pars verò & totum nusquam idem. igitur officium pedis motus est, vt laxè dicam. Nam videtur vox in dictione quadam celerius absolui, in alia tardius. quare ab Horatio quoque tum *sententiam*, tum *versum currere* dictum est. Ac quemadmodum non cuiuis voci competit, ita non cuiuis toti. Sunt enim voces quædam excedentes pedum præscriptiones, vt Iureconsultissimus. Quinetiam tametsi non excedit, tamen nõ semper totus pes ex tota fit voce, sed ex parte. scinduntur enim plerunque voces ad pedes cõficiendos. quare non rectè definiere pedem per dictionem, tanquam per genus. Cùm neque omni, neque toti, neque semper comperat. Sic autem definietur: Pes syllabarum dispositio certo numero numerosa. Cogimur enim æquinoctii verbis vti, quæ à veteribus accepimus: ne aut monstra fingere, aut recepta repudiare temerè videamur. Sanè numeri nomẽ de Mathematicis *Num*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita sumptum est: vt & ab Arithmeticis quantitatem significet: & à Musicis earundem quantitatem mutuum responsum ex proportione. Opulcius Græci, qui Arithmeticum ἀριθμὸν, Musicum ῥυθμὸν nominat. Est autem Rhythmus duplex: tum in syllabis, tanquam in partibus propter pedes: tum in pedibus propter versus. Quê sic definio: Commensus pedum inter se pro rei designatæ modo. alia nanque symmetria est, si ita sit: *Musa mihi causas memora*: & alia, si ita: *Musa mihi memora causas*. sic in pedibus, alius aliis est responsus syllabarum. vt in exemplis, pecus, pecu. Ieeirco nonnullis visum est idem esse Metrũ & Rhythmum. verùm equidem aliter censeo. Metrum, im sive mensura laxior est: quippe est [illegible] tantitatis in materia. Rhythmus autem compositior & astrictior: nempe qualitatis in dispositione. regnantis enim verbis, mẽsura versus nõ mutata, Rhythmus mutabitur. Itaque nobis Latinè Rhythmum concinitatem appellare eũ velim licebat: quam non à Cinno, vt vulgò omnes ejectantur: sed à concinendo. Quare quemadmodum Varro audiendus sit, perspiciendum est: [illegible] qui μέτρον & ῥυθμὸν hoc distare scripsit: quo regulam & materiam. Neutrũ enim materia est, sed in materia. & μέτρον quidem regula est, ῥυθμὸς autẽ etiã modus regulæ. Sicuti apud Geometrã regula rectã lineam ducemus: at eam sumptã architectus præponet, apponet, trãsponet, eriget, deprimet, circulo, semicirculo, ouali accõmodabit. Erit igitur Mensura præscriptio tractus. Rhythmus autem præscriptionis temperamentum. Verbi gratia, Spondæi quatuor in re graui leni, eodem sunt tractu circunscripti: quo alteri totidem in re graui aspera. Rhythmi autem, id est præscriptionis, temperamẽta diuersa. veluti si dicas, *Lenes adducentes leges*: mollis est versus. C
[illegible]at ille, *Vltrices leges crudeles*: asperior. de vtroque igitur numero, scilicet quantitate & dispositione, quæ in pedibus est, impræsentia dicemus. De altero, qui est in versu, exactissimè scriptum est in quarto libro. Secamus ergo dictionẽ interdũ, vt posterior pars succedentis pedis initium sit: prior autẽ antecedentis finis. Ea iccirco Cæsura quasi sectio dicitur. cui addidere cognomina secundum loca. vt si post duos pedes integros secaretur dictio, diceretur quintus semipes: sanè rectè pro eo quòd quilibet pes duos semipedes continet. Itaque eo versu, *Arma virumque cano*: cæsuram agnoscimus in posteriore verbi syllaba. est enim ibi semipes spõdæus. Græci non ἡμιποδίαν, sed ἡμιμετρεῖν dixere. atque à loco τριθημιμερεῖν. Eadem lege si post tres pedes esset, ἑφθημιμερεῖν. quia septimus semipes voce clauderetur: vt eo versu, *Italiam fato profugus*. Erit igitur Pẽthemimeris quasi sestertium: eõtinet enim duos pedes, & præterea tertio loco semipedẽ. quare autem non introduxerint obseruationẽ τριτημιμερεῖδος considerandum est. quippe nihilo secius eodem versu secatur post duos semipedes

secunda dictio. *Arma virum*. Quam quæstionem etiã deducas ad eam cæsuram quæ in nono quoque semipede statuetur. At quamobrẽ hæc per semipedes metiti sunt: non autem per integros pedes? Quia sanè si pedibus singulis singulæ claudãtur dictiones, nulla structura peior esse videatur. verùm de his suo loco. In quarto nanque causas reddidimus.

PEDVM GENERA.

Caput iii.

PEs igitur cùm sit syllabarum dispositio, pro syllabarum numero pedes erunt. quos hic tractaturis alia via ac ratione agendũ fuit, quàm quẽadmodu Gramatici consueuere. Ratio enim à nobis reb⁹ ipsis nudis addẽda fuit. quãobrẽ igitur syllabas aliis atq; aliis tẽporibus habemus? quid enim coegit nos non omnes eadẽ mensura pronũtiare? huiusce inæqualitatis quęnã extitit causa? Sanè in aliquibus haud ita obscura causa est. res enim ipsæ suapte natura in syllabarũ quãtitatẽ nos induxerunt. veluti quũ dico, Celer, Citus: breuitate ac celeritate nos vti par est. At enimuerò idẽ quare lenta voce fuit significatũ? quippe Velox neutiquã currit, sed bis tot tẽporibus subsistit. Profectò tandẽ eò confugiendũ fuerit, quò sese recepit Aristotelis diuinũ iudiciũ aduersus Platonẽ: Loquẽtis arbitratu facta pleraque: multa etiã temere orta. Alia quoq; ratio adduci potest: Animi notæ voces sunt. igitur iratus quũ primũ erupit in verba, inæqualiter pronuntiauit. Impetus enim non semper impellit: sed hoc ipso quod vrget, remoratur interdũ linguã. Præterea quis nescit à pueris sermonẽ ortũ, sui vsum agrestibus præbuisse? quẽ ad eũ modũ acceptũ in alias distorquere leges etiã sapientibus religio fuit. Quare his ita positis, ad pedũ naturã & genera accedendũ est. Cõcurrũt syllabę aut duę aut plures. à minore numero incipiendum: Duæ aut breues aut lõgæ, aut altera breuis altera longa: ídq; vel prior vel posterior. Breues ambæ, vt Deus. hunc Pyrrhichiũ vocãt: vt ego arbitror, ab ignea celeritate. quanquã aliter postea scriptũ sit aucto elementorũ numero. Ambæ lõgæ. cui Spõdæo nomen est, vt aiũt, à sacrificiis, in quibus canẽtes eo pede vtebantur. σπένδειν enim est porricere libamenta. Ac ille quidẽ hoc esse videtur prior natura. simplicior nanq;. Itaq; is etiã cuius prima syllaba breuis, altera lõga: prior extitit quã qui è cõtrario primã longã breuẽ habet subeuntẽ. Ille dicitur Iãbus: de cuius nomine satis superiore libro dictũ est: Exemplum, Ferox. Alter Trochæus à volubilitate appellatur: quẽ iccirco Rotatilem aliquando nominauimus: vt Cæsar. Exemplum Spondæi, Velox. Quæro præterea, Quũ in vtroque tã Iãbo quàm Trochæo eadẽ sit quãtitas tẽporũ, quamobrẽ solũ Trochæũ volubilẽ agnouerũt: æquè enim citò euadit è faucibus Iãbus. Id euenit è syllabarũ dispositione. Iãbus enim initiò

Inæqualitatis causa in pedibus.

Pyrrhichius.

Iambus.

Trochæus.

tio celer impetum capit, mox subsistit. cõtrà stat primùm Trochæus, deinde vrget hoc ipso quasi põdere syllabæ syllabam in quam incumbit: atque ea videtur subterlabi sua celeritate. Itaque est rotæ motus cõpositus ex violento & naturali. nãque vbi primo quòque impulsu semel mota est: ab se ipsa motus tenorem perpetuat, propterea quòd semper partem inferiorem superioris orbis moles premit. Is etiã Choreus dicitur, quòd esset in choris frequens. Sic bisyllabi quatuor. Trisyllabi autẽ octo eadem ratione. nam aut omnes breues, aut omnes lõgæ, aut duæ breues vna longa, aut vna longa duæ breues, aut vna breuis duæ longæ, aut duæ lõgæ vna breuis, aut vna lõga inter duas breues, aut vna breuis inter duas longas. Collectio est ita, vt à præpositionibus dependeat: inter, cum, ante, post. Vbi sunt omnes breues, appellatur Tribrachus: quod nomen præ se fert pedis simplicissimã quantitatẽ. Pyrrhichium cõtinet, ac præterea semillem, vt *Tabula*. Qui omnes longas cõtinet, Molossum nominarunt, à natione quæ eo oblectabatur: non quidem, vt reor, solo, sed inter alios frequẽti. alioquin terato Spondæo idem ius debebatur. Exemplum, *Venatrix*. Is est qui sesquispondæus. Vnam breuem duas longas qui obtinet, Bacchius Dactylo cõtrarius, qui vnam longã duas breues. quibus enim in pedibus vnus longam, alter breuẽ habet. quibus ille breues, hic longas. Exẽplum Bacchii, *Residens*: Dactyli, *Scaliger*. Alio modo Anapæstus Dactylo contrarius, quippe tiru syllabarum. Duas enim breues lõga sequitur: vt *Pietas*. Cui cõtrarius natura Antibacchius siue Palimbacchius: sicuti erat Dactylo Bacchius, quippe duas longas vna breuis subit: vt *Saturnus*. Reliqui sunt duo inter se eodẽ modo cõtrarii. vnus, in quo breuis vtrinque à duabus longis obsidetur, vt *Diuites*. Is Amphimacrus dicitur, & Creticus. alter, in quo media longa, prima & vltima breues: iccirco Amphibrachus, vt *Cornua*. Ratio nominũ vulgaris. Dactyli ab articulis digitorũ. primus enim maximus. quanquã cæteri duo non respondẽt. neque enim æquales sunt in digito: sicuti Dactyli syllabæ. Anapæstus ἀνάπαιστος. quia contra quã in Dactylo pede terram ferichant. Igitur nomina aut à quantitatibus, vt Tribrachus. Aut ab vsu, vt Spondæus. aut à motu, vt Trochæus. aut à natura, vt Iambus. à situ, Amphimacrus. à regione, Molossus, Creticus. à similitudine, Dactylus. à gestu, Anapæstus. Bacchius quoque ab vsu: quia in Bacchi saltationibus. & Chorius à choris, in quibus eius esset vsus multus.

Tribrachus

Molossus.

Bacchius.

Amphimacrus.

Anapæstus.

de facti nomine

AN ALII SINT PEDES.

Caput iiii.

AN verò præter hosce alii sint pedes? Rerum naturam si spectes, sanè neges. Nulla quippe dictio inueniri potest, quæ non horum coniunctione aut mistione cõprehendatur. Quare igitur quadrisyllabos pedes commenti sunt? quia nõnulla verba ex contrariis constant pedibus: veluti Choriambus ex Trochæo & Iambo. iccirco ne hinc inde mendicaremus, sub vnius nomine naturam illam concipere libuit. Quã hunc ad modũ vestigabimus, quo & superiores. Omnes syllabæ breues. omnes longæ. tres breues vna lõga. duæ breues, duæ longæ. vna breuis tres longæ. vna longa tres breues. duæ longæ duæ breues tres longæ. vna breuis duæ longæ in medio duarum breuium. duæ breues in medio duarũ lõgarum. alternatim breues duæ & longæ duæ. alternatim longæ duæ breues duæ. Ergo non tãquam diuersæ res à superioribus bisyllabis recẽsendi, sed tanquam recensiti nomini[illegible]. Duo igitur Pyrrhichii cõficiunt Proc[illegible] qui ab hortatu dictus est, siue militari, [illegible] tico: vt *Pelagius*. Duplex Spondæus, iccirco Græcis Dispondæus. *Venatores*. Duo Trochæi eadem ratione Ditrochæus & Dichoreus: *Imperatores*. duo Iambi, *Canicolas*. iccirco Græci πεντεμέτρους nominarũt: id est iteratos pedes: *ἰαμβοκωλα ἑξάμετρα*. sic potes & Pyrrhichicam & Spondaicã dicere. Pyrrhichius & Spondęus Ionicum à minori faciunt: *Meruentes*. à minori nanque incipit, id est à breuibus. Pyrrhichius & Trochæus, idem est quod Pæon tertius, *Scelerati*. Pyrrhichius & Iãbus, quod Pæon quartus, *Celeritas*. E contrario Spondæus & Pyrrhichius, quòd Ionicus à maiori, *Venaticus*. Trochæus & Pyrrhichius, Pæon primus, *Continuus*. Iambus & Pyrrhichius, Pæon secundus, *Iuuenculus*. Alii hosce ab ordine digessere, non quemadmodum nos à natura. Ionicus à maiore, quum duas breues totidem antecedunt longæ. à minore, quum lõgæ subsequuntur. Ad hæc quatuor Pæonas, quorũ vnusquisque à sede vnius longæ syllabæ sortitur appellationem, cum quatres breues totum corpus conficiunt. Primus, in quo prima longa: secundus, in quo secunda. Atque eodem modo alii duo, tertius & quartus. His cõtrarii sunt natura Epitriti. quippe vnam breuem, tres longas habent: appellantur ab illius breuis sede, sicut illi à longæ. Epitritus primus ex Iambo & Spondæo, *Senatores*. secundus ex Trochæo & Spondæo, *Conditores*. Qui cognominatus est à Caria regione, Caricus: tametsi βαρβαροφώνους eos Homerus vocat. Tertius ex Spondæo & Iãbo, *Prudentiæ*. hunc Rhodiũ etiã appellarunt. Quartus ex Spondæo & Trochæo, *Oratoris*. is à quibusdã dictus μακροβρόνιος. quare verò Epitriti sint vocati, dicendum est. Si vocem hanc, *Senatores*, in sua tempora partiaris, septem inuenientur. quorum duabus syllabis prioribus tria quum attribueris, in duabus sequentibus præter tria item vnum reperietur. Est enim proportio Spondæi ad Iambum Epitritos. Causa autem proportionis est syllaba breuis, quæ decrescitur vno tempore. Iccirco ab eius sede cognomen à proportione nomen nacti sunt. Eadem ratio

Epitritus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trochæi & Spondæi. quare etiam ſecundo Epitrito eadem conuenit appellatio. At verò de tertio & quarto quid dicemus? In quibus priores ſyllabæ duæ ſuperant duas poſteriores, non ab ipſis ſuperantur. Itaque non erunt ὑπέρτεροι, ſed ἰσόχρονοι. Antecedit enim proportio, non ſubſequitur. Veteres autem nihil tale veriti, ſequuti ſunt temerè vniuerſitatis rationem. propterea quòd æquè conueniret omnibus idem modus ſyllabarum. Quod autem Epitriti ea, qua diximus, de cauſa nomen hoc adepti fuerint, ex alio quoque cognomine manifeſtum eſt. Quippe à nonnullis ἰσοπαχεῖς dicti: quaſi ἰσοπάχεις. quoniam tempus in Muſicis eſſet, quod arithmeticis Geometras σημεῖον, & Arithmeticis B ἑνάδα vocant. Quæ præterea ſuperſunt coniugationes Iambi & Trochæi: ac Trochæi cum Iambo. Priore cõſtituitur ille qui Antiſpaſtus vocatur. Amphibracho ſimilis ſitu, non numero. Iccireo quia breues duæ in medio duarum longarum brieſſæ ſunt: vt, Senatoris. Ratio nominis, quòd à breui ad longam proceſſit, retrahitur inde per longam ad breuem. Altera huic conſurgit coniugatio nobiliſsimum conſtituit pedem Choriambicum. Exemplum, Scaligeri.

Ex his quæ ſuprà diximus, ſatis conſtat ſuperflua Grammaticorum ſatagentia: qui ſex atque etiam octo ſyllabarum pedes conflauere. quum ipſi quoque quadriſyllabi nihil aliud ſint quàm biſyllaborum iuga. ac quemadmodum oſtendebamus, nulla dictio dari queat, quæ biſyllabis aut triſyllabis vel ſolis vel iunctis exple ri nequeat.

VERSVS. CAPVT V.

VErſus primùm nomen declarandum eſt: deinde definitio, tum genera: quarto loco generum enumeratio: quinto leges communes: ſexto leges propriæ: poſtremo vitia. De nomine igitur ſic: Verrere eſt idem quod ſulcare aut ſcalpere: tollere aliquid è ſuperficie, ita vt depreſſio relinquatur. In ceris igitur ſtilo quum ducerent notas, frequentatiuo vſi ſunt, ſicut & agricolæ. Vertunt enim terram, quia quod ſubtus erat, ſuprà vt ſit faciunt. ſic Cicero dicit Literas exarare. Ad eum modum Verſus dicti ſunt lineæ illæ ſiue ſulci, quibus verba ſcribebantur: quêadmodum in Originibus exactius dictum eſt. Itaque in omni ſcriptura tractus ſinguli orationis Verſus ſunt appellati. Poſtea quum redegiſſent eantum ad numerum caſtigatiorem, antiquum Verſus nomen ſibi fecere peculiare. Ex his colligitur definitio: Verſus eſt diſpoſitorum pedum certo numero caſtigata connexio. Grãmatici nugatius: Verſus eſt partiũ legitima diſpoſitio, & pedum culta copulatio conſonanti ſpecie metricam exhibens regulam. Principiò, vox hæc, Partiũ, ſuperflua eſt. ſatis fuerat dicere, Pedum. Item illa verba, Culta copulatio, cõprehenduntur illis, Legitima diſpoſitio: neque A enim lex ſine cultu, neque cultus ſine lege. Quæ ſi non ſint idem, ergo Enniani verſus neutiquã verſus ſint: qui ſunt inculti. Nihilo meliora illa, Conſonanti ſpecie. Ridicula verò illa, Metricam exhibens regulam. non enim regulam verſus exhibet, ſed verſum regula: neque menſurã dat verſus, ſed menſura verſum.

VERSVVM GENERA. CAP. VI.

VErſus à numero, aut pedum, vt Senarii: aut menſurarum, vt Dimetri: qui tamen quaternos habent pedes, ſed ſub binis menſuris: aut ſyllabarum, vt Hendecaſyllabi: aut à pedibus, vt Dactylici, Iambici: aut à quantitate cõtinua, vt Lõgi: aut à qualitate, vt Quadrati: aut ab authore, vt Sapphici: aut à gente, vt Ionici: aut ab vſu. vt Elegiaci: aut à ſocietate, vt Lyrici. Sic habes quatuor cauſas: A' fine Elegiaci. finis enim conqueſtio. Ab efficiente, Aſclepiadæi. A' materia, Iambici. A' forma non dedueas, niſi quæ cognoſcatur in ſitu ac diſpoſitione pedum, & in quantitate continua aut diſcreta. Diſpoſitio pedum deprehẽditur in Miſtis, de quibus mox. Nomen eſt in quantitate continua, quod dicebamus Lõgi. In diſcreta, Senarii. ſunt enim hæc quaſi formæ, ſicuti in quantitatis modo, ac quaſi relatione, Dimetri. Et in qualitate eadem formæ proportio, Quadrati. eſt autem Menſura, quod μέτρον Græci vocant. Hanc certa lege ſic præſcripſere, vt μέτρον ne minus eſſet quatuor temporibus. C Breuiores pedes, vt Iãbus, Trochæus, Tribrachys, pro ſemimetris haberẽtur. tãto aptior huic calũniæ Pyrrhichius. Itaq; motum vnũ ex duobus breuibus pedibus ſtatuere, atque διπλασίαν appellauere: eúmque verſũ Monometron dixere: quæ quaternis cõſtarẽt, dimetra: quæ ſenis, trimetra: tetrametra ex octonis. Quare coacti fuere cõminiſci certas appellationes, quibus ſignarẽt harũ variationẽ quantitatũ. Etenim dimetrũ Iãbicum ſit hoc: *Iactatio ſortis, nihil.* quia deeſt verbũ, ſi addas ſic: *Iactatio ſortis nihil fit:* extat è natura Dimetri. Eodem modo ſi altera adhuc addatur ſyllaba: vt, *Iactatio ſortis nihil mihi.* Itẽ ſi tertia ſic: *Iactatio ſortis nihil mihi fit.* Deſit enim ſyllaba, quominus exeat in trimetrum. Iccirco D quatuor excogitarũt appellationes. vnam, quæ integrũ præſcriberet carmen: quã vocarũt ἀκατάληκτον, quia nihil adiaceret. Cui vna deeſſet, καταληκτικόν, haud ſatis ſignaté. Cũ duæ deſiderarẽtur, ἑφεκτικὸν καταληκτικόν. vbi vna ſupereſſet, ὑπερκαταληκτικόν. has autẽ nominarũt Græci ἐποθέσεις, i. depoſitiones, ſiue terminationes. Quòd autẽ abuſi ſint vocibus, videamus. omnis enim finitus tractus καταλήγει, nullus igitur ἀκατάληκτος. Veteres autem τὸν ὑπερκαταληκτικὸν etiã ὑποφαυλίζειν dixere. Illud ſanè tueri nequeã. nã quod excedit perfectũ non ὑπέρτελες, ſed ὑπερτέλειον καταληκτικὸν dictũ oportuit. Eſt enĩ τὸ ἀκατάληκτον τὸ ἀυτοτελές. hoc illud vna ſuperat ſyllaba. Latinè Acatalectũ, perfectũ dicas; Hypercatalectũ, exuberãs. Brachycatalectũ,

Diſpoſitio pedum

Monometer
Dimetr.
Tetrametr.

talectũ, mutilũ: Catelectũ, ſemimutilũ. Priſci au A tẽ noſtri ſimpliciſsimè atque cõmodiſsimè. Binarium, ternarium, quaternarium, quinarium, ſenarium, ſeptenarium, octonariũ. Quibus deſignationibus Brachycatalecti appellationem ſuſtulêre. Quòd ſi vna ſyllaba deeſſet, idem putarunt atque ſi altera ſupereſſet. Exempli gratia, ſi ſenarium carmen vna ſyllaba deficeret: quinarium hypermetrum agnouerunt.

A genere partium.

Hæc à partibus differentia ſpecierum, quæ illarum numero conſtarent. Alia partitio eſt à partium genere. verſus enim aut puri ſunt, aut miſti. Puri, qui ſuum tantùm admittunt pedem. Miſti autẽ non vno modo. Etenim vel ſimilem recipiunt ſiue parẽ: vel diſſimilem. Similem, vtî ſuprà dicebam, intelligo vel ſitu, vel quãtitate. ſimile eſt ſiue par temporũ quantitate ſpõdæus B dactylo: iccirco eum recipit dactylicus. An verò admittat dactylum ſpondiacus: & puto non admittere. ſegregatum enim arbitror id genus carminis ad diuina miniſteria. Anapæſtus non ſolùm temporibus, ſed etiam ſyllabis dactylo par eſt, ſitu verò contrarius. nihilominus tamen dactylus in Anapæſticos ſubit. An verò in dactylicos Anapeſtus? Rarò quidem: vt apud Homerũ, Βασῆα, Σιφόβοιό τε. & diuinum Poetam, *Fluuiorum rex Eridanus*. Et Ennium, de quo citat M. Tullius, *Auium præpetibus ſeſe pulchriſque locis dant.* Neque ſanè ius eſſe videtur: vt contraria contrariorum in ſedem admittantur. Iccireo in Iambicum trochæus nunquam ſurrepit: neque in hunc ille. Tametſi Choriãbus pes ex vtroque conflatus ſit. verùm hoc ad miſtorum naturam C reducitur. In quibus non ſolùm diuerſi, verùm etiam aduerſi pedes committuntur. Grãmatici ſimplices, verſus ἁπλοειδεῖς, miſtos ἀπλοειδεῖς, quaſi impreſcriptos nominarunt. Item ſimplices κατὰ στιχεῖα, quaſi conſtantes: quorum partes legitimæ heutiquam ſpuriis cederent: neque ciues peregrinis. Hos bifariam veteres agnoſcẽre. Primarios, qui verè puri eſſent, veluti Iambici, Dactylici, Trochaici, & alii. Alteros appellãt deriuatos, παραγωγούς: quale Pherecratiũ in quo tametſi non omnes dactyli, tamen haud multò diuerſus ab iis ſpondæus. Quum enim dactylicus ſit, vnico tamen dactylo conſtat ſingulis v- D trinque ſpondæis obſeſſo. Quum igitur nequaquam verè puri ſint, Græci eam compoſitionem molliſsima voce temperarunt: μονῳδεῖν enim vocauêre: alii κατ' ἀπαγγελίαν μίξιν. Compoſitos iidem συμπεπλεγμένους nominãt: quaſi fuerint prius μονόκωλα μέλη. Poſtea verò figuram quampiam aliis additis lineis adepti ſint. Horum quoque ratio duplex. In quibuſdam enim certa eſt proportio, quos vocant συνῳδεῖς, quaſi coniugatos, qualis ſocietas eſt in Ithyphallicis. Horum duo genera. vnum quoties cuiuſcunque modi pedes concurrunt: quibus receptis nullam verſus obtinet faciem, cui nomen vnum attribuatur. veluti in Melicis, Dithyrambicis, Hyporchematibus, Scoliis, Pæanibus. Modò enim reſpondeant Strophis Antiſtrophi, nihil præterea curãt. Hos iccirco appellarunt συνεχεῖς. Aliud genus: vbi verſus partes verſibus diuerſis partibus annectuntur. Quemadmodum ternariũ Trochaicum vbi aſſuitur quaternario dactylico. exemplum ex Horatio:

Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.

ἀσυναρτήτους vocant. Scio à Grãmatici impudẽter multa: inter quæ & illud, vbi digeſta ſunt ab ipſis verſuũ genera pro poematũ ratione ac nomine. Neque enim Comicum à Tragico diſtat carmen, neque à Satyrico Heroicum: vtrobique enim menſuræ eædem. Aggrediamur deinceps ſingulas ſpecies: quibus animi atq; exercitationis gratia tam Latina quàm Græca ponemus exempla de noſtris.

GENERVM ENVMERATIO. Pyrrhichici.

CAPVT VII.

PYrrhichius pes quũ ſit ſimpliciſsimus, primo loco eſt à nobis poſitus. Quare qui ex eo ſolo puri conſterent verſus ante alios fuêre ſtatuendi. Verùm tametſi in hyporchematibus aliquot verſiculi inſerti leguntur: tamen rei difficultãte olim deterriti abſiſtere maluêre. ac ſiquid, vtî dicebamus, in ſcoliis atque eiuſmodi molientur, perpoſſillum fuit id: ac verſus ipſũ minuti, curtíque: vt poſtremæ ſyllabæ indifferẽti quantitate liceret eis laxare leges tot breuium ſyllabarum. Nos primi auſi ſumus longiſsimis verſibus, quippe nouenariis canere Silenum: cuius poematis initium poſuimus ſuperiore libro. Hìc etiam animi gratia deſcripſimus epigrãma iidem factum legibus:

Animula vagula miſera loca ſubige fuga.
Quid aliud aueo? lacryma pia vocat.
Perijt, & abijt animus: vt is obeat ibi
Latet vbi lapide gelida mea Roſa.

Laertius in vita Diogenis Cynici recitat diſtichon eiuſmodi:

Διόγενες ἀγὲ λίχνε, πίθι ἁλικὶ σὺ μέρος·
Ἐς ἄλα δὸς ἁλικὶ μὴ κυδρὸς ἀχεύων ἐλάξῃ.

IAMBICI.

CAPVT VIII.

QVemadmodũ in cæteris, ſic in Iambicis minimum fuit Monometron Brachycatalecticum: vt ἰώ. Mox catalecticum, vt ἰώ μοι. Tertium Acatalecticum, vt ἰοὺ, ἰού. Quartum Hypercatalecticum cognomento Ariſtophanium. Io Triumphe. Dubitabimus. Quónam modo dabitur ille primus pro verſu, ἰώ. Idem erit pars & totum: ſi vnica vox verſum integrum comprehendet. Sanè haud quaquam verſus eſt: ſed quia inter veros verſus inſeritur: nefas fuit aliter appellare. Itaque Demetrius Phalereus in libro de Phraſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocauit ἀμπάξιν. Etiam syllaba eadem licentia A vsa est, φιλ. ponemus deinde species quasi per gradus.

Euripideum dimetrum brachycatalecticū. ὦ κλεινὰ πάτερ. *Da nobiles opes.*

Anacreonticum dimetrum catalecticum. ἐν Θρήκεσσι κυδάνη. *Vino Venus calescit.*

Archilochium. φυγὴ κακοῖσι τῷ φίλῳ. *Malis meus, fremor, fuga.*

Hoc acum, siue vt alii Alemanium. ὦ πίσυρε πίσυρε πυδωνοδόντιε. *Resonde cymbio salerna.*

Alemanium alterum. ὦ παρθένευ παρθένου κόρα. *O virgo, da quod non perit datum.*

Hipponacteum. κάκιστα φύγα, κακίστα πάντων. *Crudelissimum nemo dicta vitat.*

Archilochium alterum. κακοῖς ἰαμβοῖσι μάστιγι, *Iambi & fr. Malos iambus enecat, beat bonos.*

Hipponacteum alterum ἄρας ἐν ὄπᾳ φλογερῇ, ἐν κακαῖς ἰητρός. *Peior Megara lesi lingua fit poetæ.*

Aristophanium alterum. γλῶσ' ποτισθεῖσ' φαρμάκων μάχιμον ἐν βίῳ. *Pauci sciunt quid mane, quid vesperi velit sibi.* B

Anacreonticum. τῇ χρυσοπλόκῳ μοῖσα χρυσοῦν κέντρον ἔλασε πόθῳ. *Amor medullas incitus subasperasit ferr.*

Aristophanium tertium. ἔπειτα μανδὴν λοιδορεῖν. τί δῆτα πρὸς ταῦτ' ἀντιβολεῖς; *Audi, & vicissim dic. relinque lordidas contitia.*

Anacreonticum alterum. ἔρως ἁβρὸν γαργαλίζων πτερὸν ἅμα, δακρυόεντ' ἔχων καλλίβλεφα. *Lenis procaci pernicacem me manu quatit Cupido.*

Is poeta ausus est etiam excedere modum octonarii. Verùm neque priscis, neque nobis placuit. Quare de his satis. è quibus intelligas ab inuentoribus, aut ab iis qui frequentius vterentur, à Grammaticis attributa nomina. Anacreon catalecto dimetro quum sæpe scripsisset, C hoc est consequutus, vt ab ipso cognomen adipisceretur. Extant apud Gellium suauissima. & sparsa per aliorum libros quædam plenissima mellitæ simplicitatis:

ὁ κηρὸν θέλων μαχέσθαι,
πάμπαν γὰρ μαχέσῃ. Et acatalecta non minoris venustatis:

ἐρῶντι δῦναι, κἀν πυρὶ θρέξῃ.
καὶ μαίνεσθαι, κοὐ μαίνεσθαι.

Trimetrum autem Archilochus reddidit illustrem. Cuius extat ille tam suauis, quàm operosus, quadratus:

δῆξαι μ' ἀναίζοντα δῆξαι, λίσσομαί σε λίσσομαι.

Hipponactis autem vna syllaba minor: qui D frequens est Comicis nostris. qualis apud Terentium:

Si quippiam remiserint Philumenæ dolores.

Hipponactis verò,

εἴ μοι γένοιτο παρθένης καλὸν τὸ κῆρ καὶ πρέπον. Nihil enim concinnius hoc genere carminis.

IAMBICI SCAZONTES.
Caput ix.

Atque hi quidem Iambi recti: qui scilicet suis sedibus pares atque æquales habent pedes. Primus Hipponax senarium addito vno tempore texto pedi claudum fecit. Spondæo nanque pro Iambo posito productiorem dedit, atque Scazonta nominauit. Iccirco de Hipponacte diximus in nostra Nemesi:

Qui claudicante fortius curris pede.

Alii eadē ratione χωλίαμβον appellant. Nonnulli Ananiæ inuentum aiunt, non Hipponactis. In his illud animaduertendum. Quosdam relicta quintæ sedi Spondæi pristina libertate, lentiorem atque adhærescentem reddidisse versum. Nos id nobis neutiquam licere voluimus. quemadmodum neque Catullus, neque Martialis: at Boetius admisit. In quo viro diuino illud miratus sæpe sum. quum enim plus posset, munus voluit. Contrà Catullus in aliis laxissimę licentiæ. Boetii illa:

Quisquis profunda mente vestigat verum,
In se reuoluat intimi lucem visus.

Nec magis diligens Theocritus, qui in Hipponactis ipsius epitaphio sic scripsit:

ὁ μυοσοπιὸς ὀνθάδ' ἰαπύραξ κεῖται
εἰ μὴ πονηρός, μή ποτ' ἔρχευ τῷ τάφῳ.

Nos qui plus triamillia dedimus, experti sumus quid in his fieri possit. Nullum enim carminis genus, quod facilius expeditiúsque sese quærenti offerret, inuenimus.

TROCHAICA.
Caput x.

Similis modus & ratio Trochaicorum. Minimus eorum versus fuit apud antiqnos monometrū hypercatalecticum, quod Pancratium nominarunt. φιλῶ γε λεπτῶν. *Nulla iam fides.* Syllabatim cæteri crescunt ad hunc modum:

Ithyphallicū. βάκχε, βάκχε, βάκχε. *Huc ades Lyæe.*

Euripidium. σοὶ τύχη παίσαν κρατεῖν. *Fors dat, & tollit datum.*

Alemanium. οἱ κακῶν βίοι βίαιοι. *Impius sprevit parentes.*

Bacchyllidium. οἱ κακῶν βίοι κατάκοπτοι. *Vita non est vita, si mala est.*

Sapphicū. λίσβιδες κῶμοι λίγειαν μολπάν. *Tende Barbiton puella Lesbis.*

Sotadicum. παῖ' ἀρίστων καλὰ βούλομαι κύσαι. *Nil mihi tecum impudica nil Venus.*

Archilochium. οὐκ ἰαμβικός, ἀλλὰ σὺ ἔγχεσιν ἄρδει. *Ira forti forte telum mens quieta.*

Sapphicum. ἄνθος φλέγει πόας, ἔρως δὲ καρδίαν. *Vrit æstus prata: cor Cupido lancinat.*

Sotadicum. οὐχ' ἅλις πανείας λῦ: σεβίζου αὖ σαυτόν. *Dira concitata fata literas trucidant.*

Archilochium. δυσχρῶντι εἰ σοφοὶ πονοῦσιν, εὐτυχεῖς κακοί. *Nulla fortunæ fides: solet fouere pessimos.*

Hipponactium. πῶς μέλι μοι τῷ καλεῷ, τὸ κἀλ' ἔργον οἱ κακοῖσι. *Esse pranum præstat. his boni locis fame necantur.*

Anacreonticum. πωλῶ γλυκὺ, πωλῶ ἔρωτα πᾶρας ὅλον ἄξιον ἀντίχων. *Vltimos dies vemustulis Cupido condiat iocis.*

Quemadmodum igitur in Iambicis, ita in Trochaicis quoque authores sibi placuerunt. Quare dimetrum catalecticum Euripidion cognominatum est. Alii λακύθιον appellarunt. Euripidæ illud est:

ναῦ δέ μοι σοφὸς πίλαν τε δύεσκε μολὼν ἄμε.

Ab Archilocho autem trimetrum catalecticum. cuius illud est:

Ζεῦ πάτερ, γάμον μὲν οὐκ ἐδικασάμην.

Tetrametron integrum Anacreon nobilitauit. extat eius illud nectareum:

κλῦθί μευ λέγοντος εὐίδεός τε χρυσοπλόκε κούρη.

Callimacho autem familiare tetrametrum B hypercatalecticum. quale illud eiusdem:

ἤρξω τοι πολιὲ μὴν αἰγῶν ἀπ' αὐλῆς ἀπ' οἰνηρῆς χόου.

Dimetrum verò catalecticum, quod suprà Euripidium dicebamus, etiā Glyconium nonnulli appellarunt. Cuiusmodi Horatianū illud:

Non ebur, neque aureum.

SPONDIACA, MOLOSSICA, Dactylica.
Caput xi.

Spondiacis, quemadmodum suprà memoratum est, ad aras vtebantur. Quia tamen æquabili sono adhærescunt, habiti sunt tum insuaues, tum rudes, atque sine artificio. non igitur admissi fuēre ad poemata, quasi principes versuū, C sed quasi substituti aut Iambis, aut Trochæis, aut Dactylis, aut Anapæstis. Itaque versus ille, temetsi à Diomede recēsitus est pro puro spondiaco:

Et leues ocreas lento ducunt argento.

Tamen loco dactylici positus est. Eadem quoque ratio fuerit Molossicorum. Restat igitur vt Dactylica videamus. Ac primùm quidem idémque minimum iam demēsi sumus in Trochaicis. Quippe Dimeter catalecticus Dactylū constituit. In Lysistrata Arist.

Alterum monometrum hypercatalecticum: vt, εἰ πάλαι νή. *Vine, vale.* totus Choriāmbo cōstans vnico. quę est vltima pars Pentametri Elegiaci. D

Sequitur vsitatius dimetrum catalecticum, Adonium cognominatum. ὄλεσσε οὐδείς. *Heu fuge lites.*

Post hunc Hymeniacum. κελαδοῦσι πύξ. *Alme Thalassio.*

Hinc Archilochium. πόξον ἰαμβος ἔχει. *Omnia victor habet.*

Alemanium. ἄμπελος νίκᾳ πεφυκὼς ὄζων. *Vina acuunt Veneris vim.*

Simonidium. ζῆλος μεγαφρεπὴς ἄθλοισιν. *Ira tyrannica fulmen est.*

Alemanium alterū. ἀνὴρ τέλος ἀρίστας ἀρετῆς. *Nequitiam meditantur opes.*

Archilochium alterum. ζεῦ πάτερ σὺ συγχεῖς πάντα μεσόπωνες; *Virgo tuis oculis furit ignis.*

Alemanium tertium. θυτόκε παρθένος χαῖρε, δίδου βίον. *Nulla quies hominis sapientiæ.*

Alemanium quartum. ὄμμασι μ' ἐμὲ φύζης πυφορεῖς φίλα. *Ex oculis animus dabit indicium.*

Stesichorium. ἄσπα, πύξε, μόρος, αἰτόματον βασταλάει. *Parce pias scelerare manus fate diuis.*

Simonidium alterum. πάντων ἄν. πειθοῖ χρήματα βίος. *Fide Deo sapiens bene, non tibi: tu nihil.*

Simonidium tertium. χαῖρε πάτερ βιότοιο κρόνου παῖς ὑψιδίκου. *Cuncta procax temere malè numina iurat amans.* Quod genus est suauissimum. habet enim exitum Elegiacum.

Heroicum. ἐκ τοῦ γὰρ πάτος εἰμι, θεός γε μοι πάτος ἦδη. Quem quare pyrrhichicū appellarint, equidem nescio. nulla enim subest ratio. *Non tua vita mihi, tibi sed mea vita parata est.*

Ibicium. οὕτι θέλων θυμῷσιν ἐπαχθὲς ἔπεσσι, οὕτε θέλων βιοῦν. *Affice quàm miseros homines malesanus Amor quatit.*

Alemanium quintum. φείδεο πᾶι χαείτων ἄτερ αἰδόος ἐρχομένων γλυκερῶν. *Nulla decet rigidos reuerentia, nulla truces pietas.*

Stesichorium alterum. μήτε τοι μέλι, μήτε γάλακτος· βαρὺς βίος ὃς θνατοῖσιν. *Prælia dira placent Molidis, quibus efferamens stimulos dat.*

Ibicium alterum. μοῖρα δίος δυσάτηρ χαλεπόφρων ἀνδρὸς ἀθρόους ἔπεφνε. *Parca ferox Iouis imperijs homini mala plurima condidit.*

Ibicium tertium. μελαπρεπὴς χαείτων ἄγχου ἐυδμήτων ἄφθιτον οὐρανίων μελέων. *Nullus honor trepidis gelidisque: patet polus acribus ingeniis.*

ANAPÆSTICA.
Caput xii.

Vi metiuntur Anapæstica, sicut Iambica, per μονομετρείαν, binos pedes comprehendendo, vehementer falluntur: errarunt enim errorem non ferendum. Idem nanque modus qui & in Dactylo.

Stesichorium primum faciunt monometron hypercatalecticum: vt, Anapæstus.

Hunc sequitur Simonidium dimetro catalectico. σοφὸς ἀνήρ. *Sapiens, bonus.*

Post eum Itimium, quem vocāt, statuunt. cuius duo pedes integri. βίος δεῖ σιά. *Ades alma salus.*

Chorieum huic vnam addit syllabam, θεὸς ἀνδρὸς αὖθ' πως. *Pietas male habetur.*

Aristophanium. σίβε πᾶι καλὰ κακοδίαν. *Quate flultitiam loco.*

Aristophanium alterum. ἄγε δῦπερ θεὰ σὰ μάλα. *Domat omnia fors rigida.*

Pindaricum. πότνα καλλίοπι φρὶ' ἀοιδαί. *Animus cupidus malesanus.*

Alemanium. καρδίᾳ κύδυνα πάντως ἔχει κακός. *Stolidos quatit ambitio.*

Archilochium. ὁ σοφὸς βιότου κάλ' ἀεὶ μελετᾷ. *Venerem & pelagus fuge, bella fuge.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Partheniacum. *ἀυτὸς ἅδε αἰθρείου φίλα χαῦρε.* *Perit bona gloria Scaligerorum.* Hoc & à quibuidam *σπιδάειον* appellatum à Simmia Rhodio poeta.

Pindaricum alterum. *δαμὰ βοτρυόεντα διόνυσον* *ἄκρᾳ.* *Hedera redimite virente veni Pater.*

Alemanium alterum. *γλυκερῶς δαμάτωρ τρυφερὸς ὄλλος ἀπὸ ἀρετᾶς.* *Nequit inter atrocia crimina stare fides.*

Stesichorium alterum. *αἰάπυγε χρῶν τίνας ὄλκες δὸς κύπριν ἰδεῖν,* *Cytherea parens venustadde modestiosa spiret.*

Simonideum. *δότε παῖδες λυκαιῶν μελίων μαλερὸν λόγον.* *Lyra suauiloquentibus ede sonos teneros modos.*

Alemanicum tertium. *παπαιξῶτα πόδες: λυφεύσιν* *ἀνδρὶ δίκα.* *Maris induciæ, teneriquemala* B *veris adest.*

Aristophanium alterum, quo ille plurimùm vsus est ob commoditatem. Nos item multa lusimus. *πολύμοχθ' ὑγίεια φίλα ἀπαλεδανὲς ἄμπνοε χῆρες.* *Veneranda, hilarisque, nec orba veni, viridisque senectus.*

CHORIAMBICA, ET Pœonica.

Caput xiii.

CHoriambica pura perquàm pauca inueni. iccirco inter composita reposui. sicut & Pœonica. Antispasticorum quoque ratio illis non absimilis. Lusimus tamen nos puris Antispasticis quædam non sine sale & aceto.

IONICA A' MAIORI.

Caput xiiii.

IOnicum à maiori monometrum hypercatalecticũ primo loco à veteribus recensitum est. *ζωὴ ἀρετή.* *Virtus mea lux.*

Hipponactium dimetrum brachycatalecticum. *κλῦθι θεὸς ἄκρον.* *O respice finem.*

Post hunc dimetrum catalecticum. *πάρεστι σοφίαν καλή.* *Virtus melior regno.*

Sequitur illud dimetrũ acatalecticum. *καλὸς βασιλεὺς ἐυτυχεῖ.* *Miles quate telum ferox.*

Hinc hypercatalecticum. *ὑψιπετεῖς πτῆσις ζεὺς ὀλοός.* D *Regina fouet me pietas.*

Trimetrum brachycatalecticum. *οὔδὲν θανάτου φυγόν ἀνδρί.* *Frustra est fuga, si fata trahunt te.* Hoc Praxileum etiam vocat Seruius.

Trimetrum catalecticum. *πολλοὶ μὲν ἀοίδιμοι θεράποντές τοι.* *Author generis Brenne vetus salue.*

Trimetrum acatalecticum. *οὔτως σωφρόνων πρὸς δεῦλον φυγάς.* *Quænam timidis præmia, si ille hæc fugit?*

Trimetrum hypercatalecticum. *μᾶτερ τερίων χαῖρε μελῶν, καλλίστα.* *Fortuna tyrannis adimit, quod dederat.*

Sotadeum hoc vna syllaba maius. *ὁ κλυτὸς ἄνοξ σκαιᾶ τοῖ δ' ὑσμῖνος αἴσῃ.* *Tuto mauis iras videt è litore Nauta.*

Tetrametrum catalecticum. *πῦρ φράζει πᾶσι δεῦρα βίου ζωτὴ δίδυμον λάζυρον.* *O conditor alti Ætheris, atque incola placare.*

Tetrametrum acatalecticum. *ζημία μόρος ἐξ ἀχαλίνων στομάτων ἀκρασίας.* *Fecit satis, ægram rabiem qui domuit fœminæ.*

IONICA A' MINORI.

Caput xv.

MOnometrum hypercatalecticum. *Ἔρατὼ δεῦρο.* *Ades o Clio.*

Dimetrum brachycatalecticum. *μέλος οἴνου πίνειν.* *Tibi rident rosa.*

Quòd hoc vna superat syllaba Timocratiũ vocant. *γλυκερὰ ὦ λιγύφωνε.* *Cane Musis mihique.*

Anacreontium. *ὄχλος ἄκρον κακὸν ὄζει.* *Timor addit pedibus vim.*

Dimetrum hypercatalecticum. *θανάτου σου ἀναμίμνησο.* *Memor esto benefactorum.*

Trimetrum brachycatalecticum. *κύπρι μᾶτερ μαιρῶν φερτάδων.* *Penitus me trahe tecum Venus.*

Trimetrum catalecticũ, quod & Anacreontium. *χάρι μοι νύκτως αὔυδρον μαλακόν.* *Aganippes sorboles Virgilius*

Trimetrum acatalecticum, quod & Sapphicũ. *γλυκυφόρμιγγες ὕμνοι λιγυφθόγγοις αὐραις.* *Miserorum est mala vitæ dare ludo.*

Trimetrum hypercatalecticum. *παφίη φίλτρο δίπυρα γεγηθώς.* *Venus abiecta iacet decrepito vati.*

Tetrametrum brachycatalecticum. *τί λέγεις δυμέϋγων'; δέρον ἀλίβαν θύος.* *Lachesis cruda meæ parce triumphis lyræ.* C

Tetrametrum catalecticum, quod & Phalecium vocarunt. *θεραπεύων φυγὰς αὔλαν, φυγάς ἐξ δεξιᾶς.* *Mala mens magnanimos odit, & horret dominos.*

Alemanium tetrametrum acatalecticum. *κακοδαίμων, κακοπαθέστατος, κακοπάσμων, κακοπάσμων.* *Sator augeste deorum pietatem pater auge.*

COMPOSITA ÆOLICA.

Caput xvi.

HActenus de puris, nunc Composita aggrediamur. Ac primùm quidem intelligendum est, quemadmodum à Compositorum appellatione, monometrorum nomen excludatur: quippe μέτρον vnum tantùm comprehendit vel dactylum, vel spondæum, vel choriambum, vel alios eiusmodi. Iambos verò binos, aut trochæos, aut pyrrhichios, quare si vnus Iambus coniungatur cum dactylo, aut choriambo, aut eiusmodi, non erit Monometria, nisi inter se illi coeant ita vt Iambus cum Trochæo aut Pyrrhichio. Qua in re parum considerate Grammatici loquuti sunt. Incipiamus igitur ab iis, quæ Æolica dicta inuenio forte à varietate. tametsi alibi scriptum est Eulogica. Dactylum vnum, pluresve in medio collocant, vtrinque statuunt è bisyllabis vnum pro arbitrio. Talem habes Phereclatium, in quo dactylus vnus duobus A spondæis obsidetur.

Mentem spes alit ægram.

Sic etiam plures interpones, si velis, circumpositis pyrrhichio, trochæo, aut Iambo, aut etiam spondæo. quorum exempla in his.

Phœbum constituentem mihi carmina,
Musa docta canet dulcisonis Calliope modis.
Necesse qui valeat doctiloquum scandere verticem,
Nisi illi faueat deus.

Item trochæum, aut alium ante duos dactylos, aut vnum dactylum, & vnum spondæum.

Hymen, o Hymenæe, Hymen
Hymen, o Hymenæe.

Suauissimum Sapphicum, in quo dactylus vnus singulis vtrinque dipodiis trochaicis clauditur. quemadmodum vsus est Catullus: B

Seu Sacas sagitiferosque Parthos

Quam qui licentiam vocarunt Grammatici paucæ fuerunt aut memoriæ, aut lectionis. Nam vetustus Sapphicus talis fuit, non autem è spondæo secunda sede. sic etiam vsus est Seneca: *Anferax varij lapidis Carystos.* neque enim dactylus est, sed trochæus. duæ nanque vocales in vnam coaluere. Sic priscum illud:

Ἦ τίνος θεοῦ τίνος αὐδᾶς ἴωμι;

Eam celeritatem spondæi mora castigarunt. quemadmodum penè omnes vtuntur.

Iam satis terris niuis, atque diræ
Grandinis misit pater, &c.

Perquàm concinnum & illud: quum antecedit duos dactylos Iambus, aut trochæus, aut spondæus, aut pyrrhichius. latæ enim licentiæ est. C

κἀπεσχ' ἀπήχ' ὁ μανύελως
ὀδύνη σκυλακοτόνῳ
κύφαρδος θάλ(φ· ὦλισεν.

Sappho verò etiam plures. cuius ille extat versus:

ἠέμεν μὲν ἐγὼ σὶ θεὴν ἄπτε πάλαι πόκα.

Scio aliter ab aliis secari per diuersos pedes. Verùm hoc tibi præ oculis habeas, facillimum quenque pedem proponendum, vt promptior sese offerat oratio. Iccirco etiam cæsuræ inuentæ sunt, vt dactylis contenti essemus: neque cogeremur abire ad choriambos. Pedes enim quadrisyllabi lentius subeunt animum scribentis. Itaque Asclepiadeum illud, D

Mæcenas atauis edite Regibus. nequaquam in secunda sede meriti sunt choriambos: sed dactylo & cæsura. Tum autem duobus dactylis: non autem choriambo, & iambo. Quare & versum illum priscum, quem adducunt,

καὶ κίονα πτερὰ δυμήσας.

Illi secarunt per epitritum, iambos, & cæsuram: quæ dimensio quum sit diformis, neque hæret memoriæ, neque facilè sese dat meditanti. Nihil autem infelicius quàm quum animus poetæ distrahitur à sententiis numerorum difficultate. Quare nos commodissimè eum versum metiti sumus, spondæo, dactylo, dipodia trochaica.

ΛΟΓΑΟΙΔΙΚΑ' DACTYLICA, & Anapæstica.

Caput xvii.

AUd dissimilia hisce ea quæ *λογαοιδικὰ* nominarunt. In quibus post dactylos aliquot, aliquot item statuũt trochæos. Finis vtrisque Alcaicum constat, quo frequentissimè vsus est Horatius:

Prome sales sapidos Thalia.

Maius est vno dactylo illud, quod Praxilleũ vocant à Praxilla poetria: cuius habemus versus illos:

ὦ διὰ τῶν δυοῖδων κηλὸν ἰμ' λέποισα
καὶ δὸς τὰν κεφαλὰ τὰν δ' ἴουρδα νύμφα.

Quo genere aiunt vsum fuisse Pindarum & Anacreontem. Nos duos ex nostris satis opportunos ponamus.

Pande sinus Cytherea, venit Cupido.
Pande Cupido sinus, Cytherea venit.

Cæsuram autem interposuit Alcæus longè lepidissimis numeris. cuius hi versus:

πρ' ἦτ διννοθρόνα τῷ τυφάντᾳ
τ' ἄβροσυ λαμπρὰ κέατ' ἐν μυείᾳ.

Quem modum *ἐγκωμιολογικὸν* nominarunt, potes & aliter secare. Post duos dactylos, spondæo, & bacchio: vel dactylo choriãbo, dipodia trochaica.

Anacreonticum autem illud ita inuerterunt, vt secti partes transponerent pusilla mutatione, atque Iambelegum appellarunt. sic:

Tempus docebit quæ facienda tibi.

Plato autem comicus non vnam vt Alcæus sed plures interposuit cæsuras: duas dactylicas primam, & postremam: iambicámque vnam in medio.

χαῖρε παλαιγάνων αὐδῆων θεατῶν σύλλογε πανσοφῶν. Qui sanè numerus valde est aptus auribus, & facetus.

Sine cæsuris verò etiam post quatuor dactylos tres trochæos. vt,

Threïcius quondam vates fide creditur canora.

Quo in versu recentiores barbari quidam in quarta sede spondæum posuêre mala fide. nihilo sanè meliore, quàm quum Iambicos suos carcinomatum plenos edidêre. Ponam vnum versum Archilochi, proterea quòd vetustissimum est:

ἀλλ' ὁμῶς θάλλεις ἀπλὸν χρόα. κἠρ φέρται χὠ ἄδην.

Alii pro dactylis quatuor, iambos sex posuêre.

Fortuna flatu ventilat sortem truci Syluii parentem. Eadem proportio & in illo Boetii:

Si quis arcturi sydera nescit.

Anapæsticorum autem *λογαοιδικῶν* ratio penitus eadem: si vbi erant dactyli, anapæsti supponantur. Inter quæ etiam illud numerarunt, quod Archebuleum dictum fuit à Thebano cognomine poeta. Cuius postremus pes esset bac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chius. ἀγλπω σεόν, οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῶνδ' ἀείδειν. Archebuleum etiam Aſclepiadeum illud de quo ſuprà diximus, cognominarunt. Aiunt autem Alcmanem in medio ſpondæos immiſcuiſſe.

Elegiacum quoque hiſce iiſdem legibus metiuntur, vt ſpondaicam trimetriam ſequatur dimetria anapæſtica: quam expreſsimus hic totidem vocibus, quo res eſſet magis perſpicua.

Scribas puré verſus, numeri ſubeant.

Elegiacum enim integrum eſt. iccirco accuratiores Grammatici me puero negabant cæſuram elegiacam eſſe poſſe breuem. quia ſit prior ſpondæi ſyllaba. Verùm omnis cæſura indifferens eſt: neque caret ratione. ſiſtitur enim in ea dimenſio. Et in ſaltationibus ad cæſuras pedem retinebant.

IMPOSITA CHORIAMBICA.

CAPVT XVIII.

CHoriãbica bacchio claudũtur ſuauiſsimè: vt

ἀ μανία τυφάνου. Ira necat ſuperbos.

Ariſtophanium dixerunt hoc. quòd duos ponas choriambos, Anacreonticum efficies.

Μουσοψόβις μουσοπάτωρ Ὀλυμπος. Si thalamum virgo fugis, ſenesces.

Et poſt tres, ſic.

Οὐρανία κατὰ δὲ μέλη Ζηνὸς πυκνὰ πλήκτρων,
Claude meos Parca dies dulciſona quiete.

Et poſt quatuor: quod vocant Callimachiũ.

τὸν παμφερῆ μ' Ἔρωτα τοῦτος καλλιμάχου διηγήσεις πεπονθώς.
Omnipotens fulminis author pietatis genium tuere.

Dactylus verò etiam Bacchii loco elegantiſsimè ponitur.

Φαῖδε πάτερ χαῖρε διδυὲς ἀγλαόφωνον βίον.
Flos Cytherææ nitidæ lumina ſpiratroſæ.

Martianus Capella iambicã dipodiam addidit, ſic:

Celſus equo Phœnicea veſte nitens ibat Arcas.

Idem poſt dichoriambiam ſtatuit trochaicam dipodiam catalecticam. Id quod nos quoque fecimus in luſibus noſtris.

Sidera quæ noctinagis vertitis polum rotis.

Anacreon autem, & tribrachum dedit primo loco, & iambum ſecũdo, bacchium vltimo, interpoſitis duobus choriambis. Cuius ille verſus, quem Horatius imitatus, vbi ſeſe ait in Olorem transformatum.

ἀναπέτομαι δὴ πρὸς ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις.

Aſclepiadeo autem quod ſuprà poſuimus, Martianus in prima ſede attribuit dactylum: ſapit autem Heroicum, veluti ſic dicas,

Si tibi pro meritis ſunt bona, bene eſt.

Nam ſanè facilè efficias Elegiacum, ſic:

Si tibi pro meritis ſint bona, dies eris.

In Glyconio vnicus tantùm eſt choriambus: quod etiam Anacreonticum appellarunt quidam:

Acris mactat hyems roſam.

Quod ſi tres interpoſitos capiãt choriambos, Archilochium nominant:

Fronti nulla fides, nulla fides ſceptrigero lupo.

Omnium autem ſuauiſsimum Anacreonticum alterum. Ex choriambo, duobus iambis, altero choriambo, & bacchio,

ὅτι τοι παιδὸς παρθένιος πλόκος φέγγους λαμπρός.

Quo Claudianus conduxit ſuum epithalamium, ſine iambis interpoſitis, ſed eorum loco choriambo.

Et Padus Electriferis admoduletur alnis. Addas iambos ſic,

Scaligerorum inanium fata ruent ſuperba.

Alii verò ab iambo cœpere, aut trochæo, aut ſpondæo, & choriambos continuarunt:

Ades fatidico Diaviro Calliope.

Callimachus autem integrum poema conſcripſit eo verſu, quo Claudianus epithalamiũ. Ipſumque poema Bacchũ inſcripſit: ex quo verſus ille.

δαίμονες ὦ σεμνότατοι φοῖβε τε καὶ ζεῦ διδύμων γενέτωρ.

At Philicus Corcyrenſis ſexto loco poſuit bacchium: cuius ille verſus,

τῇ χθονίῃ μυστικὰ δὺ μαστεύτε καὶ φερεσφόνῃ κεκλυμένῃ τὰ δ' ἄρρητα.

Quem morem tanquam & nouum, & ſuum iactat illo verſu,

κυνηγαφοῖς σωδείσιος τῆς φιλίκου γραμματικοῦ δ' ὦ-ες φίεν ἀρεῖς ὑμᾶς.

Tametſi aiunt Simmiam Rhodium poetam ante illum ſuis in poematis vſum eſſe. quippe ita obſeruarunt in eo quod inſcripſit, πλίκιον: & in altero quod dixit, πτέρυγας. Neque enim Theocriti eſſe patet eo verſu,

Ἔρρε ῥόδον χαλαὸς πολυθρύπτα μοῦνος μέτρα μολπῆς.

ANTISPASTICA.

CAPVT XIX.

IIſdem legibus poteris tibi condere genera, & totidem, & plura in Antiſpaſticis. Quemadmodum erat eadem proportio in Anapæſticis & Dactylicis. Ac veluti trochaicos dempta ſyllaba poteris efficere iambicos, & contrà ita antiſpaſticos choriambis metiri. Multò verò pauciores inuenias puros Antiſpaſticos, quàm puros choriambicos. Miſcentur autẽ tum iambis, tum trochæis, tum cæſuris. ſicut in eo quod Dochmaicum vocant, cæſura eſt in medio, & in fine. Extat autem Phocyllidæ vnus verſus,

κλύειν μαίετο τὸν ἐγχέων.

Quem tamen longè facilius metiare, iambo & dactylo iteratis: ne ambages ambiamus. talis erit Latinè, ſi voles,

Peregrine patere, atque abſtine.

Conſtituunt Pæanicũ Epitrito quarto, Antiſpaſto, & iambo:

Arcum tende citus: ſpicula da.

Quem tamen cõmodius metiare ſpondæo, & duobus choriambis, ſic Græcum fecimus:

παιὰ παιὲ ἰὴ ἰὴ παιάν.

Ad eundem quoque modum ſecabitur Pherecratium eo in exemplo, quod veteres adduxère. ſpondæis, & dactylis, & anapæſtis. neque differt à dactylo nouenario:

ἄνδρες φείδεσθε τῶν νεῶν ἐξελήλαται γὰρ συμπίπτειν ἀκάπυστοι.

Miris etiam modis partiuntur Aſclepiadeum choriambicum, quale dicebamus. ſtatuũt enim geminas dipodias: in principio trochaicam, in fine Iambicam: in medio antiſpaſtum vnum:

ἤλθετ' ἐκ ἀφάτου γὰς ἱλιφαιτίνων.

Horatius autem Epitritum quartum primo loco maluit. Quòd ſi ex primo trochæo facias iambum, fient duo antiſpaſti primi, vt pro eo quod eſt:

Sublimi feriam vertice ſidera: facias ſic,
Acuto feriam vertice ſidera:

Sic Phalecium ex Antiſpaſto fuit primùm, non ex Epitrito quarto. Non igitur abuſus eſt Catullus, vt nugantur Grammatici: ſed antiquam ſeruauit legem, quum dixit,

Meas eſſe aliquid putare nugas.

Alcaicum autem poſt ſpondæum Antiſpaſtos habet duos, ſic:

ἀλκαῖον ἃ μεῖσα φίλα φορῆς.
Viuunt bonis lilia ſub Rege.

Fuit idem poeta aliis quoque modis vſus Antiſpaſto. Claudit enim iambo, qui eſt ſemi-antiſpaſtus antiſpaſtos tres. Ita fit tetrametrum brachycatalecticum,

φίεν διζύνεσσι δὶδύμοις ἅσμα φίλον.
Fer o dulciſonam Scaligero Phœbe lyram.

In quo ſi iambum transferas vltimum ad primam ſedem: coniungas antiſpaſti partes duas ſecti. ſequentes erunt choriambi.

Catalecticum autem bacchio claudetur: cuius exemplum poſuere:

πόνηκεν κυθέρει ἀβρὸς ἄδωνις, τί κα θείμεν, Noſtrum ſic:

Humi ſuſus Adonis Veneris corda fatigat.

Hoc autem multis modis variarunt. Priapeum namque conſtituerunt alii aliter. Agnoſcũt autem pro vero illud, in quo poſt Epitritũ quartum, aut Antiſpaſtum, duo ponuntur iambi loco vnius antiſpaſti. Poſtea antiſpaſtum integrum. vltimo loco antiſpaſtum mutilum, qui eſt bacchius. qua lege fit catalecticus. Heroicæ caudæ ſpeciem præ ſe ferens. Quare aliter ſic metiare. Iambo, choriambo, duobus iambis, dactylo, ſpondæo,

ἔαρος λυγρὸν δ' ἴχου πεικάρπεις ὀρίπτα.
Virentis decus hortuli ſone poma Priape.

Catullus aliter formauit. Trochæo, choriãbo, antiſpaſto, dactylo, ſpondæo:

O colonia quæ cupis ponte ludere longo.

Non defuere qui Angelicum cognominarint à nunciorum celeritate. Facilius partiare ad hũc modum. Trochæo, dactylo, altero trochæo & cæſura. poſt quam eandem penitus repetas menſuram ſine cæſura. vel dipodia trochaica, dipodia iambica, trochæo, dactylo, ſpondæo.

Euphorion Cherrhoneſius dactyli ſedem etiam trochæo impleuit eo verſu:

οὐ βίβλος ὦ τελεταὶ σοῦ νέου Διονύσου. Item aliis aliter idem poeta.

κἀγὼ δ' ἐξυφαίνεσθαι ὁρμαμένου ἔμελλον.
ὀλίγου πολυώνυμον κηρὸς ἐπὶ πέλμα.

Alii ex Glyconio, & Pherecratio. ita tamen vt etiam ſpondæum recipere liceat in primam ſedem. Quale noſtrum,

Lata fronde tegas tibi tenta tela Priape.

Sapphûs autem recitant duo carmina huius generis alia tamen forma. habent enim duos iambos, antiſpaſtum, iambos duos, bacchium:

γλυκεῖα μᾶτερ ἔπος δυσάμμαν κρίκε τὸν ἄνδρ' ὀ-
πόσσαμεῖσα παῖδος ἔρασσαν δ' ἀφροδίταν.

Ab eadem poetria modum alterum valde nobilitatum integro poemate. Alcæo quoque multum in vſu fuiſſe. Cuius ſtructura ſit ex tribus antiſpaſtis: verum ita, vt ſolita licentia pro primo eſſe queat Epitritus quartus, & quarto loco πυντοποδία iambica:

μῶσα τοι χαίσιον μελέων κελάδουσ' ἀκμάν.
O Muſæ in-numerum quæ choreas ducitis canentes.

Eiuſdẽ fabricæ alterius modi, quo vſus fuit Aleman. Anapæſtico ſimillimum admiſſo ad primam ſedem Epitrito quarto,

ἀλκμᾶνος γλυκέσιν μοῦσα μέλος βάπτε δρόσοις σοῖς.
Si me fata trahunt, quo retraham? velle malum, ni ſit.

Huic etiam ſyllabam additam à Simmia. Alcæo verò vſque ad quinque productum pedes. Cæterùm inſuauia ſunt hæc, potiuſque recitanda, quàm imitanda.

IONICA Α' MAIORI.

CAPVT XX.

IOnicà à maiori trochæo appoſito miſcuere. Cuiuſmodi Teleſilla vſa eſt cum cæſura.

ἀ δ' ἄστημι ὦ κόραι
φεύγουσα τὸν ἀλφεϊόν.

Sunt & pares attributi loci moloſsis, atque choriãbis in eo, quod Cleonarchium nominarunt: quorum vltim recitant:

πὸς τὸν ὑδ' ῥίπτ' ἀμῶν ἰ-φέρνα' ἰὼ πάτερ.

Et quæ dicta ſunt praxillea poſt vnum Ionicum capiunt trochæos ternos:

πλήρης μὲν ἰκαλυπτ' ἀ σκιάς.

Aeoleníium quoque modi duo. vnus duobus ionicis, & totidem trochæis,

Enſem date: da mi clypeum furenti.

Alter modus, cum quaternos apponunt trochæos vnico ionico:

Verge, rue, pelle, cæde, tunde, funde.

Et quo Sotades vſus fuit ex ionicis tribus, & trochæo.

Quemadmodum tribus ionicis trochaicã cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iugationē, id est trochæos duos: quod Æolicum A
item nominarunt. propterea quòd Sappho id
valde frequentauit:

Interritus euincam animi robore pertinaces.

Quibus tamen licētia allatum vitium aiunt prima syllaba correpta. Quemadmodum è contrario Ionicos trochaicis subdidere:

O triumphe lauro viridi tempora circundato:

Sapphûs afferunt versus, in quibus coniugatio trochaica sequitur ionicum vnum. cuius tamen primæ demit vnum tempus, vbi libet,

Δῦτε μοὶ ἁ πελάνα
καὶ πλεῖάδες, μέσαι δὲ
νύκτες, παρὰ δ' ἴαχε δ' ὥρα
ἔρχε δὲ μίνα παδεύδω.

IONICA A' MINORI B mista.

CAPVT XXI.

VIdentur iure consanguinitatis trochæi misceri potuisse cum ionicis à maiori. quippe eadem vtrisque proportio: vt semissem posteriorē ducet anterior. Ionicis autem à minore admiserunt & Pæonem, & Molossum sedibus imparibus. Ac præterea Epitritum, cum trochaicis coniugationibus. puris tamen Ionicis eiusmodi à Sappho & Alcmane prodiit integra poemata scripta. Horatius semel tantùm ausus, neque enim satis est numeros aut sententias fundere: iucunda sint oportet. Non solùm igitur semel ille, sed etiam præparcè. Phrynichi ferunt tetrametrum catalecticum. C

λόγα μὲν ξείνα δοῦσαι, λόγος ὥσπερ λέγεται.

Et alter Phrynichus comicus, cuius etiā meminit Aristophanes:

ἔα δ' αὖ ἁλγεδὼ ἰοπέσιον κιθαριδίων φρένα σοῦ.

Inuertunt autem subditis aliis pedibus multis, atque Galliambicum appellarunt: propterea quòd Gallis Cybeles sacerdotibus multa scripserint eo versu posteri: inter quos Catullus pulcherrimum edidit, ita vt & castigandi, & imitandi sustulerit occasionem. cuius initium est,

Super alta vectus Atys celeri rate maria.

Quod carmen stulti Choliambicum Gram- D
matici è trimio quidam, alii nihilo consultius Choriambicum somniarunt. Veteres autem & μητρῳακὸν à matre deûm, & αἰ ακλώμβρον à recitantis gestuositate, & Gallos imitantis appellarunt. Pedes autem quos ingessere, fuerunt Pæones & Palimbacchius. Statuunt enim in prima sede, tertia, & quarta pæonem tertium. in secunda Epitritum secundum. Recitant autē prisci aliam Ideam iucundam admodum:

χαλαὶ μὴ δῆτ' ἐρεινῶν φιλοδήρεστ δρομάδων
αἳν ἴντεα παταγεῖται, καὶ χάλκεα κρόταλα.

Anacreon integras cantiunculas hoc construxit. cuius extant vestigia in brachycatalecticis, quod circumfertur:

Μεγάλῳ δ' αὖτε μ' ἔρως ἐκύλισεν ὥστε χαλκιὰς πολίου.

Trimetri autem acatalectici exemplum est apud Sappho:

Περστελλόμαν ὄναρ κυανεμμέσια.

Apud Anacreontem aliter formatum est, numeris longè omnium suauissimis:

Σπό μοι δοκεῖν γίνοιτ' : ὦ φίλ' αὖ ἄλλη
λύσις ἐκ πόνων γένοιτ', ἐπεὶ ἄρια πόνδε. Vbi solus Ionicus vltima in sede: cætera vt voles.

Alias quoque non tam leges, quàm licentias inueniamus. Veluti quum trimetrum catalecticum vocant illud,

Διονύσου αὔρα βασσαρίδες.

Et apud Anacreontem alternis ionico & anapæsto, non sine fatali viro illi venustate: B

Σικελὸς κομψὸς αὖτε πρὸ τὰν μάτερ' ἦρα.

PÆONICI MISTI.

CAPVT XXII.

PÆonica miris modis mista sunt. In ipsis enim Pęonem rarum inuenias: sed Bacchium, Palimbacchium, Creticum. Secundum quos pedes varia genera fecêre. Atque ea quidem quæ è duobus constarent prioribus nonnulli à lyricis legibus amouere. Mihi non placet eorum consilium. quippe Prisci Pæonicos modos etiam Rhythmicos appellarunt. præterea subest ratio. nam si ea quæ construuntur è Cretico in Lyricorum censum relata sunt: etiam quę Bacchio componuntur eandem rationem cōsequi decet. quippe Creticis dispositis necessario Palimbacchiū deprehendas: veluti hoc exemplo, C

O Cretici frater acris lyrami redde Bacchie.

Creticorum autem exempla petes è Cratini fabula, quam Trophonium inscripsit. vbi iambos exhortatur ad excitandos Creticos,

ἔγειρε δὴ γὰρ μοῦσα κρητικὸν μέλος. ita subdit,

χαῖρε μοῦσα: χρῆνα μὸν, ἥκεις ὅμως.

Per initia tamen Pæonica qui scriberent, Pæonas omnium sedum fecêre possessores, præter quàm vltimæ, cui Creticum peculiarem assignarunt. vsus fuit eo genere Aristophanes sæpe. Tetrametrum afferunt è fabula quàm dedit nomine γεωργοί: D

ὦ πόλι φίλη κέκροπος αὐτοφυὲς ἀθηνᾶ,
χαῖρε λιπαρὲν δάπεδον, οὖδας ἀγαθὸν χθονός.

Tametsi quartum Pæonem primi loco positum animaduertis ab eodem in eadem comœdia, non tamen sine primis totidem, altero catalectico:

ἐν ἀρχῇ δὲ πλατάνῳ δὲ διαρυτίσομαι,
& ἐν δεξιτέραις δεσμοφοιαζούσας, Creticum posuit in prima sede,

μὴτε μούσας ἀναμελεῖν ἑλικοβρύχους. Mox autem in secunda,

μήτε χάεντας βοᾶν ἐς χορὸς ὀλυμπάδας.

Alii verò etiam tres Pæonas continuarunt, & in quarta sede semipæonem. vt sit tetrametron

tron brachycatalecticum,

Συμελικαὶ ἴσ᾽ μάχαρ φιλοφρόνως ἔχει.

Pentametrum verò catalecticū edidit Theopompus comicus: quem iccirco Grammatici putarunt habere Creticum in vltima. Is versus Theopompeus ab eo dictus, quorum vnus ille,

Πάντ' ἄγαθὰ δὴ γένοιτ' αὐθράσιν ἡμῖν ἀπὸ συμεωνίας

Alcmana verò aiunt Grammatici exametrū fecisse è solis creticis: quod iccirco fuerit catalecticum necessario: ne, inquiūt, excederet tempora triginta. Hoc enim esse pro firma lege receptum à poetis. Versum adducunt,

Ἀφροδίτα μὸν ἐκ ἔστ: μάρτυς δ' ἔσται πάσδ᾽.

Vbi quem errorem primùm castigem, nescio. Principio non est verum quod aiunt XXX tēporibus cohiberi longissimi versus tractum. Iā enim tum alios, tum Pherecratium suprà recitauimus, qui numerum illum multis excedit tēporibus: αὐδρες φερόμενοι τὸν πυῶδες ἐρέμνην κεπὶ συμπίπτουσ᾽ ἀγαπυίους. Deinde nego exametrum creticum acatalecticum excedere tricena tempora. Quina enim singulis si attribuas, cum numerū præcisè expleas. Tum autem quis non videt esse pentametrum hypermetrum: non autem exametrum catalecticum. Bacchyllidæ quoque vnum afferunt, sed nihil ad augendum eruditionem. B

Nostrum est Pæonicum tetrametrum, ex duobus pæonibus quartis in prima sede, ac tertia, totidem subeuntibus alternis bacchiis. adeo compositū ad saltationem vt nihil suauius. Eo sanè multum vsi sumus. duo ponam,

Rapida quid minaris muliebres furores? C
μαινάδεσσι σοφίας πεδιονόμοις ἔστιν ἄωτον.

Nostrum quoque inuentum ex tribus Pæonibus, & choriambo,

Misericorditer agenda capitis causa rei.

Item ex tribus trochæis & cæsura, pæone quarto, dipodia iambica.

Bacche Bacche Bacche mi deus eris modo biba m.

Præterea ex pæone primo, iambo, pæone quarto, hypermetrum,

Lumina Venus ignea coruscat.

EPICHORIAMBICVM, ET EPI- onicum, & alia. D

CAPVT XXIII.

TA vides confusas mistiones. neque hanc ab ea, quam vocant ἀρτιπάθειαν, adeò diuersam esse: quin inter ionicos pæonem quoque insertum videamus. Quare hic contra Grammaticorum superstitionem, alia continuabimus potius tanquam similia, quàm addemus quasi diuersa.

Repetenda quædam accuratius. Inter quæ Sapphicum Hendecasyllabum, bina dipodia trochaica obsesso vtrinque dactylo: quemadmodum à Catullo factum dicebamus,

Otium Catulle tibi molestum est.

A Quod non licentia, sed eruditione factum videmus exemplo inuentricis. Sapphus enim ille.

πτεκλόθρον ἀδάνατ᾽ ἀφροδίτα.

Quinetiam doctiores aiunt ab Eupolide vitiatum suppositō spondæo. verùm falluntur hi. Authorem nanque habemus eandem Sappho multis in locis. Qui autem Choriambicum ipsum vocant, ita metiuntur: vt addant tertii trochæi syllabam priorem dactylo præcedenti. & dant ἐπὶ præpositionem. quia bacchius additus sit præter leges choriambi, vt sit Epichoriambicum, sicut Epionicum.

Est autem Epionicum ionico à maiore constitutum, cūi additus sit dactylus, tanquam impositus, sicuti bacchius choriambo in Sapphico. præcedunt autem ionicum duo iambi, sic:

Io triumphum duc age Scaliger.

Is est versus ille, quo ram frequenter Horatius ab Alcæo mutuatus: à quo etiam cognominatum est. fecare etiam potes aliter. Post pēthemimerim iambicam si statuas choriambū & iambum mox: aut duos dactylos. Iccirco nōnulli πολυχρωμάτους appellarunt. admisit enim varios pedes, & Cæsuras Eupolidis arbitratu eius illum adducunt. B

χαλλίστη πόλις ἐστὶν ὅσας κλαίω ἐφορᾷ.

Mihi non videtur cum hoc nostro conuenire, vehementérque deceptos esse eos qui eundem putarunt.

Fuit & Alcaicum alterum, quod in vltima sede habet coniugationem trochæorum. exemplum ab Horatio habes nullum, neque apud Boetium, neque Serenum, neque Terentianum. vnum è nostris ponam, C

Pelum obsequendo frange puer superbum.

Primam verò syllabam in hisce producta- dare potes: veluti si ponas *Fatum*, vbi *Polum* dicebas.

Efficies autem Alcmanicum si loco maioris ionici statuas minorem: & serues iambis sedes suas. Exempli gratia,

Io triumphe veni: da te mihi. quod est plenum venustatis.

Sappho autem more suo promiscuum dedit, pro iambis duobus ionicum statuens à maiore. D
Tum autem pæonas, & epitritos adiunxit. Illius versus hi,

ἔχει μὲν ἀνδρομέδα καλὰν ἀμμβάν.
σαπφοῖ τὰν πολύολβον ἀφροδίταν.

Euripides ex iambicis & trochaicis, vt aiunt. Reclamat tamen παιήονες,

δύμωγος ἀνὴρ ἢ κόρης τὸν παιήονα σέβων.

Et alterum vna syllaba minus.

ἔσπερ ἀστὴρ ἐσπόντιος ἐξέλαμψεν ἀνήρ.

Nostrum autem inuersum. Antecedunt trochæi tres quatuor iambos.

Nox micat serena, sublustris Æthra fulgida.

Sic Alcmanis habes suauissima carmina, quē. admodum & nostrum.

ἔστ μοι καλὰ παῖς χρυσόθρονος αἰθέρι σοσα

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἰμερόεν ἔρχεται μορφαὶ κλῖτες πειθοχαπτοί,
αὐτὰρ τᾶς ἐγὼ ἁλυσίαν πᾶσαν, οὐδ' ἐρατὰν
κυπρίαν λάβεσθαι πάσαν κελῆς ἔδος κυδήνης.

Quorum primi tres mutili circunferebantur: nos quartum addidimus. Anacreon autem iambicis coniugationibus addidit bacchium: vt aiunt Grammatici.

τὸν ἀνεμοπαῖον ἠέρα μέλων πτερύσσειν εἰ κομᾶν.

Mihi videtur iambicus simplex septenarius hypermeter. Cratinus autem choriãbum: quale illud nostrum,

Placat tyrannos ciuium fusus humi cæde cruor.

ALIA.

CAPVT XXIIII.

VOd inter Anapæstica receſuimus Elegiacum, rectius à nobis quàm à Grammaticis factum eſt, qui poſt Epionica poſuêre. Ne quid præteramus quod faciat ad eruditionem, illud monebimus præter ea quæ ſuprà dicta ſunt: Elegiacum veteres non cæſura ſemper, ſed perpetuò tractu duxiſſe ad anapæſtos. Ita apud Catullum habes vnum, & alterum:

Troia virum, & virtutum omnium acerba cinis.
Quam modo qui me vnum atque vnicum amicum habuit.

Et nos in Heroibus, quum Fabritium loquentem faceremus, imitati ſumus oratione hiſpida antiquitatem,

His dominarier auſim auri etiam dominis.

Talem habes apud Callimachum,

ἰσχὰ πῶδή οὐκεί θεω χρυσέ.

Ithyphallicum alterum miſtum ex dactylis quatuor & iambo: quemadmodum luſimus nos in ortis Ingratæ extempore inter ſodales. quorum vnum illud,

Carmina Terpſichore malè caſta fugiet.

Fecimus tunc & SATVRNICVM, ſic enim vocant: ex dimetro iambico, & Ithyphallico,

Matuta quum vobis diem, tum ſtupeſcis agmen.

Cuiuſmodi in Veſpis Ariſtophanis. Sed & ſubiratæ tunc Amicæ ludens ſimul & ſcribens alterum poematium effudi ſimili genere carminis vno minus trochæo: cuius vltimus verſus fuit,

Si Iuppiter faſtidiat, reſtat Orcus. haud diuerſum eſt ab Alcmanico, de quo iam. Archilochus huic pro iambico poſuit, quod Partheniacum nominant. Ad hunc modum tu poteris,

Quate tympana tenta Cybeles ære tinniente.

ÆNITTOLOGIVM appellãt, quod capit dactylos duos, trochæos tres,

Prælia dira placent truci iuuentæ.

Illud quoque noſtrum, dactylus, trochæus, dactylus, bacchius.

Si potes, in ſinu dea quieſcam.

Suauiſſimum & Alcæi illud, penthemimeri dactylica, & trochaica coniugatione,

Sæua puer Veneris conde tela.

Archilochus maluit iambicas coniugationes: veluti ſi dicas,

Aſtra micant ſatibus: ſed me ſopor liquit fugax.

Tale illud Horatii,

Scribere verſiculos amore percuſſum graui.

Inuerſum autem ſic facies: vt iambos dactyli ſequantur,

Tranquilla blanditur quies, ſidera dum vigilant.

Sic Horatius,

Ninéſq; deducunt Iouem: nunc mare, nunc ſyluæ.

Eſt & illud ab Archilocho. Dactylus choriãbos duos antecedens, ſequẽtibus trochaicis cõiugationibus ad hunc modum,

Scaliger accipe verſus Lyricos miſtione molliores.

Quod inter Antiſpaſtica etiam cõnumerare potuiſti.

Eſt & alter Saturnius, quem & μιξολύγιον vocarũt. Quo vſus fuit Liuius Andronicus in Hymno Dianæ, ſolo iambo diſtãs ab Heroico, qui in ſexta ſede ſpondæum habet. Tale noſtrũ poematium, cuius initium:

Proditor, atq; rebellis erat fabulum Anglomedulus:
Vicque vmbram metit, atque famem ſſuit ore rabido. quanquam Saturnium Pedianus vocat ſenarium hypercatalecticum, qualis ille,

Malum dabunt Metelli Næuio Poetæ. etiam fatidicos eo genere Faunos fuiſſe ſcribit Feſtus, atque Saturnium verſum dictum à numinis vetuſtate. formam non explicat.

Et illud ex Epitrito quarto, choriambis duobus, bacchio:

Te deos oro Sybarin cur properes amando.

Quem verſum ſi acrius conſideres, inueniasˢ eundem cum ſapphico, quem Epichoriambum dicebamus. grandiorem tamen interpoſito altero choriambo. ſic enim facias

Te deos oro Sybarin amando. Exempto altero choriambo.

Haud abſimilis apud Boetium. loco enim choriambi ponit ionicum à maiori.

Siquis Arcturi ſidera neſcit

Eiuſdem Archilochi alia quoque ponunt. Anapæſtica cæſura, & trochaica cõiugatione ſeſquialtera. Quem tamen adducunt, is Iambum initio habet, ἐφεσμονίδιον χαρίεν ἄγαλμα τι γαλοῦν.

Dramatica igitur licẽtia factum eſt acephalum: vbi pro anapæſto iambus poſitus eſt. Quale noſtrum olim ſine cæſura ſuauiſſimum:

Comes tenera Veneris non tener Cupido.

Alii non cæſuram, ſed integrum ſpondæum interpoſuere: inter quos Cratinꝰ, & noſtrũ illud:

Relinque tubæ ſtrepitum vates: ſic iubet Lyæus.

Alemanicum. Dactylica vel ſpondiaca indifferens cæſura, & dimiter dactylicus catalecticus. Qualis apud Boetium,

Heu quàm præcipiti merſa profundo.

Quem potes dimetiri etiam ſpondæo primo & vltimo, inter quos duo ſint choriambi. variatur autem ita, vt etiam pro choriambo Moloſſus ponatur apud eundem & pro ſpondæo dactylus:

Tendit in externas ire tenebras.

Venuſtiſſimus apud eundem Seuerinum, vbi tribus dactylis ſubditur iambus:

Falce rubos, filicémque reſecat.

Iambico etiam quanto quanto libuerit, præpones Anapæſtum: vt apud eundem,

Ferit icta corda morſu.

Nec minoris ſuauitatis idẽ author fecit carmen ex trochæo, dactylis duobus,

Et nil il manet integrum. Quod etiam vides ex aduerſis conſtare dipodiis.

Aliæ quoque plurimæ non ſolùm ſunt, verumetiam poſſunt eſſe connexiones: quas vbi moliri auſus fueris, attende imprimis concinnitatem. Sic Terẽtianus vir ſanè doctus cum inter ſe verſuum membra committit, ponit operam paulò accuratiorẽ. Simplicitas autem latiſſima, planiſſimáque eſt diſciplinarum via.

COMPOSITA PER COhortes.

CAPVT XXV.

VLtimus compoſitionis modus erat verſuum diuerſorũ copulatio. Sunt autem diuerſi aut genere, aut quantitate: Genere, quemadmodũ in Elegia dactylico aſſuitur anapæſticus. Quantitate, veluti quum dimeter tetrametro ſubditur generis eiuſdem. Nulla verò certa lex eſt. Tuo arbitratu poeſin opulẽtiorem potes efficere hoc ſcribendi modo, iudicio tamen adhibito, nec venere neglecta. Quibus artibus temperamenta non vulgaria quæſiuere & Horatius, & Seuerinus. Hic etiam multò plura coaptrauit. Audendum tibi quoque eſt, quemadmodum nos quoque fecimus: qui integro Ithyphallico, elegiaco ithyphallicum noſtrum ſubdidimus:

O calumnia turbidis expetita tyrannis,
Cur ſeruilia barbari pectoris arma rogas?

Sic Capella ſolo Elegiaco monocolo quum ſit vſus: contrà Virgilius vnico dactylo ſenario ſubdidit Elegiacos quatuor, diuino illo commento:

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis vellera fertis oues:
Sic vos non vobis nidificatis aues:
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quæ verò ſubduntur non vniuſmodi ſunt. nam aut eadem multa, aut nõ multa: aut diuerſa inter ſe. Horatius nũquam ſubdidit plura tribus. Catullus etiam quatuor. vides & apud Claudianũ. Seuerinus non niſi vnum. Pindarus immanem numerũ. De his in choris ſatis diximus primo libro. Nunc etiam ſic poſſumus.

Recurrunt aut per certa interualla: vnde Diſtropha, Triſtropha, Tetraſtropha, Polyſtropha: aut per incerta. Quibus certa interualla præſcripta ſunt, ea dicta ſunt ἀπὸ τροφῆς: & κατὰ ἀπηγμένα, quæ ſunt liberiora, vocarunt κατὰ πλεκτόν. quemadmodum Sapphicis mulis cum ſubnectitur Adonium, aut Iambeis anapæſtiue Sapphicum. quem ordinis contemptum præ ſe tulit Plautus per initia ſuæ Amphitruonis. Quæ verò penitus non recurrunt ἀπολελυμένα, ab aliis ἄπακτα dicta ſunt. Cuiuſmodi aiunt ab Homero factam Margiten: in qua miſcuerit iãbicis Heroica. Vbi verò diuiſio per æqualia fieret, communi voce ἰσόστροφα appellata. Cùm verò in plura ſcinderentur, ἀνισόστροφα. Grammaticis etiam ſuo more ſatagere licuit. Monocola enim vocarunt κατὰ στίχον. quæ verò è diuerſis conſtarent, συστηματικά. quæ ex hiſce miſſa eſſent κατὰ σύστημα: comprehendunt enim genus κατὰ στίχον, & adduxerunt varietatem. iccireo etiam capiunt τὸ συνεχὲς μέτρον. quæ diximus ἀπολελυμένα tum ἀνισόστροφα, ſunt ἀνισόστροφα vocata ſunt ab illis. Simonides in Epigrammate tria diuerſa coniunxit.

ἴδεται δῖε, τίμια δῖε, ὀλύμπια ἑσπερογόδια
ἐκ πάντῃ νικῶν σώματος, ἀλλὰ τοχᾶν
ἀειτεθήλεος ὄρσους ἀλείβοντα κάλα.

Theocritus autem etiam cum reuerſione:

Λεχάλοχον χ' ὕδατι καὶ ἔλαιῳ τὸν παλαιὸν πιαίνην
τὸν ἀφ' ἑσπερίων ἐλάσαντα βοῶν τὸ μεσσιον κλίβοντα
δίκλιδα καὶ πὺκτα καὶ ἀσπετον ἀσπετα καὶ ἀεὶ ἀεὶ.
Τὰν μὲν αἱ μοῦσαι καὶ ὁ δίλιβος ἠγάπησεν Ἀπόλλων
ὡς ἐμέλησε τ' ἄεισμα, καὶ ἐκ στόματος ἐκλυε μέλι
ὑμνά τε ποιητᾶν, ἁδὲ λύρα τ' ἀείδει.

Neque verò cogeris ad primum redire verſum, aut ſequentibus, ſi nolis reſpondere. Nam Simmias Rhodius in Securi, ſecundo verſu primum retulit, quarto tertium, ſexto quintum, ſemper mutata rhythmi ratione. In Alis autem etiam aliter inſtituit. quippe primo vltimum conſonare fecit, ſecundo penultimum, tertio tertium à fine: ac ſic alios deinceps. Quum quoque eiuſdem memorant poema. Quod quia non extabat, nos duo dedimus animi gratia: alterum minuſculum, quaſi Philomelæ: alterũ grandius, vt ſit Cycni.

OVVM	OVVM
puſillum.	*grandius.*
σι-	ὑακινθοστεφὲς
μίας	πωτοδόκαυ
ῥόδι-	πανσέμορφ-
μ' ὑπνοι-	ἀφυσσέων ὕδωρ
σιγοῦ-	ἐλαιοτέγκτων μυκτῆρσι
σας	ἡσυχίαν παρέχοιθ-
	ἱδέ τι ἄρχον δίφυδε
	ἐς τὸ πάλαι σιγμᾷ
	γηρυόμεϊ χώδε
	δῶκε τόδ' ὠόν
	σκαλοφόρε
	παιδρασεῖ.

Hoc igitur genus ſcribendi à veteſtioribus ἀπηνικὸν dictũ fuit. quo modo integram can-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem certis interuallis iunctos edidimus Thu A
sco sermone. Ac quanquam ad agnoscendas
carminum, & Stropharum, & Epodon, & Epir-
hematum, & διαλύσεων, & ἀνακοπῶν distinctio-
nes antiqui Græci multas excogitarunt notas:
tamen Grammaticis suas triuiales superstitio-
ses relinquamus. quas siquis audius appetat, ex
Aristophanicis fabulis consequi poterit. Vnum
id in more positũ apud Latinos fuit: vt in Stro-
phis apices versuum plus marginis occuparent.
Quæ accinerentur, aut succinerentur, subduc-
tiore linea coercerentur. Exempli gratia:

Ibis Liburis inter alta nauium
Amice propugnacula. Et.
Videre, vt altum stet nive candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
Siluæ laborantes: geluque
Flumina constiterint acuto?

Quare audaculi recentiores, pauci iudicii ho-
mines, in prima Horatii ode carmina ita pin-
xere, vt alia extarent, alia non: secundum appa-
ratum sententiarum. Id in Heroicis, & Satyris,
& Iambicis licet: in Lyricis non licebit.

PRAECEPTORVM QVORVN-dam recognitio.

CAPVT XXVI.

EOrum quæ dicta sunt, partim non
sine rationibus præscribebantur:
partim dum sequeremur antiquo-
rum vestigia, æqui bonique con-
suluimus. Antequam igitur accedimus ad ea,
quæ reliqua sunt; quod supra leuiter attigimus,
paulò accuratius retractem[a]. Quærebam[a] quare
ἡμιωλίους dixerint potius, quàm ἡμιολίους. Nunc
verò venit in mentem alterius quæstionis. An
verè sit, vt appellant, ἡμιωλεῖς. Nam syllaba, quæ C
duobus supereſt dactylis, vna est: quonámmo-
do fuerit semidactylus? Ternarius quippe nu-
merus secari nequit. Quòd si dicas bina tẽpora
illa syllaba contineri, quibus possit esse par dua-
bus breuibus: acquiescam. At iambica penthe-
mimeris qua ratione totidem tempora conti-
nebit? Quare non iisdem legibus ἡμιωλεῖς erit
cæsura iambica, quibus dactylica. Præterea cõ-
siderandum: secundi pedis simul cum cæsura
tractus, si priori pedi comparetur: an dici mere-
atur ea proportio sesquialtera. Continet enim
sic secũdus pes quãtum primus, ac præterea cæ-
suram, quod est dimidium. Nam si numerum
spectes syllabarum: verum sit in iambis, falsum
in dactylis. si tempora perpendas: verum sit in
dactylis, in iambis falsum. Ac viri quidem do-
cti, quid esset, Sesqui, diligẽtissimè declararũt:
vnde esset, non dixere. Nobis in Originibus ita
visum fuit. Sesqui, fuisse per initia, semis æquũ.
Idem enim est, quod ἡμίολιον, Semis totum. Po-
stea vsu extorquente coaluisse ad breuitatem.
Inde Terentianus nouam posuit vocem, Ses-
quata. Quã vocẽ, Augustin[a] in libro de Musica
malè fuit interpretatus. Quasi, inquit, se absqi-

Veluti dicas: præter se, ideſt suam quantitatem, A
etiam dimidio superat. Quod autem aiunt, re-
ctè dici sesquitertium, quia Cicero ita loquutus
sit: authoritate pugnant illi quidem: at eos ratio
expugnat. Loquar equidem cum Cicerone, quẽ-
admodum ille cum populo est loquutus: At cũ
illo sentiam, sicut ipsi sibi (sic enim dicit) rectè
sentiendi rationem reseruauit. Quis enim di-
cat ἴσον τρίτον idem esse, & ἡμιολιόν τι τρίτον. At qui ses-
quitertium, illud ipsum monstrum est, personа-
tum vsus authoritate apud Latinos, cuius faciẽ
apertam deprehendis in Græca voce. Si est, Ses-
qui, idem, quod ἡμίτριτον, semis supra æquum: quo-
nam erit loco tertium?

AFFECTVS VERSVVM COM-munes.

CAPVT XXVII.

HÆ sunt leges versuum, in quibus e-
tiam affectus nonnunquã designa-
uimus. Veluti cum dicebamus, ad-
mitti pedes peregrinos. Vel vbi A-
cephalos quoque notauimus. Quare deinceps
tum hosce, tum alios prosequamur. sunt autem
affectus partim vitia, partim virtutes. Iique aut
probati lege, aut permissi vsu, aut vsurpati li-
centia. sunt verò vel communes, vel proprii. Cõ-
stituuntúrque aut in partibus, aut in qualitatibus, aut in ordine siue dispositione. In partibus,
vel tanquam in dictionibus, vel tanquam in pe-
dibus. Non enim semper æquales sunt pedibus
dictiones. Itaque in quantitate versabitur res,
vel continua, veluti cum dictiones tractu meti-
mur, vel discreta, veluti cum eas numeramus. In
qualitatibus cõtemplabimur rhythmũ, siue cõ-
cinnitatem. In ordine, cum disponentur aliter,
atque aliter vel dictiones, vel pedes. Quæ à Grã
maticis confusè omnia, multa curiosè potius
quàm doctè, quædam etiam superstitiosè tradi-
ta sunt. Appositæ falsæ definitiones. Nomina
inepta indita. Quæ essent multis communia, fa-
cta quibusdam propria. Quibus pro ferula sæpe
Philosophiæ regulam adhibuimus.

AFFECTVS A QVANTITATE.

CAPVT XXVIII.

A Virtutibus incipiendum. Rectum D
enim est sui iudex, & obliqui. Per-
fectum igitur versum dixere Græ-
ci τέλειον, cui nihil deesset, neque o-
ratio, neque concinnitas, qui nõ sit
coactus, & numerosus tamen, sunt autem rariſ-
simi cæteris, vni Maroni familiares: inter quos
ille absolutissimus,

Infandum Regina iubes renouare dolorem.

Ineptè garruli Grãmatici illibatos vocant.
Quin exemplum non bonum afferunt,

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro.

Principiò, non claudit sententiam. Item pa-
titur collisionem. Tum duo pedes totidem ver-
ba terminant. Præterea si qualitatem, aut ordi-
nem intueare, Bucolicum reperies. cuius rhyth-
mus

mus non ita conuenit perfectioni heroicæ. At- A
que illi nominare hunc ausi sunt, illibatum.
quum tamen ita definiãt: Illibatus, qui nulla au
cta, aut minuta, aut amputata syllaba formatur.
Et vox ipsa Illibati, hoc loco sanè triuialis est.
Nihilo verò felicius, qui perfectum putarunt eũ
quo omnes partes orationis comprehenderen-
tur. nam & ineptum esse oportet versum eiusmodi, & inutilem. Multas quoque Epistolas di-
uinas M. Tullii legimus, in quibus non omnes
sunt partes orationis: nõ enim Interiectio, quas
qui dixerit imperfectas, verè erit Grammaticus.
Eiusmodi versui nomen nos posuimus, ἀκαταλήκτῳ.
Exemplum hoc habe,

πρὸς δὲ μὲ τὸν δύστηνον ἐγὼ τάχιστ' ἐλεύσομαι.
Ad me continuo, licet, ab fera verte precantem.

Simili fastidio affecere nos & altero, quod
vocãt παχύμμετρον: quippe omnes literas tanquã
tomentum inculcarunt. etiam nos ineptiuimus:

Vix Phlegethon Zephyri quares modo flabra Mycillo.

Extremam verò dementiam professi sunt:
quum etiam ad Dialecticam accedere ausi sunt.
ἰαμβεῖοδος, inquiunt, versus ille est, qui vnũ aut
plura continet prædicamenta. Quisnam versus
integrum comprehendit prædicamentum? aut
quis non continet vnum? Quidnam dicas, non
versu, sed verbo vnico, quod vnum prædica-
mentũ nõ referat? Omitto nomen, quod nõ in-
telligo: nisi si tanquam sepem quampiam, aut
baltheum prædicamentis circumdare voluerũt.

Pentimemeris. Quare etiam πενθημιμερὲς quosdam prodidere? C
neque enim potest aliquis versus capere pedes
quinos, nisi quinarius. Sed fortasse fuerit is qui
vocibus quinis pedes suos explet: sex in Heroi-
co, in aliis alium numerum. Plurium exempla
hic animi gratia posita sunt:

Iupiter omnipotens vota si flectendus auaris?
Parebit eius nutibus Fatum pijs
Mentem ægram spes falsa fouebat.

Ad partes id quoque pertinet: quum ab vna
crescunt syllabatim voces. Homeri exemplum
in promptu est:

ὦ μάκαρ ἀγχέμολ' υἱὲ Διὸς Τυδείδαο.

Tale Virgilianum illud esse carmen potuisset,
ad hunc modum:

Ex quibus insignis pulcherrima Deiopeia.

Hosce κλιμακίους, quasi scalares appellarunt:
quòd per gradus ascenderẽt. Alii συριγγοειδεῖς, hoc D
est fistulares, à pastorali musico instrumento: de
quo satis supra. Ita enim à minima canna ad ma
ximam vsque subibat. Nõ desunt qui Euryali-
cum ei nomen fecerint.

Eiusdem rationis erit, si recurrent quantita-
tes: vt quinque syllabis desinat in vnam. quos
Tibicines nominarunt.

Vecligalibus armamenta reserve iubet Rex.

Tibicinem alii versum illum vocauere, in quo
aliquid poneretur ad solam metri sustentatio-
nem,

Affectans syluam immensam: & sic forte profatur.

Nam *forte* est pro tibicine in versu: nõ autem ip- A
se versus Tibicen. verùm hoc inter vitia quæ
consistunt in quantitate.

AFFECTVS A QVALITATE.

CAPVT XXIX.

QValitatis virtutes sunt, simplicitas,
æquabilitas, maiestas, sonus, & eius-
modi.

Simplices ἁπλολόγους appellamus.
quo nomine etiam perfectos aliqui agnouere.
Cæterùm perfectionis pars est simplicitas, quã
ita hîc definio. tractus dictionis & Rhythmi si-
ne anxio delectu aut dispositione. est enim dele-
ctus in verbis anxius, veluti illud notarunt Cri-
tici Virgilianum: B

Summaque teiuna sanie infuscatur arena.

Ita habes etiam nimium figuratos. Ille dispo-
tione etiam, quum malim anteponere Dactylo
Spondæo, quàm Spondæum Dactylo in Dã-
ctylico versu. quum tamen simplicitas oratio-
nis aliud postulet. Exempli gratia,

Consilij fortis nervos Fortuna resundit.

Sic enim simplicius agas:

Fortis consilij. Sunt igitur ἁπλολόγοι, quorum
dictio, & dimẽsio, & concinnitas simplex, ac in
elaboratæ similis. Hecirco ἀπλογράφους etiam à
nonnullis. Afferunt autem exemplum non ma-
lum,

Vrbe fuit media Laurentis regia Pici.

Simplicior tamen ille Ouidianus,

Regia Solis erat sublimibus alta columnis. C

Incipit enim à recto casu. Permulta verò inue-
nias eiusmodi. vt & illud,

Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei?

Hanc simplicitatem etiamsi æquabilitatem ap-
pelles, non errabis. Videtur tamen æquabilitas
in sono tantùm. igitur erit pars simplicitatis. Nõ
defuere qui simplices hosce nominarent πολιτι-
κούς. Si à ciuilitate duxerunt, minus rectè. nam &
pastoralia carmina, cuiusmodi vnum posui, ta-
lia esse queunt. Ad hæc, Politica, siue Ciuilia de-
cet ornamentum, interdum etiam Pompa: quæ
longè absunt à simplicitate. At si politos, non
politicos intelligunt, ne id quidem semper
cõuenit simplicitati. quippe si anxius versus sit,
vocibus ac numeris nimium compositis aut dis-
positis aut disquisitis poliendus erit, vt subsidãt
tumida, & redueatur ad illam æquabilitatem.
sanè & politus fuerit, & erit simplex. at enim ve-
rò simplicitas illa quæ prima quaque inuesti-
gatione sese offert nobis, nullo pacto polienda
erit. Natiua enim est, neque torno indiget: hoc
enim est Polire, quod πολεῖν. Itaque Horatius
Græcorum os rotundum dixit: &, *Male torna-
tos incudi reddere versus*. Quare eam speciem
quam κυκλοτερῆ dicunt, putem potius eandem
cum politis. Exempla infinita apud poeseos pa-
trem inuenias. Lege totum tractum pestilentiæ
in tertio Georgicõn. Amplius verò errarunt
Grammatici. malè nánque definiuerunt. Politi

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquiunt, qui cohærentem continuant oratio- A nem: hæc enim definitio omnibus conuenit illis, qui sunt contrarii ἀνωμάλοις. Cohærens ergo rudis esse poterit, idem Politus esse qui possit? Exemplum Cohærentis siue subeuntis, impoliti tamen:

Prætextam in cista mures rosere Camilli.

Hosce κωλοτυπίας, teretes qui vocabit, non pessimè faciet. sunt autem contrarii inæqualibus: cuiusmodi sunt permulti Luciliani, & apud Lucretium non pauci impoliti. de Enniani tantùdem. neque Horatius in Senariis dactylicis felicior. Hos ego voco familiares. modò enim Latinè & purè dicat, parum prospicit quid numeris futurum sit. Oratio pura, tractus scrupei,

Qui fit, Mæcenas, vt nemo quam sibi sortem.

Atque huius multo qui streperis teretes, atque fragosis contrarios arbitrati sunt. aduertantur enim streperis molles, quos μαλακοειδεῖς Græci. Exemplum ponitur à Quintiliano & aliis,

Mollia luteola pingens vaccinia calta

Et nostrum, *Luteola in viola caltula pallidula.*

Quo loco etiam malè adducunt exemplum illud,

Torua Mimalloneis inflatur tibia bombis.

Neque enim teres est, sed vitiosus: atque relatus ad censum tumidorum, sicut & illud Horatii,

Nec circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

Præterea versus ille, quem adducunt, non respondet definitioni. Neutiquam enim cohærent dictiones: sed simul cũ quarto pede finitur tertia vox: simul cum voce quarta pes quintus. Alii verò Politicos, non vt illi, sed qui affectus includerent, appellarunt. At hæc differentia pertinet ad sensum: non ad dictionem aut numerum. Sicut & illei ἀπερισχέτους vocant: qui comprehendit integram sententiam. neque enim versus affectio erit, sed orationis. Apud quosdam ἀπερισχέτον scriptum inuenio, id est suspẽsum: quia sequentem non requirit, in hoc ipso sui est.

Haud procul ab horum natura, quos μετρομαμπικοὺς Græci, nos Æquiformes. non eosdem cũ iis in quibus æquabilitatem agnoscebamus. Hi enim sunt etiam alio nomine ἰσοχρόνοι. Hoc autẽ pertinet ad qualitatem. non quod tantis aut tot pedibus constent, ne quis decipiatur: sed quòd similibus. idẽ nánque omnibus sedibus pes. quare sequitur τὸ ἴδιον, vt omnes sint ἀκαταλκτικοί. mutaretur nánque figura dempta syllaba. Rari admodum hoc genere apud authores.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Nam ille Virgilianus, tametsi pro Spondiaco ponitur à Diomede,

Et leueis ocreas lento ducunt argento.

Tamen tertius pes, vt fit Spondęus, passus est ad primam syllabam Synalœphen. Extat & ille Ennianus,

Olli respondit Rex Albai longai

Itaque nonnullis placuit eos etiam καθαρεύειν ap- B pellare. Puri nánque sunt: neque quicquam admittunt peregrini.

Maiestas in carmine comparatur extra sententiam sono quodam non fluido, sed sibi ipsi constante: ὄγκον Græcè dicam. Maiestatem verò Græci quo vocent, non habẽt. Absint oportet à vulgari sono: neque tamen tollãtur in tumorem. qualia penè omnia diuini Maronis,

It nigrum campis agmen.
Sub mœnibus vrbis aquantur.
Et quorum pars magna fui.
Quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles Vlyssi
Temperet à lacrymis?

Sonori sunt itaque hi: sed cum grauitate illa ὄγκου, non turgida: sonori nánque sine maiestate multi: neque tamen vitiosi. Cum maiestate illi:

Postquam res Asiæ Priamique euertere gentem
Immeritam visum est superis. & alia diuina.

Sine maiestate verò,

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per lœuia murmur
Saxa ciet: scatebrisque arentia temperat arua.

Quare minus commodè Grãmatici definierunt: qui crepitant fragosam pronuntiationem. tales enim sunt fragosi inter vitia connumerari. sonori autem pertinent ad magniloquẽtiam, quorum proprium est, implere aures sine offensa. Hæc nonnulli ausi sunt ἀχὼ nominare: minus aptè. Est enim ἀχὼ apud Aristotelem affectus vocis repercussæ. Quare hi erunt, vt quidã maluerunt, ἠχοδῆ. ἠχοῖ autem, in quibus arte id elaborarunt, vt esset extremæ vocis responsio ac repetitio. Apud Græcos hoc tentatum primùm. verùm frigidè sanè, vt in Epigrammatibus, & apud Aristophanem παμφωνεῖ ζούσας. Iccirco dixit Martialis, *Echo sibi Græculam non recantare.* Acutius Latini, quum ponerent orationem, ab eius extremo eliciebant partẽ, quæ præter spem malum bonúmue significaret. veluti si dicas, C

Fœmina dira viri nex est, & terribilis lis.

Aristophanes in Equitibus, ex μαχέσαιτο, χάσαιτο. Itaque etiam præcedentia cola per interrogationem struxerunt ita, vt Echo ipsa acutissimè respõderet. quemadmodũ eo Epigrãmate quod laboratum multo ingenio, multa arte, multo lepore, nullo pudore. Iccirco non posui:

Quisnam clamor? amor. quisnam furor? error.

& quæ sequuntur.

Quod autem aiunt Grammatici vnam syllabã repræsentari, parum circunspectè loquuti sunt. quanto nánque plures, tanto acutius, *Faue, Aue. Magnus, Agnus. Plaustrum, Austrum. Fœmina, Mina.* & alia innumera. Quidam dixerunt esse vitiosa: quia in monosyllabam definant. Is primus error. non enim omnia. illud enim nostrum inter lusus in mensa: D

Quidnam significat Scaliger? Aliger.

Alatum

Alatum podagræ mancipium est? pium est.

Præterea quot necessitas concinnitatis deduxit ad monosyllabum?

Moribunda procumbit humi bos. &
Iuuenta sub ilicibus sus.

Sed de his in quarto.

In ea repercussione, vt esset locus accommodatior ampliori orationi, producta interdum est syllaba: aliàs correpta. Nonnunquam addita aspiratio, aut dempta. Aliquando mutatus sonus simul cum temporibus in diphthongo. etiã affines consonãtes suppositæ, vt *Clamor, Amor. Maximus, Imus. Sospes, Hospes. Hamo, Amo. Æris, Eris. Echo, Æquo.* Hi igitur arte quæsiti atque facti nequaquam erunt vitiosi. quòd si subeat casu, aut incuria relinquatur, fortasse à Criticis damnabitur: vt illud Horatii,

Esse pares res. At Ausonii,

Exercet mentes fraternas grata malis lis.

arte factum.

Leoninus. Similis his æquè vitiosus Leoninus. Nominis causam ignoro. nã tametsi Leoni cauda est, tamen ea ventri non est vel par vel similis. id quod talibus euenit verbis. nam quemadmodum in Echicis cauda caudæ respondet: ita in Leoninis cauda ventri. Quamobrem æquiuocos quidam appellauere. Exempla,

Æquiuoci.

Vir, precor vxori, frater succurre sorori.

Semipriscis adeò probati, vt sine illis quicquid scriberent, ineptum putaretur. Recentiores illud commenti sunt: puto esse Monachi cuiuspiam,

Hic iacet Erasmus, fuerat qui ridiculus mus.

Sonoris proximi sunt Vocales: itidem cum illis, nisi sonus esset remissior. φωνήεντα Græci.

Quæque lacus late liquidos, quæque horrida dumis
Rura tenent, &c.

AFFECTVS A' DISPOSITIONE

CAPVT XXX.

ORdo siue dispositio pedum alia alii antefertur. De quibus in quarto accuratius scriptum est. pudet autem exempla ponere. Vnus enim quisque sibi deligere potest: veluti quum primæ sedi vna aut plures respondeant eodem pede. Eos Græci ineptè πυθμενίζειν. nos ἀναλογισμεῖς, aut ἰσομερεῖς, aut πανύποδας, æquipedes.

Alia ratione disponũtur ἰσόλογα. neque enim tam pedes respondent quàm numerus syllabarum. vt inter affectus quantitatis etiam numerare queas. Æquidicos Latini: nos Bipartitos. nã æquidici etiam tripartiti esse possint: vt D

Multa quoque & bello passus dum conderet Vrbem.

Quindecim enim syllabis constitutum, in tres partes secare licet. bipartiti autem exemplum non bonum ponit Plutarchus ex Homero.

αἶψα γὰρ αἶγα δύω, δισσὼ δ' ἐπαμέλχετον ἄντρω.

Redundant enim in priore commate syllabæ duæ, si cum sequenti comparetur. Illud potius afferendum,

A σφῆς τε θεῶν μαχέσαιτο, σφῆς τε θνητῶν ἀνθρώπων.

Grammatici falsò definiuere à sententiis, quoties per antitheta comparantur. veluti illo exemplo:

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

In hoc enim est orationis affectus, non dimensionis.

Tantùm autem valuit ordo, vt certo modo partibus dispositis, retrolegendo alii euadant, qui dicuntur Reciproci. sdq; aut eodem genere carminis, aut diuerso. Ac diuerso quidẽ facilius. quare è senario dactylico catalectico Sotadeum fieri animaduertere. id quod irrisit eo versu Martialis,

Nec retro lego Sotadem Cinædum.

Exemplum autem habebis ex hoc,

Fata sibi Medulus fabricans est perfidus hostis.

B Eodem modo Elegiacum effici, de quo recurs. Iambicus.

Altera regressu metra recursa meant.

Quorundam tamen ingenio factum est, vt relegendo eadem species referretur. sdque aut eodem sensu, aut etiam contrario. Idem sensus, i-

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen
Tempore consumptum iam cito deficiet.

Contrarius ex his,

Laus tua, non tua fraus: virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus Omnipotens.

Quemadmodum circunferuntur & illa tam operosa: vt per eadem elementa fiat recursus, quẽ C διαυλον suo loco appellauimus.

Signa te signa temere me tangis & angis.
Roma tibi subito motibus ibit amor. & illud,
Si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis.

Nos versum vnum commenti sumus, quem Proteum nominauimus: cuius verba toties sedes commutare queunt: vt innumeras penè facies ostendant:

Perfide sperasti duos te fallere Proteu.

Illorum quoque natura pendet ab ordine, qui Correlatiui à Grammaticis dicti sunt. verùm ad pedes aut ad rhythmos nihil. verba ipsa modò regunt: vbi inter se respondent,

Pastor, Arator, Eques, Paui, Colui, Superaui
Capras, Rus, Hostes, Fronde, Ligone, Manu.

Quam speciem recentiores insuaui exemplo affectauere: D

Instruit, inducit, iacit, admouet, extimet, vrget,
Classica, tela, faces, tormenta, tonitrua, classes.

Insuaui, inquam. nam & Leoninus versus est secundus. & verba aliquot respondentibus nominibus sua quibusque sede, minus proprio vsu ea appellant.

Est & apud eosdem species altera sanè plebeia. Concordantes vocant. in quibus voces quædam ita sunt communes duobus versibus, vt seruiant contrariis:

Et canis } *in syluis* { *venatur* } & *omnia* { *seruat*
Et lupus } { *nutritur* } { *vastat*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Addiderũ huic classi etiam SERPENTINVM. A quum reuoluitur finis eôdem vnde venerat. Ex Martiali & Ouidio,

Rumpitur inuidia quidam charissime Iuli:
Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.
Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido:
Attice crede mihi, militat omnis amans.

Verùm partium dispositio pro toto efficit hoc. in quibusdam verò affectum cognoscas, tanquã totus ad totum: id est non tanquam pedum ad versus, sed tanquam versuum ad poematium. veluti quum repetitur versus in fine Epigrammatis, qui initiò fuerat cõstitutus. vt apud Martialem, & Catullum, & nos:

Calue, bellissime, Calue pessimorum.

Cuius naturæ atque instituti sunt ii quos Interpares dicimus. Apud Virgilium,

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi.
Tityre, pascentes à flumine reice capellas.

Apud Ouidium,

Impia quid dubitas Deianira mori?

Apud Catullum,

Concubine nuces da.

Est autem species eorum qui dicuntur interpolati. sic enim hos definiunt. qui saluo sensu tolli possunt: cuiusmodi sunt omnia ὑπερφυέματα & περισσωτώματα. Græci παρεμβεβλημένους. quo nomine etiam Spurios recenset Cicero in Epistolis. Sic enim appellat Ausonius quos expũxit, quasi non γνησίους, id est genuinos, siue germanos, siue suos. eo versu,

Quique notas spurius versibus apposuit.

Mutantur igitur dictionum translatione aut C recursu, quemadmodum dicebamus. Non minus verò etiam temporum transpositione. nánque Iambicum aiunt primum fuisse versum senarium ex ore Latonæ, sicuti suprà dicebamus.

Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.

Ex quo transpositis temporibus Trochaicum efficias: ad quem modum legimus apud Strabonem,

Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.

Quem exceptum in sacris ad aras pro libamentis Spondiacum fecerunt, addito non transposito tempore.

VITIA A' QVANTITATE.

CAPVT XXXI.

QVæ suprà memorabamus aut pro virtutibus, aut pro simplicibus affectibus, quæ euenta quasi quędam atque D ἐκβεβλήματα sunt, miscerì necesse fuit etiam vitiorum animaduersionibus: propterea quòd Grammaticorum errores identidẽ fuerunt castigandi. quamobrem & κλόνους, & Leonimos descripsimus, qui huc fuerant differendi. Nunc suo loco designabimus qui reliqui sint. A' quantitate igitur, quod & suprà fecimus, incipiendum: quàm proxima nánque substantiæ dici potest. nam vera substantia in carmine est ipsa dictio: in dictione quantitas. Est igitur vitiũ quantitatis aut in partibus principalibus, aut in partium partibus. In principalibus, veluti quum dictiones nimis longas aut nimis curtas infercimus. Illos vocarunt μακροκώλους:

Collacrymabantur Constantinopolitani
Immunerabilibus solicitudinibus.

Alios nõ animaduertere. iccirco ne nomen quidem imposuere. Exemplum ponam,

Si mi lis nex est trux, pax quid sit sub id, aut quoi?

Est igitur in illis excessus, in his defectus. quemadmodum & in partium partibus: veluti quum desit aut abundat syllaba, vel syllabæ. Id quod fit in principio versus: ἀκεφάλους vocant Græci, nos Mutilos. sic enim Horatius eum cui cornu videbatur ob cicatricem à fronte euulsum. Aut in fine: κολοβοὺς Græci, quasi excaudatos aut cauda minutos. sicut illi erãt capite minuti. Aut in B medio: κολωβοὺς Græci, & καλοσυρίους: alii etiã λαγαροὺς, quasi inanes aut laxos: etiã strigosos possis dicere.

A'κέφαλοι quare dicti? quippe caput carminis vna nequit esse syllaba. Capiti igitur pars deest, non caput carmini. Adducunt exemplum,

Fluuiorum Rex Eridanus. & ex Homero,

βορέης καὶ Ζέφυρος.

Quàm verò bene, videndum est! Pes enim pedem repræsentat, Anapæstus dactylum. Hoc dixere Græci ἀντιπαθίαν & ἀντιπάθειαν. & Terentianus, vir summo iudicio & eruditione, ita cẽsuit. poni posse in Ionicis diuersos pedes: Quod enim vnus amittet, inquit, acquiret alius. non igitur est ἀκεφαλία, sed ἀντιπαθία in Rhythmo. Iccirco σχηματισματικὸν quoque pro Dactylo poni C videmus. Neque solùm illum, de quo alibi, quippe vocalis meritò fit commodior, vt *Genua, Arietc.* fit enim quasi consonans secunda vocalis in vtroque: quemadmodum etiam Spondæum faciasex illa voce, *Fluuiorum*. sed etiam manifestum: veluti apud Ennium,

Capitibus nutantes platanos, rectasque cupressos.

βορέης quoque alibi βοῤῥᾶς & βορρᾶς scribitur. A'κεφαλόπρεσι ille apud Ciceronem, nisi sit mendum. Recitat autem è suo Mario in primo De diuinatione,

Arboris è trunco serpentis saucia morsu
Subijt ipsa feris transfigens vnguibus anguem.

Ex vero syllabæ defectu sequitur carminis mutatio. Iambicus ex Trochaico,

Tu dabis malum Metelle Nævio poetæ.
Dabis malum Metelle Nævio poetæ.

In medio autem strigosi illi deficiuntur syllaba, aut syllabæ parte, id est tempore. nam illi Maroniani, & ventre & cauda carent, casu non consilio: *Quem tibi iam Troia.* Aonius tamen poeta consultò quosdam tales fecit. id quod an laudem, suo loco dicam. A' Callimacho nánque commissum aiunt: cuius inter Senarios illud insertum circunfertur:

τίνι οἱ φαοὶ τεκόντες.

Multa exempla habes syllabarum aut tẽporum,

Omnia vincit Amor: & nos cedamus Amori.

Verè

Verè illud in medio,

Liminaque Laurusque Dei.

Hoc ad principium carminis: versus finem ibi Ennius:

Hic vbi cessa fere sunt millia militum octo.

Est enim in quinta sede trochæus, si legem seruemus. Ex Homero multa petere queas. fuit enim negligentissimus. In fine autem non penitus. vltima nánque syllaba nullum carminis corrupit genus, neque longa trochæũ aut dactylum: neque breuis iambum aut anapęstum. sed in vltimæ dictionis syllaba penultima: vt apud Homerum,

Τεῦχε δ' ἵππῳσιν ὑπὸ ἑκάστῳ ἄλοχον ἠυγ.

Me quam amo virgo ferox fugit aucta, nulla redamans.

Contraria ratione Hypermetra Muris. iccirco appellata ὑπερμετρα κατ' ἀντανακλασιν. quare autẽ ἀκεφάλους hoice appellarunt, quorum affectus esset in cauda? sanè malim eos ita dictos, quorũ initia vna syllaba abundarent. Nam si coniunctio cogatur à versu poni in fine, nihil est impedimento quin sequentis versus principio apponatur prælata orationis dignitate. Hoc fit iæpe à Comicis: velut,

Meum gnatum si comparatum ita video,
Vt malit quę volo, quàm quę nolo velit: feram.

Hoc, inquam, fit ad hunc modum, vt vides, nulla necessitate cogente, vt ea syllaba transferatur ad præcedentis finem, quia mutilus sit. nánque alibi est causa qua transferamus: quo supplemẽtum fiat in locum syllabæ deficientis: vt apud Horatium ex Adonio auferimus ad integrãdum Sapphicum antecedentem:

Grosphe non gemmis neque purpura-
Venale nec auro.

Ad priorem modum alio loco idem,

Labitur ripa Ioue non probante-
Vxorius amnis.

Contrà Hypermetris est quod demas atque induas in sequentis syllabam per concretionem. Apud diuinum Poetam non semel,

Et dulcem mulli vulcano decoquit humorem.
Viuaque sulphura
Tecta Latinorum.

Quare συλλαβούσας libenter appellarim, & ὀλισθούσας: vt illud, *Et naufragum Scyllacęum.* nisi Creti cum mauis, *Naufragum Scyllacęum.* Concrescunt tamen interdum duæ in vnam. Ponam exempla principii, medii & finis:

Eosdem habuit secum, quibus est elata capillos.
Et leueis ocreas lento ducunt argento.
Atque hinc bullato spoliauit Amazona balteo.

Contrarii ieiunis illis & strigosis dicuntur πεπυκασμένοι & περιπαχεῖς, ventriosi. superiori exemplo, & illo,

Inter se coisse viros & decernere ferro: si ita legas.

Sed alii quoque sunt.

QVALITATIS VITIA.

CAPVT XXXII.

QValitatis vitia in sono aut figura. Soni vitia duritas, quam in nomine fragosi, & streperi collocarunt. Ac fragosi quidem sunt asperi hærentes: ab aquis sumpta metaphora, quæ obiectu scopulorum aut rupium quum detinẽtur, franguntur atque sonum edunt. Græcè τραχεῖς. quale illud Homeri,

τεῖχεα, τετραχάασι διαπρὸ δὲ πέτρησι χειρός.

Illud potes apponere,

Fraternas strages, perstrictaque strata cruore.

Streperos agnoscas in simili sono molliores: quos Rauolos à raucitate scitissima voce Latini dixere. Rauim nanq; τὸν βραχνὸν Plautus. Græci hoisce μογγεσί quasi querulos aut querqueros.

At tuba terribili sonitu procul ære canoro increpuit.

Contrarii sunt his hiulci. Græci λαγαροὺς, inanes & laxos. Catulli illud,

Ebriosa acina ebriosioris. &
Vno in lectulo erudituli ambo. &
Insula Ionio in magno.

Hoisce Græci χαλεφωνοὺς. ego potius ἀφῶνους & πταιφώνους. nam χαλεφωνοὶ sunt ridiculi, aut incompositi, aut insuaues: velut illi,

Numerum cum nauibus æquat.
Et Troica castra. Et qui est apud Ennium,
O Tite tute Tati tibi tanta Tyranne tulisti.

Atque hos quidem neutiquam definias per repetitionem eiusdem consonantis: quemadmodum minus consultò fecere Grammatici. Non C sunt enim semper vitiosi. quinetiam pro virtute quæsitũ id aliquãdo: sicut in quarto dictum est,

Sale saxa sonabant.
Quęque lacus late liquidos.

Quare genus summum appellabo ἀυτόφωνον, aut ἀυτοσύμφωνον. Speciem verò vitiosam: veluti in superioribus, & in his,

Glauco, & Panopę, & Inoo Melicertę,
Lactari quos cernis in Ionio immenso.

Quos tamen constat ab ipsis Poetis affectatos: tantum abest vt pro vitiosis admiserint, quos quæsitos videmus. verùm in quarto exactius. Illud nunc dispiciamus: vitiosum hiulcum, & esu hiulcum quem Poetæ probum atque etiam expetendũ iudicarunt: an iub eodem genere quod παυτοσύμφωνον diximus, statuere ius sit? Atque D hoc pertinet ad Metaphysicum primò, deinde ad Moralem. nam largè dare, est pro genere tũ prodigis tum liberalibus. differentiæ verò additæ vel bonæ vel non bonæ, conficient species probas aut prauas.

Tumiditas quoque in sono est, vitium illud quidem, quod est contrarium sonoris. In id vitium aliurgunt qui plus nimio conantur. à quo fortasse non abest Papinii,

Magnanimum Æacidem, formidatamque Tonanti.

exhaurit enim spiritum.

Contrarii hærentibus & fragosis, æquè nihilominus vitiosi, Fluidi. Sunt autem Fluxi, qui non consistunt, dum pronuntiantur: sed dila-

Universidad de Deusto
Biblioteca

buntur, atque sese subtrahunt, quasi inertes operi. Hoc seculo vitium peculiare. ne moribus Epicureorum & solutorum animorum essent carmina dissimilia. Hi cecidere ab ea virtute, quam in Veretibus agnoscebamus:

Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli,
Tres ſumus. Hoc illi præſtulit author opus.

Figuræ vitium est in orationis modo, duplex: aut quum nimis sunt figurati, quasi cincinnati, & calamistrati, & spleniati, & stibiati: horum multos taxat Æschyli & Euripidæ Aristophanes. Alii contrà adeò plebeii, vt aliquando sordidi sint. illos κομψοὺς, hos βδλυγμικὸς appellato. Illud vitium tolerabilius: rapit enim ac tenet auditorem, dum iudicat. Hoc pessimum: aspellit enim ab sese auditorem, dum nihil quæ nihil recipit noui. λογοειδῆς appellatos inue- quasi similes solutæ orationi. Sæpe Catul- A B Aſi vt in illis,

troia nefas commune ſepulchrum Aſiæ atque Europæ:
Troia virum & virtutum omnium acerbà cinis.

Quod genus Horatius in sermonibus consecutus, habuit imitatores multos: Iuuenalem non habuit. Addidit enim facilitatem & amœnum onum sermonis puritati. Cæterùm in quarto commodius & exactius de hoc.

Ἀσυλλάβους verò quónam ponemus loco? nã partium videtur defectus. Sunt enim quorum voces singulæ singulis pedibus inchoantur ac terminantur. Quare quemadmodum oratio ἀσυλλάβος est, cuius dictiones nulla copulatione coniunguntur: ita versus, quorum pedes nullam vicini syllabam subeundo siniuntur. Alios placuit ponere inter qualitates. Sanè est qualitatis vitium ex partium carentia. Exemplum Homeri, C

Τρῶες ἔπειτα πῦρ δὴ, σὺ δ' ἴσχε, πάιδα δ' ἐμὴν.
Nobis dulcia carmina, nobis dulcia vina.

An verò possit esse vitium dispositionis? Non enim videtur. Transpositis enim, vti libitum fuerit, dictionibus, idem modus numeri. Euenire tamen queat, si monosyllaba intercedant. Exempli gratia,

Nobis Rex ſit talis qualis iam fuit ante.

Si enim commutentur verba, subibunt inter se pedes. Grammatici more suo turbas dant. afferunt enim exemplum disiunctarum dictionum, D non pedum. Hoc autem est orationis, non versus,

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis.

Id quod nequaquam vitium est: sed figura laudabilis. quum enim multa habemus, fit quasi ἔκπωσις, vbi copula non additur. Sed de his in quarto.

Hanc speciem ἀνόρθμον quare appellarint, subobscurum est. videtur enim potius ἄρρυθμον. Haud tamen verum est, esse ἄρρυθμον: neque verò εὔρυθμον. quare ἀνορθμον: quasi quum dicimus, subsalsum.

LEGES COMMVNES.

CAPVT XXXIII.

HActenus communes affectus. Nunc si quæ leges ad virtutes adducunt nos, aut à vitiis amouent: tanquam affectuum causæ more nostro subnectendæ. Est igitur prima lex ab antiquis sancita atque recepta: Versus à monosyllabo, qua scilicet ratione suprà docebamus, ad tricesimum vsque temporum tractum deduci posse. Iccirco maximum versum πεντακοντάσημον vocauere. Et Demetrius Phalereus metri concinnitatem suo stomacho præscripsit. Consistere nánque potissimùm intra Hexametrum: idque addito elogio non infacete,

Τέλειον γὰρ, inquit, τὸ μέτρον ἑξάμετρον ἐστί).

Postremæ syllabæ nulla ratio habetur. quare neque longa purum Trochaicum, neque breuis purum Iambicum vitiabit.

Vt Hypermetrorum vitentur incommoda, nulla pars à sequenti accipiatur, aut ab illo excipiatur. Hoc tamen Lyricis & Choris Græcis nequaquam obseruatum esse, vulgare iam est. suprà posuimus aliquot exempla. Catullus non solùm in Epithalamio, sed etiam in Hendecasyllabis licentia vsus est:

Quænam te mala mens, miſelle Rauide,
Agit præcipitem in meos iambos?

Aut quum id quod in priore superarat, tanquam legitima pars inchoabit posteriorem: vt in illo de quo diximus, Horatii,

Groſſphe non gemmis, neque purpura Venale nec auro.

Sic habes apud Simonidem in Epigrammate,

Ἦ μὴν ἀθλιώτεροι φῶτες ἠδὲ γυναῖκες
ἀεισοφείτην ἐπαπρηνὴς ἡγεμονίδος.

& Nichomachus in Elegiis,

ἔστ' δὲ σοι ὁ κλειτὸς ἀνὴρ ἀλλ' ἄμβλυα πάσιν ὀπτιλό-
δωρος. γιγνώσκειτε ἔγωμαι τοῦτο κλύον.

Atque in his quidem pudor ac venia ob nomina At Theocritus,

ἐκ οἱ δὲν ἀρχιμύδιος ὃ πότνια, κυδόμορος ἀ-
πὸ ἀδυνάτων ἀυτὶ πολίων ἔρροι Ζεφυρί.

Mediocrior Cratini audacia, Χάπλαις,

ἀλλ' ἐγὼ δυνατὸν ἔστιν. ὃ γὰ ἄλλο περ-
ξέλκυμα σείζοισι.

Aristophanes quoque Ἀχαρνῆσι,

ἀλλὰ γὰ λέγ' εἴ σοι δοκεῖ, σύγε κακε-
δαιμόνιον αὐτὸν, ὅστις πρὸς σοῦ τὶ φίλον.

Ouidius autem in quarto de Ponto, dum non vult aures lancinare fœditate, laesiuit versum tractu,

Ex pedis officio, fortunaque nominis obſtat:
Quaque meos adeas, eſt via nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen ſcindere verſus:
Deſinat vt prior hoc, incipiatque minor.

Deinde ab his lasciuè lusit in nomine Tuticani, quæ ibi legeris. Critias quoque quum scriberet Elegiacum, neque Alcibiadæ, quem celebrabat, nomen dactylicis caperetur, iambicum intrusit. Ponam igitur exempli gratia potius quàm concinnitatis: est enim duriusculus.

Καὶ τῶν κλυτὸν ὄνομ' ἀθάνατον στεφανώσω
Ἀλκιβιάδην νίσσον ὑμνήσω ἔπεσι.
Οὐ γάρ πως ἐν τοῖσιν ἐμοῖς ἐφαρμόζει ἐλεγείοις:
Νῦν δ' ἐν ἰαμβείῳ κείσεται ἐκ ἀμέτρου.

Illud item multi curiosè seruatum voluere: vt sententiæ simul cum strophis absoluerentur. sic etiam in Elegis. Verùm non ignobiles Poetæ id suo arbitratu neglexere. Etiam Ouidius ipse, qui legũ istarũ fuit obseruantissimus. Horatius quoque solutus ea cura fuit. Catullus vnicam periodum multis explicat Elegis, secutus Græcorum licentiam.

E' Grammaticorum minutis præceptionibus serò euadere possumus. σίγον esse voluere partem μέτρου. quæ tamen pars neque minor esset trinis coniugationibus, neque maior quaternis. Quod autem minus esset tribus, si plenũ erat, neque vlla syllaba deficiebatur, appellarunt Membrum, κῶλον. quod deficeretur, κόμμα. id est præcisionem, siue melius, præcisum. Verùm hæc atque eiusmodi, vt quisque volet.

AFFECTVS PROPRII Iambici.

CAPVT XXXIIII.

IAmbicorum sedes puræ & propriæ fuere per initia, sicut & aliorum. verùm quum Poesis sit imitatio naturæ, natura verò ipsa rarò simplicia commentetur, eáque ad compositiones potius perfectorum: iccirco hæc vt exactius explicarẽtur, admisti necessariò sunt alii pedes, quorum notis res ipsæ, quæ essent variæ, designari possent. Insertus igitur spondæus sedibus imparibus. Eius siue consilii siue consuetudinis ratio declarata est à nobis in septimo horum librorum. Anapæstus quoque ingessit sese, non sine magno decore. est enim pes admodum nobilis. isque non solùm sedibus peregrinis, id est imparibus, sed etiam legitimis. Id quod apud omnes Græcos videre est. De dactylo quid dicendum? nam si spondæus interponitur, quare non & dactylus? fortasse quia trocheo similior: à longa nánque incipit. anapæstus iambi naturam imitatur: à breui enim capit initium. Nos tamen in Nemesi numeris ita consuluimus, vt metum & fugam de qua loquebamur, exprimeremus. Quum itaque posset sic, vel luculento carmine,

Illiberali excuſſa ſunt metu omnia.

Maluimus ad hunc modum:

Illiberali excuſſa ſunt omnia metu.

Verùm hæc potius ad quartum librum spectãt. Apud omnes passim in iambicis dactylus inuenitur. In septimo horum librorum posuimus exempla, quibus in vltima sede sit tribrachus. Illis etiam hunc addes ex Alexidis Hippisco fabula,

ἰῶ, εἶδα κἀγὼ πρὰ πολίτων ἡμέτερον.

De Scazontibus alibi diximus. Tum Græci tum è Latinis Boetius in quinta sede spõdæum Sca- ter- statuere (is enim in iambico recto ibi quoque collocatur) non dubitauit. Nos puriorũ authoritatem sequuti, negamus id ita factum oportere aut decere: sed iambum semper ei loco deberi: ne versus tractu ipso tam morosò lãgueſcat.

TROCHAICI.

CAPVT XXXV.

TRochaici ad Iãbicorum leges quàm proximè accedunt. admittunt enim spondæum, dactylum, anapæstum, tribrachum, proceleumaticum. Eò differunt, quòd sedes impares seruant ut intactæ: idque multo diligentius quàm in Iambicis pares.

Comici tamen nostri tam hosce quàm Iambicos adeò contaminarũt, vt omnibus locis hos omnes, atque etiam ipsum Creticũ indiderint quemadmodũ fusius in Epinomide scriptũ est.

ANAPÆSTICI.

CAPVT XXXVI.

ANapæstici longè laxiores. omnes enim sibi pares admittunt pedes, dactylum, spõdæum, proceleumaticũ, nulla sibi propria seruata sede: adeò vt toto in versu Anapæstico sæpe anapæstus nullus inueniatur. Atque ex Anapæstico Dactylicus plerunque fieri queat. quemadmodum noster ille:

Nulla ſouet pietas pietatem.
Pietatem nulla ſouet pietas.

Quinetiam fabularum authores Anapæsticum iambo contaminarunt: vt apud Archilochum eo versu,

Ἐ'εσμοιόδη χαείλαε.

Nam quod aiunt etiam à Cratino factum, fortasse verum sit: neutiquam tamen eo versu quẽ adducunt ex eius fabula Vlysse,

Νέφ- ἱερήιον τόδ' ὀρῶμαι.

Est enim trimetrum hypercatalecticum, quod ob quædam prouerbia, Prouerbiale cognominatum est.

Ποτὲ δ' αἰτῆμαι ὡς ἐχόρευσα.
Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοισι.

Etsi multa prouerbia aliis versibus. Multi versus eiusmodi sine prouerbiis. Dactylus tamen contra leges videtur admissus. Nam tametsi est ἰσοῤῥοπία, id est æquipollentia: tamen est ἀντιθέσεως, contraria dispositio. Itaque in Trochaico iambus nullus, neque in Iambico trochæus vllus. Spondæus autem non iniuria mistus fuit. Est enim par συλλαβῇ: id est temporum comprehensione. Quòd si verum est, non est verum quod dixere, versum illum esse catalecticum,

ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἐλάθουν.

Etenim in longa penultima duarum breuium comprehensio est. Eiusmodi tetrametra Archilochia suprà vocabamus: alii malunt Aristo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

phania. quod nomen non quit deduci tanquam ab inuentore, sed ab vsu. Nam Cratinus ante hunc, & ante illum Epicharmus eo versus genere vsi sunt. atque Epicharmum quidem eiusmodi mensura duas aiunt scripsisse fabulas. Quinetiam apud Aristoxenum Selinuntium, cuius ipse quoque meminerit Epicharmus, talē versum inueniri. Fuerūt autem huic similia carmina, quæ vocarunt Laconica, in spondæū, non in anapæstum desinentia: è quibus illum circunferunt,

ἄγετ' ὦ σπάρτας ἴτυν ἁδὺν κοῦροι.

Nihilo deteriore lege conditur proceleumatico. est enim ἰσόχρονος. quo vsus est Aristophanes:

τὰς ἁβὺς βαδίσματα τὴν ὑπόσυτο βερενίκην.

Qui immeritò nonnulli πυῤῥιχιακὸν appellarūt. & sane sapit hyporchemata: de quibus libro superiore latis.

DACTYLICI.

Caput xxxvii.

DActylicis castigatiores spondæum tantùm interponunt: raro proceleumaticū. Siquis alius interuenit pes, licentia est. Nanque & iambum & anapęstum videmus apud Virgilium. Etiā Creticum putarunt Grammatici illum:

Insulæ Ionio in magno.

Ego nihil minus. nam Græcorum exemplo diphthongi amittūt tempus vnum sequente vocali. Proceleumaticus autem, quemadmodum alibi quoque diximus, aut expressus est, vt *Capitibus:* aut non, vt *Ariete*, in hac enim voce quasi trisyllabum sonum audis, vbi voles, facta tertia litera ex vocali consonante: sic & in illa, *Genua labant.* Potes enim audire, *Genva* tanquā disyllabum: Eadē ratio apud Horatium in nomine, *Nasidieni*: & in voce *Pituita*: sed de his alibi quoque, vt dicebamus.

Nobilissimus dactyllicorum Senarius catalecticus, multas inuenit pro re appellationes. Heroicus dictus, qui bella caneret. Orpheus, Linus, Musæus, Homerus, & alii ad Hymnos trāstulere. Idem Musæus etiam ad amores, verùm tragicos. Hesiodus, Nicander, Aratus, Oppianus ad narrationes ac præceptiones. neutiquā tamen nomen illud illustre propterea mutauere. Dictus Heroicus etiam Pythius, quia inuentum Apollinis prædicarent. Tradūt enim Phæmonoen primam extitisse quæ eo carminis genere Delphis fuerit vaticinata.

Ab ipsis dimensionibus etiam consequutus est alias atque alias appellationes. κατὰ πόδαλον nominarunt, cum binis dactylis singulos apponis spondæos. insurgit enim cum dactylo ad pugnā & pedem figit in spondæo, vt manum conferat: deinde duobus dactylis præliatur: tum quiescit in victoria cum spondæo. Rarum carmen est:

Ernerint Danai, quæque ipse miserrima vidi.

Periodicum verò est alternis, incipiens à dactylo:

Italiam fato profugus Laviniaque venit.

Bucolicum, vt quintæ vocis & dactyli idem sit finis: vel dactyli, inquam, vel spondæi. multis exemplis,

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Sapphicum dactylos quatuor duobus claudit spondæis:

Claudere dactylicas acies geminis spondeis.

Spondiacum integrum rarum inuenias. Lucretii ille est in sexto:

An cælum nobis naturam introcorruptam.

In trimetris autem dactylicis, vt spondæus primo sit loco: qualis apud Boetium.

Cum Phœbi radijs graue.

Inter quos alios eiusmodi & quæres & iudicabis.

HENDECASYLLABI.

Caput xxxviii.

IAm Phalecii quàm Sapphici Hendecasyllabi temporum variationes passi sunt. Diximus enim Sapphicū genuinum obsidere dactylum binis vtrinque trochæis,

Seu Sacas, sagittiferosque Parthos.

Quem postea fecerunt stabiliorem, secundo trochæo in spondæum mutato. Phalecium autem verum iidem tantùm constare pedibus, trochæis & dactylo. quare primū esse trochæsi oportere. quem quum in spondęum mutatum videret Catullus, ausus est etiam iambum, alii etiam pyrrhichium substituere: neque id inepté. Laciui enim maximè omnium sunt. Quibus igitur omnia canere liceret, omnibus quoque modis & posse & decere iudicarunt.

IONICA A' MAIORI.

Caput xxxix.

IOnicis à maiore non minor iniuria, quàm anapæsticis facta est. Ita enim profitetur Terētianus, vsum sequutus, non rationem. Pedes diuersos inseri posse: modò constēt tempora, neque sedibus, neque cōiugationibus vllis seruatis. Quare eorum quempiam quū legis aliquādo, nihil minus agnoscas, atque Ionicum à maiore. Eo ille carmine & frequens est, & feliciter vtitur. quare qui volet inde petat. Summa tamen hæc est: Quum tres Ionicos à maiore pedes posueris, semipedem subdis, id est duas longas. Quare quum longas omnes in breues queas resoluere, colliges duas & viginti syllabas breues: quæ proceleumaticos quinque ac semissem conficiunt. Exēplum non posuit Terentianus, sed curtum illud,

Perit, abit anipedis animula leporis.

Nos tamen, quemadmodum dicebamus, & longissimos & multos dedimus. Quòd si primā tantùm syllabam longam corripias, fiet primus pes anapæstus. exēpli gratia. pono versum hunc integrum, non corruptum.

Hic

Hic integer & purus erit versus amœnus.

Sic mutato,

Hic & integer.

Quòd si manente prima longa, secunda dissoluatur in duas breues. fiet dactylus, sic:

Hic brevibus & impurus erit versus, &c.

Atque ita aliis quoque locis euenier. quare post duos Ionicos, aut eorum totidem vicarias syllabas tres trochæos inuenias: vt in illo,

Post Ionicum bis positum dabis trochæos.

In tertio tomo de Sapientia & Beatitudine, ex septem trochęis dedimus, & cum cauda Elegiaca, ad varietatem.

ELEGI.

Caput xl.

ELegi inter dactylicos aut anapæsticos erant statuēdi. Cæterùm ob varietatem distraximus. Negant quidam præcisionem siue cæsuram Elegiacam esse breuem posse. addunt rationem, propterea quòd si anapæstis metiare, nequeat consistere. necesse enim est tertium pedem esse spondæum. quòd si penthemimeris illa sit breuis, iambus fiat. Nos in nostris poematiis eam legem nequaquam seruauimus, maximorū exemplo virorum. Catulli illud est,

Perspecta exigitur vnica amicitia.

Illud Propertii,

Vinceris aut vincis: hæc in amore rota est.

& ille,

Aut pudor ingenuus, aut retinendus amor.

Illud Tibulli,

Lacteus & mistus obriguisse liquor.

Hic Ouidii in quarto de Ponto,

Indignus effectus omnibus ipse magis.

Præterea apud Simonidem in disticho, quem modo posuimus, id neglectum est. Horatius quoque in alio versus genere æquè cæsuram illam breuem admisit. Quinetiam Virgilius toties, non in ea syllaba quæ sola relicta penè ignoratur qualis sit, vbi nō cohæreat: sed etiam in ea quæ subit facítque pedis initium.

Omnia vincit Amor, & nos cedamus Amori.

Poterat enim,

Sic nos cedamus.

Verū Poetæ authoritas sese tuetur iudicio, ita vt temporis iacturam in syllaba numerorum elegantia redimat. Sed de his suprà quoque.

Nec, quemadmodum dicebamus, verum est quod aiebant: Elego semper finiri sententiam. nánque ab Elegiacorum nullo id seruatum inuenias.

GALLIAMBI.

Caput xli.

GAlliambicus facetissimus ac venustatis plenissimus versus. In prima sede anapæstum recipit: quem mutat in spondæum aliquando. Præterea etiam Creticum & proceleumaticum. In secunda iambum: pro quo tamen etiam anapæstus ponitur interdum, & meliore iure tribrachus. Eadem verò licentia spondæus quandoque anapæstus. quare dactylus quoque sese ingessit. Tertiam sedem haud alius ferè subit pes quàm iambus. Quartæ & quintæ dactylus debetur: sed ita vt à quinta nunquam dimoueatur. de quarta cedat, quod mirum est, etiam iambo. Sextus & vltimus locus semper habet anapæstum.

ALII AFFECTVS.

Caput xlii.

EST & ille affectus, quo versus in versū mutatur. Nam & hoc in natura fieri & apud Theophrastum legimus De plantis, & apud Aristotelem De animalibus, vt aliqua ex quibusdam fiant. Terentianus multum operæ posuit, vt hæc doceret, additis aut interpositis verbis aliquot. Sed & suprà scripsimus quædam de recurrentibus, quos Anguineos aliqui vocarunt: eam quidem ob causam quia reflectuntur. Verùm vox minus ex analogia: tametsi reperitur apud Poetas. Et hîc addemus exemplum vnum de transpositione. fit enim permutatis sedibus, nō vocibus, vt ex trochaico iambicus effici possit, atque è contrario. *Ang nes.*

Optimum ius, lex amica, vox diserta.

Diserta vox, amica lex, ius optimum.

Verùm iam modus esto. neque enim Grammatici sumus, sed Poetam creare instituimus.

LIBRI SECVNDI,
QVI ET HYLE INSCRIPTVS,
FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IDEA

IVLII CÆSARIS SCALIGERI POETICES LIBER TERTIVS, QVI ET IDEA.

RERVM DIVISIO.

CAPVT I.

QVVM igitur Poema, quemadmodum dictum est, imitatio quædam sit: quatuor quærenda fuere. primum, quod imitemur: alterum, quare imitemur: tertium, quo imitemur: quartũ, quomodo imitemur. Sic enim etiam acutius quàm Aristoteles. Atque in primo quidem libro Poetices vsum ostendimus, atque eius originem simul & finem: quare imitaremur. vt scilicet humana vita compositior fiat. Quomodo autem imitemur, dicemus libro sequenti. Nam in superiore digesta sunt versuum genera, ac rationes quibus imitaremur. Nunc quid imitandum nobis sit, videamus. Igitur vniuersum negotiũ nostrum in Res & Verba quum diuidatur, verba ipsa & partes sunt & materia orationis, quæ iam à nobis explicata est: verborum autem dispositio atque apparatus, quasi forma quædam, de qua postea dicemus. Res autem ipsæ finis sunt orationis, quarum verba notæ sunt. Quãobrem ab ipsis rebus formam illam accipiunt, qua hoc ipsum sunt, quod sũt. Iccirco liber hic Idea est à nobis inscriptus, nõ iccirco quia eum Platonicis eo verser in errore, vt putem à rebus ipsis verba natura sua concreata esse: sed quia res ipsæ quales quantæque sunt, talem tantámque non illæ, sed nos efficimus orationem. Sicut igitur est Idea picturæ Socrates, sic Troia Homericæ Iliados. Quare iam propositum persequamur. Res omnis aut est persona, aut extra personam. Personam describimus, aut qua substantia est, aut quatenus afficitur accidentibus. Substantiam aut totam designamus, exempli gratia, quum in bello quis occiditur. Neque enim aut anima aut corpus deletur morte, sed Mezentius. Anima æterna manet. Corporis verò moles an eadem sit, quæ prius? hoc alibi declaratum est. Sic igitur tota substantia cadere solet in materiam Poeticos. vix enim aliter. quippe Æneam, aut Achillem, aut Cæsarem, quum referam, eorum potius virtutes, aut vitia, aut fortunam explicabo. Partes autem penè eodem modo considerantur. veluti quum animæ habitum describimus,

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras. &
Purpureum vomit ille animam. &
Atque in ventos vita recessit.

De corpore quoque haud dissimilia.

Truncumque reliquit arena. &
Iacet ingens littore truncus.

Accidẽtia verò, à Philosophis disputatum est, essẽtne animæ, an compositi, puta Herculis vel Cæsaris. Nam Stoicorum vanitas ridicula, qui qualitates ipsas corpora esse profitebantur. Ac sanè quæ corporis esse dicuntur: ea sine cõtrouersia illius sunt: veluti proceritas, crassities, atque eiusmodi: quæ cõstituta sunt in quãtitate, qualitate, situ ac dispositione partium & habitu. Quantitas est continua & discreta. discreta, veluti quum vnũ vni obiicimus in prælio. quum ducis vnius nutu rẽ agi declaramus: interdum plurium. Continua est in ea quæ magnitudo appellatur:

Præstanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, ac toto vertice suprà est.

Tum ea quæ de Pandaro & Bitia: quæ de Tydeo apud Homerum, ac de aliis scripta sunt. Qualitatum species multæ. verùm maxima ex parte à figura & colore pĩgimus personas. quẽadmodum Nireum & Tersiten Homerus. &

Excepto Laurentis corpore Turni.

Partiũ verò situm ac dispositionem in eodem genere constituimus: veluti quum capitis verticem fastigiatum declaramus, & dorsum gibberum, aut strumam in pectore. Etiam quæ ab euentu: sicuti quum dixit,

Moribundum extendit arena.

Italiam

Italiam metire iacens.

Et cernuus, & in caput, & supinus, & pronus, quemadmodum vbi dictum est,

Terram semel ore momordit. &
Semianimésq; micant digiti ferrumque retractant.

De ætate quæri possit, quod ad genus referenda sit. Nam temporis tractus in quantitate situs est. Signa verò ipsius, siue mauis dicere designationes atque accidẽtia, sub qualitate sunt. Velox, vegetum, tardum, languidum, marcidũ, canum, impube. quanquam hoc ad habitum potius. Sunt enim sub eo multa quæ tum corpori tum ipsi toti debeantur. Corpori, quale quod dicebamus, pubes, aut barba, aut coma, aut dentes. Toti, cuiusmodi vestis, equus, currus, arma, tuba, remus, aratrum, lorum, flagellum, calcaria, patera, & eiusdem rationis alia. atque etiam horum priuatio, quemadmodum vbi nudum quẽpiam fingimus.

Atque hæc quidem corpori: alia verò cuinã sunt attribuenda? Nam Hippocrates & alii prisci Philosophi animi morbos professi sunt. adeò vt ille delirium eius vitium putarit, cæterorum multi auaritiam, iracundiam: ac contrà, virtutes, prudentiam, magnanimitatem, & alia. Cæterùm huius rei iudicium ad seueriorem philosophiæ partem spectat. Hìc autem pro negotii præsentis captu sic digeramus. Animi potestates duæ: Intellectus, voluntas. Intellectus affectiones tres: nobilissima omnium, Sapientia: cuius finis, Beatitudo. Huius habitus priuatio nullum habet nomen, si nominis vsum cum ratione compares. Insipiens enim dicitur is vulgò qui & stultus, quisque temerè rapitur ad actiones. tollit enim vniuersum hoc quod cadere potest in animum consideratum. Erit igitur ille qui nullam sapientiæ partem possidet. At enimuerò qui possidet partem quampiam, non est ic circo sapiens appellatus. quum tamen in aliis loquendi modis aliter res sese habeat: quippe ἀγράμματος est qui nullam nouit literam. Grammaticæ tamen summam omnem qui non tenet, haud continuò ἀγράμματος. Est enim alius alio γραμματικώτερος: alius autem alio sapientior, qui verè dici possit, inuenies neminem. Est enim sapientia omnium rerum cognitio ad summum bonum, id est ad fruitionem vltimi primíque, qui est Deus, relatarum. Quarum sanè rerum notione qui caret, neque sapiens erit, neque insipiens agnosci debet. Proximus huic affectus nobilitate est is, quem primariam cognatámque nobis Rationẽ, sub Intellectus vocabulo nomi nãt Philosophi. Minor, quàm ille prior, ambitu & cõprehensione nobiliũ notionũ: maior tamẽ vi ipsa quadam quę hominis animo debetur incunti rationem omnium considerationũ. Nobiscum enim simul nascuntur cognitiones quædam, quæ omnibus æquè cædem, ab omnibus æquè item probantur. Cuiusmodi sunt propositiones illæ, quæ sunt quasi principia quædam cõtemplationum. quarum è numero eæ quę cum ipso sensu coniungunt intellectum, ac tanquam vnum efficiunt. qualis: De quacunque re alter utrũ verè diei potest. Est, Non est. & illa: Omne totum est maius sua parte. Horum Intellectuum finis est, Scientiam constituere. Contrarium autem in homine, quâ homo est, nullum habet sed extra hominẽ in iis quæ non apprehẽdunt. Tertius habitus est scientia, quemadmodum dicebamus, ab Intellectibus ortum ducens ad minores propositiones necessarias, à quibus cõstituitur. Eius finis est apparare Intellectum materialem, ad superiores intellectiones, atque per illas ei quasi gradum facere ad sui coniunctionem, atque vnionem cum Intellectu agente. Huius cõtrarium non vnius modi, nánque priuatio dici potest ignorantia, vel ignoratio, vel ignaritia verùm non vna ratione. Sanè aut tota penitus abest cognitio, quam ignorantiam priuationis vocabat Philosophus: aut cognitionis quædam inest facies, sed neutiquam suis picta coloribus. A' Peripateticis ἄγνοια κακῶν διαθέσεως dicta est. idque duobus euenire modis potest. vno, quòd sit falsa conclusio: non solùm è falsis, sed etiam è veris. veluti si dicas, Quadratura circuli non est in Natura: falsa est hæc. omne enim spæcium definitum, alicui definito æquale esse oportet. adde rationem: Quia nescitur ab hominibus. Hæc ratio vera est: quæ tamen ex seipsa falsam peperit scientiam. Altero modo, quum vera sit aut è falsis, aut non necessariis. non enim est scientia, sed opinio. neque ille qui eo habitu præditus sit, dicere queat, Scio: sed, Ita mihi videtur. Quapropter ex Critone minus rectè Platonici quidam sunt arbitrati δόξαν, siue opinionem, esse contrariam scientiæ. Nánque opinio quoque ipsa vera esse potest, atque ex veris. At verum vero cõtrarium nullum. verum, quod illi & nesciunt, & irrident stultè, contrariæ sunt forma quadam: scilicet quatenus necessarius & nõ necessarius habitus contrarii sunt. Hæc sub intellectu tantùm, communi omnia fine contemplationis. Sub Voluntate verò duo sunt habitus item: quorum principia in animo & ab animo diriguntur ad finem, qui tam extra hominẽ quàm in homine esse quit. vnus est agendi, alter faciẽdi. Agendi habitus morales dicimus. veris arque vniuocis speciebus. Faciendi habitus duo continent genera non vniuoca: quippe Prudentiam & Artem. Nam qui prudentiam inter morales nominarunt, mali fuere Metaphysici. Aristotelis enim libri De moribus, populares sunt. quinetiam potius supra vtrumque modum genúsque summum habituum statuendam arbitror. Nánque & iustitiæ & fortitudinis futuræ præuisas temperat actiones: & totas omnium artium dispositiones & digerit, & collocat. Est enim Habitus, præuidendi quo

Animi potestates.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicque tempore, quoque modo agendum A
sit, vel faciendum. Et quum morales habitus nos
bonos efficiant: neutiquam sola prudentia di-
cemur boni, neque verò quòd præuisio quædã
prudẽtia sit, iccirco sub notione tantùm ac pro-
pterea inter intellectus habitus statuetur. non
cum hoc distinguũtur Morales & Contẽplan-
tes. vtrisque enim communis est cognitio. sed
contemplantibus in seipsa stat: moralibus ad a-
ctum exit. Ita & prudentia, præuidet enim quæ
agat. Hæc iccirco dixi, quia Philosophus lata sa
tis diuisione intellectus habitus diuisit in hæc
quinque. Neque enim eodem modo aut ratio-
ne intellectus nostri habitus est sapientia & pru
dentia. sed de his satis. Quod supereſt eliciamus B
è necessaria diuisione duos habitus morales, iu
stitiam & fortitudinem. Omnes enim res aut bo
næ aut malæ. nam indifferentes semper in alter-
utrum vergunt. Bona igitur & appetuntur & pa
rantur, & seruantur, & communicantur. Hoc
est opus iustitiæ. nam & sibi & aliis habet quibus
fruatur & quibus alii vt fruantur facit. Admi-
nistras aut socias fouet, industriã, parsimoniã,
liberalitatem. Mala è contrario euitanda, fugi-
enda, & repellenda tam ab se, quod habet pro-
portionẽ cum eo quod est seruare bona: quàm
ab aliis, quod est simile ei iustitiæ parti quæ cõ-
municat. Hæc sunt officia Fortitudinis: cuius
duas fecere partes: pati, quemadmodum de A-
chille scribit Homerus: aut nõ pati, sicuti de A-
iace proditum est. Comitem aut sobolem ha-
bet magnanimitatem. Atque hæc hunc ad mo- C
dum. De Temperantia verò quid dicemus? Sa-
nè ea nullis rationibus à quapiam distincta est.
sed est mater & norma cæterarum omnium. Nã
si virtus est medius habitus inter extrema: nul-
la potest esse virtus sine Temperantia. Quine-
tiam ipsis in contemplationibus siquis, quemad
modum oportet, statuat modum, non sine tem-
perantia efficere possit. Hoc ipso est Liberalitas
id quod est, ne sit prodigalitas: Fortitudo, ne sit
temeritas: Iustitia, ne sit rigiditas. Vitia verò his
erunt contraria. ac sanè scio ab aliis aliter de his
proditum esse: verùm siquis contrà sentiat, non
laboro: magis ei laborandũ sit ne in ipso sapien-
tia & iudicium requiratur. Ad faciendum autẽ
artes comparatæ sunt. eæque duplices. Nánque
aut materiale quippiã conficiunt, aut construũt D
immateriale. Immaterialium nobilissima, quæ
fabricat instrumentum rationi: ea est Dialecti-
ca, artifex Syllogismi. Huic proxima Oratoria.
nánque illa necessaria, hæc vtilis. Duæ præter-
ea, quæ voluptatem cum vtilitate coniunxere.
Materialium artium illustrissima Medicina. cu
ius pedissequę omnes, quę ad vitam victúmque
paratæ sunt. etiam Fabricæ genera omnia. nam
quod aramus, quod ædificamus, ea omnia ad
vitæ finem diriguntur: cuius magister est Me-
dicus. Non igitur, quemadmodum dicebat Pla
to, sola coquinaria medecinæ serua est, sed & a-

tium ipso.

gricultura, & architectura, & alia omnia quæ-
cunque seruant id quod semper corporis, sæpe
etiam animi est in nobis. Iurisprudentia ex ma-
trona facta est meretrix, ex regina tyranna, ex
matre nouerca. Mercatura certis locis necessa-
ria est: in quibus nõ nisi ex conuecto viuere que-
unt. Militaris, beluæ est, quũ infers bellum: quũ
tueris fines tuos, hominis. Reducuntur autem
omnia hæc artium genera ad summa duo. Quę-
dam enim eiusmodi sunt, vt id quod faciunt tã-
tisper dum faciũt, sit: postquam factum est, non
sit amplius. qualis est cantio, saltatio, luctatio.
Aliæ è contrario, id quod faciunt, dum faciunt,
non est, sed fit: postquam verò factum est, est.
veluti Fabrica. Ædes nánque dum fiunt, nõndũ
sunt: sed postquam factæ sunt, sunt. Quare in his
quoque id est considerandum: quod quædam fa
ciunt, quædam factis vtuntur: vt sint artes ex ar
tibus. Exempli gratia, Nauim fabricat nauicu-
larius, nauta verò facta vtitur. Orationem fecit
Isocrates, vsus ea est Archidamus. Fecit fabulã
Terentius, egit histrio. Instituit Terpander mo
dos, nos his vtimur. Has verò cunctas ita distri-
buas, vt ad duos diducas fines. ad vsum commu
nem, aut priuatum. Communem intelligo, vt
vico, oppido, vrbi: Politicum vocãt. Priuatum,
vnius, aut sub vno paucorum, OEeconomicum
appellamus. Nam ista nostra monstra, quæ Mo-
nasticum addidere, non intelligunt Hominem
esse animal sociale: Solitarium verò, quem Ari-
stoteles μονότην & μονέρη vocat, aut deum aut be-
stiam. Apud veteres vnicum exemplum habes,
sed coacti ac deportati Philoctetæ. quem tamen
ex ea quoque vita cõmunem ad vtilitatem re-
duxere. Chiron etiam, qui secretam à reliquis
mortalibus vitam ageret, non tamen sine illis es
se voluit, siue ipsi sese socios, siue etiam discipu
los esse vellent. Hoc autem vniuersum viuendi
genus ad veterem diuisionem accommodare
poteris, vrbanum, rusticum, militarem: in qui-
bus omnium personarum statum atque condi-
tionem & agnoscere & describere conueniat.

Iurisprudentia.

Militaris.

Extra personam habes cætera omnia: Cor-
pora, vt ensem, equum, librum: non corpora, vt
orationem, prælium, sacrificium. Locum, in cæ-
lo, terra, aqua, aere, igni. Tempus, & temporis
partes atque occasiones. Euentus. Hæc autem
aut sine persona sunt, vt ventus, fluuius: aut à
persona proficiscuntur, vt pugna, pax: aut perso-
næ sunt, vt clypeus: aut cum persona, vt tempe-
stas, serenum, fulmen, pluuia.

A' duobus autem principiis manare atque
pendere cuncta intelligendum est. Alterum est
Natura, alterum Fatum. Natura est, quo
quicque constat. Fatum quo quicque fit.
Itaque omnibus in rebus per Naturam est,
τὸ εἶναι. Priuatim autem in personis est τὸ ἤθος, καὶ ὁ βιωτός. Nam qui voluntatem nostram
Fati seruam aiunt, vehementer errant. In Fato
autem est id, quod Fortunam, & quod Casum
vocant.

vocant. Est autẽ ἦθος qualiscunq; affectio, à qua A
ἤθος ideſt mos pẽdet. est enim ἦθος iracundia, cõ-
suetudo autẽ irascẽdi ἤθος. quare neq; inanima,
neq; arbores tametsi sũt animantes, habẽt ἦθος,
sed πάθος: quemadmodũ etiã docuit Theophra-
stus. differt autem ἦθος & πάθος nõ solùm gradi-
bus, vt aiunt, ita vt πάθος sit ἦθος vehemens: sed
quia ἦθος est principium agendi, πάθος autem pa-
tiendi. Itaque qui perturbatur, πάθος habet: vt
inuidus. qui perturbat, ἦθος: vt iracundus. Ac
quanquam in omnibus est perturbatio, tam iis
qui perturbant alios, quàm iis, qui ab aliis per-
turbantur: tamen qui propriè loquentur, ita di-
cent: vt ἦθος exeat ad actionem: πάθος comparet
ad receptionem. & sit πάθος τῷ ἤθει fundamen-
tum. Cùm video miserum, patior. Ea est quidẽ
misericordia, quæ creat munificentiam. erit hæc B
ἦθος. Sic patior accepta iniuria. Hoc parit forti-
tudinem, ad depulsionem. ἦθος est fortitudo. Il-
lud quoque animaduertendum est, ἕξιν & ἕξιν
idem esse quod ἦθος. ἦθος tamen esse à natura. ἕξιν
autem à consuetudine potius. ἕξιν quoque
non differre ab eo quod est ἕξις, nisi quod ἕξις est
iam confirmata habitudo. ἕξιν autem & para-
bilis, & delebilis. Ac fuere quidem nonnulli ex
antiquis, quibus neque Fortuna, neque Casus
quicquam essent præter Fatum. omnia enim ex
causarum pendere connexione. Alii maluere
talia esse quædam: quædam verò sine causa ne-
cessaria euenire: quæ si esse possent in consulta-
tione posita, Fortunam fecerunt authorem: sin
temere atque ab inanimis proficiscerentur. ex-
empli gratia Montis ruina: Casum nomina- C
runt.

EXPRESSIO PERSONARVM cum exemplis.

CAPVT II.

HÆc quæ natura ita constant, in Na-
turæ sinu inuestiganda, atque inde
eruta sub oculis hominũ subiiciẽda
erunt. id quod vt quàm cõmodiſ-
sime faciamus, petenda sunt exempla ab eo, qui
solus Poetæ nomine dignus est. Virgilium in-
telligo: è cuius diuino Poemate statuemus va-
ria genera personarum. Constituuntur autẽ vel D
ex necessario, vel ex verisimili: in quibus eodẽ
tenore seruandum quodcunque propositum
fuerit ab initio. Est autem necessitas aut sim-
pliciter, aut ex aliis pendens. Simplex necessitas
rara est in rebus humanis. Proportionem tamẽ
habet quãdam in vitæ tuitione. Proxima huic,
qua dignitatem vindicamus. Quæ verò aliunde
pendet, est: veluti cum Æneas profugus à solo
patrio nihil nõ molitur, vt alieno potiatur. Cæ-
terùm qui sit iustus, pius, fortis, nobilis, neuti-
quam malis artibus affectet id, sed iure aliquo
consequatur. ita regni particeps, Chartagini. In
Italia: quia inde Dardanus: & Latini gener. A'
verisimili, nemo quæ deducenda sunt, ignorat.

Necessitas.

Natura in his ante oculos habenda est. Sunt i-
gitur aut simpliciter pictæ, aut cum iis quæ ad
eas pertinent. Qualia sunt, Genus, patria, condi-
tio fortunæ, animus, gesta, ars, habitus, & alia e-
iusmodi, quæ nonnulli græcorum περιγράμματα, no-
stri barbari iccirco circumstantias appellarunt,
Aristoteles τὰ περίλογα. Narratio simplex,

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incesſit.

Adduntur, vt dicebam, mores, sexus, ætas,
officium:

Huic coniunx Sichæus erat ditissimus agri
Phœnicum. Statum à coniugio habes, Fortu-
nam à diuitiis, Genus à Phœnicia. addit affe-
ctum:

Et magno miseræ dilectus amore. Tum autem
fortuna & habitus vitiosi:

Sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

Contrà alibi virtutem cum fortunis, & eue-
tu. *Cadit & Rhipheus ditissimus agri Qui fuit in*
Teucris & seruantissimus æqui. In VII. li. autem
status, fortunæ, ætas cum facto viri studiosi, &
euentu:

Seniorque Galesus
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausonijsque olim ditissimus aruis.

Item officium, & affectum consanguinitatis,
atque pietatis:

Panthus Othryades Phœbi Trinæque sacerdos,
Sacra manu, victosque deos, parumq; nepotem
Ipse trahit. Neque enim suorum oblitus,
neque sacrorum vir pius. nanque & deos fert,
qui ambulare nequibant: & nepotem trahit, qui
aui passus æquare non posset. summo in vitæ
discrimine, sui & consilii & operæ participes a-
lios fecit.

Personam verò cum habitu multis in locis
habes, venatricis:

Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix: dederatq; comam diffundere ventis.

Militaris verò in Mezentio, Turno, Ænea:
atque aliter in Camilla, & Penthesilea. & in
clypeo

Virgatis lucent sagulis. & in XI.

Procul Ornytus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenci
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malæ texere lupi cum dentibus albis. Chlo-
rei quoque habitum sic:

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Casside. tum croceam chlamydemque, sinuq; re-
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro, (pantes
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

Sic multa quoque ad eundum modum de-
scribuntur in Clypei historiis. quemadmodum
contrà, nudos quosdam vt in pugilatu. Et de
Herminio.

Nudo cui vertice fulua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsaries, nudique humeri.
& habitus ipsius corporis,
Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis. &
Ollis ingens barba reluxit. &
Magna lassa acertosque Exuit. & de Pandaro,
Impubésque immani vulnere malas. &
Ipse caput nitidi fultum Pallantis & ora
Ora modis pallentia miris. & Æneas,
Os humerosque deo similis. Nanque ipsa decoram
Cæsariem nato Genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. &
de Cupidine,
Flagrantesque dei vultus, simulataque verba.
Animi verò habitus, & ab eo manans actus,
vt de Cyclope,
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
& de Mezentio,
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis, &c.
Ita aliter agrestes describuntur, vt in octauo diuinitus,
Gensque virûm truncis & duro robore nata,
Quæ neq; mos, neq; cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.

Contrà vmbratilem personam, & domi factiosam facito, ac sui confidentem. atque alienæ gloriæ obtrectatricem. Qualia de Drance scribit,

Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello
Dextera: Consiliis habitus non futilis author:
Seditione potens.

Interdum verò non descriptione personæ, sed appositio facto eam declarabis quemadmodum in primo cuiusmodi esset Bitias ex illo cognosces,

Ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

Sic Iopam intelligis bonum poetam, bonúmque philosophum, ex iis quæ ibi describuntur.

Hic canit errantem lunam, solisq; labores, &c.

Maximè verò confert ad poematis condimentum, quod de genere, & patre, ac patria poni solet. Quorum exempla erues è catalogo vtriúsque exercitus tam Turni, quàm Æneæ. Sic Caci Vulcanum patrẽ facit, sic Cæculi. Drancis genus condiuit varietate:

Genus huic materna à stirpe superbum
Nobilitas dabat. incertum de patre ferebat. Sic de Auentino.

Addimus autem quasdam quasi causas interdum: quare aut tales sint: aut sic faciant. vtque aut habituum, aut facti sint causæ. Itaque cum Daretis personam audacem, ac militarem: & pugilem describeret,

Continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnoq; virûm cum murmure tollit.

Addit igitur causam & susceptæ prouinciæ, & murmurantis vulgi. sic enim prædicabant,

Solus qui Paridem solitus contendere contra.

Deinde repetiuit primordia pugilatus: cuius gloriam Amycus, magnis eo in genere pugnæ rebus gestis sibi attribuerat. Itaque addidit & gentem, & nomen,

Victorem Buten, immani corpore qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & sulua moribundum extendit arena.

Quinetiam fatum apponimus aliquando, vel nudis epithetis, vel longiore oratione. Epitheta nuda. *pius Æneas: miserrima Dido: pulcher Iulus.* oratio fusior de Metapo,

Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro.

Et de Vmbrone, qui serpentũ tollebat noxas,

At non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit.

Euentũ quoque post fatum adiũgere solemus,

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.

Ætatem verò sic distingues: vt tametsi cuiuis hominum statui eandem ascribis: non continuò tamen eiusdem modi statuas. Itaque agrestem duriorem, ac firmiorem dabis auditori senem: quique non tam in opere senuerit, quàm cum opere cõsenuerit. Cuiusmodi Charon pingitur. Quos versus subieci necessariò, propterea quòd in his, & ætas, & habitus, & habitudo, & officium, & instrumenta continebantur,

Cui plurima mento
Canities addidit, *inculta*: &, *iacet*: scilicet neglecta. *Stant lumina flamma*, id est rigida. σκληρόφθαλμον enim delineauit. Cuiusmodi homines vel crudeles, vel pertinaces, vel impudentes iudicamus.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
non fibula: sicuti de Chloreo illo sacerdote suprà dicebamus. Deinde attribuit ex officio instrumenta

Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba. vt ne remum quidem dederit in crassa ac lenta palude nauiganti. Ætatem quoque peculiarem, *Sed cruda deo, viridisque senectus.* Quales à veteribus Græcis dicti sunt ὡμογέροντες.

Quòd si ascribes officium quod piam rarũ, atque inusitatum: licebit tibi subtilius atque accuratius scribere. Sinerit commune, ac vulgatum, simplicissima, ac breuissima narratione cõtentus eris. Itaque Magæ personam Poeta cũ vellet introducere, & artis tetigit capita, & ex historia vetere ortum repetiuit, summa sanè prudentia: quò rem faceret credibiliorẽ. Quinetiam vbi Magæ narrat scientiam, ipse nullam asserit: sed spem affert ex pollicitis personæ magna atque præclara de seipsa prædicantis. Qui mos horum est impostorum.

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos
Hesperidum templi custos, epulasque draconi
Quæ dabat: & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit: ast alij duras inducere curas:

Sistere

Sistere aquam fluuijs: & vertere sidera retro:
Nocturnosque ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

At eiusmodi miracula quũ agnoscit in Mercurio, quia deus est, simpliciore signauit oratione. Sic & minoris operæ functionem in augure longè adhuc simplicius:

Rex idem, ac Regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem.

Humilem quoque personam, atque eius officium nõ sine Ethopœia, & Oeconomia. Sic enim de fœmina paupere, & industria, in octauo,

– ceu fœmina primum,
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Impositum: cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penso: castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.

Aliunde quoque alias excipies, quarum exemplo comparare tibi possis aliarum expressionem. Nunc alia aggrediamur.

QVASI PERSONÆ.

CAPVT III.

DE personis igitur hæc. Sunt autem præterea quędam quasi personę. vt personæ fictæ. Qualis apud Maronem Fama: apud Ouidiũ Fames: operoſæ æquè descriptę ab vtroq;. verùm Virgilius in quinto simplicissimè somnũ descripsit,

Quem lenis Ætheriis delapsus somnus ab oris. & de Iride:

Mille trahens varios aduerso sole colores.

Ouidius autem somnum ambitiosissimè. Item quæ ad personarum naturam propius accedunt. cuiusmodi Alecto. Lepidissimè verò diuinus Poeta, quum haud ignoraret Atlantem esse montem altissimum: cuiusdémque nominis virum, qui ibi regnarit: vtrunque simul describit in vno: ita vt dum montem depingit, apponat humani corporis appellationes quasdam quibusdam partibus attributas. Nam latera ardua communi significato vel de viro, vel de monte dicere licuit. sicut & verticem, atque etiam caput, quanquam duriusculè. At vbi ait,

Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant. &, *–Glacie riget horrida barba.*

Ea vocabula nominauit, quæ hominis interesſent: Itaque audaciter etiam Senem appellare potuerit. His similia sunt, Sirenes, Harpyiæ, Diræ. Sed & in fabulis aliæ. apud Plautum Inopia, Luxuria, Lar, Arcturus. apud Æschylum, Vis, Necessitas. apud Aristophanem, Fas, Nefásque. paulò remotiora, Cerberus, Equi Turni & Achilli. Ceruus in septimo, Equus Elisæ, Ascanii. Serpentes Laocoontis. In quibus enarrãdis animaduertes plus, minúsne operæ positum. Nam Elisæ,

Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit:

At Ascanii Acrem equum vocat. non Ferocem ex farragine, & hordeo, vt ille Elisæ. Elisæ, qui tametsi fræna mãdit, & spumas edit, tamen eodem in vestigio stat. Descriptio autem illa ex arte & rei cognitione.

– Quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontémque ostentans arduus album.

Intellige enim frontem stella candida spectabilem, non autem totam albam. deteriores enim sunt. Maiore affectu quàm cura designauit equum Mezentii:

– Hoc decus illi:
Hoc solamen erat: hoc bellis victor abibat Omnibus.

vt & felicem faceret equũ, non solùm fortem. quin etiam fidelem agnouit quum mœrentem dixit. Sic etiam Pallantis equum flentem. Turni verò equi describuntur, non sine hyperbole:

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
Qui candore nives anteirent cursibus auras.

At Æneæ equi attribuuntur etiam supra omnium naturam.

Geminosque iugales
Semine ab ætherio spirantes naribus ignem:
Illorum de gente, patri quos dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.

RERVM DIVISIO.

CAPVT IIII.

RES, tametsi omne quod est, dici potest: ita vt etiam sub ea personæ cõprehendãtur: tamen disciplinæ causa, non solùm à personis, sed etiam à factis & ab operibus ipsis in præsentia separabimus. Facta igitur seu opera, sicuti dicebamus, aut sunt, dum fiunt: aut postquam facta sunt. Habent verò causam efficientem duplicem, naturam, & artem. Naturæ opus, quod est, dum fluit: generatio, corruptio, motus, augmentatio, diminutio, alteratio, dispositio. Alterius generis sunt, id quod iam generatum, aut corruptum, aut motum, aut auctum, aut diminutum, aut alteratum, aut dispositum. exempli gratia, homo genitus: homo corruptus ex quo cadauer factum est. Lapis, arbor, aqua, arena. Id tamen hic est considerandum. Natura enim laxa nunc accipitur: significatione etiam pro natura prima, id est Deo. Iccirco & quæ ille fecit, effecítque vti sint immutabilia: & quæ ordine naturæ fiunt, vtraque pro factis accipienda sunt. Quæ tamen libentius, & frequentius, & vulgatius rerum nomine appellãtur: quia posteaquam facta sunt, videtur à vulgo: dum fiunt, ignorantur. quare & cælum, & elementa, & animæ in eum censum venient. Apertius autem quæcunque ab arte efficiuntur, putà, vel nauis, vel nauigatio. Igitur de his omnibus scribendum est.

Quæ naturæ sunt, ita describenda erunt: vt nihil non verisimile videatur. Quæ verò arte fiunt, etiam cultus plurimus iis adhiberi potest. vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pictus acu tunicas.

Quæ autem supra fidem describuntur, ea cuipiam deo sunt attribuēda. Qualis Turni galea: Vulcani igitur esto opus. Sic Equi Æneę de genere eorum qui Solis vehunt currum. quippe Circes opera. Quod neutiquam sapienter Critici reprehendunt. Nam eadem ratione potuit Circe suffurari semen equorum, qua Solis esse filia. Illud quoque Callimachi damnant iidem. quod Ceruæ cornua attribuerit. Cur enim non? cui etiam credas cantanti aurea fuisse illa: præterquàm quòd in Gallia Cerua item cum cornibus nostris temporibus & visa, & capta est, cuius etiam nunc seruatur caput. Sic quum loquitur Achillis equus: à Pallade datum sermonem. Quum mutantur in Nymphas naues, à Cybele opus fuit.

Naturæ factum, Tempestas illa in primo, quę eò luculenta est, vt ne à natura quidem illustrius committi queat. Pestilentia in 3. Æneidos, & in 3 Georgicôn. Alterum genus operis naturalis est, Mons, Fluuius, Portus. cuiusmodi in primo: quo in loco tametsi nullus vnquam extitit, tamen satis est talem esse potuisse. Nam etiam nũc cum aquis dulcibus aliquot videmus.

Artis autem opera multa sunt, Ædes, Ara, Vrbs, Templum, Ensis, Iaculum, Aratrũ, Nauis, & eiusmodi. vt agger, alueꝰ, fossæ, pinnæ, propugnacula. Alterius generis, ædificatio, nauigatio, prælium, fœdus, altercatio, iudicia, mercaturæ, sacrificia, votæ. Hæc omnia quæ imiteris, habes apud alteram naturam, id est Virgilium. In primo vrbem ædificat, in secundo diruit: in tertio naues molitur, in primo destruit, in octauo arma fabricat, in multis locis discindit. In septimo procurat munitiones: quas haud multò pòst oppugnat. Actiones quoque & negotia, vel ciuilia, vel sacra, vel militaria item multis in locis. Nauigationem, venationem, obsidionem, oppugnationem, exilium, fugam, impressionem, amores, ludos, vaticinia, sacrificia: auspicia vrbis in octauo. Concilium inter cælites, alterum inter mortales, legationem, societates militares, funeris pompam: fœdus ictum: fœdus turbatum. Mortes autem quas frequentes necesse erat describere, nunquam eiusdē modi. Fato suo fungitur Anchises. Misenus ab æmulo Tritone ob inuidiam & temeritatem. Palinurus ob fidem. Lausus ob pietatem. Mezentius ob vltionem. Pallas ob audaciā. Aruns ob perfidiam. Camilla ob fortitudinem. Turnus ob auaritiam, & gloriam spoliis detractis. videbis quoque in ipsis prœliis tot diuersos modos, quot intereunt viri. Præterea aliter cædem ab insidiis, quum Sichæus obtruncatur in primo, & in tertio Pyrrhus. Hi igitur incauti, & ante aras necopinantes: at longè aliter in septimo:

Hic iuuenis primam ante aciem stridentè sagitta
Sternitur.

Est enim in prima acie, & iuuenis, id est audax. Addimus autem interdum causas nominatim: sunt enim tempestatis effectores,

Vnà Eurusque notusque ruunt, creberque procellis
Africus. Item causam finalem,
Hoc metuens arcebat longè Latio.

Interdum rem ipsam præcisè ponimus sine causa, vt in illis,

Olli cæruleus supra caput astitit imber
Noctem hyememque ferens.

Illud verò cum causa, vbi Æolus ventos immittit. etiam causa ipsa prima: Iuno enim mouit Æolum. Quin & ipsa mota est tum ab iniuriis ibi enumeratis, tum ab officio, quod præstare volebat Carthagini. Interdum verò etiam τὸ συμπαν. Nam in tertio Georgicôn pestilentiam sine causa posuit. in tertio Æneidos non tacuit:

Tum sterilis exurere Sirius agros.

Atque hæc quidem ita scribuntur, vt sunt: ea verò quæ oculis subiici nequeunt, arte quadam occupantur. Hectoris enim raptationē non poterat pingere pictor in primo Æneidos: nanque ter eum raptauit Achilles: itaque per tempus declarauit,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Est etiam facti θέσεως, ordo. Quem interdum peruertimus ad tollendam satietatem. Nam quantum ineptiarum effudisset in aures auditorum: si dum fabricaret Æneas naues, interposuisset Cybeles concilium? At eius rei fabulam eousque distulit, vbi naues ipsæ vrendæ essēt. Sic & Camilla quum adducit turmas suas, eius natalia nō descripsit, quemadmodum Cæculi, & aliorũ in Catalogo. sed ex Dianæ narratione. quàm aptè non est disputandũ. Nam Critici hoc damnantes, nihil aliud quàm Grammatici sunt. Simul historiam texit: simul addit causam, propter quam velit de Arunte sumi supplicium. Aliquando autem seruatur ordo diligentissimè: quem velim contemplère in quarto. Dido primùm per se tentat Æneam auertere à sententia. vbi non procedit, per Annam. hæ preces: quas frustra esse quum videt, ad minas se conuertit. tum sperat flectere. vbi desperat, mortem orat. Quam quum haud impetrat, decernit à seipsa. Tempus eligit, & modum. postremò peragit. Quo in dramate habes omnia, personam, consilium, factum, causas, tempus, locum, modum, affectum, instrumentum, euentum.

LOCVS.

Caput v.

Loci descriptio erit aut simplex, aut cum superficie. Est autem superficies non illa mathematicorum, id est extremitas lata corporis: sed quod à Iureconsultis vsurpatum est, murus, nemus, ara, meta. Interdum etiam adiungimus vsum, & commoda, atque incommoda. Locus simplex:

Portus ab accessu ventorum immotus & ingens.

In

In eodem operosius:

Portus ab eoo fluctu curuatur in arcum.

Adhuc autem nitidius, in primo,

Est in secessu longo locus: insula portum Efficit.

& quæ sequuntur: eum superficie.

Lucus in Vrbe fuit media. Vsus autem & conditio, in quinto:

Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera Cauri.
Tranquillo silet, immotaque attollitur vnda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.

Interdum additur nomen,

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Diues opum. Admiscuit & fortunam,
Priami dum regna manebant.
Nunc tantùm sinus, & statio malefida carinis.

Sic Italiam describit, in primo: & nominis mutationem narrat. Sic Thraciam, in tertio: & nomen ponit non directa oratione. neque enim ait, Thracia dicitur, sed *Thraces arant*. Vsum quoque, in secundo,

Limen erat, cæcæque fores, & peruius vsus:
Tectorum inter se, & quæ sequuntur. Sic in xii, locus, vbi Turnus educit copias:

Est curuo anfractu mollis, accommoda fraudi,
Armorumque dolis: quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinque latus: tenuis qua semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni
Hanc super in speculis, summoque in vertice montis
Planities ignota iacet, tutique receptus.
Seu dextra, lauāque velis occurrere pugnæ:
Siue instare ingis, & grandia voluere saxa.

Ætna quoque mons, & castra, & Carthago, & alia loca poterunt tibi esse exemplo: quo diuinitatem illius viri queas imitari: quemadmodum ex illis,

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinque latus nemoris; medioque fragosus
Dat sonitum saxis, & toto vertice torrens.
Hîc specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces.

TEMPVS.

Caput vi.

Tempora autem sic inibis rationem. Modò enim annorum seriem dispones: modò anni partes: alias habitudines, quas κατασκευὰς Græci vocant. Quemadmodum in tertio & pestilentem, & sterilem pingit annum. Aliquando temporis articulos vel in die, vel in nocte. Idque aut simpliciter, aut cum αἐρίας serenitatis, nubili, Lunæ, stellarum, tempestatum. Vsum quoque, & commoda, aut incommoda. veluti diem operi, serum quieti: noctem somno, consiliis, insidiis, furtis, somniis: Auroram lætam hilaris: mœstis importunam. Quo tempore etiam euenta noua comminiscaris. misce bis etiam, aut peruertes naturas. Exempli gratia, quum dabis vigilias nocti: quippe rebus perturbatis: aut attribues diei cessationē: idē quod desidibꝰ, an fesis designandum erit. Annorum series simplicissimè, in primo:

Hîc iam tercentum totos dominabitur annos. Sic,
Tertia dum latio regnantem viderit æstas,
Ternăque transierint Rutilis hyberna subactis.

Anni verò partes fusius. sic hyemē cum anno scripsit ille, in quarto:

Interea magnum Sol circumuolitur annum:
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

& in primo Georgicôn,

Vere nouo gelidis canus cum montibus humor
Soluitur, & putris Zephyro se gleba resoluit.

Noctis autem vsum pauperioribus etiā ad opus: vt in octauo,

Inde vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum. Ceu fœmina primum,
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi: famulasque ad lumina longo
Exercet penso: castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos. Alius finis in tertio Georgicôn,

Hîc noctem ludo ducunt: & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

At Elisæ curas affert nox, quæ aliis somnũ:

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora.
At non infelix animi Phœnissa nec vnquam
Soluitur in somnos: oculisue, aut pectore noctem
Accipit. Consiliis verò atque insidiis, in nono:

Cætera per terras omnes animalia somno
Lenibat curas, & corda oblita laborum:
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus
Consilium summis Regni de rebus habebant. Postea emittūt Nisum, & Euryalum. Somniis autem, in secundo,

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit:
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector.

Manè autem euentis, vt in tertio:

Postera iámque dies primo surgebat Eoo:
Humentemque Aurora polo dimouerat vmbram: Matutinum tempus.
Ignoti noua forma viri. Et in eodem:
Iámque rubescebat stellis Aurora fugatis:
Quum procul obscuros colles, humilemque videmus
Italiam. & in quarto,
Et iam prima nouo spargebat lumine terras Serum diei.
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Regina è speculis vt primum albescere lucem
Vidit: & æquatis classem procedere velis.

Serum autem diei receptui, & quieti, vt in tertio,

Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci:
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sortitis remos: passimque in littore sicco
Corpora curamus. fessos sopor occupat artus.

Temporis autem qualitates multum afferunt decoris: quemadmodum vbi lucidam, aut obscuram, aut subluſtrem noctem canimus: vt in tertio:

Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus: obscuro sed nubila cælo. &
-Manifesto lumine, quâ se
Clara per inserta fundebat Luna fenestras. &
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Habes etiam temporis effectus quosdam, non solùm affectus: vt in sexto,

Quàm multæ glomerantur aues, quas frigidus annus
Trans Pontum fugat, & terris immittit apricis.

INSTRVMENTVM.

Caput vii.

INstrumentum inter causas numerat Plato: cuius sententiam non temerè sequi debemus. Sub efficiente enim continetur. neque pura causa est: non enim mouet, nisi moueatur. Habent quoque ordinem inter se. Nam quædam sunt naturalia, atque iccirco anteponuntur artificialibus. Exempli gratia, quum Indi lapide expoliunt, atque etiam faciunt sagittas. Arte etiam facta alia aliis priora: veluti Malleus antecedit Ensem. Diuiduntur etiam hoc, quòd quædam sunt instrumenta ad agendum, vt fistula, nauis, currus: quædam ad faciendum, vt malleus, incus. Item alia ratione. aliqua enim sunt ad perfectionem comparata, veluti acus, malleus: aliqua ad destruendum, sicut ensis, & alia telorum genera. Faciunt tamen aliquid hæc quoque, puta ex homine cadauer. Sunt & alia tanquam instrumenta, vt equus. quæ omnia aliter atque aliter tibi enarranda erunt. Habes instrumentum naturale illa descriptione, ex duodecimo,

-Saxum circumspicit ingens:
Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Vides enim quibus gratiis adornauit instrumentum, quod simplex, ac rude ab aliis commodis ciuilibus, seu potius rusticis ad vsum belli transferret. quare addidit & illa,

Vix illud lecti bissex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem.

Aſt longè aliter arte factum,

Iámque diu dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit. Postquam arma dei ad Vulcania ventum est.
Mortalis mucro, glacies ceu futilis ictu
Dissiluit. fulua resplendent fragmina arena. Sic de hasta,
Actoris Aurunci spolium, quassátque trementem.

Habes verò multa. arma Æneæ, clypeum: Turni galeam: ensem Dauni: talaria Mercurii, virgam, sceptrum, lituum: & Miseni *remúmque* A *tubámque*, & multa alia: inter quæ etiam *fatalis ramus*, in sexto suum obtinet locum.

CAVSÆ.

Caput viii.

QVum res omnes causam habeant quampiam, adeò vt ne ipsæ quidem causæ careant causis: omnium enim rerum naturæ ad vnum Deum referuntur: causarum quoque genera & inspicienda, & digerenda erunt. Prima causa esse finis dicitur. Fine enim moueri efficientem ad opus ipsum. Nobilissimam esse itaque secundo loco efficientem. tertio formam. postremam censeri materiam. Ac finis quidem atque forma idem aliquàdo sunt. Natura enim quum molitur hominem, pro fine habere dicitur formam ipsam. B est sanè forma finis generationis. Finis igitur Æneæ nauigationis Italia. Habuit tamen principium ruinam Troiæ. Forma autem nauigandi potius intellectione comprehenditur, quàm extet re. Est enim nauigatio actio. Actionis autem vera forma nulla: quemadmodum ne materia quidem. sunt autem formæ aliæ naturales, aliæ artificiales. Naturales illæ, *Geminique minantur in cælum scopuli.* Artificiales illæ, *Instar montis equum. Treis imbris torti radios.* Materia naturalis, *Viuoque sedilia saxo.* Artificialis, *Sectáque intexunt abiete costas.* Finis, *Votum pro reditu.* C Efficiens, *Et ipse doli fabricator Epeus.*

MODVS.

Caput ix.

MOdus interdum significat, quod Græci μέτρον, id est mediocritatem. Sic enim dicimus, modicè, citra modũ, supra modum, intra modum. Aliquando latior ac fusior vis: quæ haud facilè definiri potest. Est enim in omnibus penè prædicamentis. Nam dicimus aliquo modo differre Circulũ ab Hecatontagono. quippe angulis. Et dicimus alio modo currere Leporem, alio Equũ, alio Cancrũ. Alio modo esse filiũ Cæsaris Augustũ, & alio Cæsarionẽ, alio modo, crescere spongiã in aquis antequã auellatur, alio in mensa post compressionem. Sic igitur intelligemus D modi notionem: præscriptionem cuiusque rei, siue suam, veluti quum lapis sua natura tantus, & talis figuræ, talis situs, hoc in loco: siue ab alio impositam, veluti quum ex eo lapide factum est sigillum Mercurii, bipedale, pictum minio, stans, in templo. Ea præscriptio tam animæ in moribus, quàm corporis accidentibus, in rebus inanimis, in tempore, loco, factis, dictis, & aliis si qua sunt. Igitur quum ira sit animi perturbatio, modo alio plebeius, alio nobilis irascetur. aliter è vulgo quispiam, aliter sapiens. Itaque Æneas in secundo,

Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem
Vlcisci patriam. Aliter idem irascitur ob amici

amici atque hospitis mortem, in XII,

Furijs accensus, & ira Terribilis. Aliter furit Turnus:

Talibus exarsit dictis violentia Turni. Alia est Iunonis ira, in primo: alia in septimo, postquam Troes potiuntur *Tibridis alueo*: alia in decimo, Veneris oratione stimulata. alia Elisæ quum abitum Æneæ aut timet futurum, aut factum dolet. Quibus è locis id assequimur, modũ esse in accidentibus, quod differentiam in substantiis. Quare quô est Æneas alius à Turno, differentiam dicimus, est enim alia substantia. Hoc verò, quô ille differt à seipso, quum ei nauiganti *soluuntur frigore membra*, & quum *furijs accensus & ira* Turnum interficit: id modum dicemus. cuius rei exẽpla facilè sumes. Iam quod primo quoque loco sese offeret, persequemur.
Varietas. De varietate suo loco dictum est: quæ vniuersa constituitur modis. neque solùm id, quod est totum, à toto altero diuersum constituitur: sed etiam partes. quemadmodum videmus AEneæ nauigationem, in primo, turbulentam, in aliis secundam. Semper autem id vnum expetere, vt naues incolumes cursum teneant, & in tuta se recipiant. At longè diuersus animus Tarchontis: quippe in solis armis spem ac gloriam ponere: interitum nauium, si aliter euenire nequeat, simul cum salute sociorum cõiungere: ait enim vir fortis,

Frangere nec puppim tali statione recuso.

Differre verò partes satis patet: quum naues quædam præter pauorem nihil mali passæ sunt: C nonnullę arenæ aggeribus circũseptæ etiam desperabant, alias *vicit hyems*. vnam fluctibus in mediis obrutam videre. sic cætera cõsiderabis. Dido enim deducitur in venationem ab Iunone, & Venere ob cõiugium. iccirco neque ferarum interitus, neque venationis exitus describitur. At verò Ascanius cùm in Latio venatur, ceruũ sauciat. ex eo enim belli primi motus excitati sunt. Alia ratio in primo, vbi dandum erat aliquid Teucris quod ederent. sine canibus, aut conatibus, septem cõfecit cõmodi atque vtilitatis, non voluptatis causa. Iã verò quot orationum genera? Ilioneo in primo habes luculentam. Habes & Venuli, quæ mera narratio est. habes in cõcilio deorum, in cõcilio Latini deliberatiuas. Sunt & apud Latinũ & apud Euandrũ D à Teucris: quas omnes inter se cõferes, vt earum modos, quibus differunt, obseruatos habeas tibi pro exẽplis ad diuinitatem illius viri cõsequendam. Quũ verò tota illa pars, quę sextũ sequitur librum, in cædibus posita sit: videamus quibus condimẽtis eiusdem cibi leuarit fastidium. Omitto quæ in excidio Troiano dicuntur: videamus cætera. Almon sic interficitur sagitta,

-sub gutture vulnus, & vdæ Vocis iter.

At Rhamnes dormiens. Ex duobus verò æquali in fortuna constitutis, alter fortior in hostes ruit *moriturus Helenor*: alter melior pedibus A *fuga salutem Quæsiuit Lycus.* Lucetium saxo Ilioneus: at aliter Latagum, *saxo atque ingentis fragmine montis Occupat os.* Aliter,

Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effudítque solo. Huic lora, & iuga subter
Prouoluere rotæ. crebro super vngula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.

Remulum Ascanius sagitta interficit: at Bitiam neq; sagitta, neque iaculo ob corporis immanitatem, sed phalarica. Ense autem Pandorum, sed à Turno:

Mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dimidit. Haud dissimile quàm dissimili modo, *-ille secuti*
Aduersi frontem mediam, mentúmque reducta
Diuidit, & sparso late rigat arma cruore.

Lyncео caput abscindit Turnus cum ga- B lea. nec minus alibi,

-curruque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

Thoãtis ossa dispergit *cerebro permista cruento.* & alibi,

Tum validam per que arma viro, per, ossa secuvim
Altior insurgens. Oranti, & multa precanti
Congeminat vulnus. calido rigat ora cerebro. Illáque similia dissimili modo:

Siluit equos iugos, & curru desilit, atque
Semianimi, lapsoq; superuenit: & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo. Sic
-lapsumq; superstans
Immolat, ingentique vmbra tegit. Arma Serestus
Lecta referi humeris, tibi rex Gradiue trophæum.
& *Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta.*

Item illa similia:

Hastam intorsit equo: ferrumq; sub aure reliquit.
Quo sonipes ictus furit arduus: atque iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura,
Voluitur ille excussus humi. Parem casum aliis ambiuit modis:

Iam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat: effusumque equitem super ipse sequutus
Implicat, erectoque incumbit cornua armo.

Addidit alia ornamenta iis quæ dicebamus: quum faceret victorem victo imminere, & genu aut pede premere: D

-venienti Ebuso, plagámque ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit. super ipse secutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis,
Impressoque genu nitens terræ applicat ipsum.

Sic rigido latus ense ferit. Haud ita multũ abest:

-galeam læua tenet, atque reflexa Cervice oranti
capulo tenus abdidit ensem. Ab hastis quoq; vulnera,
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
-Latos huic hasta per armos
Acta tremit: duplicatq;, virum transfixa, dolorem.

Sic *Hasta sub exertam donec perlata papillam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæsit, vir visumq; altè bilit acta cruorem. Nec minus illa: A

Baten aduersum cui spide fixit
Loricam, & medium inter quà colla sedentis
Lucent: & læuo dependet parma lacerto.

Item alia generat'

Auxuris ensē similem,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem. sicut illa,
Excipit in latus: & quà fatæ celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ensē.

Atque hæc quidem in ipso prælio quasi æquali vel forte, vel animo. vbi verò noui quippiam superuenit: aliter pugnant, aut ad pugnandum mouentur. Quemadmodum fusis Volscis, B interfecta Camilla, Turnus præceps fertur in prælia, nisi nox dirimat acies. Sic mouetur Mezentius filio interempto. Sic ruit Æneas audita Pallantis cæde. Itaque diuinus Poeta, neque hæsitat, neque ponderat plagas: sed præsenti opera,

Proxima quæque metit ferro. ac tanto terrore complet, vt ei vacet etiam octo iuuenes viuos capere ad Pallantis inferias. Quemadmodum verò nobis laborandum sit ad varietatem, docuit ipse illis versibus,

Treis quoque Thrēicios Boreæ de gente suprema,
Et trēs quos Idas pater, & patria Ismara misit
Per varios sterrait casus. Non enim vno modo strauit eos.

Mortis quoque ipsius varii modi sunt ani- C maduertendi. Nam quum mors sit vitæ priuatio, ea fit per separationem animæ à corpore. neque enim verum est quod aiunt Platonici: separationem esse duplicem, vnam quam dicunt esse animæ à corpore: aliam quæ sit corporis ab anima. à corpore animam separari per ecstasin. corpus ab anima per mortem. Verùm hæ meræ picturæ sunt garrientium. æquè enim alterum ab altero separari dicitur. non enim fit, quemadmodum quum abstrahimus intellectu accidentia à substantia. aut substantias ab eo quod appellant philosophi Hic, & Nunc. Sed corpus vbi semel sine anima est, fit cadauer. Ecstasis autem fit potestatis tantùm, non autem essentiæ. Hæc scripsi vt intelligeremus, mortem esse vnius tantùm modi: accessiones autem D non vnius. Itaque & quæ adduximus ostendunt, & quæ adducemus:

Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
&, *Terram semel ore momordit.* &
Purpuream vomit ille animam. &
Cedit semianimis Rutilorum calcibus arua. &
Vna eademque via sanguisque animusque sequuntur. &
-calcibus atram
Tundit humum expirans, infractaque tela cruentat. &
Iugulōque haud inscius accipit ensem,
Vndantique animam diffundit in arma cruore. &
Sanguinis ille vomens, riuos cadit, atq; cruentam
Mandit humum, moriēnsque suo se in sanguine versat. &
-tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore: lentaq; colla,
Et captum læto posuit caput, arma relinquens:
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Aliarum quoque tum rerum, tum actionum modos obseruare nequaquam difficile est. sed de his satis. Nam de varietate quum loquemur, & hæc designabimus leuiter, & alia erunt declaranda.

EVENTVS.

CAPVT XI.

EST autem, quemadmodum dicebamus, præter ipsas res, prætérque actiones hasce quæ à nobis proficiscuntur, tertium quiddā quod Fatum appellarunt: seriem quandam connexionémque causarum, quibus tum res, tum actiones, & initium, & exitum sortiuntur. Hunc exitum, Euentum veteres nominarunt: quem vel fortuna, vel casu perfici voluēre. Quare si res ipsas putes, & veteris exitum, & initium nouæ Troiæ inuenies. Dardani quoque peregrinationem eiusmodi fuisse, vt eius nepotes eadem repeterent terras, quas ille reliquisset. Maximè verò nobis studendum est, vt rerum exitus aliter cadat, quàm res ipsæ interea pollicentur (aut si necesse est, ita futurum, quemadmodum à principio visum fuerit) efficiundum vt media ipsa tempora, spes, cogitationes, actiones in summas adducantur difficultates. Habes prioris formæ exempla multa. Nam & classis seruatur à tempestate, quam tamen deūm Regina concitarat. & eripitur ex incendio atque excidio Ilii AEneas, quum tamen & pugnasset, & reuersus esset. & Eliſæ nuptiæ funere finiuntur. & amittit Pallantem Æneas, cuius armis, & societatibus, ac consiliis potuit vincere Latinos. nanque & suos Euāder dedit: & arma Hethrusca conciliauit. Alterius fortunæ exemplum est, quum mēsas deuorarunt. Quantum metum quàm facilis exitus dissoluit. & illud, quum AEneas Italicarum rerum esset potiturus. potitus ille quidem est: at quanta iactura, quibus ærumnis, quot cladibus? omnia denique sint exquisita: nihil vulgare.

QVEMADMODVM EXACtius omnia contemplemur.

CAPVT XII.

HActenus eorum omnium quæ in vita humāna aut esse, aut euenire possunt, naturam contemplati sumus: cæterū filo paulò crassiore. deducti naque sumus per summam rerū, quarum exēpla ex diuino illo viro peteremus. Nūc verò quoniā perfectum

perfectum Poetam instituimus, magnoperè A nobis conandum est, vt exactius omnia cognoscamus. Id quod vt commodius fiat, paulò altius nobis ordiendum puto. Est in omni rerum genere vnum primum ac rectum, ad cuius tum normam tum rationem cætera dirigenda sunt. Quare quò melius alia videamus: principis personæ mens, dicta, facta, fors contemplanda erunt: cuius dimensionibus reliquarum proportiones metiamur. Quum igitur facere Æneam instituerit perfectissimum: hominisque perfectio consummetur contēplatione, atque actione: ipsáque actio sit aut in se, vt abstinentia, aut etiam foras sese det, vt aliæ virtutes. vtriusque autē tam contēplationis, quàm actionis, siue finis, siue materia, siue (vt vocant) obiectum sit societas: eáque existat aut pars, vt œconomia, B aut totum, vt politia: huiúsque partes exerceantur vel in pace, vel in bello: atque in vtroque semper diuinam rem pro duce habeamus: ostendam tibi omnia hæc vno in Ænea cognita fuisse. neque id temerè. dictus enim est fuisse omniū sui temporis sapientissimus. Quare & bellum dissuatur, vt iustus: & in bello pugnauit, vt fortis: & superstes fuit fatis patriæ, vt felix: & reposuit patriam, vt gratus: & perpetuauit sacra, vt pius. Non est igitur Homerus audiendus, qui à Venere Æneam quasi ἀγὸν tristiore auspicio Æneas. scribit appellatū: sed quod ab omni, vt inquit ille, parte laudādus erat. hoc enim est αἰνεῖν. Quod autem eum principem & agnoscat, & faciat: satis patet tum ex aliis, tum ex illis,

Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis. &
Æneadásque meo nomen de nomine fingo.

Quare & ei attribuit auspicia,

Aspice bissenos lætantes agmine cygnos.

Boni præterea Principis totam curam pro republica esse oportet: quasi ille vnus è populo sit, non tanquam ei onus impositum, vt tyrannus: sed perinde quasi caput, non sarcina. Itaque appellat ipsos Socios. Ergo & scopulum conscendit ipsemet, quo sit laboris particeps, & suis oculis quæ sit fortuna rebus speculatur. Quamobrem etiam, in decimo, quum classem ducit, tum pernox & vigilat, & clauo assidet. Sic e- D nim ait,

Ipse sedens clauumque regit, velisque ministrat.

Id quod amisso quoque Palinuro facit. Solus enim sensit spoliatā magistro nauem fluitare. Sedentem autem maluit: quia sedendo euadit anima sapientior. quinetiam felicem adeò, atque cordatum designat, vt nunquam coactus sit de quoquam sumere supplicium, sicut Vlysses, qui è suis habuit à quo castigaretur. Sapiētis enim simul ac felicis prīcipis est, prohibere maleficia quàm patrata potius punire. quod si memineris quàm ex æquo & bono fert iudiciū in ludis, admirabere profectò diuini viri dexteritatem. Nam qui aduersa fortuna impediti non vicere, eos nihilominus afficit donis. vt maximus Poeta maximum virum etiam fortunæ dominum ostentet, aut saltem moderatorem. quinetiam quum in certaminibus laborent omnes, non videtur decere id sine præmio effici debere. Nam victoria vnius tantùm est, labor omniū. Ergo præmium victori esto, victis solatium. quapropter & illa verba dixit magnanima, ac deo digna,

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Et victum Dareta luculentiore auget donec quàm victorem: vt ostendat virtutem sibiipsam & pretium & præmium esse. Iccirco in legibus propositæ sunt criminibus supplicia: virtutibus nihil datur. Congruit etiam cum exemplis historiarum regis Æneæ sapientia. Cannensi clade quū Paulus seipsum interfeciſſet: Senatus Varroni, qui alter erat consul, reuerso gratias egit, quòd de Repub. non desperasset. Ita Æneas Sergesto præmium dat, non tanquam victori, sed ob seruatam, reductámque triremem.

Hactenus inspiciendam tibi personam proposui, quæ ciuilibus actionibus seipsam præstare potuit accommodam. Altera tamen erat hæc pars felicitatis atque perfectionis. Prior autem illa quæ in contemplatione erat cōstituta, quam non potest Poeta sine ineptiis declarare, si velit quasi in scholis, ostentare sophistam de rerum natura disputantem. Cæterùm quoad fieri decuit, parcè ac sobriè suo more attigit. Nam & naturam AEneæ notam fuisse apud Virgilium declarabimus, & deum. Ac dei quidem vis atque imperium nequaquam ei potuit ignotam C esse, qui & sacra procuraret, & religionem transferret etiam in terram hosticam. Cuius cultum vel patriis doceret ceremoniis volentes, vel etiam inuitos armis cogeret ad capessendum. Rerum autem naturam calluisse, id verò non iam vno ex loco planè constat. veluti in tertio quum diducit animum ad vtramque partem contemplationis. de Angue enim sic,

Incertus geniumne loci, famulumne parentis.

Sed & crinitus ille Iopas quámnam suis è carminibus attulisset AEneæ voluptatem, nisi illa calleret, *Errantem Lunam: Solis labores: Vnde hominum genus, & pecudes,* & reliqua. Præterea quum viderent Harpyias, atque vná ex ipsis sese diceret maximā furiarum, summa modestia, parísque scientia dixit,

Sive deæ, seu sint diræ, obscœnæq; volucres.

De Ætna verò, tantorúmque causis incendiorum quum per multa sint à philosophis disputata, rémque ipsam graphicè designasset, addidit,

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac: & quæ sequuntur. Apertius verò fluuiorum originem, quum ait,

Nymphæ Laurentes Nymphæ, genus amnibus vnde est.

Sed & quis non videt difficillimam omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

materiam, ac maximè controuersam fuisse Æneæ liquidissimam? quippe de anima cum tot tantique philosophi multa quæsierint: ille neque pauciora, neq; obscuriora sciuit, quàm quæ ab Ægyptiis, Chaldæis, Indis sapientibus prodita sunt. In sexto enim, quæ hic ignorabat, ita didicit, vt ea postea docere potuerit. Quare nulli esse dubium oportet, quin vtranque perfectionis partem ad summam sapientię contulerit Æneas. Reliquas igitur deinceps videamus.

Habes igitur politicam Principis personam. Nunc eiusdem ratio reddenda est tanquam ciuis. In quo alię virtutes esse quum debent, tum pietas & fortitudo primas sibi partes vindicare solent. Est autē pietas vox ambigua, nam erga deos bene affectus, dicitur pius: quibus diis benę neque velle, neque facere possumus. Hoc quoque non vno loco damnauit Plato, quod quispiam Deum putet nostri nostrorúmve indigentem esse. Erga homines autem pietas est affectus, quo bene illis vel à nobis, vel nostra opera votóve sit. Iccirco temerè à multis eius definitio allata est. Existit autem pietas aut in affectu, aut in officio: ac distribuitur humanis animis aut erga deos, aut erga patriā, aut erga parentes, vxorē, liberos, affines, amicos. Ac quanquam nullum commune genus est sacris, & profanis: atque iccirco alia est propensio nostra ad benefaciendum hominibus, alia ad colendum Deum: tamen si acrius intueare, quandam inuenias latentem proportionem. Ita enim thus Deo damus, non quasi egeat, sed quasi si cuius indigeret rei quę penes nos est, eius nos illi copiā facturi simus. Ita laudes canimus, non perinde atque ipsarum egens sit, aut quibus possit augescere: sed vt ex eius cognitione meliores interea ac denique felices euadamus. Itaque pietas sui ipsius modulus quidem ac norma est. Nam & quum homini benefacimus, quippe homines ipsimet tanquam nobisipsis facimus: quum erga Deum eodem modo animati sumus, in nos ipsos, beneficium illud ab infinito bono remeans ad authorem, redundat. Verùm hæc fortasse, more nostro subtilius. Planiore verò Minerua sic agamus. Pietas interdum misericordiam quandam significat: interdum propensionem certi cultus. Cultus igitur diuinus erit suo modo. Necessitudinum autem obseruantia erit pietas per proportionem ad priorem. Hæc tria genera exequutus est Poeta in Heroe suo. Misericorditer, in primo, quum

Amissos socios sæuo fermone requirunt,

Præcipuè pius Æneas. vt & *pius* sit, quia *præcipuè*: & *præcipuè*, quia *pius*. Idem Hectoris cadauer pictum, & Regem suum supplicem vbi vidit, dat ei gemitum, non solùm commouetur. Magnum verò affectum, qui etiam impediat orationem. Ad lamenta nanque Andromaches præ pietate vix respondet. Ait enim,

-vix pauca furenti

Subijcio, & raris turbatus vocibus hisco. Pertinet & illud ad pietatem debitam necessitudinibus. Neque enim solùm iusta facit patri, sed etiam nutricem sepelit, eiúsque tumulum oppido illustri auget. Præterea Miseni sepulchrum constituit. Pallanta etiam luget. de vxore verò,

Ausus quinetiam voces iactare per vmbram
Impleui clamore vias. Vt profectò me horror capiat, atque etiam quatiat: vbi videre atque audire videar, in nocte, inter hostes, fortem simul atque pium virum etiam clamore charissimam vxorem quærere. talis ille suis. Quinetiam hostibus fuit, & placidus, & lenis, & clemens, & pius. nanque & Lausum miseratur interemptum. Et oratoribus sepulturæ veniam petentibus, etiam pacem offert viuis, cælestibus illis versibus,

Pacémne exanimis, & mortis forte peremptis
Oratis? Equidem & vinis concedere vellem.

Diuinus igitur Poeta commotum facit illum miseriis alienis. is est primus limes pietatis. Addit etiam quasi gradus quosdam affectus: quum dicit, *Turbatus.* Præterea *gemitum*, sed *ab imo pectore*. Postremò etiam *lacrymas* multis in locis. Flet enim & Palinurum, & Pallantem. & quum discedens è Sicilia ciues suos ibi reliquit. At idem siccis oculis Elisam flentem audit. neque enim consuetudine stupri moueri decuit pium virum: vbi verò apud inferum sui causa extinctam resciuit, lacrymas fundit, additis illis verbis,

Funeris heu tibi causa fui.

Quinetiam abeunte, atque auersante, non solùm lacrymatur, sed & prosequitur eam, & longè, & miseratur. Erga patrem verò qualis? nanque Priamum cæsum vbi vidit, *-subijt chari genitoris imago.* Inde actutum eo: at verò Anchisę pertinace ad manēdum, mauult mori. omnia enim illius causa posthabuisse: *Rursus in arma fero.* Illam verò pietatem cuiusmodi? patrem enim filio prætulit. Sunt in nobis insita zopyra quædam, id est semina æternitatis: quam quum haud possimus per nos comparare, generis propagatione assequimur. Hæc est causa propter quā chariores nobis sunt liberi quàm parentes. in patre enim desinit, quod incipit in filio. At pius Æneas, qui à patre accepit vitam, patris vitam præfert vitę filii. cui nihil debet, & satis dedit. Quapropter humeris impositū patrem gerit: filium vix qui sequi possit, *pone trahit* verius, quàm *ducit*. de quo tamen alibi,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Et cuius gratia certum sibi paratúmque regnum Carthaginis relinquit, vt incertum quærat armis. Itaque de illo, non de se in fœdere,

Cedet Iulus agris. Et in summis periculis præcepta fundit,

Discę puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex alijs.

In deorum aurem cultu quantus fuerit, multis locis

tis locis pater:

Sum pius Æneas raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum. &
Sacra suósque tibi commendat Troia penates.

Et è cæde recenti,

Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero. &
Sic fatus meritos aris mactauit honores
Taurum Neptuno, &c. & in quinto,
Hæc memorans cinerē, & sopitos suscitat ignes,
Pergameumque larē, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.

Quum autem sapientiæ duæ sint partes, facere, & docere: non solùm fecit Æneas quæ ad pietatem pertinebant, sed etiam & docuit, & professus est. Omnia enim euenta, & casus deo attribuit. Nam quum Italiam peteret, atque in Siciliam delatus esset, nullam passus perturbationem, ait,

Haud equidem sine mente reor, sine numine diuūm. & illa monita,

Non vires alias, conuersáque numina sentis?
Cede deo. Quibus verbis ne Socrates quidem vnquam protulit meliora.

Hi igitur sunt affectus. Officia verò, siue ministeria, quæ ad deorum immortalium cultum pertinent deinceps cognoscemus. Pontifex enim simul ostenditur, atque augur. ait enim,

Augurijs agimur diuūm. Capit etiam ab Harpyia augurium in tertio: & à fulmine tam in primo quàm in octauo. & à flamma Ascanii. Itaque etiam vaticinatus est:

-Heu quantæ cladęs Laurentibus instant:
Quas pœnas mihi Turne dabis?

In primo quoque coniecturam facit: atque ex pictura quasi omen capit:

Solue metus: feret hæc aliquā tibi fama salutem.

Sic etiam in tertio prædicit imperium Romanum in Epiro, tum colonias ac municipia legibus communicatis. Ait enim, *Vnam faciemus vtramque.*

Pontificatus autem multis describitur locis: tum iis quos suprà diximus, tum aliis:

Hos cape fatorum comites. & in duodecimo inter fœderis conuentiones, *Sacra deósque dabo.* Itaque ipsemet sacra facit, & Phœbo, & Neptuno, & Iunoni ipsi mactat suem: & bellum facturus litat illis versibus,

Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat, hesternúmque larē, paruósque penates.

Et in Italia quum primum posuit pedem, alia alii exequuntur, ac curant quæ ad œconomiam spectant: ipse Apollinis templum, ac Dianæ lucum adit. Quamobrem antiqua eruditione, more suo, modestè dissimulata, diuinus Poeta ad eum loquentem facit Cymodoceam certis verbis, quibus mos erat vestali affari Regem sacrorum, *Vigilásne Rex? vigila.* Ita apud Poetam, *Vigilásne deūm gens Æneā? vigila.*

Neque verò ita pontificis officio fungebatur: quemadmodum nostri nunc faciunt, qui aut ignorant diuinas præceptiones, aut si notas habēt, esse eas ignorare volūt, sed & rectè ac ritè quæ opus sunt, facit: & præ se fert illam integritatem, quæ tantæ dignitati debeatur. veluti illis versibus, quorum aliquot recitabamus,

Tu genitor cape sacra manu, patriósque penates,
Me bello è tanto digressum, ac cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero. Modum quoque sacrorum indicit in quinto,

Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.

Quare non est mirum si etiam attribuit ei Venerem diuinitatem. quippe qui & dea natus esset, à Nympha appellaretur, *Gens deorum:* & esset pietatis, *certissima proles Iouis*: & futurum Indigetem fata pollicerentur. Atque hæc omnia apertè: sub eruditione autem, quum etiam à diis ei somnia mittuntur. Sic enim in somniis apparet Hector: sic pater Anchises: sic ipsi dii in tertio penates. Id quod Xenophon non nisi diuinis viris cælitus euenire scriptum reliquit.

Fortitudo autem quum sit animi constantia in aduersis: duobus, quemadmodum dicebamus, contingere potest modis: aut contemnendo, & durando: aut obuiam eūdo, & expugnando. Ita fortis Achilles quū pertulit Agamemnonis iniuriam: fortis Aiax, qui non est passus iudicii iniquitatem. vterque enim superat: maiórque est ipso incommodo. vtranque speciem exhausit Æneas. qui etiam doceat alios:

Durate. & Superanda omnis fortuna ferendo est.

Etiam vt se, vel parem obiiciat fortunæ, vel constituat superiorem. Quemadmodum verò & subeat pericula, & obeat quoque multis locis luculētissimè scriptum est. Siue in locorum sint difficultatibus. Quid enim tetrius Tartaro? & tamen adiit. At quo animo? ducem Sibyllam *non timidis vadentem passibus æquat*. siue imminent à personis: idque vtroque sanè modo: vel iusto bello, vel certamine singulari. Et iubet, & ostendit, & facit:

Iámque adeò exierat portis equitatus apertis:
Æneas inter primos.

Neque enim, vt Pyrrhus, ipse ipsi cauit loco: quemadmodum iocatur Terentius. Intelligas verò eiusmodi fortitudinem, interdū simplicem. & rectam, interdum mistam cum iusta ira: aliquando cum pietate. Molliorem quoque factam secundiore fortuna, quippe in quarto paulò delicatiorē ostēdit. Nam tametsi vt Rex, nouabat tecta: vt Imperator, fundabat arces: tamen non erat aspernatus nitidiorem cultum: cui & ensis esset fulua stellatus iaspide, & chlamyde purpurea fulgeret. At vbi puluis, & cāpus vocat, disciplinæ militaris reuocato rigore hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi cubat, humi cibũ capit: pomis aggrestibus, ac simplici victu contentus est. Quinetiã media in tempestate detestatus ignobile mortis genus, mortem optat, nedum vt pertimescat. Ita non horret mortem, sed ignominiam adeò, vt etiam exactæ vitæ partem cum morte iam commutatam esse constanter exoptet. In re item dubia, ac penè desperata videbis quantum gerat animi. In duodecimo enim cum sagitta ictus esset, neque euelli posset cuspis,

Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere. Ipsemet sibi scilicet. & addit,
Auxilióque viam, quæ proxima, poscit.

& illud magnanimum,

Ense secent lato vulnus, telique latebras
Rescindant penitus.

Hoc esse poterat, vt pro se tantùm faceret B quo aliis consuleret. At enimuerò longè aliter ratio: ait enim,

Ense que in bella remittant.

Quo tempore ne sedit quidem ad quiescendum. Ait enim,

Stabat acerba fremens, ingentẽ nixus in hastam.

Idémque &,

Concursu iuuenum, & multùm mœrentis Iuli
-lacrymis immobilis.

Sui igitur contemptor, gloriæ dominus, ciuium seruator fæuit hic. At idem quum datur occasio eadem fortitudine lenis & clemens, non factionibus, sed virtute victor. Rupto enim fœdere dextram tendebat, cámque inermem. Et C nudato capite, atque suos clamore vocabat, *O cohibite iras.* Sic vniuersæ rei bellicæ vera vnicáque gloria C. Iulius Cæsar in prælio Pharsalico nuda manu & capite clamabat, Parcite ciuibus. Acuit eam fortitudinem in summa rerum trepidatione, atque desperatione ita, vt etiam excat in audaciam,

Arma amens capio, nec sat rationis in armis.

Quippe solus. quo? quibus? neque dux, neque sub duce. Sperat tamen, proponítque sibi factum viri fortis: sed *glomerare manum*, id est ciues cogere: apponit consilium, *Et concurrere in arcem.* adiungit ferociã, quasi stimulum viro- D rum fortiũ, *Furor iràque mentem Præcipitant.* Itaque concludit, *Pulchrúmque mori succurrit in armis.* Præterea quum stratagema sit, vafriũ commentum Imperatoris, vis belluarum, consilium hominis: ita admisit Corœbi sententiam de clypeis mutandis, vt præsenti vtilitate non contaminaret perpetuam fortitudinem. Itaque magnanimitas prohibuit eum quominus esset illius consilii author: rerum experientia persuasit, vt fortunæ melioris arriperet occasionem. In aduersa igitur firmus: in secunda nunquam temerarius. sed ne illa quidem oblata continuò confidens animi. Euandro enim auxilia pollicente nequaquam soluitur à curis: sed ipse & Achates,

-multa suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cælo Cytherea dedisset aperto.

Pietate verò tum condiuit fortitudinem: quum Lausso, quia patrem texerat, noluit afferre mortem: sed & monuit ipsum, atque etiam increpuit,

Quo moriture ruis? -Fallit te incautũ pietas tua.

Tandem verò non nisi irritatus cum morte affecit, & coactus, & inuitus. Dementi enim & insultanti iuueni quid faceret? *-Sæuæ iámque altius iræ,*
Dardanio surgunt ductori. paulatim scilicet, non temerè. Quapropter redit ad clementiam suam simul, atque moderationem,

At verò vt vultum vidit morientis, & ora,
Ingemuit. & addit, miserans grauiter: *dextrámque tetendit.* Quin & mox eum ipse terra subleuat: non solum donat cadauer patri, sed simul etiam cum armis.

Est autem fortitudinis vel species, vel perfectio magnanimitas. Ea est virtus quæ nihil sor- Magnadidi vel probat, vel patitur. Magnũ sanè factum nimitas illud, quum penè iam expugnatam vrbem, ipsámque victoriam è manibus amittit, vt quum fortissimo hoste ancipiti sanè prælio congrediatur,

At pater Æneas audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces.

Audito tantùm nomine, etiam ipsas arces, quas penè in manibus habebat, omittit: antepónitque certam virtutem non minus certæ fortunæ. Quare neque deprecantem Turnum interficit, donec alteram fortitudinis partem potiorem ducat: vltionẽ scilicet necessitudinum. Itaque ne se quidem authorem vult facere, vt alibi: *Æneæ magni dextra cadis.* Sed reiecit in necessitatem, pulcherrima nempe figura etiam à Rutilio descripta:

-Pallas te hoc vulnere Pallas, *Immolat,* tanquam inferias illi pro victima, non tãquam hostem qui bellum intulerit: non riualem qui vxorem petat: non fortunarum depopulatorem qui regno fatali arceat.

Hæ sunt certæ personæ virtutes, militis, imperatoris, pontificis. Quæ verò etiam cuiuis ciuium communes essent, nulla caruit: temperantia, prudẽtia, industria, solertia. Quid enim modestius quàm ea quæ Græci λύσεις, & ἄπαιρα, vulgus Italicum *Talionem*, Gallia paulò corruptiore vocabulo *redemptionem*, negligere. Nam & Rapina iure belli redẽptitiam pecuniam accipere possumus: & Æneas noluit. haud dissimilis Pyrrhus, cuius vox illa regia,

Non cauponantes bellum, sed belligerantes.

Iccirco & Lausum dono dedit sine precio: & hoc, & cæteris omnibus virtutibus fero Achille maior, qui filium patri auro vendidit: & auri atque argenti talenta pollicenti, ait,

Auri

Auri atque argenti memoras quæ multa talenta, A
Gnatis parce tuis.

Cæterùm diuitiarum contemptus etiam in multis fuit: quorum animum haud facilè perspectum habeas. quippe aliis id persuasit sapientia: nonnullis stultitia. sunt & quos ignauia cohibet ab industria: sic enim diuinus Poeta,

-alitur vitium viuitque tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat: & meliora deos sedet omina poscens.

Mentis tamen altitudinem fuisse in Ænea ad eam perfectionem consequendam ostendũt cæteræ actiones. Quotus enim quisque sibi de gloria, aut victoriæ opinione demat? atqui ille B quum de se ac Turno verba facit,

Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his mecum decuit concurrere telis.

Non addidit, Ego illum interfecissem: sed modestissimè,

Vixêt cui vitam Deus & Fortuna dedisset.

Cuiusmodi animi temperationem & retinet & præsefert in legibus fœderis. Nam si sum victus, inquit, cedam: si vincam, haud peto vt cedant victi. neque volo imperare non cedentibus, id quod etiam minus est: crescit igitur semper modestia: sed socii vt sint volo. Imò, ait, *socer arma Latinus habeto: Imperium solenne socer.* Neq; iubeo vt laborẽt Latini: id quod Drãces pollicebatur: *saxáque subuectare humeris -iuuabit.* sed *mihi*, inquit, *mœnia Teucri Constituent.* Neque C gloriã mihi posco ex nominis impositione: sed id quoq; ipsis cõcedo victis: *Vrbíque dabit Lauinia nomen.* Gratissimo quoq; animo fuisse ostenditur, quũ tam luculentis verbis, in primo, gratias agit Reginę ob clementer auditam legationem, atque socios receptos. & quum, in quarto,

-ego te, quæ plurima fando
Enumerare vales, nunquam Regina negabo
Promeritam.

Pollicetur etiam æternam apud se memoriã beneficii:

Dum memor ipse mei, dũ spiritus hos reget artus.

Ne verò crudelem aut ingratum putes, vbi dicitur, *sed nullis ille mouetur Fletibus.* Reiectus enim est & effectus & causa in deos illis versibus: D
Fata obstãt, placidaque viri deus obstruit aures.

Ita placidæ suapte natura erant aures, Fato autem factæ duræ.

Industriam verò homo vnquam nullus maiorem præ se tulit: siue œconomiam intuearis, tum in primo tum in octauo: siue artes alias. Nã & nauium structurę præfuit, & vrbem condidit, & nauigandi calluit rationem. Facundiam verò quis non miretur? quippe in omni genere orationis excelluit. Nam & demonstratiuo vtitur, in primo, ad Reginam, & suasorio multis in locis, & forensi quũ Reginæ refellit obiectiones.

Neque verò sunt audiendi Stoici, siue plum beos siue illi ferreos sibi fingant homines. Nam si eorũ Sapiens immobilis est animo, etiam corpore caudex erit. Neque enim quicquam officii à me proficisci potest, nisi mouear. Si pater excidit in voraginem, dabo manum. Quare? Si excindatur patria, non propugnabo. quomodo ero iustus aut liberalis? Sed illorum nugæ satis patent: qui quum peccata paria facerent omnia, pares quoque virtutes efficiant necesse est, paria igitur officia. Quónam igitur consilio dirimunt speciesofficiorum, vt alia sint mediocria, alia summa? Hæc propterea scribo, ne obstrepant Æneæ aduersus Helenam irascenti. Nam & ipse ibi disputat: & ita mouetur, vt vĩcat melior sententia: quam diuinus Poeta meritò ascribit deæ. Neque enim aliud ratio est in mente humana, qua superantur affectus, quàm dius quidam, vt ita dicam, primæ illius Lucifine qua omnia sanè meritò & dicuntur tenebræ, & existunt. Disputationem ecce qualem:

-námque et si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, neq; habet victoria laudẽ.

Non quærit igitur aut nomen aut laudẽ, sed iustitiam, vt suorum deleat ignominiam. Quis enim patiatur affines suas fœminas primarias premi seruitio impudicæ mulieris? Igitur rectè interpretatur factum suum sic: *Extinxisse nefas.* Nullius enim non interest nefas tollere. vir enim iustus nullum malum supersse pati debet. Quare Grammaticuli, qui hosce luculentissimos operosissimósque versus sublatos voluere, vulgaribus moti affectibus, ignoratis rationibus iustitiam de Sapiente suo abstulere.

Habemus igitur vno in Ænea tanquam ideã illam Socraticam cuiuscunque personæ: cuius perfectio naturam ipsam in genere æmulari, in singularibus prinsque indiuiduis etiam superare videatur. Verùm quia & sexu aliæ differunt, & statu nonnullæ, cuiusmodi eas item describere possis, videamus.

PERSONÆ ALIÆ.

Caput xiii.

Ædiamur à multitudine, quam in agrestem, vrbanam, militarem distingues. Agrestem stupidã, credulam, timidam, peruicacem, indocilem, sui confidentem, contemptus suspicacem simul atque detestatricem. Vrbanam supinam, pauidã, tumidam, mollem, ignauam, verbis quàm factis promptiorem, luxu atque otio feram, superbam non resistentibus, demissam instantibus, crocodili naturã. Militarem maleficam, intentã motibus, exprobratricem operum suorum, gloriosam, vanam. otium quærat, quæsitum rumpat. In vniuersum verò, multitudinem omnem infidam, inuidam, indulgentem genio rebus secundis. tractam in aduersis, subitæ pœnitentiæ, ducis appetentem, appetiti recusantem. facit vt non faciat. fatagit vt nihil agat. seruit vt ne pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reat. Est enim δυναστεία tyrannis multorum capitum. Agrestis exempla excipies duræ, incõditæ, facilè excitabilis: in septimo,

Improuisi ad sunt: hic torre armatus obusto,
Stipitibus grauidi nodis.

Aduerte deinde asperitatem, eámque præcipitem, *Rimanti telum ira facit, quod* scilicet *cuique repertum est.* & quæ sequuntur. Vrbanam autem videsibi tumultuantem:

Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est
Seditio, fœuitque animis ignobile vulgus,
Iãq; faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Inconsideratam verò, & corporis affectibus obnoxiam, in eodem:

Illi se prædæ accingunt, dapibúsque futuris.

Neque prius amissorum sociorum cura subit neque cogitatio, quàm

Postquã exempta fames epulis mẽsæque remotæ.

Improuiso autem euentu perterrentur: atque animum despondent, vt in tertio ad Harpyiæ vocem,

At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit, cecidere animi, nec iam amplius armis
Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem.

Adeóque deiecto animo sunt, vt *Sine dea*, rectè hactenus ac piè: sed quid sequitur? *Seu sint diræ obscœnaque volucres.*

Factiosam verò ibi:

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

& in duodecimo,

Exoritur trepidos inter discordia ciues.
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis: ipsumque trahunt in mœnia Regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.

Inconstantem autem in tertio,

Ipsæ iam matres, ipsi quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen:
Ire volunt, omnémque fugæ perferre laborem.

Militarem quoque inconstantiam in XII,

Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini:
Qui sibi iam requiem pugnæ, rebúsque salutem
Sperabant: nunc arma volunt, fœdúsque precantur
Infectum: & Turni sortem miseratur iniquam.

Vide pœnitentiam. nánque in vndecimo,

Hîc matres, miseræque nurus, hîc chara nepotum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi:
Dirum execrantur bellum, Turnúsque hymenæos.
Ipsum armis, ipsúmque iubent decernere ferro:
Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.

A SEXV.

Caput XIIII.

Proxima huic naturæ fœmina est. Infida, suspicax, inconstans, insidiosa, simulatrix, superstitiosa: cui si potentia adiuncta est, sit intolerabilis. Aspice Iunonem in primo seipsam commendantem,

Aut ego, quæ diuûm incedo Regina, Iouísque
Et soror & coniux.

Et in septimo,

Stetit ægri fixa dolore.

Talem etiam obseruabis Amatam, quæ postulabat sua vt consilia obtinerent etiam Fatis ipsis. Itaque eædem audent omnia, non fortitudine atque animi præsentia, sed insania atque væcordia, atque iudicii peruersitate. Quare etiam sese illa suspendit, serua facta mortis potius ignominiosæ, quàm vt præter libidinem suam aucti imperii florentes videret res. Vult autẽ fœmina semper, si queat, suo nutu res ferri. itaque sic describit eius amentiam:

Quã super aduentu Aeneæ, Turníq; hymenæis
Ardentem curæque iræque coquebant.

Et Iuno,

Haud equidẽ metuam implorare quod vsquã est:
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Adeo vt etiam demittat se supplicem deterioribus, Æolo & Furiæ. Quin quum extremus supremúsque omnium affectuum in fœmina sit zelotypia, cæca Iuno ad Teucrorum odium accitur obliuione pellicis. vt enim Æneæ noceat, cum Iuturna fœdus init.

Superstitiosam agnosces ex octauo,

Vota metu duplicant matres.

Affectum verò exuberantem, in eodem:

Stant pauidæ in muris matres, oculíque sequuntur
Puluereã nubem.

Pœnitentiam verò in quinto, exusta classe:

Astillæ diuersa metu per lit tora passim
Diffugiunt.

& addit, *Piget incœpti*: & quod maius est, *lucis.*

Omnino autem nihil mediocre in hoc sexu. Sæpe enim, vt est in nostro prouerbio, aut minus quàm canem, aut plus quàm senionem iacit. Ergo non solùm gemitus & lacrymæ, sed etiam planctus, & vestium scissio, & vlulatus attribuuntur. Ostentator sexus ille cuiuscunque fortunę affectibus maximè vehementissiméque expressis:

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

Sic etiam Andromache vbi Æneam vidit, *Impleuit clamore locum.* non enim mediocris vox, clamor: nec mediocris clamor, qui locum implet.

Quòd autem ad earum virtutes pertinet, dupliceм modum designare possis. quippe aut virilem, aut suauem ac lenem. Propria fœminæ virtus pudicitia est & pudor. Pudor est metus reprehensionis: Pudicitia, est constans abstinentia à venere prohibita. nam castitas est constans abstinentia à quacunque venere. Pudorem cognosces in Lauinia:

Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,
Flagranteis perfusa genas: cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit.

& alibi,

Causa mali tanti, oculos deiecta decoros.

Pudicam verò finges ex Andromachæ specie. quam

Mulierum virtutes.

quam quum Æneas appellasset, ita vt Hectoris memoriam excitaret: addidissétque noui coniugii mentionem, sic:

Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia seruas?

Statim intelligis, *Deiecit vultum: & voce* quidem *loquuta est*, sed *demissa.* Quæ tamen antea clamore complesset locum. Luculentum exemplum tibi præbet Dido. quæ vt à castitatis proposito auelleretur: opus fuit deo, sed ipsomet Cupidine, sed præsente, sed virus per oscula inspirante. Iccirco etiam Iuno Venúsque conuenere ad illum animum expugnandum. Speluncã quoque obscuram, loco solo ac deserto, & cum signis Iunonis ac Nympharum vlulatu. Quin vocat coniugium. Sic scriptum oportuit de ea, quæ Sichæi memoriam Hiarbæ regno putarat potiorem. Quibus modis extorta est illius voluntas. neque enim satis erat quòd natus dea, quòd - *Os humerósque deo similis.* Quare núquam aliter loquitur de Ænea, atque de marito.

Ne cui me vellem vinclo sociare iugali. &
- agnosco veteris vestigia flammæ.

vt aut in Ænea Sichæũ amet, aut Æneam in Sichæo. Postremò concludit non facturam. neque sanè fecisset: verùm non solùm Anna, sed etiam astra ipsa impulerunt.

In ædibus autem assignabis diligentiam, & sedulitatem, & curam anxiam, & parsimoniam attribues. in operibus verò sortiam. vt in Euryali matre, atq; Elisa. &, *Iliadumque labor vestes.* &, *Fert picturatas auri subtegmine vestes.* &, - *Phrygiam Ascanio chlamydem.* &, *Textilibus onerat donis.*

Sedulitas ac frugalitas, in octauo: vbi comparat Vulcanum fœminæ diligenti & parcæ. qualem etiam habes in Andria & Heautõtimorumeno Terentianis.

Viriles porrò artes virtutésque, & affectus atque officia dabis mulieribus, aut ex institutione: quem in modum extruxit Metabus Camillam. Aut ex natura: qua freta elusit Pygmalionem Dido: factáque est princeps populi. Aut ex desperatione, qualis Euryali mater:

- Muros amens atque agmina cursu
Prima petit.

Neque enim ætas impediebat quominus curreret, etiam in primam aciem,

- non illa virûm, non illa pericli,
Telorúmque memor. Non igitur ob fortitudinem. nanque vir fortis & periculum agnoscit, & capessit. at imbellis audet, quia aut ignarus, aut immemor periculi. Ita in vndecimo,

Ipsæ de muris summo certamine matres
Tela manu iaciunt: sed trepidæ, vt intelligas naturam pugnare cum necessitate: quâ adductæ,

-primæque mori pro mœnibus ardent.

Præcipites verò in fletum atque cõquestionem fœminæ. Sic enim τὸ θῆλυ appellat Aristoteles γυναικωδέστερον: insatiabilis enim est sexus ille rerum omnium: vt neque appetens pacati, neque plenus expleri possit. Nunquam sanè sorti suæ acquieuerit. Hos tamen affectus temperabimus loco, tempore, casibus. aliter nanque flebit mater amisso filio, vt Euryali mater: aliter amisso amante Dido. Aliter ea cui ex præsenti re amissæ rei memoria renouatur. semper enim cõparationes facit muliebre genus: velut Andromache,

Sexus muliebris.

O mihi sola mei super Astyanactis imago,
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Est nanque & fœmina & mater. Nec minus ipsa Venus tanquam mater, narrante Ænea miserias suas,

Ignotus, egens Libyæ deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus: commota,
-nec plura querentem
Passa, -medio sic interfata dolore est.

Quod autem de fœmineis affectibus dicimus, id in viris quoque cõsiderabis. Affinitatis enim & odii, aut amicitiæ affectus aliam quasi faciem imponunt dignitatibus personarum: quemadmodũ etiam casus, siqui sunt atrociores. Quãobrem in classis incendio scidit Æneas vestem. In extremo etiam periculo *it scissa veste Latinus:* quod alioqui indecorum est. Fuit tamen veterũ mos ille, quemadmodum etiam in sacris libris legere est. Par affectus Euandro, quem in funere filii - *potis est vis nulla tenere:* sed & procumbit super, & procubans hæret: neque auelli vult: & lacrymans ac gemens vix fari potuit.

AETAS.

Caput XV.

Ab ætate diuersa erues exẽpla. Nam prima puerilia lusibus intenta est. Quàm pudenter describes, ne ineptias. pauci nanque probant Homerum: nemo potest defendere, quum Phœnix exprobrat infantiam Achilli:

Πολλάκι μοι κατέδυσσε δύω σάκεσσι χιτῶνα
οἶνον ὀπιπεύοντ' ἐν κυπέλῳ ἀλεγεινῶ.

Parum enim differt ab iis quæ Aristophanes in Nubibus, βρυῶ, μαμᾶν, κακκᾶν. Verùm sanè nobis coluntur, vt ait Martialis, *Musæ seueriores.* Parcissimè Poeta in quarto, - *sequis mihi paruulus aula*
Luderet Æneas. At ætas adultior in studia cuiuscunque generis impensius incumbit. soluta tamen studia illa esse oportet, & animi gratia potius quàm seueriore quæsita cultu:

At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: iámque hos cursu, iam præterit illos.
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.

Maturior autem factus etiam venatur. Tum iã grandior Numanum interficit: postea etiam eum educit è castris Poeta.

Adolescentiæ perpauca exẽpla habes ex Poeta nostro, vt lacrymas Euryali: at effinges ex præceptis his: Fertur atque etiam impellitur ætas prima hæc tum facilè, tum vehementer, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ concupiſcit. Concupiſcit autem & ſtatim,& multa potita contemnit.ad alia animum appellit. Præceps potius animus quàm magna voluens. Iram atque animum ipſum in fronte atque ore gerunt. Anteuertit impetus deliberationi,facta verbis,pœnitentia perfectioni. Honoris atque prælationis exactores importuni, potius quàm ſeduli vindicatores. Contemptus vltores: ipſi contemptores diuerſorum à ſuis ſtu[illegible]orum. Laudatoribus ſuis fauent:odêre monito.es. Potentiæ ſtudioſi, opum negligentes. ſpe enim alunt fiduciam ſui. Liberalitatem exercent,ignari fortunæ deterioris. Omnino ſimplicitatem & à ſe profitentur,& ab aliis exigũt. Parum ſuſpicaces:credulі multùm. Honeſta vtilibus anteponunt.nondum enim acuit eos rerum experientia. Sibi ipſis lex ſunt. Sodalitatum atque ſocietatum ſtudioſi,ſibi ita viuũt,vt credi velint aliis quoque viuere. Denique nihil d mediocre. Alienarum miſeriarum pii obſeruatores,ſuarum ſecuri. In iocos ſoluti. Verecundiæ o[illegible]noxii in erroribus:elati in benefactis.

Iuuenis autem frequentiſsimè ferox, atque etiam violentus. Ferox Turnus etiam Furiæ exprobrat ſenectutem:deinde ad arma vniuerſum concitat Latium. Itaque eum ardentem appellat Poeta.& in duodecimo,

Ardentes oculorum orbes ad mœnia torſit.

Sic audax Lauſus, atque etiam Æneæ inſultans. Pallas verò nihil Turni vim metuit: cuius animum deſcribit,

-audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat:raptoque volat telo obuius ipſe.

Cupidum quoque laudis, vbi Turni petit ſpolia. Euryalus quoque ſeipſum offert periculo: tantum abeſt vt perimeſcat. Rarò igitur modũ ſtatuit appetentiæ ſuæ iuuenis. Euander id de ſe ipſo,

-mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum,& dextræ coniungere dextram:
Acceſſi.

Facilis iræ: prompta vltio, ac parata. Gyas in quinto,

Tum verò exarſit iuueni dolor oſſibus ingens.

Ira hactenus: vide quid ſequatur:

Nec lacrymis caruere genæ:

Indignatione enim citius quàm pietate iuueni excidunt lacrymæ. Addit illico factum & vltionem,

Obtitus decoriſque ſui,ſociûmque ſalutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.

Omnino autem iuuenis natura inter adoleſcentiæ ac ſenectutis tẽpora vt media eſt, ita & particeps tum vitiorum tum virtutum: ſcilicet affectuum atque propenſionum. Itaque Euryalus ita adoleſcens, vt iam eſſet ætate firmiore, aliter afficitur ac lacrymatur quum in metu eſt, ne ſibi victoriæ præmium præripiatur. Aliter Iulus in Euryali luctu. Ætatis autem huius penè cognatum,ac perpetuum vitium, inconſideratio. item præceps temeraria[illegible]que occupatio iudiciorum. Id quod notat in Polo Quintilianus. Pudentiùs,in nono, Aſcanius: vbi Niſo atque Euryalo præmia polliceretur Alethes, vt bene inſtitutus tacuit: tametſi & Regius filius, & is penes quem eſſet arbitrium dandorum præmiorum. Excepit itaque mox orationem: verùm nõ ſine nota ſpei iuuenilis,

Ille, vides,quo Turnus equo,quibus ibat in armis?

Senilis ætas maxima ex parte moribus eſt cõtraria adoleſcentiæ. Ergo quòd diu vixerint, parum ſperant, pauca moliuntur: præteritis gaudent, quæ ſola probant præ iis quæ præſentia ſunt:quibus non acquieſcunt. Nouarum rerum obtrectatores, ſemper habent quod obiiciant. Soliciti officiorum exactores. Ad rem attenti. Lenti ac difficiles ad perſuaſiones. Cauti, atque etiam ſuſpicioſi. multa enim indignè aut ſe aut alios perpeſſos meminere. Aequemadmodum adoleſcentes ſpe, ita ſenes memoria metiuntur omnia. Rarò affirmant ea quorum non habeãt exemplum in memoria. rarius deiiciuntur de ſententia. rariſsimè ſibi alias anteferri patiuntur ætates. Meticuloſi, pertinaci vlterioris vitæ expectatione.queruli. Odia hoſtiliter exercent, atque etiam conuicia. Garruli, triſtes, importuni interpellatores. ſemper etiã quippiam imminentis mali minitantur. Quamobrem exercet frequentiſsimas comparationes. ſic Priamus,

At non ille,ſatum quæ te mentiris,Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo.

Entellus de ceſtibus,

His magnum Alcidem contra ſtetit.

Statim de ſeipſo,

-his ego ſuetus,
Dum melior vires ſanguis dabat.

Euander,

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos, &c.

Conſilium quoque attribuas & ſapientiam iuuenilium furorum tẽperatricem, vt in Latino,

O præſtans animi iuuenis,quantum ipſe feroci
Virtute excedis:tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere.

Obſeruabis & fortis viri excuſationem à militiæ muneribus propter ætatem. ſic Entellus,

-non laudis amor nec gloria ceſſit
Pulſa metu:ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet.

Quin præmio non adduceretur, ſi eſſet iuuenis, ſed laudis amore:

Haud equidem pretio inductus,pulchróq; iuuenco
Veniſſem. & addit, -nec dona moror.

Contrà Latinus in ſignum fœderis atque amicitiæ: *Munera nec ſperno.* Satagunt etiam ſenes in præſagiis,& prudentiæ artes colunt. Sic Anchiſes interpretatur ex oraculo profectionẽ in Cretam:poſtea redintegrato conſilio, ait,

Sequo nouo veterum deceptum errore locorum.

Sic ſæpe faciunt ſenes: vt ineptam orationem noua corrigant.

OFFICIA.

OFFICIA.

CAPVT XVI.

AB officiis autem & inſtitutis aliam Æneas rationẽ. quippe ciuis vmbratilis Drances eloquio non contemnendus;eo ſolo vtebatur, & aduerſus Turnum & erga Æneam. Qua de re tametſi diximus aliquid in perſonarum tractatione, tamen quia multum oportet eſſe attentum Poetam ad decorum, hic quoque aliquid conſiderabimus. Militiæ igitur officium tametſi vnum habet finem, patriam tuendi: tamen tot ſecum affert tum vitia tum incommoda, vix vt vno capite poſsint explicari. Mirum quod Virgilius vnum tantùm Mezentium deorum contemptorem facit. Nunc enim qui quàm maximè abeſt à cultu diuino, tam proximè vult videri acceſsiſſe ad viri fortis opinionem. Innatus ſanè contẽptus & legum & rationis. Suarum conſuetudinum, morum, ſtultitiarum commendatores, aliena iudicia pro ridiculis habent. Omnium rerum obliuioſi præterquam contumeliæ dicendæ, iniuriæ faciendæ, rapinæ exercendæ, debitũ negando, depoſitum abiurando, rem minis atque etiam plagis ſoluendo. Virtutes autem illæ: animi præſentia, motus initiò mediocris, qui ſimul cum ærumna creſcat atque incendatur. Nunquam decoris ſui immemor: gloriam ſuam præ oculis, Ducis imperium, Reipublicæ commoda ante oculos habeat. ſuperetur, non vincatur. victus non fateatur. neque enim tam placet Turnus illis:

-victi, & victum tendere palmas
Ausonij videre.

& illud, *- tua eſt Lauinia coniux*: quàm Troilus, qui & puer & *- impar magno congreſſus Achilli*:& deiectus de curru, *lora* tamen *tenet* adhuc. Iactabundus tamen ſemper miles, ſpe euentum præcipit fiducia ſui. Dares

Oſtentat latos humeros,alternáque iactat
Brachia.

Itaque alacernõ tam adepta, quàm præcepta opinione victoria.

Ergo alacris,cunctoſque putans excedere pugna,
Æneas ſtetit ante pedes.

Item impatiens: *- nec plura moratus.* iam quaſi victor *Læua cornu tenet.* &, *Ducere dona iube.* Solicitus verò in aduerſa fortuna, quales in obſidione Troianiſ ſolutº in ſecũda, vt Rutuli:

-ſuſique per herbam
Indulgent vino,& vertunt crateras ahenos.

&, *-noctem cuſtodia ducit*
Inſomnem ludo. Mox autem, *Luminaria micant.* Tandem, *- ſomno vinóque ſepulti*
Procubuere. itaque *Silent latè loca.*

Hoſtilis autem frequens exprobratio: laudis diminutio aut contemptio:& probri attributio,

O veræ Phrygiæ:neque enim Phryges.

Quare non ſolùm milites, ſed etiam alio quouis modo inimici & ſentiunt & loquuntur. Hac cõſuetudine Amata prædonem vocat Æneã: Teucris obiicit exilium. Latronem Æneam matres Laurentes.eundem Semiuirum Turnus. Adiungitur verò affectus acrior interdum adeò, vt audito ſolo nomine hoſtis, execremur. Horatius id oſtendit, quum ait,

Parentibuſque abominatus Annibal.

Sic & patriam & gentem odio habemus. quemadmodum in tertio eſt apud Poetam,

Et terram altricem diri execramur Vlyſſei.

Peculiaris militi ea exprobratio, quæ ſit hoſte interẽpto: de qua inter figuras: Sarcaſmon enim Græci vocant. Ea nihilominus ante cædem fieri ſolet. frequens, vt ſuo loco. Neoptolemus,

-referes ergo hæc,& nuncius ibis
Pelidæ genitori,illi mea triſtia facta,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

& poſt cædem Æneas,

Iſſlic nunc metuende iace.non te optima mater
Condet humo.

Idem Lucago, Camilla Liguri, Et Turnus,

-quam bello Troiane petiſti
Italiam metire iacens.

Magna illuſione atque acerba. quippe Italiæ poſſeſsionem dat ei. Haud tamen ſemper conuenit, vel propter perſonarum rationem, vel propter varietatem. quare Æneas ibi nihil amplius quàm

Pallas,te hoc vulnere Pallas Immolat.

& Turnus occiſo Pallãte quaſi Epicediũ canit,

-qualem meruit Pallanta remitto.

Remiſſus & Lauſus eodem modo:

Arma quibus lætatus,habe.

At Turni quæ ſequuntur paulò acerbiora, ſed tamen ſine Sarcaſmo, contrà quàm Grammatici exiſtimarunt:

-haud illi ſtabunt Æneia paruo Hoſpitia.

Priuatim verò qui exercitus curam gerunt, aut claſsis, aut vrbis, plus tribuunt conſilio, diligentiæ, prudentiæ. Arte, non impetu volunt vincere. quemadmodum Turnus in ſumma ciuium trepidatione, neque ſe deſerit, & alios confirmat. tum omnia prouidet, omnia diſponit. nam & in campos equitatum effundit aptiſsimè: & Catili Coræque fratris ductu firmat vrbis aditum. In muris coronam propugnatorum diſponit. ipſe cum robore exercitus capit locum ad ſigna inferenda. Tum aſtu imperatorio, quod Stratagema vocant, fauces occupat ad inſidias ipſo in ſaltu conſidens, vnde Æneam iuga ſumma ſuperantem excipiat incautum.

Eiuſdem imperatoris officium eſt, ſumma in deſperatione animos addere, ac facere iacturam vilioris rei ad victoriam conſequendam. Quare Tarchontem fortiſsimum Thuſcorum ducem ita deſcribit præfectum claſsi: vt & moneat ſocios quo impetu litus occupẽt, & ſubdat,

Frangere nec tali puppim ſtatione recuſa.

Alius animus claſsis gubernatori. Maturũ conſilium dabis ei: & ipſum fortunæ obſequentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

facies:quo cedendo vincat. Propterea,in quinto A
Palinurus, quum Iraftam capere non potest, in
Siciliam cursum tenet. Vigilem quoque oportet
esse,& auxium vel à tempore,vel ab arte. Idcó-
que,in tertio,

Necdum orbem medium nox horit acta subibat:
Haud segnis strato surgit Palinurus,& omnes
Explorat ventos:atque auribus aera captat.

Mira diligentia,quum dicit *omnes*: quum *explo-*
rat,solertia: quum *aerem* omnibus communem
sibi proprium ascribit præceptorem,ars: quum
notat *sidera*, peritia: quum addit *cuncta*, perfe-
ctio. vt intelligas non immeritò Poetarum re-
gem à nobis vbique Maronem prædicari. Artis
autem explicationem petes,ex quinto,

Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis:
Obliquátque sinus.

Illud in nautis peculiare.duros vt facias,sæpe e-
tiam pertinaces. Memineris Menœtem & appel-
latum & monitum à suo Principe,parere noluis
se.haud iccirco facit iussa: sed *cæca saxa timens,*
proram pelagi detorquet ad undas. Pessimum o- *ámbla*
mnium genus hominum experti sumus in ipsa *næ*
navigatione. Deum ipsum pro ludo in tranquil- *v.*
lo cursu,in aduerso pro hoste aut pro pecude ha
bent. Quas non audiuimus contumelias? quæ
non execrabilia verba? haud multùm abest il-
lud Palinuri,

-non si mihi Iupiter author
Spondeat,hoc sperem Italiam contingere cælo.

Itaque imperiosam personam nauticam in Cha- C
ronte quoque notabis,

Quisquis es armatus,qui nostra ad limina tendis,
Fare age,quid venias. Satis erat:addidit,
Iámque ifthinc:& amplius,*Et comprime gressum.*

Nihil sanè præterea potuit:nisi diceret,*Abi.*

Sunt & alia ciuilia officia. Iudex, Sacerdos,
Orator, Medicus, Faber. de quibus omnibus
nonnihil dicendum,exempláque ponenda.

Iudicem efficies taciturnum, patientem au-
scultationum, moderatorem rerum propositā-
rum. Talem legis Iouem in concilio deorum:
talem Latinum in consilio. Eius virtus iustitia:
æquitas, quam Græci ἰσότητα vocant: rerum
scientia:calliditas ad cautiones. Vitia, præceps D
responsio, impatientia, auaritia, factio, fauor,
dilatio & ampliatio in re liquida.

Sacerdotis nomen amplum ad Pontifices,
Flamines, & eos qui Reges appellabantur. sub
qua specie Vates Augures que neutiquam com-
prehenduntur. Tamen quum videamus Augu-
res ipsos sacra facere plerunque, hîc compendii
gratia Sacerdotibus adiungemus. Eorum ritus
aliis alius tam in sacrificiis quàm in victimis, in
vestibus quoque non vnus modus. Exemplum
vnum habes,in duodecimo,

-purâque in veste sacerdos
Setigeræ fœtum suis,intonsámque bidentem
Attulit,admouitque pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina solem,
Dant fruges manibus salsas:& tempora ferro
Summa notant pecudum,paterisque altaria libant

Vatis autem obseruationes continētur Au- *Vatis*
spiciis,Auguriis,Ominibus,Extispiciis, Astris, *augu-*
Punctis,Ignibus,Animarum euocationibus: de *rium.*
quibus in libris magicis multa præclarè, aliqua
superstitiosè, non pauca ridiculè scripta sunt.
Multi etiam somnia addiderunt. quidam solo
Enthusiasmo implentur deo, futuráque prædi-
cunt. Tales Sibyllæ, quarum & numeros & car-
mina prodidit Lactantius. Eo in numero Cas-
sandra, Helenus, Bacis, Martius apud Latinos.
præterea Phœbades omnes, quarum nomina,
responsa, modos, eorúmque causas excipies ex
Herodoto, Plutarcho, Cicerone & aliis. Heleni
vaticinium pacatius, Sibyllæ operosius. Ille e-
nim nullo actus furore futura explicat Æneæ. at B
Sibyllæ

-non vultus,non color vnus,
Non comptæ mansere comæ:sed pectus anhelum.
Et rabie fera corda tument,maiorque videri
Nec mortale sonans.

Videtur autem omnium antiquissimum Au- *Auspi-*
spicium.facillimum enim & simplicissimum A- *cia.*
uium genera,numerum, volatum notare. Eius
faciem habes,in primo,

Aspice bissenos lætantes aere cygnos, & quæ se-
quuntur. Item in duodecimo,

Námque volans rubra fuluus Iouis ales in Æthra,
Litoreas agitabat aues,turbámque sonantem
Agminis aligeri:subitò quum lapsus ad undas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vn-
cis, &c.

Supersunt etiam Enniani versus de Romuli
Remsque auspicio in condenda Vrbe: quos re-
citat M. Tullius. Miscentur autem simul, vt in
auspicio sit etiam augurium: quemadmodum
in primo: neque enim solùm obseruat alarum
sonitum, sed etiam cantum. notabis etiam *cæ-*
tum,non dispersos.& volandi modum, *cinxere*:

Vt reduces illi ludunt stridentibus alis:
Et cœtu cinxere polum,cantúsque dedere.

Omen autem est, quod ab hominis ore excipi- *Omen.*
tur:Eiusmodi legis,in septimo,

Heu,mensas etiam consumimus,inquit Iulus.

Tum Aeneas, qui esset pontifex & sciens augu-
riorum

-ea vox audita laborum
Prima tulit finem:primámque loquentis ab ore
Eripuit pater.

Eripuit auiditatem notat imponendi finem tot
expectationibus. nam Græci lenius, ἐξέφυγε τὸ
ἐπέχειν. Extispicinam,in quarto,

Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras:
Instauratque diem donis,pecudúmque reclusis
Pectoribus inhians,spirantia consulit exta.

Astrologos verò si inducas, nequaquam expli-
cabis status,aut progressiones,aut regressiones,
aut coniunctiones, aut obiectiones siderum: id
enim est ostentatoris & inepti. Sed si quid atti-
geris

geris,id sanè parce.Rē verò ipsam oblines quasi A
coloribus viuidioribus: veluti si sic dicas, Iouē
nolle aut velle: Venerem infensam aut propi-
tiam. Induces verò causas, cuiusmodi apparent
in tota Æneide acrius contemplanti. Iouis Æne-
as nepos, eum sanè fautorem habet. Iam matrē
Venerem.cuius suasu ac ductu it Carthaginem,
comiter excipitur, opibus iuuatur, Regina etiā
fruitur, contors imperii fit: iccirco ait illum,
non Elisam vrbem condere, *Pulchrámque vxorius*
vrbem Extruis. Propterea quòd in medio cæli
coniuncta fuit cum Ioue Venus: quæ erat partiū
principalium in eius genitura domina. A fœmi-
na igitur regnum: quemadmodum & à Lauinia.
Iuno verò ea est quam Astrologi partem fortu-
næ vocant: ac propterea Iuno hera dicta fuit ab
Hethruscis disciplinis.& simplici appellatione
vocat herā Fortunā Ennius, in oratione Pyr- B
rhi ad Romanos legatos, *Vósne velit, an me re-*
gnare Hera. Ea parte Fortunæ comprehendi-
tur etiam regni fors. Itaque in genitura Æneæ,
quum esset à Marte infestata:& ferus fuit euen-
tus,& diu profugus quęsiuit terras alienas,pro-
pterea quòd in nona constituta esset, malo etiā
exitu. Tandem enim Æneas in Aniene fluuio pe
riit. Haud dissimile fatum Romulo, & Cæsari,
& Alexādro,& Annibali,& Scipioni, & Iugur-
thæ,& Mithridati,atque aliis innumeris.perquā
enim pauci viri ex iis qui clari atque illustres tū
virtutibus tum fortuna habiti sunt: quos non
infelix exitus tanquam pro exemplo Fors ostē-
tauerit posteritati. Quin penè omnes aut extra C
solum patrium,aut violenta morte periere.hæc
tu igitur tum narrabis parcè, tum dispones ap-
tè:omnia verò suauiter condies. Nudæ nánque
res διδασκαλίαι, id est artium præceptiones po-
tius olent:apparatus solius Poetæ est.

Est præterea quiddā, quod neque auspiciis,
neque superiorū generū vllo alio statim conti-
netur. sed, vt Philosophi dicūt, quasi per analo-
giam. quale est in primo, inuentū caput equi in
arce condita Carthaginis. & in tertio,quū Italia
sese ostēdisset,equi primi cōspecti sunt: id quod
interpretatus est Anchises pro futuro bello, sed
ad futurum nihilominus imperium.

Ne somniorum quidem omisit ille partem. D
sed Latinus Rex oracula Fauni consulit, pelli-
bus instratis incubans.

Vmbrarum verò euocationē Homerus exe-
quutus est,& Lucanus. His longè melius vir di-
uinus, qui Æneam ad inferos duxit & reduxit.
neque enim si Orpheo id contigit, non etiā Æ-
neæ potuit euenire: vt Herculē racēā,& Thesēū
ac Pirithoū. Non tamen hanc ignorauit artem
Poeta.nā & Mercurii potentiæ id attribuit. *Hic*
animas ille euocat Orco. haud sine magna rerū scię
tia. sunt enim eiuscemodi homines omnes Mer-
curii discipuli,non tamen absque Saturni mini-
sterio. eiusdē quoque artis professionē assignat
sagæ illi, de qua Dido apud Annā verba facit.

Sequitur Orator, de quo adeò multa veteres A
tum Græci tum Latini, vt hic nobis pauca dicē-
da sint. Duplicem tamen intelligas Oratorem:
alterum virum bonum, prudentem, sapientem:
cuius consilio atque oratione vniuersus reipu-
blicæ status temperetur. Talem intellexit diui-
nus Vates:

Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem
Conspexere,silent, arrectisque auribus astant.

Tales celebrauit Ennius Lælium, Cethegum, &
Ælium Sextum, tribus diuersis locis. Cethegum
enim appellauit Medullam persuasionis. de Læ-
lio, *Mitis sapientia Læli*. de Ælio mira illa: *Egregiē*
cordatus homo catus Ælius Sextus. Duos sibi
finxit maximus Poeta: Ilioneum & Venulum:
quorum sapienti am atque facundiā ex vtriusque
orationibus intelligere poteris.

Alterū genus Oratoris, nomine tantùm non
re.neq; enim dignus est qui cū illo cōmune quic
quā habere videatur, sed fori tintinnabula poti⁹. B
Alienarum fortunarū, atque etiā capitis merca-
tores, ac potius māgones. Quæ monstra generis
humani apud nos alit natura, vt inter superos
ostentet dirā speciem Tartari inferni. Vulturii,
Harpyiæque crumenimulgæ: qui ne sanguine
quidē miserorū exaturari queant. Nā quónā pa
cto viri boni erunt duo, quorū alter, Est: alter,
Non: de eadem re vociferatur? Ac Scholastici
quidē ea verba frequentia: verùm sine cuiusquā
dispendio. At in foro, non nisi sine pernicie dis- C
putatur. eóque res adductæ sunt, vt qui vincit,
ei longinquitatis tædio victoria sit insuauis: &
impensarū onus opprimat rei controuersiæ vti-
litatem. Hosce in Comœdias introducere pote-
ris: quemadmodū & impurorum alia hominum
genera: quos Chrysalos, Chrysophagos, Labra-
ces nomina, quales sunt, ostendunt.

Post Oratorem Medicus. Quorum vter vtri
præferendus sit, ambigunt. verùm iudicii mo-
dus ex rationibus accipiendus est. Necessarius
enim magis Medicus. Nam sanè Orator sibi
quisque esse potest. actiones enim quæ legibus
temperantur, à voluntate nostra pendent. at va
letudo nequaquam. Præterea in ciuitate regen- D
da, morali tantùm philosophia opus est. in qua
moderator ille populi, vt rempublicam sapien-
ter tractet, exercitatum esse satis est. In Medi-
co verò nulla esse potest perfectio sine illa en-
cyclopædia: quæ homini viam munit ad felici-
tatem. Medicum effinges doctum, probum,
lenem, diligentem, maturum, fortunatum, Deo
fretū, non sua vel scientia, vel opera, vel successu
tumidū. non cuiusmodi vulgò turbā videmus à
primis literarū rudimētis cōtinuò seipsā eo no-
mine venditantē, inuidam, maledicam, obtre-
ctatricem, nouā speciem Cynicorum, auarā, te-
mulentā, supinam, ignauā simul atque ignarā.
Virgilianus lapis ideam boni viri præ se fert:

Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neque quam trepidat.

Nánque receptum ac probatum agnoscit: quũ ei Pæonũ tribuit amictum. neque enim omnibus licebat: & seniorem dicit, vt longa rerum experiẽtia munitum declararet. Herbas quoque potentes, eásque non temerè quæsitas, sed quas Phœbus commendarit. Trepidatio autem illa diligentiæ signum est. De fortuna quoque subdit, *Nulla viam fortuna regit, nihil author Apollo Subuenit.* Dei enim opus est: opera autem nostra. Quare perfecta re & gratias agit diis, & eorum potestati beneficium ascribit:

Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt: neque te Ænea mea dextera seruat:
Maior agit deus.

Fabros autem cuiuscunque generis præstabis sedulos in re sedata, in vrgente diligentes. Vulcani officinam consules, in octauo: vbi etiã vigilãdi morem inuenies. Laborem arti miscebis, materiam aptam dabis, opus materiæ impones. Aliter instaurant classem, in quarto: infabricata fugæ studio: aliter fabricauerant ad Antãdrũ. ad hæc exẽpla tuam operam accõmodabis.

NATIO SIVE GENS.

Caput xvii.

Peciosissima pars restat: de qua pauca, sed quæ maximè signata sint. Vides hasce faculas cælestes, quæ astra, ac sidera, stellasque appellamus? in iis non tam luminis vis, aut rotationum indefessæ statæque vertigines admirationem in nobis facere debent, quàm temeraria illa quasi dispersio. Nam quum in rebus priuis ita natura cõparatum sit, vt ordine quodam certo collocatarum partium prudens dispositio esse videatur. Quare non idem in opere tũ omnium pulcherrimo, tum cæterorum omnium operum authore? Cælum dico, cuius partes illæ splendidæ neque paribus molibus, neque paribus interuallis inter se distant. Vt siquis locus fortuitę occupationi Epicureorum detur in natura: hac maximè in parte totum hoc sibi vindicare posse appareat. At in cæteris rebus animaduertere est tũ natura tum arte constituris iustas quasdam dimẽsiones, spatiorum responsus, partium loca ac magnitudines operibus debitas, atque obseruatas. Nam quòd nasus solus esset, in medio fuit constitutus: oculos, quòd gemini, item aures, vtrinque designatis distantium tractuum terminis, collocatos. Idem contemplere in curru, in naui, in ædibus scitè fabricatis. Quid igitur in causa? quum sapiens opifex terram cæteráque elementa animantum generi destinasset: noluit omnia similia facere, propterea quòd vnum omnia fuissent. iccirco non summa solùm fastigia naturarum, quæ genera appellamus, dissimilia ac diuersa finxit: sed species quoque imas ipsas, atque etiam in illis ea quę indiuidua nominantur. Quare quũ substantiam, quæ vniuersæ cuipiã speciei vna esset, variare vellet: apposuit ea quę Philosophi vocant Accidẽtia: quibus eidem materiæ, quæ subesset: eidẽ formæ, per quã illa hoc quod est, esset: aliam atque aliã imponeret faciem. Quòd ad opus moliendum, loca ipsa in quibus illa existerẽt, sic apparauit: vt à secũdis causis penderent omnia, suo vnius iussu tamen. quibus rationibus disita illa spatiis, diuersa magnitudinibus lumina, diuersos quoque locorum efficeret Genios: quibus animantes formis eædem, variis ac diuersis itẽ differrent accidentibus. Quamobrẽ fluuio aut monte distinctos populos adeò dissimiles inuenias, vt quantũ addere debeat vicinia ad charitatẽ: tantùm sidera distrahant ad perniciem. Gentiũ itaque ac populorum ingenia tũ ex historiis tum ex prouerbiis atque ex ore vulgi excipienda censeo. Ne tamen tibi tantùm negotii exhibeat conquisitio, pauca subnectam. Alienorum luxus, Africanorum perfidia, Europæorum (hoc enim volo mihi dari) acritas. Hæ primæ maximæque diuisiones. Aliæ proximæ hic: Montani asperi: Campestres molliores, desides. Maritimi prædones, mistis tamen moribus. eadẽ ratione Insulani quoque. Deinde hæ: Indi mobiles, ingenioſi, magicæ studioſi, numero fidẽtes. Assyrii, Syri, superstitioſi. Persæ, Medi, Bactriani, Parthi, Scythæ, sibi: Phryges, Cares, Cappadoces, Armeni, Pãphylii, mercenarii atque aliis bellicoſi. Ægyptii, ignaui, molles, stolidi, panidi. Afri, acres, inſidi, inquieti. Æthiopes, animoſi, pertinaces, vitæ mortisque iuxtà contemptores. Thraces, Mysi, Arabes, Moschouitæ, Pæones, Hungari, prædones. Illyrii, Liburni, Dalmatæ, iactabundi. Germani fortes, simplices, animarum prodigi, veri amici, versque hostes. Suetii, Noruegii, Gruntlãdii, Gotti, belluæ. Scoti non minus. Angli, perfidi, inflati, feri, contemptores, stolidi, amentes, inertes, inhoſpitales, immanes. Itali, cunctatores, irrisores, factioſi, alieni sibiipsis, bellicoſi coacti, seruiunt vt ne seruiant, Dei contemptores. Galli ad rem attenti, mobiles, leues, humani, hoſpitales, prodigi, lauti, bellicoſi, hostium contemptores, atque iccirco sui negligentes, imparati, audaces, cedentes labori, equites omnium lõgè optimi. Hiſpanis victus asper domi, alienis mẽsis largi, alacres, bibaces, loquaces, iactabundi, fastus tartareus, supercilium cerbereum, auaritia immanis, paupertate fortes, fidei firmitas ex precio, omnibus nationibus & inuidentes & inuisi. Vna natio illos superat animi prauitate, magnitudine vincitur, Ligures.

FACTA. Caput xviii.

Politiam verò ipsam, vel quæ sit, vel in qua iam facta sit aliquid: ita instrues. In condendis vrbibus aut claſsibus, apparabis sacra, auspicia, ludos, ouationes, bene ominantium vota, spes bonas, studium, diligentiam, operam, artem:

Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars

Pars optare locum tecto, & concludere sulco.

Hactenus corpus ciuitatis: nunc ipsum quasi animum addit.

Iura magistratusque legunt, sanctumq; senatum.

Tum addit ornamenta, theatrum, & columnas, & scenas. Ita complexus est diuinus ille vir, Vtile, muris ac domibus. Necessarium, sine quo societas humana, quam Ciuitatis cõplectimur appellatione, stare non potest: legibus. Decorem ac delectabile, ludis. Eandem faciem pingit, in quinto, *Sortitúrque domos.* Vbi etiam æquitatem vides. Sorte enim quod cuique obtigit, leuat inuidia Principis animum. Secundo loco,

Indicítque forum, & patribus dat iura vocatis.

Neque verò quum in patres ac plebem partitus vrbem fueris, quam comprehendes sub profano: alteram partem meliorem Ciuitatis omiseris. Habes enim exemplum,

Hîc templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum, & numine diuæ.
Ærea cui gradibus surgebant limina.

Quo loco tria quoque illa complexus est: Materia est, æs, cementa, marmor, cum figura liminis, trabium, cardinum, valuarum, testudinis. hoc est corpus. Anima templi quid erit? Numen ipsum. iccirco dixit *opulentum numine.* Dona verò ad decorem: vt & hîc scias quàm leuiter Virgilium Grammatici excurrant. Haud dissimilis in quinto,

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ. Et quum alterã pietatis partem absoluit, alteram exhaurit,

-tumuloque sacerdos
Et lucus latè sacer additur Anchiseo.

Neque verò idem modus aut vbique aut semper. Illæ nánque vrbes per otium condebantur atque in pace. Carthago in solo empto: Acesta inter consanguineos: vtraque in suã terra. At in Italia, bello imminente, in gente ignota, etiam hostili, satis habuit deponere deos penates in tentoriorum penetralibus. idque per Aposiopesin intelligas potius quàm audias. Quod autem acrius vrgebat, maturè peragit,

-ipse humili designat mœnia fossa:
Moliturque locum, primasque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.

In vrbe autem iam constituta, potissimum statues consilium. Sic & in nono, in consilio sunt. & in vndecimo, Latinus de summa rerum consulit. & in decimo, de pace atque concordia Cælitũ agit Iuppiter. Ad idẽ genus disceptatio Turni atque Dracis refertur. Secũdo loco, vt apparatus sit militaris cũ munimentis. est enim bellũ pacis pater. Quare disciplina atque exercitatione opus est. Iccirco Principem vbique audis: Iouem in cælo, Laurenti Latinum, in castris Æneam, eo absente Iulum, sed eum mandatis & consiliariis propter ætatem. Nusquam autem populi temeritatem Maro, quam Δημοκρατίαν Græci, nos Δημοκρατείαν dicimus. Eo solo differunt à tyrannide: quòd tyrannus vnus. Exercitationes autem in nono, in oratione Numani. Quę quoniam necessaria est bene institutæ ciuitati, indicaui: quia esset prolixior, non posui. Veteris disciplinæ vestigia apud Germanos penè solos mansit in Occidente. Mysi quoque & Scythæ eodem modo degunt. nostratibus nihil præter luxum, & iactantiam, ludum, & Dei contemptũ reliqui factum est.

Bella verò quemadmodum indicantur aut fiant, toto penè opere deprehendes. In septimo,

Moserat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum. nunc maxima rerum
Roma colit. Cùm prima mouent in prælia Martem,
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcaníue, Arabíue parant, seu tendere in Indos,
Auroráque sequi: Parthósue reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ, sic nomine dicunt
Religione sacra, & sæui formidine Martis.
Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora: nec custos abſsistit limine Janus.
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ:
Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina Consul.
Ipse vocat pugnas: sequitur tum cætera pubes:
Æreáque adsensu conspirant cornua rauco.

Modum præterea bellum indicẽdi, res repetendi accipies ex historia T. Liuii. In ipso autem bello instrumẽta cuiuscunque modi, apparatus, commeatus, consilia, astus Imperatorum, fors, virtúsque simul mistæ. Tum ex antiquis narrationibus, tum ex nouis annalibus aliis nominibus paululum deflexis modis, moribus, institutis, euentis, ad ea quæ proposueris, adducentur.

OECONOMIA.

Caput xix.

Oeconomia, vt pars est politiæ: sicut domus, vrbis: ita antiquior, vt pars toto. Nõ differt à politia nisi magnitudine, atque negotiorum proportione. Humiliore igitur opera eam transiges. Atque vt eius neſcius ne sis modi: apponam loca aliquòt. Ex primo,

Ac primùm ſcilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Quæ Aristoteles vocat ἐπαγωγίαν.

Tum cererem corruptam vndis, cereliáque arma
Expediunt ſeſſi rerum, frugéſque receptas
Et torrere parant flammis & frangere ſaxo.

Neque putes quod fecere Grammatici, ordinem inuersum ibi. Cererem enim corruptam vndis prius siccatam oportuit quàm molitam. Quæ fuit causa vt opus incæperit ab igni excudendo. Officia verò ac ministeria partiere. Æneas ceruos dedit: sic penum patersamilias. familia verò operas:

Tergora diripiunt coſtis. Pars in frusta ſecant.

Ad eundem modum & apud Elisam,

Dant famuli manibus lymphas. Cererẽ expediũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferunt mantilia: penum struunt: ignem procurant: dapes feruntdant vina: Iopas canit: Dido libat: sancit fœdus: Bitias se proluit. Ibi vides Nautas, hîc luxum regium. At in septimo parsimonia militaris,

Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituuntque dapes, & adorea liba per herbam
Subiiciunt epulis,
Et cereale solum pomis agrestibus augent.

Otium autem vtique tolles. neque enim decet bene moratam familiam otiari. Non matronæ ipsæ operis sunt immunes. Andromachę vestes legis picturatas. Circe *arguto tenues percurrit pectine telas*. Dido sua manu factas chlamydes dat. Euryali mater excubat in opere. & in octauo, fœmina vitam colo tolerat, atque alit familiam.

Est autem œconomiæ pars agricultura & venatio: quarum vtraque mollissimè describi debet. Illa modicè attingi: venatio fusius dici, nisi tempus aut res aliæ sint impedimento. Agriculturam itaque perstrinxit in tertio. *& victum seges ægra negabat*. Ineptè enim deduxisset in agrum ciues cum aratro. Venationes tres eõsiderabis tribus diuersis admodum modis explicatas. In primo fortuita est: sagittis simplicissimè peragitur res. Neque enĩ decuit naufragũ, amissis nauibus ac sociis, maiore animo quã spe, aliter venari. In quarto, consultò, & cum apparatu. nulla tamen præda describitur. nusquam enim ineptientem vidimus Maronem, solum omnium poetarum. Sanè ad Elisæ, non ad ferarũ capturam instructa fuit illa venatio ab Iunone & Venere. In septimo verò ex necessitate egrediuntur in syluas: carebant enim commeatu. quibus ex locis maximam præstantissimámque scribendi rationem ex illius diuini viri prudentia mutuabere.

MORES.

Caput xx.

QVanquam de virtutibus, vt mihi videbatur, satis est dictum: tamen quo perfectionem illam assequamur, etiã mores ipsos contemplemur. Mores sunt affectus animalibus connati: ἕξεις, & ἤθη dices. At ἤθη à natura, vidẽtur esse τῶν ἕξεων fundamenta. ἕξεις enim ex frequentatis actionibus. Affectus sunt qualitates quæ proficiscuntur à moribus, & antecedunt actiones: ita vt sint actus primi interiores: sic enim in libris de anima vocãtur. Iracundia ὄρεξις est. Irascentia affectus, aut actus interior. Cædes autem, actus exterior. sunt autem duplices: à virtute & à vitio. Sic autem digeres:

Primum motum aut emendabis à virtute: veluti Æneas, quum de Helenę interitu cogitat, abstitit dei cõsilio. Aut lenies: sicuti Pallas quũ nimiam præ se tulit audaciam: telo enim rapto solus obuiam multis exiit: audita tantùm hospitum oratione: summa ciuilitate, *Egredere*, inquit. & *O quicunque es*, magna sanè humanitate ignotum. Summam verò modestiam bene nato, bene institutoque adolescenti attribuit: qui patri respondẽdi munus reliquit. ait enim, *coramq; parentem Alloquere*. Nihil simplicius. vbi verò procedit oratio, etiam Hospitem vocat. Quia se vltrò obtulerat, atque etiam nobilissimo animo dextram dedit. Nullis profectò Philosophorum præceptis aut melior aut ciuilior euadere potes, quàm ex Virgiliana lectione.

Ciui optimo eiusmodi animum dabis, vt pro patria mori velit. Quapropter Anchises excisa Troia negat se velle esse superstitem. Habes & illa verba maximi momenti: *Pulchrúmque mori succurrit in armis*. Laocoontis verba audies, qui nihilo minore affectu inflammatus esse videbatur. & mulieres Laurẽtes *primæq, mori pro mœnibus ardent*. Iisdem legibus hero seruus, herus seruo prouisum curat. Rex pro populo, pro Rege populus audet extrema. Palinurus,

Non vllum pro me tantum cepisse timorem:
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret nauis, tantis surgentibus vndis.

Palinurus, inquam. at quo in loco? qui ipse mediis in fluctibus obiectus imminenti morte nulla spe euasionis tenebatur. Est igitur summa ac prima coniunctio necessitudinis inter Patriam & Ciues. huic proxima cognationum. Iccirco liberos æquè metuentes facies parentum rebus. Sæpius verò & impensius parentes liberis: quẽadmodũ suprà declaratũ est. Miscebis etiã affectus. aliter enim astat Ascanio saucio patri, summũ in discrimen adductis rebus: sic pingitur à Poeta vir fortis, *Et multum mœrentis Iuli*. nã neq; ciulatum intelligis, sed mœrorem tantúm. Aliter Lauinia flentem matrem audit, in XII,

Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,
Flagrantes perfusa genas. cui plurimus ignem
Subiecit rubor.

Aliter Ascanio sperat Æneas,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Aliter Amata Turno timet, quasi filio: eam enim appellat Matrem,

At Regina noua pugnæ conterrita sorte,
Flebat.

Priamus in Politæ cæde omnia obliuiscitur præter filium, Regiam dignitatem, vitam. Idem pro filii cadauere castra hostium transmittit securus periculi, inermis, supplex, ad hostis pedes abiectus, prostratus. Laocoon manifesto in discrimine auxilium natis fert: cõtemnens potius mortem certam, quàm sperans vltionem. Mezentius nato interfecto mori vult. Ecce quot exempla patrum. Nam vnum habes filii. Protexit enim Lausus patrem, quemadmodum & nos nostrum, quanquam alio & fato & facto. Amicitię igitur ius, aut inter æquales, aut inter inæquales. & aut simplex, vt inter ignotos: aut deductũ, vt inter cognatos, affines, ciues. Simplex inter notos sine affinitate: qualis Nisi & Euryali.

Ille

Ille neque in periculo deseruit adolescentẽ: & deprecatus est sibi illius mortem. Talia exempla Pyladæ, & eius qui pro amico vadatus fuerat: nisi ille rediisset. Haud absimilem imaginem eliciamus ex congressu Heleni, atque Æneæ simul & Andromaches. neque enim auelli quibãt:

Iamque dies alterque dies processit: & auræ
Vela vocant.

Inde tot congerunt dona discedenti: tot interueniunt orationes: neque enim expleri possunt. Idem modus in populo, qui vltrò sese nouę vrbi ascribendum curarat: abeuntibus suis abire vult simul. Suprà posuimus hoc pro inconstantia, rectè: nunc pro inconstantiæ causa.

Paulò diuersior ab hac amicitiæ simplicitate Amor ille qui Veneris causa comungit nos. quum tamen Amicitiæ veræ imaginem quampiam repræsentet: hîc apponamus præceptiones. Principio sine ratione fit. oculis aut auribus insinuat fere. Hi sunt aditus furoris huius. capimur enim aut visu aut fama. hæc postea illius minístra est. Suspicio comes, & metus amittendi, ζηλοτυπία Græci vocant. Cicero interpretatur obtrectationem, minus plenè. nam ζηλοτυπία est imago æmulationis: id est metus rivalitatis: Obtrectatio autem laxa vox est. Iccirco Poeta doctissimus duas simul iunxit voces, ἀλλήλους ἀσυμπαθούσας. *Omnia tuta timens*. Non enim id significat: vt timeat omnia, ne minus tuta sint: sed illud, Etiam quæ tuta sunt, timens: imò verò omnia. Omnia igitur timere facies, omnia sperare, addictum cuicunque generi superstitionis. Quamobrem illa dixerat Poeta, *Quis fallere posset amantem? & At Regina dolos præsensit. & Motúsque excepit prima futuros*. Iccirco vt exeutiant metum hunc, certant frequẽtia obsequiorum: quibus sibi amatam deuinciant. Nihil autem mediocre. nãque & rem & affectum & conatum vel præ se ferunt, vel etiam ostentãt. vnde Dido,

ζηλοτυπία.

Nunc media Æneam secum per mœnia ducit:
Sidoniásque ostentat opes, vrbémque paratam.

Conuenit enim Æneam inopem ac profugum, & opibus & regno detineri. Ipse de se sanè dixerat, *Ipse ejectus, egens, Libyæ deserta peragro. & rerum omnium egenos, Vrbe, domo socias*. Item quærenti nouas terras, nouam vrbem condituro, vrbem ostentat paratam. Iam enim ille dixerat, *O fortunati quorum iam mœnia surgunt*. & in tertio,

Vrbem fatis gaudete vestris.

& Iuno Veneri,

-causásque innectite mortis.

Superstitionem verò

Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras. &
Instauratque diem donis, pecudumque reclusis
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Affectum autem contemplandi,

-pendétque iterum narrantis ab ore.

Quapropter aut similium aspectu capiuntur, aut seruãt pignora: annulos, vestes, epistolas, etiam ensem Dido. Similitudo autem: *saltem mihi parvulus aula Luderet Æneas, qui te tamen ore referret. &*

Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere posset amorem.

Quinetiam si desint ea, fingimus ante oculos amatam rem. cuius species semper versetur intus. quod & ibi reperies:

Sola domo mœret vacua, stratísque relictis
Incubat, illum absens absentem auditque videtque.

Mirificus verò affectus ille,

Incipit effari, mediáque in voce resistit.

Adeò enim perturbato sunt animo, vt etiam sui ipsius obliuiscantur. Itaque etiam in amentiam quãdam incidunt, qui morbus à Medicis ἔρως dicitur. Oritur ergo negligentia rerum maxima,

Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúsue aut propugnacula bello
Tuta parant.

Hi sunt affectus primi: sequitur is, quo tentant amoris finem: aut quum primùm potiti, deinde exclusi sunt,

Ire iterum in lacrymas iterum tentare precando
Cogitur.

Mirũ verbum. Liber enim nullius amãs est: neq; suus, sed sibi alienus. Iccirco addit odiosum verbũ, *supplex*. Item quod minimè decet hominem sui compotem, *Animum immittere amori*: id est videre & commodum & decorum, vtrunque agnoscere, vtrunque negligere.

Tertio loco, aut victoria aut desperatio. In victoria exultant primò, mox languent. Hispanus tyrannidem exercet: Gallus contemnit, atque etiam vulgò iactat, non solùm obiicit: Italus amens fit. Desperatis rebus quidam agunt quod Dido,

Mortem orant, tædet cœli conuexa tueri.

Tandem verò fiunt audaces,

Ergo vbi concepit furias, euicta dolore,
Decreúitque mori.

Vt amor dolorẽ pariat, qui fit maior quàm mortis metus. tandem nonnulli sibi manus violẽtas attulere. id quod in Elisa legis: & de multis narratur in fabulis Ouidianis.

De fortitudine quæ sentirem, in persona Æneæ declaraui. Nunc modos quosdam in aliorũ moribus videamus. nam tametsi metus abest aliquãdo, tamen ex immanitate rerũ stupor occupat. id quod euenit Turno, in XII. Sed quo oris habitu, aut quibus motibus obseruandum est.

Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit. æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistóque insania luctu.
Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.

Primus hic motus, qualis in illo prouerbio, Furor fit læsa sæpius patientia. Attende hinc consiliũ viri fortis,

Vt primum discussæ umbræ, & lux reddita menti est,
Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit
Turbidus.

Non deiecit animum rei difficultas, sed inflammauit. Est enim viri fortis proprium, nullũ vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatum vel fortunam detrectare, etiam deteriorem. Iccirco idem Turnus,

Quò deus & quò dura vocat fortuna sequamur.

Qui etiam duram vult vltrò sequi, nõ ab ea inuitus trahi.

Stat conserre manum Æneæ, stat quicquid acerbi est, Morte pati

At quomodo *pati*? *Morte*, inquit. vt profectò stultos ea lego, horror animum occupet: deinde impellat ad idem agendum, atque etiam quasi in ipsa statuat actione:

-nec me indecorem germana videbis
Amplius.

Talia verba Alfõso Ferrariæ duci in cladis Rauennatis procinctu quum essemus, frater meus, vir fortissimus atque multis prœliis clarissimus, imperque victor, Titus Scaliger, sese cohortãti atque patris Benedicti gesta in memoriam reuocanti, dixit, se aut morte maiorum suorum illustrem gloriam instauraturum, aut vita fortunam superaturum. Eodem animi apparatu desert & mœstam Turnus, & sororem: idque rapido cursu. non fessus tot ærumnis, non cunctabundus in discrimine, non metuens in re deteriore, etiam *media agmina rumpit.*

Coniunges etiam in aliquo cum fortitudine modestiam, cuius forma componitur in Mnestheo Virgiliano. Is enim quum secundum Æneam sit in prima fortitudinis commendatione, vult vincere nauali certamine. Hic est fortitudinis finis. petit tamen id à sociis: hoc modesti est. Vox illa magni & cordati viri, *Extremos redisse pudet.* & illis attribuit, *Hoc vincite.* nec defuit huisce virtutibus pietas: quum spem omnem in numine ponit: *Sed superent quibus hoc Neptune dedisti.* Eadem ratione statues eandem fortitudinem cum bonæ fortuna, cum aduersa, cum necessitate, opibus, inopia, gratia, inuidia, statu hominũ: verbi gratia in Principe, aut sub Principe, indigena, inquilino, profugo. Item cum vitiis animi nonnunquam. Superbia namque sæpenumerò fortem comitatur: præterea pertinacia, peruicacia, contumacia, contemptus. Sæpe egreditur è laudato illo medio, atque inficitur temeritate. quemadmodum Poeta Misenum quum Heroem fortissimum appellasset, superbum tamen agnoscit, ac dementem vocat. Ita Mezentiũ non minus forte virum facta ostendunt: immanem tamen atque impium notat. Messapum fortem simpliciter, & Tarchontem. Temperari quoque potest virtus hæc, non alterius virtutis aut vitii mistione, sed tãquam gradu quodam: veluti audentia, acritate, maturitate, cunctatione. Qua ratione vocat Audacem Rutulum Turnum, quia non accederet ad Æneæ fortitudinem. & Asilam Mnestheúmque Aeres. Dementiam verò sine fortitudine, sed inani gloriæ adiũctam in Salmoneo, quid enim stultius aut insanius eo, qui

-nimbos, & non imitabile fulmen,
Ære, & cornipedum cursu simularat equorum.

idemque *sibi diuũm poscebat honorem.*

Tales belluas irrideas sub corio Alexandri, Domitiani, Cambysæ, aliorum. Obtunditur ergo eius fortitudinis habitus interdum multis de causis. quarum aliquot exempli gratia narratæ sunt: aliquot hinc etiam recenseamus. Sunt igitur cognata nobis semina quædam immortalitatis: cuius adeò appetẽtes sumus, vt & sepulturę prospiciamus: & nolimus cadauer nostrũ malè haberi. Non quemadmodũ væcordes quidã, quorũ sententia illa stulta: animã nostrã à corpore solutã interire: atq; iccirco nos esse solicitos eiusce modi diuturnitatis. Sanè harũ pecudũ animi tam insipidi nunquam vixerunt ipsi cum suis sententiis. Humanum verò ingeniũ, quod animæ nostræ vis est, quum se sciat immortale, optat illud quoque, vt corpus ipsum quoque & comes, & domicilium suum, quoad fieri possit, eadem felicitate perfruatur. Ædificat iccirco pyramides, eíque ita condito imponit, vt si non vniuersa temporum spatia æquare possit, aliqua tamen quàm maximè longinqua superet. Mezentius itaque id procurat orans, qui mortem non deprecatur: *Nullum*, inquit, *in cæde nefas.* Id supplex, *Vnum oro,*

Corpus humo patiare regi: scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc oro defende furorem;
Et me consortem nati concede sepulchro.

Dicent hic Philosophi non omnes, sed naturæ oblatratores. Quid tum posteà iam cadauer neque sentit: neque tuum est amplius. at fuit. At nunc senius est mihi viuenti earum incommoditatum, quas passurum sit cadauer meum. Iccirco veri ac sani Poetæ suas personas pingunt, cuiusmodi expositæ sunt à natura: non quales ferrei quidam fingunt. Neque enim scio an verum sit quod tu ita iudicas: quum contrarium videam in naturæ ipsius penetralibus. Ergo ne Turnum quidem tanto robore, tali genere, tot rebus gestis clarum exemit Poeta ex eiusdem matris affectibus, id est naturæ. Tametsi enim fuit vir fortissimus, tamen ipso in aditu mortis homo vilius est. verùm enimuerò nequaquã se prosternit ad Æneæ genua, quemadmodum Magus in decimo: sed negauit se deprecari. quinetiam non pro se, quippe magnanimus: sed pro patre, vt sit pius. At sanè sapiens fortitudo: quæ victoriam non in morte, sed in facto ponit. Ideo dicit, *Vicisti: & tua est Lauinia*, neque solùm tua, sed *coniunx.* Quid aliud vis? quid tibi ex interitu meo emolumenti euenire possit? hæc enim est belli causa: hic pugnæ nostræ finis: non autem mea mors. Addit etiam quod dicebamus, *Seu corpus spoliatum lumine mauis, Redde meis.* hoc enim meritus erat esse, quod ipse erga Pallantem fuisset. Patri enim corpus remiserat etiam cum armis. Dignus profectò qui aut vinceret, aut diuinis tantùm armis, neque aliis vinceretur.

Proxi-

Proximum temeritatis vitium, Iracundia. Hoc enim vterque commune habent: sui compotes vt ne sint. Deos iuxta, atque homines contemptui habeant. Cuiusmodi barbarus Hiarbas etiam cum exprobratione:

Iuppiter omnipotens cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? & addit contemptum.

Non timeris, inquit, *cum fulmina torquet.*

Exprobratio autem frequẽs in amore est. sic Dido de Ænea. *-eiectum littore, egentem Excepi.* Animum enim ira impedit: vt non solùm non sentiat: sed etiam vt non loquatur. Sic Æneam Dido ex sententia non respondentem

Talia dicentem iampridem auersa tuetur
Huc illuc volvens oculos totumque pererrat
Luminibus tacitis: donec collecti spiritus, atque adeo infracti erũpant. Describes verò irati vultum: & colorem aut pallidum, aut igneum, celerem oculorum motum, aut contrà intentos, fluctuantem animum, incertum consilii, certum vltionis. Etiam furorem admiscebis nõ nunquam: sequerísque vestigia diuini Poetæ, qui Turni ferociam sic describit:

His agitur furiis: totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt: oculis micat acribus ignis.

At versutiam, dolúmque mutuabere ex animo minus forti. Equidem comparare solitus sum Versutum artifici, Fortem naturæ. Apertè nánque agunt hi: Ars autem quæsitis argumentis. Mirificè verò Poeta cum & Achillis fortitudinem, & Vlysis prudentiam in vno Ænea exprimere conarerur: ac præterea augeret pietate: illius temeritatem ademit, huius sustulit versutiam transtulítque temeritatem in Turnum, versutiã in Sinonem: vtrúmque aut Græcum, aut Græcia oriundum. Vafriciem autem sic designabis:

-qui se ignotum veientibus vltrò
Obtulerat: fidens animi: atq; in vtrumque paratus
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

Vbi intelliges hoc hominum genere nihil esse formidolosius, si aperta virtute agendum sit. Nihil audacius, cũ sperẽt fraudibus suis sibi è sententia proœssurũ. Igitur eum quoque qui esset futilis, ne mors quidem deterruit. Orationem illis attribues fictam quidem, sed veris mistã. Quorũ luce mendaciorũ tenebræ colorentur. Palamedis igitur hustoriam prætexit vniuersam Troianis ipsis: vt inde & odia cum Vlysse queat excrere: & ab ipso vicissim accipere iniuriam. Is est orationis succus. Modus autem, quem ductũ quidam rhetores vocant: cùm & miserationem mouet: & negat sibi apud Græcos vllum esse relictum locum, vel cùm interrumpit orationem ita, vt expectatione suspẽsum iugulet auditorẽ. Post hæc exutus vinculis tanquam beneficio magno gratiam relaturus, pandit Græcorum consilia, quasi solutus sacramento: propterea quòd iam dixerat Priamus; *Nesser eris.* Illud etiam animaduertes in mendaciis: ferè enim prætexunt obtestationes. Vt cùm Deum sefellerint primùm, tutius deinde sperent sese homines decepturos.

De Auaritia quoque aliquid est dicendum: Quæ est habendi cupido sine modo. versus ille est quouis auro preciosior:

Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Eius imaginem nullo ex authore commodius elicere potes, quàm ex Plautino Euclione. temperatius tamen tu. seruiunt enim illæ scenæ. summa eorum ingeniorum, vt attentiores sint ad rem, quàm ad valetudinem, opes in oculis, in animo, in verbis: impietas inde sequitur, & furor, & væcordia. Impius Pygmaliõ, qui & affinitatis ius contempserit, *securus amorum Germanæ*, & incautum, atque etiam ante aras interfecerit. Mendacium quoque attribues. Sic enim ille:

-factumque diu celauit & ægram
Multa malus simulans falsa spe lusit amantem.

Perfidia. Polymnestor accisis rebus Troianis fas omne abrumpit: & hospitem necat, vt auro potiatur. Omnium exitus infelix. Pygmalion amisit & thesaurum, & sororẽ, & classem, & meliorem partem ciuitatis. Polymnestor: ab Hecuba effossis oculis malè mulctatus est.

Neque tacenda ambitio. Honor enim tanquam beatitudo à multis existimatus. Cuius cupiditate nimia qui capiuntur, dicti sunt Ambitiosi: propterea quòd nihil relinquunt intentatum, mouent omnia, non solùm omnem lapidem, quemadmodum in prouerbio est, vt cæteris antecellant. hoc vitiũ est. Cuius contrarium multis vocibus declarari, nulla signata appellatione circunscribi potest. Nam socordia & ignauia, & inertia, & illud comprehẽdit, & cum illo alia. Humilitas quoque non respondet. Sic ne virtus ea quidem quæ in medio est, vllo certo nomine, quod equidem sciam concipitur à Latinis. Appetitus honoris moderatus. Sic superstitio satisfacit ad notandum eum habitum quo metuimus aut Deum sine ratione, aut ei opera attribuimus ad nostrum incommodum, quæ opera ne cogitauit quidem vnquam ille. Exempla vtriusque insaniæ apponam. Deum formido ad hunc modum, colo sacris, oro precibus, vt ne ante centesimum annum moriar. Hoc est exemplum primi. Alterius hoc. vereor ne iubeat terræ, vt hiatu me absorbeat. Eius vitii cõtrarium fortasse sit impietas: contemptus Dei. Non tamen per omnia respõdet superstitioni. Græci ἀθεότητα dicunt & ἀθεότητα, non malè penitus, non penitus rectè. nam ἄθεος sit is, qui deum negat esse: quod Latini vnico vocabulo exprimere nequeunt. At qui tum credit, tum profitetur, sed ita vt nostra curare negetis neutiquã ἄθεος dici meretur, sed malesanus. virtus verò in horum medio constituta lectissimo nomine describitur in concreto, Religiosus: nam religiositas paulò duriusculum. Ambitionẽ in Numa-

Ambitio.

Superstitio.

ἀθεότης

Religiosus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no animaduertes: superstitionē in Heleno: haud eam quidem quæ Dei cultum excedit: sed illam quā patrium nimis veneramur. velut ille, in territo, quum Troiam & Xanthi riuum, quanquam arentem effinxerit. Qui affectus nec ab ipsa ambitione admodum distat. Est enim affectus immoderatus, quantus in iis quoque qui defunctorum amicorum atque auorum circumferunt imagines.

CASVS.
Caput xxi.

SVbitis casibus illico adnectenda consternatio pusillanimis: stupor magnanimis ex admiratione, non ex percussione, qualis in Æneа: *Obstupui steteruntque comæ*. videbat enim sanguinem è stipite manare. Aliter Pallas obstupescit audito nomine Troianorum. Repentino Æneæ aspectu obstupuit Elisa. At Æneas intellecta Polymnestoris immanitate etiam expauescit: *Postquam*, inquit, *pauor ossa reliquit*. Suis enim timebat in terra barbara atque impia. Euryali mater longē vehemētius percellitur: quippe mater, fœmina, anus,

Excussā manibus radij, reuolutaque pensa.

Non depositi, sed, excussi: neque repositi, sed, reuoluta.

FORTVNA.
Caput xxii.

AB vtraque fortuna rerum personarúmque perduces exitum. Qua ratione profugus ita describebatur, vt multas capessat prouincias: nihil recuset laboris: speret, desperet, metuat, confidat. Circunferat in animo, atque in oratione præteritæ fortunæ imaginem: futuræ spem sibi fingat cōsilio, artibus, votis. Cuiusmodi videmus Æneam, Euandrum, Mezentium, Diomedem, vario animo, ac fortuna, eodem fine. Quietem nánque turba emunt: & vitam obiiciunt periculis, vt sine periculo viuant. Nam Mezentius bello persequitur ciues. Æneas illarum vlciscitur: Euandro supplex Græco. Græcus exul cum profugo Æneа Troiano socia arma iūgit. Diomedes parta terra potiri satis habet, nihil vltra petit, semel expertus fortunam. Affectus infelici extra ordinem dandi sunt, vt Cassandrę:

Ad cælum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.

Quos versus, vtpote diuinos, à seipso è sua Ciri poeta mutuatus est.

BONA CORPORIS, & habitus.
Caput xxiii.

EX his licet explicare multa variaque, sed illustria omnia exempla, vel virtutum, vel vitiorum, vel fortunæ. Quibus adiunges bona corporis, & habitus vestium, aut armorum, quemadmodum in AEnea diximus, ita & ex aliis:

-namq; ipsa decorem
Cæsariem, & lætos oculis afflarat honores. &
-quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. &
Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.

Et cum affectibus ab ætate,

Tutatur fauor Euryalum, lacrymæq; decorę.

Ita vestitus, ornatúsque alii alius, simplex Camillæ venatrici. in Venere venatrice paulò accuratior. Incomptior, atque agrestior Acestæ. Occurrit enim AEneæ

Horridus in iaculis, & pelle Lybistidis vrsæ.

Nautæ seni, eidémque apud inferos

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Pro loco autem Achæmenidis mirus amictus: *Conserium tegmen spinis.* Respondent enim inter se omnia hæc: *dira illuuies, promissaque barba.* Tum victus ex baccis agrestibus, & cornis lapidosis. Nitidior Gallis,

Virgatis lucent sagulis &
-sentis protecti corpora longis.

Alia quoque in catalogis: quæ in præceptionibus varietatis recensita sunt. Sacerdotis autem habitus insignis ille,

Nec procul AEmonides Phœbi, Triuiæq; sacerdos
Infula cui sacra diuinebat tempora vitta.
Totus colluces veste, atque insignibus armis.

Maiore apparatu Chloreus Cybeles: Quippe Phryx. Cuius descriptionem accipies ex XI. pulcherrimam, atque luculentissimam.

ORATIO
Caput xxiiii.

AFfinis maximè personę oratio est: quippe homini necessaria, qui sit animal sociale. Ea duplex est: vna quotidiana, quæ est animi interpres, & color quasi quidam morum: altera elaborata, ac picta, quæ non sequitur naturam dicentis: sed pro re dirigitur arbitrio vario, ac sæpè contrario ei, qui loquitur. Hæc ab oratoribus petenda est, venit tamen in poema sæpe, quemadmodū & altera: habétque eadem differētias, quas persona: à statu, moribus, nationibus, casibus, fortuna. Quæ fuit causa, vt cùm hæc digererem supra, nōnihil orationis interdū intersertū sit. Qualis igitur persona, talis ei debetur oratio. Princeps pro suis, se nōneglecto. In secundis elatos castigabit: errantes corriget: peccātes supplicio afficiet: si sint pertinaces, post quā ignouerit dolos detestabitur: in aduersis cō solabitur: prostratos eriget: abiectos æquabit sibi, *O socij*: sic enim eos appellat Æneas. Itaq; & participes futuri boni. Popularis populi commoda sibi anteponet: vt Tarchon, Paulus, Valerius, Cocles, Curtius, Scævola. Tyrannus contrà, aut nō alloquetur, aut minabitur, aut perterrefaciet

terrefaciet: sua tollet: populū pro sordibus habebit, iratus minabitur, obiurgabit, indignabitur, exprobrabit, homines accusabit, deos incusabit. Fœmina lamentabitur, conqueretur se destitutam: petet auxilium: implorabit omnia, ad deos sua vota referet, vlciscendi consilium etiam nefarium inibit. Miles contemnet alios: sese extollet: & sibi & aliis pollicebitur. Perturbatus trepidabit: sibi contradicet: repetet, repudiabit. Amās sperabit, desperabit, dissipabit cogitationes, nouas inducet, transmittet, peruertet, euertet: concludet prius quàm proponat. In iis autem orationibus, quæ sedato animo efferuntur: nisi res instent (tunc enim sunt simpliciores) statues propositionem: addes causam: idque cum procœmio, aut insinuatione: quæ ex oratorum præceptis comparabis. Narrationem appones simplicissimā: nisi res, quasi in foro, disceptetur. Vt in armorum iudicio apud Ouid. diuinæ enim sunt orationes illæ duæ. Et in X. AEneid. inter Iunonem ac Venerem. Et in XI. inter Drancem ac Turnum, vbi & probationes, & elusiones, & refutationes & cōclusiones cū affectibus indignantis, vel desperantis, vel cōtemnentis, vel miserantis, vel conquerentis disponentur. Quæ vt subtilius cognoscantur, paucis exemplis opus est.

Indignatur Iuno sine procœmio, in primo: sed ex abrupto, vt aiunt: idque per interrogationem, nihil proponit sed supponit,

-Méne incœpto desistere victam?

At non proposuit incœptum illud: tum quia irata est, tum quia secum loquitur. Mox tamen aliquid explicat, vt auditori satisfaciat,

Nec posse Italia Teucrorum auertere Regem.

Confirmat propositum per detractionem obiectionis, *Nam fata obstabant.* At exemplo apposito demonstrat aliàs id factitatum. idque à minore numine, præterea minore in re, minore merito, fortioribus instrumentis. Iccirco dixit, *Pallas.* & subdit de se, per collationem efficientis,

Aſt ego, quæ Diuūm incedo Regina, Iouisque
Et soror & coniunx.

Factum quoque exacerbat supplicii immanitate. Duo enim extrema sunt, exurere igni, & aqua necare. immane enim est, Elementa purissima fieri noxia. At ipsa huic aut eiusmodi crudelitati ostendit sese non studere, satis sibi futurum fuisse, si auertere posset Teucrum non Italum, ab Italia non à Troia. Dixit autem Regem Teucrorum, non Teucros, vt vnius personæ appellatione rem ostenderet faciliorem. Præterea æquum videtur, vt si Teucrorū Rex est, extra Teucrorum gentem ne quærat regnum. Posuit etiam classem Argiuorum, scilicet victorum. At Teucri victi. Adhæc totam gentem perdidit ob vnius noxam tantùm: eúmque non sui compotis, sed furiosi. minus enim supplicii meretur. Et populus nihil pro rege. Adde quòd Aiax iste non fuit magnus ille Telamonius, sed ψιλὸς, Oilei. vt nequaquā populi interitus debuerit interuenire. Amplificat deinde factum Palladis: quæ fulmen non suum sed Iouis iaculata sit. Idque è nubibus, quæ in regno ac potestate Iunonis sunt. Addit etiam tempus. Nánque illicò de Aiace supplicium sumpsit.

Aſt ego--tot annos bella gero &
-vna cum gente.

Conclusio autem est per indignationem.

-& quisquam numen Iunonis adoret?

Ad hanc formam orationis dirigendus erit animus irati. Talis eiusdem numinis in septimo quoque. Maiore in euentu etiam acerbior, atque adeò atrocior oratio. Quippe in superiore pectus tantùm incensum habuit: &

Æternum seruabat sub pectore vulnus.

Hic verò, *-fletur acri fixa dolore,*
Tum, *quassans caput.* vt & iter inceptum intermiserit, ac fleterit: & dolorem acceperit, sed ab eo fixa, & aeri. Et caput quassarit. Exacerbationis autē causam diuinus poeta posuit. Sanè Æneam incolumē à tempestatibus: præterea lætum statuit. Quin molitur secta: & classem, quam difficiendam curauerat, in tuto videt. Quin eam à Troianis haud amplius tanti fieri: sed ipsos

-fidere terræ

Non igitur ab incœpto, vt suprà:

-Méne incœpto: neque molliter agit, vt auertat Italia: sed à persona rei, per contemptū atque exprobrationem: *Heu stirpem inuisam.*

Ostendit autem facinoris indignitatem: cùm Troiani etiam naturam ipsam superarint. Incensi sunt: non tamen cremati. Capti: non potuere capi. Neque ignis, neque aqua retinuit. Vires omnes terræ, ac cæli minores ipsis. Exemplum ponit Dianæ, vt in superiore Palladis. Tandem animi iniquitatem in conclusione.

Non rumpam fata? at differam. &
Sanguine Troiano, ac Rutulo dotabere virgo.

Elisæ autem oratio amantis quidem, sed tam varia, quàm varius Amoris circuitus. non enim dicam, status, in quo nihil, ne momento quidē stabile est. In principio apud Annam init animi sui, motúsque rationem. Sic enim de suetæ personæ motus primus. Deinde obiurgantis, tum exprobrantis. Postrema desperantis. Hæc in irata. Vbi igitur obiurgat, ab ipso statim facto incipit: idque per interrogationem:

Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas?

Vbi & suam prudentiam, siue attentionem designat: & obiicit dissimulationem. Et appellat, *nefas*. & addit, *tantum*. *Perfidum* etiam appellat, & confidentem, eo verbo: *Sperasti*. & ingratum, cum dixit: *Tacitus*. Quasi sit fuga, non discessio. Omnia illa augent. Terra mea, non tua. Post hæc probat proposita. primùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfidiam. *-nec te data dextera quondam.* Deinde nefas, *Nostler amor.* Noster, inquit, ergo mutuus. quem ego non opprimo, nec tu debes opprimere. Tum ingratum, Omnia posthabui tibi. Moderatior tamen efficienda eiusmodi oratio est tantisper, dum amantem adhuc spes tenet persuasionis. In sequenti verò sublata spe, acerbior, & acrior, & amarulentior. Itaque sic annumerat merita parcè, & cum modo.

Te propter Lybicæ gentes odêre.

Magnum illud Libycæ in Libya habitanti, nouæ cum paucis, & numero plurali, *Gentes.* & *propter te*, vnum scilicet. *Qui* si me odêre, tu amare debes. Si instant periculis, tu defendere: quippe illis tu me ipse obiecisti. Addit etiam Numidas, & quidem tyrannos. odiosum nomen, & cuius cum potestate coniunctũ sit (vt ita dicam) ius maleficii. sed quod maximum. Tyrii ipsi infensi: quorum ceruicibus te dominum imposui. Pudicitiam verò vltimo posuit loco: tum vt crescceret oratio: tum quia faucibus hærebat: pudebátque edere. Omnis autem suasoria cũ nitatur, vtili, facili, honesto, ac propterea multæ intersint pollicitationes: in hoc nihil pollicetur, quia exprobrat data. Honestum verò prætendit, cum ait: *connubia*, & *Hymenæos.* At facilè factu, quod orat, ostẽdit: qui in regno sit, ei nõ esse quærendũ regnũ. vtile: quia tutò teneret, quod habebat: non tutò quæreret, quod aberat. Partem etiam rerum petimus interdum, vbi totum ferre non possumus. Igitur hoc agit: ne saltem aduersis aquilonibus nauiget. expectet, dum cessent. veluti cum per Annam sororem orat,

Tempus inane peto.
Expectet facilémque fugam.

Nam sanè ex Africa in Italiam flante Aquilone cursus teneri nequit. Illud quoque ad petitionis portionem pertinet:

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles. vbi id etiam notabis. semper enim appellat *fugam* non abitũ. Multa verò sunt loca in quibus orantis sermo sedem capere valeat. Inter quæ, beneficiorum commemoratio, excitatio spei ad futura. Omnium autem princeps obtestatio. Igitur per lacrymas suas: sicut & Amata Turnum. Conuenit etiam vt, cum orat vti sese tueatur, per dextram obtestetur. nam nihil, inquit, mihi à me superest, præter lacrymas, nihil præsidii à prouincia, præter tuam dextram. Comparationem deinde meritorum facit: sed per cõditionalem vt modestiæ consulat:

Si benè quid de te merui.

Hoc dum vult persuadere: nam in altera oratione exprobrat: admiscet etiam amantis & verba, & affectum. *-fuit aut tibi quicquam*
Dulce meum. Talis oratio Pelopis ad Neptunum apud Pindarum. Postea ponit explicationem petitionis. *Miserere domus*: non pro se orat, sed pro domo: cuius ipsum non solùm participem, sed etiam principem fecerat. Addit causam miserãdi, *labentis.* Acuit deinde orationẽ: cùm mortẽ suã ob eius discessum prędicit. Mirificã verò (vt semper) artem, primo nánque loco dicit: *moritura.* hoc futurum est. Mox *moribundam.* Hoc & amplius, & præsentius, & iam in oculis. Sicut prius *decedere terra.* Tum autem: *deseris.* Obiicit enim desertoris nomẽ: à quo vehementer abhorret animus militaris. sic desertorem Asiæ vocat eum Turnus signato verbo. Item dixit: *hospes*, quoniam scilicet nõ amplius es maritus. Ego enim te feci ex hospite maritum: tute ex marito hospitem. simile illud in Tragœdiis, vbi Iuno sese Tonantis sororem appellat: quod nomen solum sibi reliqui factũ sit: quia coniugis titulum pellices subripuerint. Quibus verbis & crudelitas, & perfidia exprobratur. simul vbi exoptat ex eo sobolem, quæ ore tãtùm referat: nõ etiã animo similis sit. Nã deserta quidem sic quoque essem: sed tamen nõ viderer.

Perpendamus alteram orationem longè concitatiorem. Negat enim illum Dea natum. imò verò ne Dardano quidem. Id quod facilius esse potuit, nec tamen est. Verùm ob duritiam, è cautibus ortum ait. Ob sæuitiam, nutrices agnoscit tigres. Exprobrat verò dissimiles affectus. Num ingemuit? at ego flebam. Quod superest, desperantium more iram omnem effundit in Deos. A quibus negat æquis oculis aspici mortalia. Exprobrationis semina communibus in locis posita sunt. *eiectum*: non satis. Addit *littore.* vnde nihil subsidii sperare poterat. Quemadmodum est in exemplis rhetorum Græcorum. τὸ πυρὶ ἁλῶναι φοβερὸν, ἐρημίαν εἶπον. Auget: *egentem. excepi*, non expuli. Exceptum non dimisi, sed *locaui.* Vbi? *in parte regni*, cõtra omnem humanum morem. regnum enim duos nunquam cepit: ac ne fratres quidẽ. Ac propterea quod Æneas non erat priuata persona, non solum obiectat priuata beneficia, sed etiam ciuilia commoda, & suis communia:

Socios, inquit, *à morte reduxi.*

pro quorum salute reponi oportuit abs te gratiam mihi. eorum enim Rex es. Id quod tibi semper laborandum est, mea vniusopera defunctum est. Excitat autem memoriam acerbissima recordatione. Amissam, inquit refeci classem. Hìc Ouid. aut alius quis laxasset habenas ingenio, ac dixisset, Classem refeci qua me desereres. Parcius diuinus poeta. maluit enim hoc relinquere cogitandum, quia dolor supprimebat. Quare etiam verbum subticuit. Post hæc vtitur Ironia per reiectionem. vt apud Terentium *Id populus curat scilicet.* Sic irridet, quasi falsum, quod pro se adduxerat Æneas qui profectionis crimen in deos reiiciebat. Postremò quod reliquum est, desperat, contemnit, abiicit. Neque te teneo, abi. *Neque dicta reuello:* quia non merentur. Tandem verò minatur: & sibi ex hoc mortem, & ex ipsa illi Diras, quæ nequeunt vlla victima expiari:

Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas.

Abrumpit tandem in minis orationem. Quare nequit Æneas respõdere, sicut ante fecerat: cui' tota oratio cõsistebat in dilutione exprobrationis, & trãslatione criminis in Fata. Interpretatur enim res ipsas subtilissimè. Is nánq; est causæ status relatus ad qualitatem. Itaque etiam cum insinuatione ingreditur: & appellat *Reginam*, non coniugem: & memorem se pollicetur beneficiorũ. vt aliusmodi relaturus sit olim gratiam, quàm nunc faceret manẽdo. hoc satis esse debet inter bene institutos ciues. Non enim datur beneficium spe tantundem recipiendi, sed simplici animo, non opera venali. Iccirco gratiæ & nudæ sunt, & tres. vt qui beneficio prior certat: vbi quippiam vicissim recipit, de integro itidem refundat. Ea de causa prisci Latini strenam quasi trenam sunt interpretati: à tertia officii repræsentatione. Diluit autem nomen coniugis, & coniugii: vt subtrahat se crimini impietatis. Quis enim coniugem sine impietate possit deserere? & appellat fœdus: quod tamen negãdo tollit. Dum hæc dicit, tẽperata vtitur oratione primùm: quam deinde excitat argumentis, atque interrogatiunculis. A maiori. si non fuit fas in pristina terra, quæ auita fuit mihi, vel regnum reparare, vel saltem consistere: magnum quiddã esse oportet, quod mihi certam destinet: eámque aliam à Carthagine immobilibus fatis designatam. Obserua verò efficacissimam collationem. Etenim tu, si non petis Italiam, sed fato tibi attributæ Carthagini acquiescis: quare vis nos deserere sortẽ nostram? verbis autem inuidioribus animat sẽtentiam:

Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est?

Non quasi hìc nos velis: sed quasi ibi illos nolis. Renouat postremò abeundi necessitatẽ non iam per Fata: nam & incerta sunt aliquando nobis, & obscura ob vetustatem, & communia nimis: sed Iouem illico authorem præsentẽ facit, atque Anchisem. Quódque maius sit: horum nihil pro se studere: Ascanio hæc omnia laborari, quibus ambitionẽ à se aufert: quam nefas erat amicitia esse potiorem. Consensu verborum adauget sententiam: cum appellat puerum: & adiungit affectum: *Capitisque iniuria chari.*

Extruendi verò iisdem legibus, atque rationibus gradus illi quasi quidam, & animorum & orationum: Vides primam suasoriam, secundam exprobratoriam, tertiam tumultuantem in deliberatione ab animo spe spoliato, interceptæ sententiæ, concisæ, contortæ. Fertur, refertur, rapitur. Crebræ interrogationes, consiliorũ mutationes, petitio, repetitio, correctio. Incipit autem miserorum more per interrogationem: Quid agam? an sic manendum? non potest. Instant enim gentes Lybicæ. An illæ suppliciter adeundæ? Qui fiet? Contempti à me, fastus mei memores flecti nolent. An cum Troianis abeundum? At frustra tentabitur. ingrati enim sunt: obliti veterum beneficiorum, quũ me inuitam reliquisset. Me in regno meo contemptui habuere: ergo in suo quid facient? Quin, non recipient. Iccirco dixit superbas rates. Et ne irrisam. Eósque Laomedontiades: periurosque scilicet. An extrema audẽda mihi, aptíque bello persequẽdi? At hoc quid est consilii? Equidem ciues hosce vix è Sidonia reuelli. verbum odiosum. non dixit auexi: sed è Tyrãni manibus reuelli. quónam igitur animo obiectem rursus eos, vel belli, vel pelagi periculis? Igitur concludit, *Morere*, Induxit colorem desperationi, *vt merita es.* Causam verò à se reiicit in Annam sororem. Quippe suapte natura casta fœmina alienum crimen in se sua morte tolli vult. vbi autem viri incomparabilis præterire mihi religio est. Castę namque huiusce viraginis oratio, etiã de amantis fuga conquerens, nihilo secius in Sichæi mariti memoriam desinit: cuius manibus deuouet corpus: quod morte luat supplicium fidei temeratæ. Nõ minor in illis ars. cùm mortem nominasset, multa verba interposuit, antequam causam redderet: tum ob mortis nomẽ quod est natura sua animantũm generi formidabile: tum quia memoria amissæ pudicitię vehemẽter obstabat. Postea verò quàm abeuntẽ videt classem: tũ verò tota fluctuat oratio. quã simul cum cæteris ex nostra diligentia metiri poteris. neque enim hìc omnia persequi vel volumus, vel licet: id enim interpretis est: sed formula quasi quædam perpendendæ Virgilianæ diuinitatis ad hunc sanè modum præscripta sit studiosis, quæ à nullo ante nos explicata fuit.

Longè alia & mens, & ratio, & oratio irati Hiarbæ, perturbata sanè, quippe prius ostendit rem quàm declaret. Cum dixit: *Aspicis hæc?* Et post duos versus narrat. Iratus enim omnia in oculis, atque in ore habet:

Fœmina quæ nostris, &c

Incipit autem ab exprobratione officiorũ. quasi ingratum bonis accuset Iouem:

cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris Lenæum libat honorem.

Sequitur altera exprobratio negligentiæ, aut impotentiæ: *Cum fulmina torques, Nequicquam horremus.* Extenuat autem meritum personæ aduersarii, à sexu, *fœmina*: à fortuna, *errans.* Deinde cum posuit vrbem: extenuauit factum. quippe, *exiguam*: &, *precio*: &, *accepit*: &, *littus*: &, *arandum.* Non enim nisi summa inopia ad id cogimur. Item accepit loci leges: quo nihil plus sapit seruilem animum, aut infelicem. Suam verò personam commendat: *in nostris finibus.* Auget inuidiam à rei indigni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate, *Connubia nostra repulit*: quid? Maritum in- A digenam noluit: dominum recepit peregrinũ. recepit verò regni & fortuiti & precarii dominum. At ego illam in regnum stabile, patrium, & autrum sociam elegeram. Ego illam augebã, illa se attenuauit. Contemptus præterea personæ alterius aduersarii, à natione. Iratus itaque pendentem reliquit orationem, nihil enim cõmodi sit, sed exprobrando dixit: *-nos tibi frustra munera ferimus*.

Diuersa ab hac Æneæ ira aduersus Helenam. Alia Turni aduersus Drancem. Est autem oratio illa Æneæ deliberatiua. Ponit igitur suasiones ad cædem, quam meditabatur: atque eas magnas sanè. *Occiderit Priamus*. Magnum est carere principe: Addit, *ferro*. Quid patriæ excidium? Quid Dardanium toties sudasse litus sãguine. quid mirum si vna pereat propter quam tot interiere? Et cum illis duo rerum omnium maxima: pudor, ac libertas. Matronæ, inquit nostræ seruæ erunt? Hæc earum erit domina? Rationes in contrarium. Fœminæ mors nõ decet virum fortem. Solutio obiectionum. *Extinxisse nefas*: non fœminam, sed crimen: pertinet ad virum iustum: & supplicium sumere de facinoroso, & pro suis, & pro patria, ad virũ fortem. Hîc sileant Grammatici.

Turni autem oratio tota est in recriminatione. Magna autem in eo ars. Cùm enim obiecta à Drance nequiret inficiari: tot eius causa cæsa millia ciuium: bello, bellíque meritis, ac natura, id attribuit. Est igitur translatio criminis. C Duo ergo agit, vnum, vt rem leniat per indignitatem personæ obiicientis. Cùm enim ostẽdit eum imbellem: nõ mirum si miratur is, quẽ piam in bello mori. Alterum est, cùm declarat, idem quoque Troianis euenisse. Quare nõ onerat Turnum is euentus: qui etiã hostibus cõmunis fuit. Totus autem ductus: sic enim vocant rhetores modum & colorem orationis: est & iracundi, & superbi. partim nánque contemnit, partim irridet. ἀθυμία verò est viri fortis ad imbellem, virtutis pro fortuna exprobratorem. Iccirco illa alti animi: Nunquam animam istam talem amittes: non sine gestu: cum dixit, *dextra hac*. Item illud abnuentis. *Absiste moueri*, Contemptus verò tanquam rei nihili, D *-habitet tecum & sit pectore in isto*.

Scilicet futilis in imbelli.

Aliter Venus & Iuno inter se iraseuntur. Altercationi sanè illa propior causa est. Tales nánque iræ fœmineæ, & obtrectationes.

Sedati autem animi, ac maturi petendum exemplum ex oratione Latini cum affectibus ciuilibus & prudentibus.

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas: tanto me impensius æquum est
Consulere atq; omnes metuentem expendere casus.

At ferox ille respondet animo & militis, & iuuenis: nihil enim dici potest confidentius.

Quam pro me curam geris, hanc pater optime pro me
Deponas: lætumque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela pater, ferimusq; haud debile dextra
Spargimus. Non solùm gerimus. Et addit mira figura. *-& nostro sequitur de vulnere sanguis*. Par animus Æneam per nuntium prouocantis.

Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta Tyranno

& addit *haud placitura*. Sarcasmi quoque de quibus suprà diximus, huiusce generis sunt.

Eorum verò, qui in extremis periculis vel animum desponderunt, vel spe depositâ morte aut orant, aut optant, aut quærunt, aut contemnunt, videbis varios affectus. Ecce in milite eóque forti, ac bono: tamen accisis rebus:

Dolus an virtus quis in hoste requirat.

B Et illud *-pulchrumque mori succurrit in armis*

Alio modo desperat Anchises euersa patria. Tota eius oratio est in contemptu mortis. Alio Mezentius. *Hostis amare quid increpitas*? Alia oratio Mnesthei trepidantis pro victoria. Elisæ verò suprema oratio & amantis, & infelicis plena affectuum, & miserationis: quouis arũdinis Indicę succo suauior.

Dulces exuuiæ, dum fata, deúsq; sinebant,
Accipite hanc animam meq; his exoluite curis.
Vixi: Et quæ sequuntur omni nectare, omníque ambrosia potiora.

Precatoriæ autem orationes non omnes sub eodem genere censentur. nam preces aut ad hominẽ aut ad Deũ dirigũtur. Finis igitur diuersis formis. quare & ipsę species. est enim motus principium, & finis, & medium, generis eiusdẽ. C At Deus precibus meis nõ mouetur. sed ab æterno: vt loquuntur: sciebat me precaturum. omnia illi semper præsentia. reducuntur tamen hæ orationes ad illas per Analogiam. Quemadmodum vsus imperatiui modi, cum refertur ad eundem Deum. Suasoria igitur est verum genus ad petitoriam, ad precatorias autem non vna ratione. Habes diuinas precationes, earúmque genera in sacris, in fœderib⁹, in votis: afferúntque plurimum luminis poemati. In fœdere hospitii inter Elisam, & Æneam, in primo. in secũdo Anchises in portento Iouem precatur:

Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis:
Aspice nos.

D Vt propter preces aspiceret benignus, sed apposuit ea, quibus ob pietatem consequi mereretur. In tertio ad Apollinem Exulis oratio sedem quærentis, & errandi finem. In quinto ad Iouem pro incensa classe. Peregrini autem in tertio.

Dij maris & terræ, tempestatúmque potentes
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.

In sexto verò Italia potitus gratias commemoratis beneficiis: atque exposcit pacem futuris rebus. At in metu illa ex vndecimo:

Armipotens belli præses Tritonia virgo
Frange manu Phrygas telum prædonis & illum
Pronum sterne solo. Animaduertes etiam oratio-

orationes Pallantis, & aliorum in præliis. Item A regum, in duodecimo. ad quarum modum cõponendi sunt animi: vt efficacem reddamus orationem, quæ in aliis poetis aut friget, aut exultat. Maroniani flores igitur nobis delibandi sunt, si cælestia mella conficere volemus. sed de orationibus, quæ aut personarum statibus, aut affectibus seruiũt hæc exempla sunt satis. nánque omnia exequi genera, rhetoris potius est officium. Nunc ad alia transeamus.

DE QVATVOR VIRTVtibus poetæ. Caput xxv

HActenus rerum ideæ quemadmodũ ex ipsa natura exciperentur Virgilianis ostendimus exemplis. Ita enim eius poesi euenisse censeo, sicut & picturis. Nam plastæ, & ii qui coloribus vtuntur, ex ipsis rebus capessunt notiones, quibus lineamẽta, lucem, vmbram, recessus imitẽtur. Quod in quibuslibet præstantissimum inueniunt, è multis in vnum opus suum transferunt: ita vt non à natura didicisse, sed cum ea certasse, aut potius illi dare leges potuisse videantur. Quis enim putet vllam vnquam talem fuisse fœminæ cuiuspiam pulchritudinem, in qua aliquid non desideraretur ab iudice non vulgari? Nam tametsi in ipsis naturæ normis atque dimensionibus vniuersa perfectio est: tamen vtriusque parentis mistio, tempus, cęlum, locus multa afferunt impedimenta. Itaque non ex ipsius naturæ opere vno potuimus exempla capere, quæ ex vna Virgiliana idea mutuari sumus. Nunc reliquum est vt tam diuinas opes scitè, atque sapienter disponere conemur. Quod vt efficere possimus, inde nobis initium sumendum est.

Cùm prisci oratores id agerent modò vt mouerent: anconditè nánque suadebant. Poetæ verò vt oblectarent tantùm: cantiunculis enim solis otium transigebant. vtrique ab alteris postea id, quo carebant, mutuati sunt. Numeros enim primus addidisse Isocrates incõdité orationi dictus est. Quanquam qui accuratius rem ipsam ex literarum monumẽtis eruerunt: eam laudem attribuũt Thrasymacho: cuius diligentia aucta sit à Gorgia: postremò ab eo quem diceebamus, Isocrate perfecta. Poetarum autem numeris, ac sonis addita fuit anima postea, cùm ex agris in vrbem translati essent, appositis fabellis pro exemplo, sententiis pro præceptione. Id quod Horatius rectissimè expresit eo versu:

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

vt tota Poeseos vis duobus capitibus absoluatur, docẽdo, & delectando. Quorum vtrunque consecuturi sunt ii, qui & res vero propiores, ac sibiipsis semper conuenientes exequuti fuerint, & operam dederint vt omnia varietate condiantur. Nihil enim infelicius, quàm saturare auditorem antè, quàm expleatur. Quæ enim epulæ quibus fastidium pro voluptate pariatur?

Tertia res ea est, quam ego Efficaciam, Græci quo designent nomine suo loco dictum est. Eam paucis in Poetis reperies. Est autem vis quædam tum rerum, tum verborum, quæ etiam nolentem propellit ad audiendum. Quar est suauitas, quæ efficaciæ illius vim vegetam deducit ex asperitate, cui sæpenumero est affinis, ad certam temperationem. Hæc igitur esto summa sic: Poetæ prudentia, varietas, efficacia, suauitas.

PRVDENTIA.

Caput xxvi.

PRudentia philosophis habitus est, quo futura ex factis prospicim⁹. verùm eius vocis significatio amplificata fuit: vt eum quoque comprehenderet habitum, qui deduceret omnia sua facta ac dicta è rationibus ad fines suos sine offensione. Dicimus enim prudenter factum ab Imperatore, vbi rectè exercitus partes disposuerit: tametsi similes ordines acierum nunquam antea notos habuerit. Est igitur prudentiæ pars qua futuræ victoriæ consultum curat ex disciplina militari, non ex antegressis actionibus. Quare is habitus omnibus artibus communis sit necesse est. Primus enim sutor calcearius nõ solùm tegmẽ imposuit pedi, verùm etiam substrauit soleam, quam antea nunquam viderat: vt ab incommoditatibus illum faceret tutum. Hac ratione prudentem poetam esse volumus, C cuius festiuitas, lasciuia, seueritas, humilitas, ciuilitas, magniloquentia, vel in re, vel in verbis, suo loco, tempore, modo dispositæ sint. Quod igitur monebam⁹, id imprimis animaduertẽdũ est: vt imitatio rẽ sequatur: cõstãtia imitationẽ comitetur. nisi cùm incõstantẽ quempiam finxeris: veluti Ligurem aut fœminam: illi enim polypi sunt: hæ chamæleontes. tunc enim licet abscedere ab hisce legibus. Quod tametsi ita fiet: nihilominus tamen manet constantia tua in illorum inconstantia semper describenda. Hæc igitur prudentia ad tria potissimùm capita reducẽda est. rerum enim naturam cùm explicam⁹, Physiologia dicitur: cùm Fati, Astrologia: cùm Dei, Theologia. Natura ergo tam lata est, vt etiam cælorum ipsorum motus comprehendat. tum tempora, loca, & quę in eis, vel mouentur, vel quiescunt: de quibus cùm sese obtulerit aliquid, sine ostentatione breuiter, ac parcè attinges. Quemadmodum fecit deus ille poetarum:

Principio cælum & terras camposque liquentes
Lucentémque globum Lunæ Titaniáque astra
Spiritus intus alit: totámque infusa per artus
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet.

Et illa diuina,

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium, & verum fato prudentia maior. quæ antea ab Epicuro. Deinde,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verùm vbi tempestas & cæli mobilis humor
Demsêre, simul q; retro modo, & quæ densa relaxat:
Mutarè se species animorum: & corpora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt. Hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui. & illa
Vere magis quia vere calor redit ossibus:

Item quæ de anima disputat, & scitè dicuntur ex Platonicis, & aptè ibi collocata sunt. Nã & Æneæ interroganti, déque re difficillima, atque etiam nunc vel ignota, vel maximè cõtrouersa dubitanti, & inter animas, & in loco animis attributo, & ab vna animarum differuntur. Anni quoque partes, ac tempora, & cognoscenda, & describẽda. Mane, serum, creperum, concubium, intempestum, conticinium, diluculum, meridies: corúmque tum naturæ, tum effectiones. Nec minus eæ, quas ὥρας Græci vocant, propterea quòd annum partiuntur, eiúsque partibus fines statuũt. Ver (dico) hyems, æstas, autumnus. Ventorum quoque numerus, nomina, naturæ, loca, nõ tam describere, quàm attingere. ne cum Hesiodo reprehendi merearis, qui aut tres tantùm nouisse videtur ventos, aut non rectè disposuisse. In quibus omnibus illud in primis cauẽdum est, ne ineptè discurras, nisi libros cõponas eam ad rem destinatos. Quemadmodum Ouid. fecit in lib. Transformationum: & Lucanus. Præter hæc particulares naturę omnium, quoad fieri potest, rerum sunt cognoscẽdæ. Nam & in equo lethale vulnus agnouit, quod fit in temporibus Maro: & Dictamum describit. Et leoni attribuit magnanimitatem: Lupo animum prædatorem. Delphinorum lasciuum canit lusum: Harpyiã fœdam dicit: vagam Hirundinem: Equum alacrẽ. Humanã vitam nemo melius, ac prudẽtius, verùm pauci eam artem declararunt. Grammatici enim in cymbis quidem sunt, marisque trãsmittunt superficiem Maronianã: nihil tamẽ expiscantur. solus Donatus meritus est, qui poetarũ anima diceretur. Loca igitur ipsa aliquot, vt quæque in mentem venerint, adducemus. Principio Æneæ clypeum maiore opera describit, quàm Turni: propterea quòd maior Heros secutus imaginẽ Pythagoricæ disciplinæ, quæ minoris hominis minorem quoque Genũ esse cẽset. Quid perpetuus ille diuini viri pudor, modus, castitas orationis: nonne summa prudentia est? Qualis & in secundo:

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora Dei iussu, non vnquam credita Teucris

Hic Lucanus dedisset declamationem. quemadmodum de temporibus Syllanis. nam tametsi & senex ibi narrat, & licet poetæ coniungere tempora cum temporibus: tamen longus est, & tædii pater. etiam cùm vera fictis tegimus, aut adumbramus, aut illustramus. Amissa in tumultu, atque insolentia militari Creusa, fingit eam à Cybele retentam illis mirificis versibus. quin necesse erat eum, qui recipiendus esset à fœmina, quasi ab vxore, priorem amittere vxorem. Deinde propterea quòd alteris nuptiis nouum imperium erat comparãdum. Præterea ex sanguine altera saltem ex parte Italo, instituenda erat series regum Italorum. Ad hæc qui Sibyllæ adibant locum, atque ex Auerno responsa petebant, iis humana anima orcho litandum erat. Iccirco Misenum ab orcho raptum, à Tritone, eóque tanquam artis eiusdem æmulo exceptum dicit. Verum est ex historiis à Turno exustam classem: id adumbrauit transformatione. Cùm vellet Camillam fortissimam, atque congressu inuictam ostendere, nunquam obiicit Æneæ: & ex insidiis telo petitam missili, cadere facit. Eadem prudentia noluit Pallantem Lausũmque committere, ne cui detraheretur. sed vtrumq; à fortissimo hoste interfici. Turnum quoque nonnisi Vulcani præsidio, & immissis diris, & fatali priuatum ense, Æneæ manu interire. ita classi periculum solum ab igne in Sicilia, ea enim adhuc egebat: in Italia non egebat. non periculum modo ibi, sed etiã pernicies. Neque verò temerè bellum auspicatur Æneas: sed quasi Herculis auspiciis. idque non sine ratione. Principio Hercules peregrinus: id eóque ei templa extra vrbem dicantur. In Italia Hercules indigenam furem mactauit: ita Æneas Turnum tanquam prædonem. Respondere autem omnia inter se cùm alibi, tum illis locis. Camillæ cursu ait ne segetes quidem lædi: ergo ligurem in equo sedentem præuerrit pedes ipsa: eíq; se opposuit, ac deinde morte affecit. Æneas vbique pius: Turnus vbique ferox, Tarchon fortis: Messapus acer. Mnestheus audax: Achates fidus. Illa verò cuiusmodi? nullis Æneas mouetur Elisę fletibus, in quarto: ita vicissim in sexto, illo lacrymante atque etiam orãte nihilo melius mouetur ipsa. quare & Æneam quercui, & Dido filici comparauit. Æneæ quoque Vlyssis prudentiam cùm ascribat: animum tamen longè feliciorem dat. Ille apud Circem desidet sub adulterio, hic sub coniugio. Achillis item personam cùm attribuat: potuisset fugientem Turnum cursu apprehendere: at fecit non posse, quia vulnere tardior. Ne Turno quidem eam ademit gloriam: neque enim potuit dignosci. Illud maximè circunspectum Æneam vulnerari permisit. vix enim credi potest à bono milite: militem bonum tot in congressibus tot è præliis sine vulnere abire. Condiuit tamẽ primùm nõ commodus: deinde incerto authore. quasi eam quoque gloriam formidaret hostis: nedum aut occuparet alienam, aut iactaret suam. Ita patitur fortunam præliorum vir fortis: & salua est personæ dignitas. Nequeo & id satis laudare. absentem enim & Turnum, & Æneam facit in XI, vt & Tarchontis, & Camillæ ostentet facinora. Sic & absente Ænea Turnũ castra inuadere: atque intra ipsa tam fortiter facere.

facere. eo quoque & illud pertinet: Cùm aptat historias sui temporis imagini veterum historiarum. Venulum ex equo detractum scribit à Tarchõte, atque cursu ablatum. Idem sibi euenisse ait Cæsar in Ephemeride, quemadmodũ Seruius memoriæ prodidit. Æneas dextra nuda iubet à cæde abstinere: idem Cæsar Pharsalico in cõflictu, atque illis verbis: *parcite ciuibus*. sic & mores cùm repręsentat: veluti ad Fauni oracula: & bellis indicendis, *vina coronant. Nautæ puppibus imposuêre coronas*. Dido in conuiuio libat hospiti Ioui. libat, non bibit: mos Romanarum fœminarũ. Mos operiendi caput in sacris. Aras tenẽdi. sacrificãdi Herculi extra muros: quia fuit penè semper peregrinus. Helenus vittas resoluit sacrati capitis, vaticinaturus. Præterea eruditio non affectata. Taciræ Amyclæ. Camerina. Bebrycia gens in cestu. Aclides. Saguli. Sparus. Pero. Vrbium origines, Petilię, Salentinorum, & aliorum: & quemadmodum Cocles in Tyberim se immittit: sic & Turnus. Nudato capite Ascanius: sic aliquando in acie Cæsar. Decíorum personæ in Turno. *Turnus ego deuoueo*, &c. Summa & illa prudẽtia: Cùm docere quippiam vult auditorem: neque licet per contextũ argumenti: introducit aliquem alteri narrantem: tametsi hoc idem ille alter nõ ignoret. Ita Neptunus Æneam sibi fuisse curæ bello Troiano: atque ab sese letho subtractũ narrat Veneri. Id quod paulò morosiores si vitiũ putent: sanè temerè audeant. Fit enim tanquam per commemorationem. vbique verò aliquid iacit seminum ad futuram messem: vt auditorẽ quasi prægustatione alliciat ad epulas. sic, *Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras*. quia iam dixerat: *Multa super Priamo rogitans*: similis præparatio in primo: Cùm enim recipiendus esset Æneas: proponit hoc intelligendum ex pictura: in ea nanque ipse quoque pictus erat. Et de fortuna Elisæ, *Ille dies primus lethi, primúsque malorum Causa fuit*. prædicit enim de Baltheo in x. *Quo nunc Turnus ouat Spolio*. Palinurum quoque inuenio tacitè prædicentem mortem suam quasi vaticinio: *non si mihi Iuppiter author Spondeat: hoc sperem Italiam contingere cælo*. Itaque ne cõtigit quidẽ, aut manib⁹ tãtùm cõtigit, & cadauere. Est hæc παρασκευὴ apparatus futuri argumenti: quem nonnisi diuini animi vel comminiscũtur, vel intelligunt. Quasi igitur argumẽtum obtenditur toti fabulæ in Heleni vaticinio. In sexto, apud Anchisem, futuri quoque imperii tanquam imago quædam fuit. Romani enim dominatus species in Ænea Romæ fundatore: cùm est Carthaginis dominus. & cùm dixit: *Non cœptæ assurgunt turres*: simulachrum futuri excidii. Æneæ nanque Genius vrbis illius Genio contrarius erat. Et conuersum imperii fatum in Græciam: cuius figuram ponit in Heleno. Nam & Troianus regnat in Græcia: & à fratre nominat Chaoniam. Tum autem concordia, consensióque historiarum in portentis Iuli, Lauiniæ, Tulli Hostilii, L. Martii de flamma. Item responsus, seriésque fatorum. Quippe vt ad Troiam Græci, ac Troiani pro fœmina quam Græci repetunt raptam: ita ad Laurentes promissam repetit Æneas Troianus, ac tanquã à Turno raptam. Turnus Græcus defendit: vincit Troianus. Omẽ quoque futurorum: triumphorum. egressos in Italiam Palladis templum excipit primùm. Ita neque otiosè, neque temerè dixit, *ouantes*. equos frænari solitos, ac iungi sub concordia: signum esse populi bellicosi: & *ὁμοζυγίας* sub legibus. Morituri quoq; vaticinantur. sicut Dido: *Littora litoribus contraria*. Orodes Mezentio.

Hæc de Physiologia. Astrologia verò, atque Theologia sunt affines adeò, vt pro vna & capi & tractari mereantur. Igitur Astrorum cursus apertè ponere aut inepti est, aut Astrologiam profitentis: vt Arati, & aliorum. At eo in opere, quod primarium argumentum aliud habet, fabulis condire oportet. Siderum igitur cùm haberet notam potestatem: eorum coniũctiones, situs, stationes, aspectiones tàm pudenter scripsit, vt nemo melius. Quemadmodum igitur alibi demonstrauimus: hîc quoque intelligas Iouem summum numen, beneficum: sed ita, vt Marti partes delegatas ne tollat. ergo permittit vt Lausus intereat in prælio. Habet autem Iupiter intellectionem, voluntatem, potestatẽ. Intellectio est Pallas: eius enim è cerebro natam autumant. Quamobrem sola deorum fulmina iaculatur: sicut & pater. Id quod habes ex poeta, in primo: ex Calimacho in hymno, & aliis. Volũtas est Iuno, eadem (vti dicebamus) quæ & Fortuna. Cõiunx, & soror summi numinis. Quòd si fingitur aliquando aliter vel agere, vel sentire, vel velle, quàm ab illo vel factum, vel iussum, vel præscriptum sit: hoc fit propterea, non quòd inter se dissident: ab se ipso enim nequit abscedere Iupiter in sententiis: quippe dicit: *nec me sententia vertit*: sed quia rerum euenta nequaquam ab illo solo dependent. sunt enim fidera duo quæ Infortunia dicuntur ab Astrologis. Horum asperitate corroboratur Fati vis ad impedimẽta virtutum. huius Fati administra ea est, quam sub Iunonis nomine Fortunam nuncupamus: Astrologi verò partem Fortunæ vocant. Ac Martis quidẽ personam in bella non deduxit Poeta noster: noluit enim in hoc Homerum imitari: sed è cælo vim tantùm immittit. Non minoris dexteritatis, cùm in conquestionibus, ac maleficiis nominat Saturnum:

Aut Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. & *Saturnia Iuno*, cùm aliquid incõmodi, aut per se aut per Iridẽ molitur. est enim Saturnus maior fortuna mala. Lunæ quoque potestatem nõ solùm in cultu, & sacrificiis, sed etiã in ipsa vi sub Dianæ nomine celebrauit. Luna enim in septima

Universidad de Deusto
Biblioteca

& octaua domo interficit: ita Aruns occisus est. Habent autem hæc tria sidera suum quodque nuncium, Iupiter Mercurium, Iuno Irin, Luna Opin. Atque illorum hæ sunt potestates. Neq; enim par est, descendere è cælo sidera: sed quod aiunt Astrologi, influere. Intermiscebis autem nō nisi magnis negotiis, summisque necessitatibus. neque enim oportet sic temerè pati viros fortes, aut morte affici vulgari. Æneę igitur Genium quoque asciscit, quem Achatem vocat: est enim ἀγχοτ ἄνε. Non quò vir tantus mœreat: sed quòd inter tot ærumnas ad summam virtutem perpetuādam excitetur. Legimus autem in libris Pythagoreorum quos Platonici (vt de Roma Augustus) è lateritiis aureos fecerunt: duos assistere nobis Genios, alterum bonū, alterum malum. Boni ductu atque consiliis boni viri ac lecti, coniungunt sese deo, à quo illum ministrum, atque sequestrum acceperūt. Is Heroibus quibusdam sese ostendit. Aliis nunquā visus, sed auditus est. Id quod non vno in loco apud Platonē de suo Socrates profitetur: quibusdam diuinis ingeniis, neque videtur, neque auditur, sed seipsum ita offert, atque ingerit, vt sua luce retegat intellectiones rerum arcanarū, quas describant. Quapropter euenit sæpenumero: vt cùm deferbuerit calor ille cælestis in nobis, nosmetipsi nostra illa vel admiremur, vel nō agnoscamus: aliqua etiam non intelligamus ad eam rationem, ad quam directa dictaráque sunt ab illo. Neque aliter puto contigisse Platoni: cuius scriptis additum sit lumen ab interpretibus multò maius, quàm quantum plebeis iudiciis debeatur. Ego verò, qui ne cum minimis quidem me cōferēdum censeo: si quid vnquam nobis excidit imprudentibus, tantundem postea non sperem à me præstari posse. Quæ causa est: vt ad scriptionem, aut commentationem nunquam accingamur, nisi ab ipso Genio inuitati: qui nobiscum intus loquitur, neque auditur, ostendens diuinitatis latè patentes cāpos in animis nostris: quos ab officiis corporis suspensos, atque abstractos aliis distinet functionibus: vt non penitus temerè dixerit, Qui Aristotelis intellectum agentem eūdem cum Platonico Genio existimauit. Vtriusque habemus exemplum in historiis. nánque malus Bruto apparuit, eique infelicem prædixit exitum: Philippis, inquit, me videbis. Bonus Cæsari, cum transiit Rubiconem: viam ei ostēdēs ad id, in quo summam statuerat beatitudinis. eum describit Nisus illis verbis: *An sua cuique deus fit dira cupido?* malus Genius fuit Dira missa Turno in auis faciem mutata. Veneris autem filius Æneas dictus, propterea quod eius Horoscopi erat domina. idque cum Ioue. Siue vterque cum Marte domini partium Solis, & Lunæ, & Horoscopi. quem Arabes sua lingua, Potentem vocant. Iccirco saluus abiit à Troia ex bello propter fœminam conflato. Itaque iamtum primùm fœmina nō nocuit eius vitæ. Veneris beneficio eripitur è manibus Diomedis: quia eo anno erat Venus in octaua. Venus infœminata in excidio eripit quidem à morte, sed in patria nequit retinere. Postea meliore fato in Africa recipitur à fœmina. Sequēti anno Venus minᵃ bene collocata, non potest, quin amittat classem Æneas, & fœminæ auspiciis, & fœminarum manu. Meliori numine conciliato in Italia regno potitur ob fœminam. Ita etiam Venus cum Ioue in medio cæli coniuncta eripuit eum è naufragio. Tū ex Pœnorum perfidia Mercurii interuentu: qui punicæ genti præest. Iccirco rectissimè illud,

-ponuntque ferocia Pœni
Corda volente deo.

EFFICACIA. CAPVT XXVII.

EFficaciam Græci ἐνεργειαν vocant. Ea est vis orationis repræsentantis rem excellenti modo. Intelligo nūc nō verborum virtutem, sed Idæarum, quæ rerum species sunt. Nam tametsi in verbis esse videtur: tamen in rebus ipsis est primò. exēpli gratia, facies, exterritæ, stupidæ, furibundæ simul matris Euryali. Eius vitia duo extrema. Alterum κακοζηλία quam affectationē voco. Est autem affectatio conatus supra vires, & supra rem. Alterum, languor. Græcè dicam ἀνεσιν. Quam vocem intelliget, qui in philosophia est exercitatus. Est enim contraria vegeto, sicut ἀτονία. In cacozelia igitur necesse est nos ineptire. Aut enim turgebimus, vt Statius: aut obscurabimus, vt Lucanus: aut atteremus, vt Silius. Arrosit enim hic carmina sua, non limauit. Exultat autē Lucanus, neque scit absistere. Cōtrà, languida poesis, & fluxa ea est, quam nunc hoc sæculo instituēre. elabitur enim ex auribus neque sui vestigium relinquit vllum. nusquam hæret palato, sine aceto, & sale tota. Media est, quam delegit Maro ex horrida vetustate tanquam auri nitellas ex arena. Quasita composuit, vt si quid addas, aut mutes, id sanè arena sit. si demas, destruas. Lucani oratio superba, & minax, auditorem inuitum, atque alibi animo hærentem vbi vult tenere, aut trahere, abigit: Tyranno haud absimilis, qui mauult metui, quàm amari. Verùm de his, in quinto & sexto. De efficacia verò, cùm suprà posuerimus in quarto loco, hîc potiᵘ scribere volumᵃ, quia cū prudētia plus habet necessitudinis quàm varietas. suprà autem in diuisione varietatē anteponebamus ei, propterea quòd varietas omni generi poematum est necessaria: efficacia nōnisi operosioribus. Efficacia est, aut in facto, aut in dicto, aut in animo. Factū, sicuti suprà, voco qualēcunque rem. Itaque & πρᾶγμα & χρῆμα Græci dicunt. In Re est veluti: *Tectum, augustum, ingens, centum sublime columnis. & Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.* Famæ species. Caduceī potestas. Inferorū loca. Sagitta Acestæ ignita. Turnus inclusus in castris Troianorum. Ætnæ incēdia. Euasio Æneę.

Flamma circum Ascanii tempora. Turni galea. ensis eius fractus. Imber ad nauium incendia. Manifestior autē atque illustrior in factis, *Succedoque oneri.* Equidem videor patrem meū virum fortissimum gestare. *-dextræ se paruus Iulus Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis:* Hic autem videor trahi. Nam quid est *Implicuit*, Certè me miseret. Ibi verò totus horreo: *Ausus quinetiam voces iactare per vmbram Impleui clamore vias.* Quid in illis? *-operíumque laborem Partibus æquabat iustis. Neque enim patrius consistere mentem Passus amor. Hîc lacrymis vitam damus & miserescimus vltrò.* Iam qui est pater illum versum quanti faciat videbit: Qui scit Sinonem excidium Troiæ allaturum, doleat malis benefieri: sicut & nos hoc tempore. Quis nō animo Æneā ibi comitetur? *Vadimus haud dubiam in mortem per tela, per hostes.* Quis nō mouetur illis? *Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos:*
Plurima pérque vias sternuntur inertia passim
Corpora, pérque domos, & religiosa deorum
Limina. Certè & illa rapiunt me, ac torquēt,
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem, maculisque trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos: ensémque recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.
Hîc postquam Iliacas vestes, notumque cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata
Incubuítque toro, dixitque nouissima verba.

Satis profectò sola hæc ad excitandum animū poetarum, vt nihil vulgare sonēt. *trepidat*, quia cœpta immania sunt, *effera* quia audet. *acies sanguinea* homicidæ proprium. *tremunt genæ* ex sanguinis discursu. *macula* sunt, non continuus rubor. quia contrarium naturæ est vt idem sibi noceat: idem sit agens & patiēs. Iccirco in pugna animi pugna humorum. Pallor tamen validior ob mortem. *irrumpit. furibunda. ensem* fœmina? *munus* verò illud? *Iliacæ vestes*, & notæ voluptates, neque illico lacrymatur, fluctuat enim animus amentia. *incubuit*, iam illa mihi nunc ante oculos est. Cùm verò non satis habent ignem iniicere classi, in qua & stuppa est, & pix: sed spoliant aras, frōdem, ac virgulta, facēsque etiam addunt: nonne augetur factum vatis ingenio? Hoc igitur est efficacia. Aspice mihi inuenem, & fortem, & religiosum, & acrem: *audax quos rumpere Pallas Sacra vetat, raptóque volat telo obuius ipse: vetat sacra rumpere, rapit telum*, non sumit. *volat*, ipse, non alius eius iussu. Adsum etiā Niso, quis enim recusет esse tali cum viro?
At Nisus ruit in medios, solúmque per omnes
Volscentem petit: in solo Volscente moratur.
Quem circumglomerati hostes hinc comminus atque hinc
Proturbant, instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduersi: & moriens animam abstulit hosti.

& animaduertes morientem interficere. In quibus pro se quisque rerum efficaciam contempletur. neque enim sumus interpretes: sed ostē disse loca, tatis sit. Etiam cum Venulum inter brachia Tarchontis audio, video quoque, *Volat igneus æquore Tarchon Arma virumque ferens.* Expectes etiam Æneæ mortem inde:
Emicat hîc impune putans, & corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem:
Et ferit, exclamant Troes trepidique Latini
Arrectæque amborum acies. Antequam dicat ensem fractum, audis, *consurgit*, sed *alte*, *& corpore toto*. & audis plagam: *& ferit*, interrumpit narrationem clamor vtriusque exercitus. & tu pēdes. solus Maro verus poeta est. Illa in viro forti, *non vlla iniecta mouebant Tela*: in viro pio, *Nunc omnes terrent auræ*. & addit, *sonus excitat omnis*. satis erat hoc: addidit, *suspensum*. Apponit causam aliā à se: *comitiq; onereque timentem*: & id *collectis omnibus vna Defuit*. vides, *omnibus*, vides, *vna*: & *collectis*: &, *defuit*: Tum quæ sequuntur, *quem non incusani*. ponit, *hominum*, ponit, *deorum*. adiungit, *amens*, postremò nihil acerbius sibi visse ait: *Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?* nihil marito funestius, quàm vxorem amittere: nihil turpius viro forti, quàm prodere hostibᵘ: quare: *stat casus renouare omnes.* Hæc in facto, in verbis autem, & sententiis, & extra sententias. Maximam verò efficaciam præ se ferunt epiphonemata, aut Prosphonemata: *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.* in supplici cū pollicitis. *argenti aurique talenta*. Cum cessione victoriæ: *vicisti tua est Lauinia coniux*. Cum miseratione: *fuit & tibi talis Anchises genitor*. Cū perturbatione, an consilio? nam talem dicimus, cū esi proposuimus, cuius simile dicere volumus. At ipse pòst ponit: *Dauni miserere senectæ*: estne igitur trepidatio: an consultò Anchisem priorē nominauit patrem, quàm Daunum hostis patrem? profectò cum Virgilio nullus arte, aut iudicio comparandus. Superbi, *-hostis amare, quid increpitas?* Labefactati animi: *solus hic inflexit sensus*. Resipiscētis: *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat, Ante pudor, quàm te violem*: Explorātis extremum fatum: *Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis, Aspice nos*. hoc tātum. *Iuppiter omnipotens si non exosus ad vnum es Teucros*. Moderati: *& si pietate meremur, Da deinde auxilium*, addita etiam illa voce *Pater*, suæ dignitatis memor. *Ipse manu mortem inueniam*. Pii filii: *Natum ante ora patris patrem qui obtruncat ad aras*, & patri narrat, & filium ante patris ora cæsum. In sententiis autē, *Vsque adeone mori miserum est*. &, *Vna salus victis nullam sperare salutem*: video enim corā desperatæ vitæ viros fortes esse animæ prodigos, vt animam ne amittant. Illud quoq; quasi sententia, *Non obtusa adeò, gestamus pectora pœni*: Excitatur verò etiam in apparatu epithetorum id quod nos Græcè volumus epitheſin appellari. qui volet vtetur. Afferet enim tempus vel au

Universidad de Deusto
Biblioteca

thoritatem,vel gratiam,vel veniã. Iam est ante nos animaduertũm epitheta, aut distinguere, aut addere,aut minuere.verùm ii fallũtur,qui ad eloquutionem tantùm pertinere arbitrati sunt. Est enim in re,cùm dico, pium, iustum.In elocutione autem,si flexum addam, aut mutẽ, aut circũloquar, vt vir miræ fortitudinis,potius quàm fortem.Distinguit igitur epithetum ambigua:vt apud Poetam, *nigra* hirũdo,ad differentiam Ripariarum, quæ species est hirundinis non nigræ, neque ædibus assuetæ. Neque enim Grammatici rectè locum illum interpretantur, Auget, vt *pius Æneas*.Minuit, *Frigida bel lo dextera*. Interdum est æqualis, vt Homo risibus.ad solum enim hominem ea pertinet natura.hanc quoque partem ignorauêre Grammatici. Accipiuntur autem ab euentu non solùm præteritoid enim parum efficax est:sed etiam à futuro, quod rem ponit ob oculos. *miserrima Dido*. A spe: Turnus enim quòd volebat, Tolumnium felicem vocat,qui tamen haud multò pòst interfectus est: successum enim virtuti & moribus sperabat. Adiuuatur verò multùm figuris, præsertim Hyperbole, & Translatione:vt ferreum pectus. Interdum mediocribus appellationibus, vt placida pax: habet enim pax commoda longè maiora. talia *pertæsa mœnia Troiæ*,per indignationem.Per contemptum,*semiustum Æneam*. Sunt autem epithetorum modi duo: vnus hic,quem diximus, vulgaris: alter proprius quorundam,vt *Phœbus Apollo*:est enim Phœbi epithetum Apollo cùm est Vædeus:& Pæan cùm est bonum numen: illud à perdendo,hoc à sanando. Aliquando autem est simplex: vt in superioribus:aliquando in oratione per appositionẽ: vt apud Horatiũ:

-herba Lapathi prata amantis.

Est & alius modus,quasi epithetum: vt *pater Æneas*.Item alius in obliqua oratione:

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus,

ergo primus. Hoc enim attributum aliis refertur ad ipsum.verùm hæc coniungemus cum figuris dictionis, quibus hæc quoque addes: Ex vsu cõtraria significãte:*horrentia Martis Arma*: imò horribilia.*penetrabile frigus*: imò penetrãs. Possumus etiam ex epithetis antitheta constituere:quæ item pertinent ad sententiam, non ad elocutionem:nisi sint ἰσόκωλα, & ὁμοιόπτωτα, aut ὁμοιοκατάληκτα:tunc enim sunt dictionis.Ad hanc rationem,cùm dixit *gracili modulatus auena*,opposuit illi:*cano*.est enim hoc verbum longè illo præstantius: iccirco Musarum Calliope regina: quia cæteræ modulantur,Illa canit: tametsi in Georgicis:*Tityre te patulæ cecini* &c.passim horum omnium exempla carpes: neque enimomnia nobis describenda sunt: quibus satis esse debent artis capita, atque præceptiones, verùm vno aut altero excitatus,in aliis teipsum exercebo. veluti illo, *primus ab oris Troiæ*.nouã igitur rem nærat.quare consequitur attentionem.Sic, *profugus* non meritò, sed *fato:est enim insignis pietate vir*. Sæui dolores. Flammatum cor irati.Placidũ os pacati. Quin etiam *electiones*: Regina Deũm, Nate dea, Satus Anchisa, Troes, Laomedontiadæ, Dardanidæ,Æneadæ,nunquam temerè, sed ex moribus & affectibus. Non vt Homerus, qui etiam coquinam procurãtem Achillem vocat celerẽ. Sed Æneam aliquando pium audimus, aliquãdo patrem:item fortem, & Mauortium. Sunt autem & alia quædam epitheta, quæ ab eruditione ducuntur,ea multum luminis afferunt orationi. Vina Aruisia. Cautes Marpesia. Vates Amphrysia. Non est verum quod aiunt Grammatici,epithetum excludi in voce, intelligi in significato,illo exemplo:

-molémque & montes insuper altos Imposuit:

id est(aiunt)molestos montes: nugæ enim sunt somniáque delirantium: sed est expositio: *molem*,quam molem? *montes altos*, i. molem altorũ mõtiũ.sic *Italiam venit*,qua parte? *Latina littora*. Epithetorum naturam etiam sic considerabis. Quædam enim sunt necessaria: vt pater patratus. quędam vsu tãtùm:vt Iupiter Opt. Max. Alia ad nitorẽ modò, vt *tempestatésque sonoras*.simile necessario illud,quod afferrecausam,aut rationem videtur,

-sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Nisi meminisset:non irasceretur. Iccirco

- manet alta mente repostum:

& nisi fuisset *sæua* tametsi memor tamen non irasceretur. Illud in primis aduertendum est: epitheta quæ in oratione soluta creant χαρακτῆρα sæpe, sæpe illustrãt poetę splendorem, perinde atque fimbriæ vestem militarem. Si cui datum fuerit à natura, vti noua excogitet, is surripuerit gloriã priscis,gloriæ causam posteris præripuerit.verecunda tamen sunto,atque apta simul:& quæ vbi peperierint admirationem,etiam grata sint. Est & in Apostrophe,& in interrogatione tanta efficacia:vt subsilire faciat animum auditoris. quæ vbi coniunctæ sunt:nihil deest ad summam vim.Cùm enim lego illa ex secundo, cæteras omnes mihi excutiũt cogitationes,*Hocce erat alma parens,quod me per tela per ignes,Eripis?*

Apostrophe similis, *Hic me pater optime fessum deseris?* Interrogatio simplex, *Quid primùm deserta queror?* Per admirationem,

Quem primum,quem postremum aspera virgo Deijcis? Per dubitationem plus mouet, *Quid faceret,quò bis rapta se coniuge ferret?* De Niso, *Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis Eripere?* Acclamationes vt diximus,& exclamationes simplices. *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus,O tèrque quatèrque beati.O fortunati quarum iam mœnia surgunt.* ex persona poetæ.*O fortunati nimium sua si bona norint Agricolæ*.Cũ indignatione,*O nunquam dolituri*. Cũ cõtemptu,*O vere Phrygię,neq; enim Phryges*.Cũ voto,*Si nunc nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tanto*.

tanto. Cũ admiratione, *Tantæne animis cœlestibus iræ!* Succlamatio: *Ne mihi tum liceat sub dio carpere somnos?* Et cũ sententia, *Quid non mortalia pectora cogis,Auri sacra fames?* Cum elogio, *Fortunati ambo,siquid mea carmina possunt*. Efficacia ex attrectatione, *Vidi egomet magna me voce vocantem Nomanum*. Et Achemenides in tertio,de Cyclope.& ex persona Poetæ de fœminibus,in primo Georgicorum, *Vidi ego lecta diu*, &c. Directio quoque orationis ad res brutas,mirũ quantum afficiat:*Rhœbe diu,res si qua diu mortalibus ulla est*. Et ad inanimas maiore motu, *O nunquam frustrata conatus Hasta meos*. Et in duodecimo, *Tuque optima ferrum Terra tenes*. Sed illa cui ferreo lacrymas non excirent? *Dulces exuuiæ dum fata deúsque sinebant*. Ab hisce igitur duci poterit efficacia in re,in facto,in oratione. At in cogitatione,aut vultu, aut gestu, aut opinione eodem modo:Latinus cogitabundus, *defixa obtutu tenet ora Latinus*. Sibyllæ *non vultus, non color unus, Non comptæ mansere comæ*. Pudor in Deiphobo, *Pauit autem ac dira tegentem Supplicia*. Ira in Turno, *Torquentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis*. Cuiusmodi faciem describes aut pinges ibi? *Collectam exilio pubem, & miserabile vulgus*. His adiunges scissam vestem vel Latini vel Æneæ. Tum autem comas,genásue laniatas,suspiria,gemitus, lacrymas, clamores,obtestationes, vlulatus.

VARIETAS.

Caput xxviii.

Sequitur vt de varietate dicamus:cuius vsus atque præceptiones tam difficiles sunt, quàm non facilè fit, vt res eadem variis intellectionibus cõprehendatur. Cæterùm & scitè & acutè quoad fieri potest,ineunda est nobis ratio tractationis. Qua in parte eundem nobis eligemus ducem, qui tametsi aut suus,aut æquè omnium est:tamen nos eum toties meditando, admirando, transcribendo,nostrum faciemus. quemadmodum ausus fuit olim Chrysippus dicere, se Euripidę Medeam fecisse suam.Igitur quum semper sit ille sublimi spiritu,& generosa oratione: nusquam tamen est sui similis. Librorum quidẽ exitus omnes Tragici sunt,præter primum. Tã diuersa tamen rerum compositione, vt in animis ingeniisque diuinis mirificam excitet admirationem:tanta támque diuersa varietas est. In secundo Creusa eripitur, vt inter deas sit. In tertio,vulgari morte Anchises. In quarto, setpsam Dido interficit. In quinto,Palinurus in mare deturbatur. In sexto,Marcello tanquam mortuo canit epicedium. In septimo,eorum catalogus, qui ad interitum eunt. In octauo, ad clypei picturam, multas mortes, Cleopatræ exitium,& gentes victas. In nono, Troianorũ stragem in suis castris. In decimo, Mezentius ab Æneæ interficitur. In vndecimo, delentur Volscorum acies,Camillæ mors.In duodecimo Turnus ab Æneæ morte afficitur. Vbi torcasũ facies nulla alii similis, nisi Turni ac Mezentii interitus: verùm ipsius mortis modus non idem: pugna verò tam diuersa: vix vt eundem exitum expectandum putes. Quin posteriore libri quum præter prælia ac cædes vix contineant aliud:tanta eorum tamen est dissimilitudo,vt aliud argũmentum esse videatur. Castra oppugnata, vrbs obsessa, prælia rustica, militaria,equitum,peditum auxilia,præsidia,subsidia. Duo cæsorum epicedia: verùm illud Euryali tã breue,quàm hoc Pallantis exornatum. Vulnera nusquam eadem: sed & tam variis instrumẽtis,vt mirum sit:saxo,torre,claua,bipenni,sude, hasta,lancea, ense: iugulum, caput, femur, pectus,poples,manus,genu:aduersi,auersi,ab latere,stantis,iacentis,currentis,fugientis,congressi,dormientis,latitantis,taciti,clamantis,iactãtis,precantis,deprecantis,exprobrantis,minantis,timidi,audacis, vlciscentis: in equo, in curru, in muro, in campo, in tentoriis, in sacris, in vigiliis,die,noctu.Leuia prælia,iusta prælia, insidiæ. ex aciе, ex turmis, singulari certamine. Tantum nauale prælium nullum potuit. nunquam enim naues habuit Latinus. Captiuos quoque nullos voluit.præterquam quos ad Pallantis rapit inferias. Vnum Venulum habes, quem viuum aufert Tarchon: cuius rei exitum quũ haud ponit, nonne vir est incomparabilis? Hæc est varietas quæ hiscentem perducit auditorem ad finem vsque. Præterea quum alius à Poeta quàm ab historiis ordo instituatur, id omnino propter varietatem factum est. Etenim Homerus annos illos decem si esset exequutus, nihil aliud quàm prælia prælia, aliis alia accumulasset. quare in decimo omnia eiusmodi gesta complectitur. Quòd si quid antea euenit,repetitur per narrationem. sic diuinus Poeta per picturam primò quasi ἔκφρασιν eorum quæ iã facta essent: quæ autem futura, in clypeo, & in sexto.item quum Actios ludos celebrat. & quæ Veneri Iupiter pollicetur. Ita discerpta neque afferunt fastidium, & suspensum tenent auditorem. si enim partem nunc audio, quod reliquum est aueo intelligere. Sed mirificum afferũt ornamentum inexpectatæ varietates, & elusiones portentorum.nam Helenus, *Auxilium, Quod minimè reris,Graia pandetur ab vrbe*. & Harpyiæ minæ. quid enim dirum magis quàm eõ adduci,vt cogamur aridis lignis vesci? Ergo quis crederet Euandrum Græcum afferre auxiliũ Troiano? quemadmodum Diomedes Græcus negat aduersus Troianum: Itali aduersus Italos peregrino. Nam tametsi Thusci tunc non erant in Italia,tenuioribus tamen terminis dissepiuntur,quàm vt inter se alieno animo esse debeãt. Verùm hoc fatale fuit semper miserrimæ amẽtissimæque nationi nostræ, vt perpetuò mallemus dominos peregrinos.

Virgilius.

Æneidos libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Portentum verò & placido & faceto euentu, aut elusum aut solutum est: quòd crustæ aut farinaceæ placentæ pro mensis subiectæ fuissent. Illud quoque ad varietatem: Quum Romanos ira Venus excipit, vt etiam reficiat classem. At nauali prælio Duillii auspiciis primùm sunt acisæ res Carthaginensium. Præterea Lausus cum patre in prælio. Pallas sine patre, sub Ænea pro patre. Pallas cũ Lauso nõ congreditur, ne alter alteri præferatur: sed maioris herois manu cadat vterque, sicuti dicebamus. Quid amœnius illa varietate, quum exclusere castris suos Troiani, Turnum autem inclusere? Rutuli quoque Euryalum occidunt: Nisus vult mori: victorem interficit moriturus: spolia receperunt Rutuli, quæ illi Messapo & Rhamneti abstulerant. Hãc tantam in Poesi virtutem consequi vt possimus, fugiẽda est eiusdem rei facies iterata, quoad fieri potest. hoc primum caput est. Si enim res sunt diuersæ, ipsa quoque narratio non vna erit. Igitur pestilentiam, tempestatem, obsidionem, altercationem, legationem, ludos, singulare certamen: fœderis ceremoniẽ: conuiuiũ, concilium, funus, funebrem orationem, trophæum semel describit. Pugnas verò multas quũ diuturna narratione suscepisset explicandas: quantum vel vnquam euenit, vel ab homine excogitari possit, quod modò cum decore atque maiestate canendum sit, suo quoque loco, tempore, modo, denique natura dispositum. Quæ nolo hîc recitare, propterea quòd in superioribus omnia recensita sunt: ad quæ varietatis præcepta dirigẽda erunt. Cæterùm pars operosissima quæ reliqua est, nunc sese pertractandam nobis offert, natura scilicet figurarum: sine quibus neque efficax, neque varium, neque suaue potest esse quicquam. Ac tametsi videtur hæc cognitio atque vsus figurarum, tum prudentiam, tum efficaciam, tum suauitatem vel commendare vehementer, vel etiam maxima ex parte conficere atque iccirco post omnes describenda videbatur: ea tamen est eius cum varietate necessitudo, vt figuræ penè essentia varietas sit. Sic enim laxiore notione describi potest: Figura est varietas in re aut oratione, à communi vsu deflexa. verùm vt acutius atque elegantius intelligamus, sic nobis incipiendum est.

FIGVRA. Caput xxix.

QVum re & verbo omnis constet oratio, & figura in vtroque reperiatur: ab vniuersali definitione iacienda fundamenta primùm, vt eius essentiam agnoscamus. Deinde quibus artibus figurarum sit vsus: sic enim in summa ac prima genera partiemur. Tertio loco minora genera distinguemus. Quarto, quæ ad Poesin pertinent, in suas ac certas species diuidemus. Quarũ partes postremò suis nominibus ac finitionibus notas, luculentis exemplis notiores faciemus.

FIGVRÆ DEFINITIO: ET quæ quibus artibus genera vsui sint. Caput xxx.

FIgura est notionum quæ in mente sunt, tolerabilis delineatio, alia ab vsu communi. Notiones voco rerũ species externarum, quæ per sensus delatæ, in animo repræsentantur. Harum specierum lineamenta cõmunia sunt, qualia in rebus ipsis. Igitur oculi cuiuspiam iracundi quum sint sanguinei, accipiam eos in meam cogitationem, atque à similitudine flammæ dicam Inflãmatos, & ignem ab ipsis micare. Ecce alia lineamenta, quàm quæ vulgò conspicimus. Intelligo autem lineamenta eadem licentia, qua & figuræ vox recepta est, nánque in corporibus naturalibus est quantitas, quam gerit substantia. Ea quantitas est finita. is finis eiúsque modus atque præscriptio, figura est. Quum igitur dico delineationem, non intelligo lineam nudam, sed eius quoque sobolem circunscriptam superficiẽ. Præterea quum colores aliud sint à superficie: tamen quum superficiẽ per colores videamus, delineationem hanc & ad eos & ad alia accidentia referemus. Quinetiam quum substantia, quia substantia est, non habeat à superficie circunscriptionem: hoc enim est proprium quantitatis solius: tamen quia æquè atque res omnes aliæ præter Deum, finita est: necessariò admittit aliquam præscriptionem. Cuius terminus si non est linea, aut à linea: at est aliquid vel illi simile, vel cui similis illa sit: cuius nomen quia nõdum est excogitatũ, patiamur appellari delineationẽ: per quandam quasi analogiam. Sanè illæ mentes æternæ atque immateriales, à quibus indefessis rotationibus cælestes voluuntur orbes: si neque insunt illis, neque vel per se, vel per accidens mouẽtur: sed assistunt nusquam mistæ: finitæ per se sunt, non per orbium molem, quemadmodum arboris anima ad eius materiẽ finem finitur. Ergo aliquid & superficiei & figuræ simile sit necesse est. Quare animam quoque nostram, quæ ex illarum ordine ac censu item est, vbi cogitatione apprehendam: si aliis delineationibus quàm quæ vulgò concipiuntur, sese insinuet: figuratè à me dicetur contemplari. Et quoniam tam doctè hæc scribimus, ne quis mihi obiiciat illa verba, quum diximus notiones à nobis intelligi, quæ in animum ministerio ac delatione sensuum deferuntur: atque iccirco obiiciant, neque animam nostram, neque mentes illas iis viis subire in nos: respondemus, paulò laxius esse loquutos: ne rem per se difficilem obscuraremus. Species enim aut ipsæ absque medio imprimuntur: aut per discursum postea illa etiam quæ extra omnem sensum existunt, veluti vniuersalia, sed de his satis. Ergo figura in corporibus considerata, communicauit nomen suum in notionibus, sicut & naturam. Notiones autem quum sint & partes & causæ scientiarũ, formant enim conclusionẽ propositiones: quot erũt scientiæ, tot erunt genera summa figurarum. Scientias nunc eas hîc dico, quæ vtuntur notionibus ad enuntiationes. quarum princeps Dialectica figuras suas habet: quæ sunt dispositiones mediĩ terminĩ: sic enim appellauit Aristoteles: quod nunc irrident quidam amentes. Grammatica suas agnoscit seorsum: quæ sunt Grammaticalium legũ deflexiones ad necessariam abusionem. & inter hasce duas, vna summa scientia tertia, cui nomen inditum nondum est, suis vtuntur figuris. Sub qua scientia tres istæ notæ cõprehendũtur: oratoria, historica, poetica. in quarum ambitu cõmuni, cõmunium quoque figurarum, tanquam publicæ supellectilis vsus continetur. Sic habes definitionem, & genera summa.

FIGVRARVM MINORA genera. Caput xxxi.

SEcunda ac minora genera sunt, quæ apud omnes existunt authores. Aliæ nánque sunt figuræ rerum, aliæ verò verborum. exempli gratia: Senex libidinosus. aliter accipitur senex quàm communi opinione. hæc figura est in re. In verbo autem siquis dicat, Magnanimus Cæsar, est enim figura compositionis. Potest autem aliqua esse vtriusque generis communis: vt Emphasis. est enim in re si dicã, Pater orbus flet. In verbo, Ille ego sũ Cæsar, in vtroque, Ille ego omnipotens Deus. An verò vna sit figura communis, & rei & verbis? si sunt vera hæc genera, figura scientiæ, figura dictionis: non potest vna esse. & sanè puto duas. Rei enim res est: verborum autem affectus ab rebus alii. Græci illas σχήματα διανοίας, hasce σχήματα λέξεως. alii illas simplici nomine σχήματα, has æquè simplici τρόπους. Non igitur rectè factum sit à Quintiliano: qui in octauo τρόπους, quum per species recensuit: in nono docet, quomodo species sunt figuræ. nam & à Græcis, qui harum rerum inuentores extitere, dissentit: & in octauo, quid esset figura describere debuit: ibíque diuidere in Tropum & Schema. quanquam quid rei sit hoc? si σχήματος facit speciem τρόπον, quomodo tropum à schemate distinguet? vt idem sit & genus & species suiipsius. Alexander quoque Rhetor, eadem negligentia vtitur. nam vtrunque appellat σχῆμα τὸ πρὸς διανοίας, καὶ τὸ πρὸς λέξεως. & tamen quum definit σχῆμα διανοίας ἐξαλλαγὴ, inquit, αὐξῆσαι τρόπον. Quòd autem sic definit, ἐξαλλαγὴ εἰς τὸ χρήσιμον, nequaquam verum est: non enim conuenit omnibus tropis. Haud sanè melior est oratio ἀπιθάνως quàm coniuncta. Neque figuris διανοίας omnibus: non enim melius est alloqui rem mutam, quàm silere: imò amentis est. sed περὶ τοῦ δεῖ dictum oportuit. Ratio autem quare id addiderit, est: quia Solœcismum & Barbarismum ait itidẽ esse ἐξαλλάξεις, mutationes: verùm nequaquam εἰς τὸ χρήσιμον. illum quidem orationis: Barbarismũ autem singulorum verborum. Ergo illud quoque ab eo animaduertendum est. nánque ea figura quæ in re est, non habet necessariam illam distinctionem: neque enim in re potest fieri vel Barbarismus vel Solœcismus. Nos, vt omnibus generibus figurarum communem afferremus definitionem: diximus tolerabilem delineationem, id est inoffensam. quam vocem, si plus placet, pro illa substituas: etiam probam ponere poteramus, nec pœnitet. Nihilo felicius aut consultius Trapezuntius: qui in libro quinto, quum de eloquutione doceret, figuras sensus admisceuit: quarum tamen natura tota in re est, atque ad inuentionem pertinent. M. quoque Gallio malè disposuit. in quarto nánque ad Herennium, priore tractatu, figuras eloquutionis recensuit: eas quæ essent sententiæ, posteriore. Sunt enim res verbis, quæque in rebus sunt, iis quæ verbis insunt, omnia priora natura, tempore, cognitione, vsu. Nam & figuratæ exprimunt muti intellectiones suas sine vllis verbis. Quid ipsæ saltationes, quas sine verbis vllis saltãt Hispani? adeò enim figuris scatent, vt Poetam aut Historicum loqui putes. Per initia studiorum meorum multi dati sunt nobis præceptores à diuo Maximiliano Cæsare, quem honoris causa nomino, viri sancti, sed impolitioribus nati seculis. ii nos docebãt rhetoricos colores, eosdem esse quos etiam figuras vocarent. Idque Trapezuntius quoque ait in quinto, Colores vulgò exornationes dici: verùm in tertio, aliud intelligit χρῶμα ad causam & statum coniecturalem, quem sine illo consistere posse negat. Quintilianus in quarto, Colorem vocat conatum Oratoris, quo turpe factum tegit aut tollit. sic & Iuuenalis. aliter Cicero, Orationis colorẽ & succũ dicit in libr. de Orat. & in libro de claris Oratoribus, Colorem venustatis: Nitorem enim hîc intelligit & splendorem, totúmque apparatum orationis. At Dionysius Halicarnasseus, iudicialis orationis genera tria esse dicit, quæ χρώματα nominat: recentiores, ductus: vnum rectũ, quum dicimus id quod sentimus: alterum obliquum, vbi dicimus aliter atque sentimus: tertiũ contrarium, quo contrà dicimus quàm sentiamus. Tertii generis exemplum habes apud Homerum, quum Agamemnon suader fugam: secundi, à Sinone Virgiliano. Primi frequens ac vulgatus vsus. eiusmodi orationem rectam, vocat ille ἰθισταμένην, quasi facie liberali. atque à Rhetoribus χρῶμα appellatam: cæterùm quam ob causam, negat se sanè scire. Memineris etiam ab eodem Gallione, characteres, figuræ nomine appellari. sed de hoc in sequenti libro. Nunc ad species transeamus.

SPECIES. Caput xxxii.

FIguras quidẽ ante nos ad certas species nemo deduxit: sed vt quæque se offerebat, ita explicarunt. quippe ignari Philosophiæ, vsum tãtùm acceperc, earum causas ignotas habuere. Nos igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, quæ ad Poesim nostram faciunt, in species certas redigamus, redactásque digeramus. ad quas ceteras quoque suas Oratores ipsi reducere poterunt. Significatur aut id quod est, aut contrarium. Si id quod est, aut æquè, aut plus, aut minus, aut aliter. quippe aut vnam rem pluribus verbis, aut plures vno. Contrarium significatur, vt per Antiphrasim. Æquè significatur, vt per Tractationem. Plus, vt per Hyperbolem. Minus, vt per Detractionem. Aliter, vt per Allegoriam. Vnam rem pluribus, vt Periphrasi. Plures vno verbo, vt Collectione: eques pro equitatu. Cæteræ omnes ad has reducentur.

SIGNIFICATIO, ÆQVALIS Tractatio. CAPVT XXXIII.

IN quibus æquatur significatio rei significatę, sunt, Tractatio, Imago, Similitudo, Comparatio, & aliæ huiusmodi, quæ aut cum his ad genus, aut ad has sub genere referuntur. De quibus consequenter dicemus post has. Tractationem videtur Cicero appellare, quam Græci διατύπωσιν & ἐκτύπωσιν, si tenuior sit. Ad verbum potes dicere, Deformationem: ad hunc nánque significādi modum etiam Quintilianus vtitur. Est autē Tractatio, quum rem sub oculis ponimus, lucu lenta narratione persequentes eas partes, quæ ἠθολογίαν maximè comprehendunt in personis: in locis autem notabiles quasdam dispositiones. τύπος enim faciem & formulam quandam significat: & id quod architecti modulum, vulgus Italicum adhuc magis diminutiua voce dicunt, *Modellum*. ad cuius lineaturas atque dimensiones totius operis ratio dirigitur. M. Gallio διατύπωσιν, personæ accuratam admodum ac festiuam posuit in quartò, quam appellauit Notationem. Cæterùm vox hæc Notatio & Nota, in deteriorem partem frequentius, vt notæ Criticorum: *Quique notas spurijs versibus apposuit*, de Aristarcho Ausonius. & Notas censorias legimus, & Notatos ciues. Quare non rectè fecerūt Medici recentiores, qui quum in veteribus trāslationibus barbaris, Signi vocem legerent, minus idoneam existimauerunt: ac pro ea Notam appellare maluerunt, quum tamen omnes Rhetores ad argumenti indicisque significatum passim vtantur illa. Alii etiam ὑποτύπωσιν, id est demōstrationem, nominare maluerūt. Est autem minutior, dilutior ac simplicior ἐκτύπωσις, vt

Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyememque ferens, & inhorruit vmbra tenebris.

Subdelineationem potes dicere. at διατύπωσις accuratior: persequitur enim omnia, lecta tamen in graui genere dicendi: in imo omnia penitus, vt in Hymno Cereris Callimachi. Virgilius tempestatem in primo per διατύπωσιν repræsentat. Iccirco dicta etiam à Græcis est ἀκρίβεια: quum exactior atque expressior est oratio. Itaque eam γραφὴν deductam iidem quoque aiunt. & designauit Plautus hoc verbo, quod homine ad vnguem factum Horatius. Est enim ἀκριβὲς, τὸ ὑπὸ τὸ ἄκρον βαῖνον. Exactum Latini dicunt, id est absolutum. sicuti Terentius, Defunctum, quod opera nostra amplius non eget: sed est ei suprema manus imposita. ἀκριβῆ febrem tertianam puram nostri barbari rectissimè appellabant. Recentes nouatores ea voce purissima repudiata, Exquisitam dicere maluerunt, vocabulo satis infelici. equidem puto neminem tā fatuum, vt febrem exquirat. Est & illa ἀκαταπόητα valde simplex,

Constitit in digitos extemplò arrectus vterque.

Illa autem διατύπωσις, vbi anguiū amplexu morsúque necatur Laocoon, ipse & liberi eius. Præterea, in quinto, raptus Ganymedis: *Longani palmas nequicquam ad sidera tollunt Custodes.* Vides ὦθος: quia & senum interest amissa requirere, & custodum sarcire damna. & πάθος, *Tollunt palmas*. item amplius, *Nequicquam*. Illud verò exactissimū, *seuitque canum latratus ad auras*. vbi & Physiologia est, à fide canis: & expressio eius miro carmine. quis enim ex pictura visu percipiat latratum? Illa quoque ἀκριβολογία illustris, vbi & loricæ grauitatem circunscribit, & Demolei fortitudinem:

Vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant,
Multiplicem connixi humeris. Induitus at olim
Demoleos cursu palantes Troas agebat. Vnde

& illò te conferas: Si Demoleo victor detraxit, quantum putes Æneam? Duces autem figuram hāc per mores, ætates, affectus, iis legibus quas præscripsimus in personarum ratione. fortunas, euētus, consilia. sicuti in duodecimo, de Turno,

Poscit equos, gaudétque tuens ante ora frementes.

Hac eadem figura explicantur dantúrque in lucem quædam, quæ ex cōtextu intelligi nequeūt: vt, *At ramum hunc, aperit ramum qui veste latebat*, seipsum in Ciri imitatus, vt & aliàs. Ita quia mos esset in sacris aras tenere: neque id explicuerat narratione. apponit per ὑποτύπωσιν ex persona Latini, *Tango aras*. Tale & illud (*Sceptrum nam fortè gerebat.*) neque enim id intellexisses apud Virgilium sicut apud Homerum. Sceptrum enim semper gerunt concionantes, Reges & ductores.

DEMONSTRATIO, DEscriptio, Effictio. CAPVT XXXIIII.

IN persona igitur vbi consistit, Tractationem dicere maluerunt. Quæ verò in re versaretur, Demonstrationem. veluti quum loca describimus ambitiosius, ita vt sub oculis subiiciantur. Diuersam quoque ab hisce speciē, genere autem eandem dixere Descriptionem, quam M. Gallio definit, perspicuam rei expositionem. Quæ verò minutius circa personam versaretur, Effictionem. Non quòd sit ficta, id est falsa: sed quasi effigiationem. Effictio enim est pars fictionis in Prosopopœia. Effigiatio est in Thersite, & in Lauso, & Turno, & Darete.

SERMOCINATIO. CAPVT XXXV.

HVic adiuncta est Sermocinatio, quū certus attribuitur sermo personæ: qualis Numano,

Non pudet obsidione iterum vallóque teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt!

Quia nuper Turni germanam thalamo sociatus habebat. Orationes enim quodam modo picturæ sunt animorum. & qualis quisque est, ita loquitur. & in obliquo,

Mur animum: hîc atauos & auorum antiqua sonantem
Nomina.

ATTEMPERATIO. CAPVT XXXVI.

PRactationis pars est Attemperatio: quæ fit quum ei, quod dictū est, modus statuitur. Circunscriptionē quoque nonnunquam nos eam appellauimus. apponitur enim sententiæ linea ac meta: aut ex persona introducta, aut ex persona Poetæ. Et accedit, si spectes collocationem, ad vim Parenthesis. Sic Palinurus in quinto, quum sententiam suam delinearet, *Nec littora longè Fida fraterna Erycis* interposuit, *reor*. Sic Iupiter in primo, *Fatebor*. Venus in eodem, *Haud credo*. & Dido, *Credo equidem, nec vana fides*. Ex persona Poetæ, *vt perhibent*. &, *forma est*: &, *mirabile visu*: &, *si credere dignum est*. Transferimus etiā in narrationes, eíque miscemus, veluti fecit Poeta de Cæculo. *Vulcano genitum, pecora inter agrestia Regem, Inuentúmque focis omnis quem credidit ætas.* Nec abhorret ab hac natura illa, *Eloquar? an silcam?* &, *Quem primum, quem postremum aspera virgo, Deíicis?* non enim attemperat quod dictū est, sed quod dici potest.

MODERATIO ET CORRECtio. CAPVT XXXVII.

SIc aut eædem cum superiori Moderatio & Correctio: aut ei modi quasi quidā sunt. Græcus μετάνοιαν, quasi pœnitentiam vocat. Corrigimus autem quod dictum est: *sed prius ima dehiscat Terra mihi quàm te — pudor violem.* aut repetimus vt corrigamus: Parthus siue Cydon, per subdisiūctionem. Simplex autem illa Sinonis, *Sed quid ego?* Hanc etiam ἀποσιώπησιν rectè nominant. nam Aquila Rhetor malè posuit pro hac exemplum διατύπωσιν.

ASSEVERATIO. CAPVT XXXVIII.

HAud longè abest ab Attemperatione Assecuratio, sed ita: Attemperatio moderatur: at non abscedit tamē à proposito & prima significatione. Assecuratio autem eodem modo hæret: sed non mutat quicquam. In illo similis, in hoc contraria. Huius generis est, *Nánque potes*. Sic enim Æneas ad Sibyllam, Palinurus Æneæ, Horatius ad Canidiam. hāc etiam Obtestationem dicere possumus. In qua interuenit iurandi modus: non idem omnibus, sed pro arte, sexu, statu, ætate. Sic nauta Palinurus, *Maria aspera iuro*. At Ascanius bene institutus patrem imitatur, quippe etiam num adolescens,

Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat.

Æneas autem pōtifex maximus, de Ioue & Mercurio, *Testor utrumque caput*. Amans autem Dido, & Amata regina genero metuens, *Per has lacrymas*. Interdum à persona ad quam sermo dirigitur: ad virum fortem, Per dextram tuam te oramus. Per Musas, per virtutes, genus, &c.

CONDITIO. CAPVT XXXIX.

COrrectioni similior ea est, quam Cōditionem voco. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus.* Subticet positionē ex conditione. Alibi autem subiungit, *Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris.*

EXCLAMATIO, ACCLAtio, Iudicatio, Elogium. CAPVT XL.

AFfinis huic adeò est Exclamatio, vt cum ipsa sæpius ad hunc eundem finem coniungatur. *O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.* par enim erat dolentis nota in superiori, *Heu miserande puer. Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore.* & sine nota exclamationis, *Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.* Est enim quasi Acclamatio: quum post rem aut factum, subditur sentētia cum admiratione: vt, *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.* Et sine admiratione Expressio rei occultæ, *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.* Sūt sanè exclamationes in πάθεσι. Acclamationes autem per ἐπιφωνήματα, *Dij talia Grajis Instaurate*. Interdum ex persona Poetæ, *Dij meliora pij: erroremque hostibus illum*. ἐπιφώνημα à Græcis. Coniuncta huic Iudicatio, quum Poetæ iudicium apponitur. *Heu vatum ignara mentes.* & *Ne mihi tum liceat sub dio carpere somnos*. Et cum sententia incluſa: *Non ignara mali miseris succurrere disco.* Est & illud iudicium,

Vix illud lecti bis sex cervice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Cum exclamatione, *Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?* Et cum admiratione, *At tu dictis Albane maneres.* Elogium autem nomine Latino caret: neque enim solùm laudem, sed etiam vituperationem potest continere: quæ ex opinione ac iudicio Poetæ proficiscitur. De Niso & Euryalo,

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo:
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet: imperiumque pater Romanus habebit.

Est autem quasi epicedium, non solùm elogiũ, sicut & illud,

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi flevere lacus.

Inueniemus etiam elogium extra personam Poetæ, implicitum aliis orationibus: vt in verbis Turni, *Qualem meruit Pallanta remitto.* In malam verò partem, ac per vituperationem, *Nequeunt expleri corda tuendo*
Terribiles oculos, vultum, villosáque setis
Pectora semifери, atque extinctos faucibus ignes.

Mistum ex vtroque,

Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni:
Lausus equũm domitor, debellatórque ferarum.

Mox, *-dignus patrijs qui lætior esset*
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.

Indifferens autem elogium super Priamo interempto, *-hic exitus illum*
Sorte tulit, Troiam incensam, & prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis terrísque superbum
Regnatorem Asiæ. Iacet ingens littore truncus,
Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

REPETITIO.

CAPVT XLI.

Fit igitur Deformatio interdum simplex, aliquando cum superioribus, nonnunquam cum repetitione, aut anticipatione, aut cõparatione. Est autem Repetitio, eiusdem rei geminatio: quæ interdum iisdem verbis, sæpe etiam aliis iterum ponitur, sæpe etiam & tertiò. Maxima ea efficacia, & quæ auditorum aures expugnet. Atque illa quidem vulgaris, *Me, me, adsum qui feci.* Quæ verò aliis fit verbis, ineptè nimis à Seneca irridetur. Is enim Montanum, Ouidium oratorum vocabat, propterea quòd sententias repetitas inculcaret. Nemo tamẽ est vel Oratorũ vel Poetarum, quin id committat. Quid castius iudicio Virgiliano? is tamen non semel,

Me pater Anchises, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt. &
Quantum in connubio natæ, thalamóq; moratur.
& *-quum Iuppiter horridus Austris*
Torquet aquosam hyemem, & cælo cana nubila rumpit. &
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera: cedebant pariter, paritérque ruebant.

& alibi multa eiusmodi. Fit etiam repetitio per consequentiam: vt in septimo, *Iam fidere terræ, Deferuisse rates.* Qui terræ fidit, nauium parum curæ gerit. Etiam per contraria fit illud consequens nonnunquam: vt in secundo Georgicõn,

-qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obuertерit axi.

Nam si Austrum altera spectat parte, altera Septentrionibus obuertere necesse est. Repetimus etiã per proportionem. Est autem Proportio, respõsus rei ad rem in simili dissimilitudine. Qualia enim sũt Quatuor & Decẽ, talia Duo & Quinque. Respondẽt igitur inter se Binarius & Quinarius: in quorum dissimilitudine est similitudo. quia ille Quaternarii dimidium est, hic Denarii. Hoc quoque reperietur in illa repetitione, Prosopopœia.

-en ipse capellas
Protenus æger ago. hanc etiam vix Tityre duco.

E maiori minorem infert: nam dixerat *capellas*: subdit *hanc*. respondet etiam aduerbium *vix*: in quo repetitur sensus illius, *æger*. Maiorẽ à minori ibi, *Ille meas errare boues, vt cernis*. satis erat. repetit animi securitatem maiore sensu: & *ipsum*
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

FREQVENTATIO.

CAPVT XLII.

Frequentatio autem est multiplicata repetitio, quæ maximè datur ratis. Gallio mauult significare eorum collectionem, quæ sparsim dicta sunt. Ego persto in priore sententia. Neque displiceat si quis πύκνωσιν apud Græcos appellarit, quid enim sit πυκνὸν & ἀραιὸν, ex Philosophis alibi. at est in Equitibus Aristophanis, πυκίτης & πυξ.

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, foueve cupidine bella?

ACERVATIO.

CAPVT XLIII.

Eadem sit fortasse Aceruatio: sic enim interpretamur σωρευτικὸν, & quam iidem dicũt πολυσύνδετον, minus signata voce:

Vrbem Troianam primùm, dulcésque meorum
Reliquias colerem: & Priami tecta alta manerent:
Et recidiua manu posuissem pergama Teucris.

Non est autem eadem quæ πολυσύνδετος: ea enim est λέξεως. Quòd si mauis ab hac diuersam esse σωρευτικὸν, interpretabor πολυσύνδετον, coaceruationem: σωρευτικὸν autem, coagmentationẽ,

Amissam classem, socios à morte reduxi. & alia quę ibi dicũtur. Differet igitur ab Aceruatione: quia illa sedatior & humilioris argumenti. Coagmentatio incitatior: sicut in duodecimo,

Verte omnes te te in facies: & contrahe quicquid
Siue animis, siue arte vales: opta ardua pennis
Astra sequi, clausúmque cana te condere terra.

Aceruatio quoque non semper ordinem præscribit, & σῶρος dicitur à quibusdam: vnde σωρὸς acerus Chrysippi dicitur à Persio. σωρίτην coagmentationem nonnullis placuit appellare. Sorites.

CELERITAS.

CAPVT XLIIII.

Huiusmodi faciem præ se fert quam Græci ῥᾳδιότητα, nos expeditionem & Celeritatem, & præcipitationem diximus aliquando. Cõmodissimè verò impressionem. ἔμπτωμα nonnulli, i. procursionem. Fit autem tã cum copulatiuis quàm sine copula.

-fuit Ilium, & ingens
Gloria Dardaniæ. ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. incensa Danai dominantur in vrbe.

Cum copula cædes illa ab vno,

Alcandrúmq;, Haliumq;, Noemonaq;, Prytanimq;.

Effusa ibi,

Non arma expedient? totáque ex vrbe sequentur?
Diripiẽtque rates alij naualibus? ite,
Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

& mox,

Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis, natúmque patremq;,
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Mira in decimo, ac diuina,

At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vagináque cana fulgentem diripit ensem:
Illa volat. Tanta præcipitatio, vt illico hasta emissa gladium distrinxerit.

EVASIO.

CAPVT XLV.

Vic similis ea est, quam simul cum aliis non paucis primi nos & agnouimus, & nominauimus Euasionẽ. Fit autem quum delibamus res, neque insistimus, *Vtere sorte tua.* Noluit insistere in illa permissione suæ cædis. sed subaceruauit,

-fuit & tibi talis Anchises genitor.

COMMORATIO, AMPLIficatio, Exaggeratio, Accumulatio.

CAPVT XLVI.

Virum quum Gorgoteta adiunximus repetitionibus, quo consilio audeamus dicere eius similem Euasionem. contraria enim videtur. Nam πρᾶγμα multa quasi fasceatim: Euasio vnum vix, atque abit. Acutius tamen contẽplanti videbitur eadẽ in vi quidẽ, non in verbis. Multa enim cõprehendit Euasio, quæ non explicat. Coaceruationis autem comes, aut affinis Cõmoratio. Aqua non longè abest Amplificatio, quæ & Exaggeratio & accumulatio est, sed Accumulatio humilior, & similis Aceruationi. Exaggeratio & Amplificatio pleniores. Est autem Cõmoratio, quum eandem materiam aut alia facie ostendimus: aut per partes discurrimus. vbi potest animaduerti, harum omnium Tractationem quãdam quasi matrem esse: cuius exemplum habes,

Vipereo generi, & grauiter spirantibus Hydris,
Spargere qui somnos cantúque manúque solebat:
Mulcebátque iras, & morsus arte leuabat.

Neque enim rectè putat Gallio Commorationem figuram non esse, neque ab vlla causæ parte separari: sed tanquam sanguinem perfusum per totum corpus. Nam tametsi causæ quædam id postulent, vt à materia nunquam auellamur: tamen sunt partes quædam, in quibus si fueris cõmoratus, aurem animúmque iudicis auertas. Idem Cõmorationis speciem dixit, Expolitionem. Quod nihilo melius probamus. nánque expolitio ad Characterem pertinet: neque figura est, neque ductus orationis, sed loquutionis facies, ac cutis quædam. Idem eiusdem error, quũ scripsit Breuitatem esse figuram. Est enim eodẽ modo atque ratione Character, siue forma, siue modus dicendi. nam sanè Amplificatio, quę figura est, neutiquam opponitur breuitati. Sed Breuis stilus est contrarius τῷ πλήρει, id est pleno & opulento. Amplificatio autem aduersam sibi habet Perstrictionem: quæ aut soror est Euasionis, aut comes, omnino cognata. nam breuitas sine figura est, Troia euersa. Euasio autem siue Perstrictio est breuitas figurata, *Et campos vbi Troia fuit.* Versus diuinus, in tertio: quem adeò probauit, vt seipsum in decimo fit imitatus. *Atque solum quo Troia fuit.* Amplificatio autem fit, quum id quod pro toto positum est, aggestis partibus maiore mole ostentamus: aut quum posita parte, aliis appositis effundimus in amplitudinem. Quinetia alio modo componitur, quum facto aut re posita, addimus causas, consilia, euenta. Denique simplicitati maximè opposita est. Ecce simplicitatem,

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Ecce parem materiam amplificatam,

Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris.
Hìc ego nánque tuas sortes arcanáque fata
Dicta meæ genti ponam, lectósque sacrabo
Alma viros. Etiam exempla factorum quum subduntur, fit Amplificatio,

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara fidibúsque canoris,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; viam toties. quid Theseа magnum,
Aut memorem Alciden? Ἔκφυξιν à quibusdam dicta fuit: verùm ὑπέκφυξιν plus placet. nã παρηγορικὸν diminutionem notat.

Exaggerationis autem finis & vsus pro affectibus. In laudem, *-heu quibus ille*
Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat.

In inuidiam,

Amissam classem, socios à morte reduxi.

Indignatio, *Ferte citi flammas, &c.*

Multæ enim figuræ simul coniungi possunt: sicut in lamentatione matris Euryali: Metus,

Me, me, adsum qui feci, in me conuertite tela,
O Rutuli, mea fraus omnis. nihil iste nec ausus,
Nec potuit. cælum hoc & sidera conscia testor:
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.

CONIVNCTIO.

CAPVT XLVII.

Nec longè ab hisce diuersa Coniunctio diuersarum rerum, quæ à Græcis συζυγικὸν duro vocabulo, Commistio, Confusio: molliusculè, Cinnus. Aliquando cum distributione & oppositione contrariorum: veluti si dicas, Deprecatur timidus vt lædat: precatur fortis vt iuuet. Poeta pictius loquutus est, in vndecimo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

-solum Æneas vocat, & vocet oro.
Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus vel gloria, tollat.

Quibus carminibus nihil simplicius simul atque elaboratius. Nata quidem talia videntur, sed nõ sine fabrica naturæ. Attribuit Dranci imbelli, & sibi forti vel fortunam ad moriendum, quam ille explere nequeat: vel virtutem ad superandum, quæ cum illo nihil habeat necessitudinis. ita duabus personis simul iũctis atque confusis, adhibet diuersos euentus ex distributione. Ibi autem simplicior & manifestior,

Hîc manus ob patriam pugnando vulnera passi,
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pij vates, & Phœbo digna locuti,
Quique sui memores alios fecere merendo.

Et in contrariam sententiam quæ dicuntur ibidem de sceleratis.

ATTRIBVTIO, PROSOPOPŒIA. CAPVT XLVIII.

DEformationis, siue διαπλάσεως pars Attributio quoque est. & fit quoties Rei aut Personæ attribuim' rẽ, aut personam, aut modum, aut orationem. Rei res, vt anno sterilitas, aeri tempestas, nocti silentium, saxo asperitas: idque non solis nudísue epithetis: sed denarratione. Exẽpli gratia, non dicam nox obscura, sed

Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus æthra
Siderea polus:
Sed lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

C Personæ personæ,

Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.

Personæ res, vt loco, aut tempori, aut alii,

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
Personæ res, -*hîc illius arma,*
Hîc currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tendit que fouetque.

Sermo quoque attribuitur personæ tam nominatæ, quàm non nominatæ,

Hîc Dolopum manus, hîc sæuus tendebat Vlysses.

Est enim sermo vulgo attribut': atque hîc quidem in recto, in obliquo verò ibi,

Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum,
D *Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.*

Vbi Poetę obseruãda est dexteritas. Si enim recta esset oratio, oporteret famam introducere, quæ Hiarbam alloqueretur.

Prosopopœia verò duplex est. Primus modus, vbi ficta persona introducitur, vt Fama à Virgilio, & Fames ab Ouidio. Hæc non est figura, sed pars argumenti poetici. hanc fictionẽ appellat Quintilianus ἐνδιάθετον: vt Dirarum, & Iræ, & Furoris. quales multæ in Scenis à nobis in fine huius libri declaratæ sunt. Alterum genus Prosopopœiæ, vbi non persona fingitur eo modo, sed orationis attributione. quę adeò pertinet ad διατύπωσιν, vt suprà eius partem fecerimus Sermocinationem. Duæ tamen species agnoscendæ. nánque si attribuam Æneæ orationem, erit sermocinatio: propterea quòd vera persona est. quòd si extra argumentum introducatur: veluti quum Æneas ait sese à patre per somnũ obiurgari: sanè est Prosopopœia. introducit enim aliam personã, præter suam & Elisæ. præsertim si rei mutæ sermo attribuatur, vt Demosthenes ait, Negotiũ ipsum φωνὴν ἀφιέναι. Sic terra loquitur in 11. Metamorphoseõn. Est & alius modus, quo non oratio, sed sensus rei brutæ assignatur. ex re enim, quæ non est persona, fit persona: vt,

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus. Cui modo cohæret
B ille quoque quando alloquimur brutam rem, quæ non intelligit, quasi intelligat. veluti Mezentius equum, Turnus hastam. Quo loco illud acutius contemplandum. Primum enim membrum summæ diuisionis figurarum est. Quum dicitur quantum in re est, ita vt æquet rem oratio: nos tamen attributionis partem hanc, quæ plus dicit quàm in re sit, hîc admisceuimus: quod nobis fraudi esse non debet apud æquos rerum æstimatores. Huc enim traxit vis & natura διατυπώσεως, neque permisit tractationem hanc differre, ne res distraherentur. quare studiosi intererit hanc partem ita hîc legere, vt si malit eã se alibi, cogitatione aptet sua. Quintilianus scribit, oportere eius personæ cui attribuitur oratio, habitum describi: alioqui non esse Prosopopœiam, sed διαλογισμόν. Mihi videtur omnis
C oratio esse διαλογισμόν: Personæ verò habitum nequaquam pingi debere, sed orationem per se satis posse ad personam illam declarandam. Cicero tamen pro M. Cælio ita pingit Appium cẽsorem, vt ibi ille apparere videatur. quare si cui Quintiliani sententia magis placeat, ne mihi quidem displicet. Similes illis superioribus attributionibus sunt alloquutiones, quæ ad absentes diriguntur: qualis Æneæ ad Palinurum iam non exaudientem. & Apostrophæ quædam. Cuius figuræ modi duo: vnus, in quo cohæret oratio: vt, *Tuus ô clarissime frater, Pandare*. Connexus enim hic sensus est, Alter non cohærens & durius: qualis ille in laudibus Italiæ, *Hinc al-*
D *bi Clitumne greges*. dicendum enim fuerat, *Atque tui Clitumne greges*. verùm hæc etiam cum figura loquutionis conuenit.

ANTICIPATIO. CAPVT XLIX.

SVPRA diximus διατύπωσιν fieri per Anticipationem: quæ nunc est declaranda. Triplex eius species: Vna Grammaticorum, de qua in libris De causis satis. Altera Oratorum, quum præripimus id quod ab aduersario adduci potest. vnde appellata est à nobis Præuentio. Tertia, quæ impræsentia explicãda est, omnes à Græcis προλήψεις dicũtur. Fit autem

à Poeta, quoties suæ personæ circunstantias attribuit ei personæ aut loco, cui per se non competit. Circunstãtia personæ multiplex est: atque inter cæteras, tempus, & ea quæ ad seculum cuiusque pertinent. Iccirco si dicam expugnatum oppidum bombardis tempore Æneæ, προλήψις erit, sine præsumptio: propterea quòd quæ tormenta bellica sic vocant, tunc non erant: nunc sunt. Vtuntur autem ea figura duobus modis: vnus est mollior, quum Poeta loquitur, *Italiam fato profugus, Lauináque venit Littora*. etenim illô quum appulit Æneas, nõdum Lauina littora dicebantur. hoc tamen tolerabile est: subintelligas enim, quæ postea Lauina dicta sunt. Alter mo-
B dus durìusculus, vbi Poeta personę attribuit orationem, quæ mentionem faciat cuiuspiam rei tunc non existentis: aut si erat, nequaquam eo nomine vocabatur, quo illam appellare facit. exempli gratia, Palinurus Æneã rogat, vti suum corpus afficiat sepultura. designat locum, *Portus*, inquit, *requiret Velinos*: portus quidem erat, nomen autem aliud. Est igitur Anticipatio, quia Virgilii tempore sic nominabantur. Durior tamen, vt dicebamus, est. quippe loquitur Palinurus, cui oratio è reipsa, quæ iuæ tempestati conueniret, attribui necesse est.

ASSIMILATIO, EXEMplum, Imago, Translatio, Collatio, Comparatio. CAPVT L.

OMen quatuor speciebus commune veteres nõ posuere, nos Assimilationẽ vocamus: quæ continet Exẽplum. C Imaginem, Collationem, Comparationem. Ac quanquam multis videtur Exemplũ non esse figura, est tamen acrius intuẽti. Nihilo sanè minus quàm ipsa διατύπωσις. Quare à Græcis παράδειγμα quoque dictum fuit, propterea quòd rem ipsam iam positam etiamnum sua specie indicaret:

Antenor potuit, mediis elapsus Achiuis,
Regna Liburnorum & fontem superare Timaui.
& -*Pallâne exurere classem*
Argiuûm, atque ipsos potuit summergere ponto?
& -*Mars perdere gentem*
Immanem Lapithûm valuit. Hæc enim sunt exempla, quoties historiæ aut fabulæ argumẽto simili declaramus materiã, aut iã positam, aut quę
D iam ponetur. Sanè omniũ illud eõmune est, vt eõponatur aut res rei, aut persona personæ: aut persona rei, aut personæ res. Ergo facta factis, loca locis, tẽpora temporibus. Interdũ verò simul omnia miscentur. Fit autẽ eiusmodi relatio aut per æqualitatẽ, aut per excessũ. Æqualitas, Talis, Qualis, Tãtus, Quãtus, Vt, Qualiter, Ceu. Sic, atque eiusmodi. Per excessum autem, vt in V,

Non sic præcipites bijugo certamine campum Corripuere. Quod est in Collatione & in Imagine. *Præruptus aquæ mons*. Est enim Imago posita frequens in Trãslatione. hanc Græci μεταφοράν, illã εἰκόνα vocant. Est autẽ Trãslatio, quoties è re in

rẽ transferimus id quod est: vt, *Instar montis equum*. & in 11. Georg. *vndam salutantûm*. Simplicior verò sine translatione, Os, *humerosque deo similis*. &, O *mihi sola mei super Astyanactis imago*. Talia sunt illa loca quæ per ὁμοίωσιν dicuntur in affectus flexã sunt: *Fuit & tibi talis Anchises genitor*. Item, *Subijt chari genitoris imago*. &, *Patriæ Strinxit pietatis imago*. &, *Non ignara mali miseris succurrere disco*. & in x 1 1, de Turni equis, *Qui candore nives anteirent, cursibus auras*. Illud quoque ex Imagine, *At mediis inter cædes exultat Amazon*. & illud, *Et nunc ille Paris* & illud, *Mitis vt in morem stagni placidæque paludis Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset*. Est & quidam modus Imaginis in contrariis, *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mevi*. Differt autem ab Exẽplo, propterea quòd Exemplum ponitur vt aliquid tale fiat: Imago autem nullum talem finem habet: sed vt duæ res sub vna atque æquali intellectione cõprehendantur propter assimulationem, quæ dicitur ὁμοίωσις.

Collatio verò & Comparatio, vtraque ponit duas res separatas, alteram vnde, alterã quo. Illa vocatur à Græcis συμβολὴ, Comparatio σύγκρισις. Cæterùm vox συμβολὴς durìuscula est, & collectionem significat. Nos eiusmodi impetũ moliore vocabulo reduximus ad æquabilitatẽ. sed illi vendibilem fecere vocem illã, διαβολὴ, συμβολὴ, ὑπερβολὴ. mihi nunquam placuit. Σύγκρισις autem aptius atque acrius: non enim comparatur tantùm, sed etiam comparata iudicantur. Differunt autem inter se: quia Comparatio statuit rẽ notã, cui comparetur id quo de sermo est: ísque transitus appellatur à Græcis ἐφαρμογὴ, i. Adaptatio: vt, *Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cinthi Exercet Diana choros*. Postea reddit, *Talis erat Dido*. Collatio verò è contrario, rẽ ponit priore loco, quam conferat sequenti. quæ connexio dicitur μεταπόδοσις. Neque enim se cõparat Iuno Mineruæ, sed Mineruam sibi. itaque quum de Minerua dixit, de se subdit, *Ast ego quæ diuûm incedo Regina*. Habent verò aliam quoque differẽtiam: Cõparatio semper habet similitudinem, Collatio etiam dissimilitudinem. vt ibi: maiorem enim sese prędicat Iuno quàm Minerua sit. Ita cum Aiace cõfert Æneam ibi. Venus autem se cũ Diomede, in decimo, *Mortalia demoror arma*. & *Mortalin' decuit violari vulnere Diuam?* Simplicior in Miseno, Hectoris & Æneæ, *Non inferiora sequutus*. & in vndecimo, quum Diomedes Hectori confert Æneam,

Hectoris Æneæque manu victoria Græûm
Hæsit. Est & illa Mezentii cum Orode,
Haud furto melior sed fortibus armis. & illa, in XII,
Indignum est Italos Troiam circundare flammis
Nascentem: & patria Turnum consistere terra.

Est enim Collatio ab honesto: sicut illa ab vtili,

Si Turno extincto socios sum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?

Collatio loci,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hìc segetes, illic veniunt felicius vuæ.

Temporis, *Luce palàm certum est.* Græcorum noctem in excidio Troiæ confert Turnus cum diurna sua oppugnatione. Euentus,

Vengè illi dea mater erit. Nánque semota Veneris potentia, haud sic abiturum esse Æneæ, vt seruetur. Toráque pars illa confert & personas, & merita, & facta:

Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater. &
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis,
Arua aliena iugo premere, atq; auertere prædas.

Illa personarum,

Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem cernam licet. Sicut illa:
Excudent alii spirantia mollius æra. Est & collationis modus in auguriis, quemadmodum in primo: non enim est comparatio:

Aspice bissenos lætantes agmine cygnos.

& in augurio Aquilæ, quam Tolumnius obseruabat. refertur enim aquila ad Æneam: peregrina sanè auis, & alienis imminens fortunis: serpens Turno, quippe terrigena serpens est: Turnus item opicus. Tale est insomnium Penelopes. ita in his obscurior, in cygnis autem apertior. est enim *ἀπὸ τοῦ ὁμοίου*. *Aspice bissenos*, est prior pars: altera pars, quæ *ἀπὸ τοῦ ὁμοίου*, *Haud aliter puppésque tuæ*. Maximè verò pertinet ad Oratores Collationis modus is qui fit per antitheta, qualem & suprà diximus, & videmus in quarto,

- si te Carthaginis arces,
Phœnissam, Libycæque aspectus detinet vrbis,
Quæ tandem Ausonia Teucros consistere terra
Inuidia est? Respondent enim partes inter se summa cum efficacia: vt sit, Phœnissam in Libya retineri atque delectari: cui respondet, Teucros in Ausonia. Iccirco concludit,

-& me fas extera quærere regna.

RETRIBVTIO, CONCESSIO, Comparatio repetita. CAPVT LI.

COllationis speciem *ἀντιπαπλὸν* dixere Græci: nos Retributionem interpretati sumus. alii maluerũt Cõpensationem: quippe est enarratio criminis aut alterius facti, altero crimine aut facto aduersariorum, quoties nostrum diluere nõ possumus. Ita enim demum euadimus, vt opponamus tantundem,

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidijs? Quia dixerat aduersarius,
-Quum tu Daphnidis arcum Fregisti.

Huius figuræ pars ea est, quam aliqui Permissionem, alii Concessionem vocant. Concedimus enim manifestè quæ sine pudoris dispendio negari nequeunt: tum meritis alterius causæ obruimus peccatum, vt Turnus non semel,

Sin' & Troianis cum multo gloria venit
Sanguine. &
Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi:
At Messapus erit, felixque Tolumnius. Habet etiam occultam Antithesim, & adornatur exte-

A nuatione. gloria enim non est potior vita aut sanguine, præsertim quum dicit *multo*: & addit, *venit*. labor enim in motu. & agnouit Ætolum, non Italum. Quid mirum si nolit aduena mittere auxilia? & auxit ex altera parte, quum Tolumnium Felicem appellauit. Quæ & cuiusmodi cùm magno ingenio, summa arte à diuino viro elaborata, ne à Donato quidem, omnium interpretum diligentissimo, significata sint: magnum operæprecium futurum spero, siquis hæc nostra præcepta cõferat ad suas lucubrationes.

Comparatio verò aut simplex est, aut partes habet. Simplex est illa,

Qualis mugitus fugit quum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.

Interdum constat duabus partibus, Protasi & Antapodosi: vt, Qualis ad Eurotam Diana, talis
B Dido Carthagini. Fit autem & per affirmationem, & per negationem. illa vulgaris: huius exemplum, *-haud alia est Turni venientis imago*. Est igitur tota hæc orationis pars Antapodosis, quasi compensatio. Alii dicere maluerunt *ἐφαρμογὴν*: quemadmodum suprà monuimus, id est Adaptationem. Videtur tamen acutius contẽplanti *ἀπὸ τοῦ ὁμοίου* non ipsa pars, sed ratio quæ docet partem ipsam adaptare. vt Antapodosis sit corpus ipsum orationis additũ corpori priori: Epharmosis autem opera ipsa qua coniungimus Retributionem Propositioni. Aliquando autem tertiam quoque partem habet, quam vo
C camus Epiphonema, quasi Acclamationẽ: cuius naturam alibi etiam diximus, idque suo loco. Non enim Comparationis propria pars est, sed tanquam figura figuræ addita. vt Comparatio cum Epiphonemate sit figura figurata. talis in 1,

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Non necesse tamen est Epiphonema omni ex parte cõuenire comparatæ rei: quemadmodum videmus in decimo, *Ille sedens victor, flammas despectat ouantes*. Hìc enim sedẽti pastori non sedentem Pallantem comparauit. Quemadmodũ verò suprà diximus, hìc quoque de cõparatione agendũ est. Personarum, Dido Dianæ, in primo: in quarto, Pentheo atque Orestæ. Eadem
D quasi personæ, vt ceruæ. In quarto, Æneas quercui immobili atque ventis inuictæ. alibi, Latius scopulo: Bitias pilæ saxeæ: comparantur personæ rebus. Res rei, Troiæ ruina orni ruinæ. Factum facto, Pacatio maris à Neptuno sedationi tumultus popularis ab Oratore. Tempus tẽpori, de Vulcano & fœmina sedula: Hoc *tunc ignipotens*. Locus loco, aliquando cum persona, aliquando sine. Cum persona, Tyburis colles cum Homole atque Othry montibus: è quibus illinc Catillus & Coras descendunt: *Hinc duo nubigenæ Centauri*. Sine persona rara sit locorum inter se comparatio. Loci tamen cum facto, in quinto, quum implicatam Troiæ decursionem cõparat eũ Labyrintho. Sæpe omnia mista sũt. Personæ, res, virtus, factũ, euentus, tempus, locus, vt in x.

Ac veluti optato ventis ætate coortis,
Dispersa immittit syluis incendia pastor.
Correptis subitò mediis extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos.

Omnium hìc fit mentio. *Pastor* est persona: res, ignis: virtus, venti: factum, incendii: euentus, *correptis subitò*: tempus, ætatis: locus, syluæ. ac præter hæc omnia, fortuna: *optato*. Sic optabant auxilium Arcades: persona & virtus, Pallantis: factum, cædes: res, arma: euentus, timor, fuga hostium: tempus, prælii: locus, campi.

Atque hæc tanè Comparationis natura est: cuius vsum è iudicio ita pendere debet, vt modò æqualia, modò inæqualia comparentur. Æqualitatem nunc accipio laxo significatu, etiam in qualitate, etiam in substantia: sic & inæqua-
B litatem. sic Turnum Marti: Troianos formicis. Sic habes Apes, Mergum, Ceruam, Tautũ, Delphinos. hæc omnia pro iis affectibus, quos homini cum cæteris animantibus natura communes fecit. Etiam rebus aliis quæ affectu careant: certis tamen præditæ sint qualitatibus, cuiusmodi mare est. & à primatione. Elisam enim nihil respondẽtem comparat saxo, Latini pertinaciam scopulo, quæ motu & sensu carent. Quum autẽ sermonis castitas, & lux omnibus Poematum locis debetur, tum est maximè obseruanda procurandáque in comparationibus: idque sine affectatione. Itaq; aut puræ sunt, aut plenæ, aut mediæ. Pura illa in primo,

Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Parióue lapis circundatur auro.
C & illa in duodecimo,
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur: aut mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa.

Plenæ verò ac magniloquæ, vt illa ex decimo,

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multóque palus Laurentia, sylua
Pastus arundinea. Postq; inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos.
Nec quisquam ira sci, propiúsue accedere virtus:
Sed iaculis, tutisque procul clamoribus instant.

Mediæ ac temperatæ exemplum est in primo, de Elisa & Diana. quare Lupum, Leonem, A-
D quilam nominabimus: Mergum nequaquam, ne eandor ille castitásque defœdetur. Adeò enim plebeia vox est, vt qui hirundinem, apes, formicas suis vocabulis appellarit, illam refugerit: rẽ non sit aspernatus, quam verborum ambitu expresserit in quarto: cui Mercurium simílem dicebat, in comparatione scilicet. nam seorsum in quinto nominauit. Quod verò de Comparatione præcipio, idem quoque sentio de Imagine & aliis, si qua sunt, generibus Assimilationis. Sunt enim adeò propinquæ, vt ambiguum multorum fecerint iudicium. adeò vt illi, *-inde lupi ceu Raptores atra in nebula*, & quæ sequũtur: si Plutarchum consulas, accipienda sit tibi pro Imagine. verùm nos, vt opinor, aprius ac subtilius.
A Trãslationibus igitur, & attributionibus, & circumloquutionibus vtendum, ne sordescat oratio in re vili: à qua etiam consultius quàm Homerus, vt ferè semper, abstinuit noster: qui neq; muscam nominauit, neque asinum, sicut ille: neque earum sordiũ colluuiem dignã putauit sua maiestate. Maximè verò studendum est, vt aliquid proprii ac certi: sed neque vulgaris, neque tamẽ affectati aut abstrusi apponamus. Sic enim Raptores lupos vocat deus iste Poetarum, cósq; atra in nebula. tũc enim ad prædas potissimùm incitãtur. Sic de leone, *suadet vesana fames, manditq; trahitq;*. De apro, *& inhorruit armos*. & illud, *Caudáque remulcens, Subiecit pauitantem vtero, sylúasque petiit*. Nihil enim lupo formidolosius, vbi libera fuga potest effugere vltores maleficiorum. & in superiore, *Quos improba ventris Exegit cæcos rabies*: neque enim saturi venantur. cõtrà, felles generosi, si famelici sint, languent, atque ad prædã sunt ignauiores: nitidiores, animi gratia venantur. Sic canes leporarii nobiles, dominis, non sibi capiunt feras. In affectibus autẽ Comparationes esse decet molles atque suaues, qualis illa diuina in quarto Georg.

Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus. Et illa ex vndecimo, quouis nectare dulcior,

Qualem virgineo demessum pollice florem.

& illa ex nono,

Purpureo veluti quum flos succisus aratro,
C *Languescit moriens: lassóue papauera collo,*
Demisere caput, pluuia quum fortè grauantur.

& illa,

Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi. & illa,
Argentum Parióue lapis circumdatur auro.

& in sexto,

Quàm multa in syluis Autumni frigore primo,
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto,
Quàm multæ glomerãtur aues, quas frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Multæ quoque simul ponuntur aliquando: verùm rarius, Comparationes: Imagines aptiores sunt ob breuitatem: veluti in 11. Georg. duæ,

Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbantur arenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus:
Nosse, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Sicuti comparationes siue collationes tres, in quarto Georg.

Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis:
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

Ergo quemadmodum dicebamus, si pictiores magis placeant, temperentur ita, vt ne luxurient: ac necessaria, non addita videantur: cuiusmodi sunt ea, quæ de equo canit diuinus Poeta,

Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod enim sequitur, ex Physiologia ductũ est, A

Aut ille in pastus, armentaque tendit equarum:
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto,

Emẽdat. Deinde exultantis illa, *-arrectisque fremit cervicibus altè Luxurians.* Tum autem delectatio, *Ludúntque iubæ per colla, per armos.* Turno igitur equum hîc: equum verò Aquiloni in tertio Georg. tanta támque accurata venustate, vt nihil suprà:

Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes atque arida differt
Nubila: tum segetes altæ campique natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem
Dant sylvæ, longique vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.

Vbi videatur ineptis fortasse tractus aliquis otiosus. Cæterùm nullo non loco natura ipsa loquitur. Principiò dixit eum *densum*: non quasi nubilum, vt ibi interpretantur triuiales. Boreas enim sudus est, iccireo, ex natura ipsa ducta verba illa, *atque arida differt Nubila.* Seruius quoque dissimulauit: Mancinellus recitando alienas inscitias, suam prodit: qui Hyperboreos populos dictos ait, quia humanæ vitæ excedant modum. Sed *densus* appellatur à Poeta mirabili ratione, quum enim est furibundus, inæqualiter flat: vbi verò *lenis*, æquabiliter adeò, vt in se totus coactus atque cõdensatus excurrat. Mirificam verò rem præteriere Critici. Omitto nugas veterum, qui montes Hyperboreos finxere supra Scythiam: quibus tamen partibus nihil planius. Totos tractus paludes passim occupant, vnde C Tanais & Borysthenes erumpunt. Cæterùm Aquilo, qui Boreas est, quomodo ab Hyperboreis spirat oris? neque enim ex iis locis flare potest, quæ supra ipsum esse dicuntur. Eadem negligẽtia, longos fluctus vnus dissimulauit: alter omisit reddere rationem: tertius ineptiuit: In longum, inquit, tracti. At nullus non fluctus in longum trahitur. sed ita illud erutum è Physicis est. Qui ab Aquilone sæuiente fluctus excitantur, curuescunt, ac breues sunt: quos verò lenis Boreas impellit, verruntur, vt & hîc dicit, atque longo tractu raduntur.

Epiphonematum quoque cohæsio sit, non quasi affixio: vt ex ipsa comparatione enata videantur. Quia Diana pulchra est, Latona lætatur. Quia equus currit, ludunt iubæ per colla. Quia leo vorauit ceruum, *lauit improba teter Ora cruor.* In secundo autem, in recessu est Epiphonema. vbi dicit, *Lupi* ceu raptores, adiunxit, *catulique relicti Faucibus expectant siccis.* Rei quidem pars est, verùm obscurius cohæret. Voluit intelligi luparum sęuitiam augeri ob catulorum charitatem, quos sciant expectatione macerari. non omnia tamen Epiphonemata ad rem comparatam vtique referuntur. nánque Latonæ pectus tentant gaudia propter Dianam: cuius pectus gaudeat ob Elisam, nullum vides.

SVBSTITVTIO.

CAPVT LII.

QVo nomine alio quàm Substitutionis appellarem Græcorum Ἀντιστροφὴν, nesciebam. Est autem quasi facies quædam vel Comparationis vel Collationis. Fit enim per ἀντικατάθεσιν, quoties propositis certis rebus, vel coniunctis, vel disiunctis, apponimus totidem vel coniuncta vel disiuncta, sed diuersa aut contraria: vt,

Pro molli viola, pro purpureo Narcisso,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

ALLEGORIA, PARABOLA.

CAPVT LIII.

DIuisionis hoc primum erat membrum, sub quo figuræ illæ continebantur: quarum significatio esset æqualis rei significatæ. Nunc verò quũ videamus eam figuram, quæ Allegoria dicitur à Græcis, eandem esse quam Ἀντιστροφὴν: Parabolam verò eandem item cum Comparatione: hoc enim nomẽ ipsum quoque sonat. quónam modo fiat: vt Allegoria sit figura qua aliud dicimus, aliud intelligimus? id quod sub alio mẽbro diuisionis recensebatur. Sanè ita accipiendum est: Comparationis, quemadmodum dicebamus, esse partes duas. puta quæ de Mezentio dicuntur, & quæ de leone. huic ille comparatur. Quòd si hæc sola ponitur, prior autẽ nulla, Allegoria est. ita vt Allegoriã alteram Cõparationis partem dicamus: non quæ ipsam componit Cõparationem, sed quæ per seipsam posita, alio modo rẽ digerit. Exemplũ declarabit. Si Mezẽtiũ non describam, eiusq; tum robur tum animos indicare velim: ad hũc potissimũ dicã modũ per Allegoriã, Leo impastus inter armẽta sęuit, omnia prosternit, totus sit cruentus suadẽte fame. Hęc figura non cõtinetur sub hoc genere, quod nũc tractam": aliud enim dicit quàm Mezẽtium, quem tamen designat. Ambiguè igitur accipietur Allegoriæ nomen pro hac figura, & pro Comparationis parte. Eã figurã Latini nõdum nominarunt. nos ausi sumus dicere prætextũ: præcexit enim alii aliud. Continet autẽ μῦθον, siue fabulam, & παροιμίας: de quibus Græci rhetores, vt habes apud M. Meneniũ in Liuii historiis exẽplum. Cõcipiuntur etiam sub Allegoria quædam genera Prouerbiorum: ea sanè quę ex vna significatione multis sententiis adaptãtur. Exempli gratia, Frons est occipitio prior: id significatur his verbis, quod apertè cognoscitur in capitibus animalium. quo ex loco educuntur quasi lineæ quædam à puncto circuli medio ad ambitum multarum sententiarum. veluti si petas penulam meam pluuio tempore: obiiciam eam parœmiã ita, vt ego sim quasi frõs, tu quasi occiput. Ad eundẽ modum, si roges vtrũ prius sit, cultus diuinus, an diuitiæ. & alia talia, quæ suis locis & ab aliis, quanquam loquacissimis, ieiunè, & à nobis plenè declarata sunt.

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO. INTER- A

pretatio. CAPVT LIIII.

IOt inter species quæ ad διατύπωσιν referebantur, Præscriptio quoque est connumeranda. Eam si quis adiunxerit Moderationi, mea quidẽ sententia non errabit. Eiusdem enim generis est & cum illa, & cum Emẽdatione. Quippe positis multis quædam secludit, alia admittit: iccirco Græci ἐκλογὴν, Quintilianus Finitionem vocat. *Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi:*

At Messapus erit. Ita præscribit fortunam suã viris fortibus, & felicibus, & delectis. ait enim: *felixque Tolumnius*, & mox *delectos Latio & Laurentibus aruis.* Atque excludit Ætolos cum Diomede: quasi ad rem nihil pertineant, sed temerario consilio sint implorati. Interdum verò nõ B multa ponit, quæ discernat: sed aliquid præsupponit, aut ab alio dictũ interpretatur. Quemadmodum vbi Dido coniugium dixit: *Coniugiumq; vocat:* ait Æneas: *nec coniugis vnquam Prætendi taedas.* Quam orationem cum explicamus, dicitur Interpretatio. veluti Turnus nauium conuersionem:

Troianos hæc monstra petunt: hîc Iupiter ipse
Auxilium eripuit. Id quod appositu aut lucidiorum vocabulorum, aut quę totum certis partibus præscribant, fit. Sicut ibi: *Italiam fato profugus:* explicat: *Laumáque venit Litora. & molémque & montes insuper altos Imposuit.*

DEFINITIO. ETYMOLO-

gia. CAPVT LV.

ARctior etiãnum Definitio est: quippe rem ipsam vel nudam, vel cum C apparatu designat. ad quam diluẽdam vtimur in contrarium Interpretatione. Nam filiam Æneæ Latinus per oratores in septimo cùm obtulisset, generi nomen detulit simul cum definitione hac:

Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cælo
Monstra sinunt. Nuptiæ enim sunt hoc, quod ait. *Natam viro iungere.* vir igitur gener. Quam ad diluendam vtitur Amata interpretatione:

Exulibus ne detur ducenda Lauinia Teucris: nõ enim coniunx, sed D

Perfidus alta petens abducta virgine prædo.

Cùm igitur definitio sit duplex, πράγματος καὶ ὀνόματος, rei definitio ea est quã diximus. Nominis autem definitio est, quam Etymologiam vocãt. hanc ego nominis rationem vbique sum interpretatus. nam Veriloquium quonammodo dicas? Veritas enim vnica in voce non consistit, sed integra, & perfecta oratione. Nisi intelligas quemadmodum in prima philosophia declaratum est: verum, & vnum, idem esse. Cæterum neque norant hoc Grãmatici, neque ad id aspexere: sed quòd nominis significatũ respõderet suis principiis, à quibus originem duxisset: verum esse non ineptè sunt arbitrati. Exem

pli gratia. Princeps quòd esset primum caput: verum nomen officii dixère, pro certo & apto. Hac figura Virgilius sæpenumero vsus est: vt in quisto, vbi deducit nomina familiarũ, à Mnestheo, Sergesto, Cloãtho. Item de Carthagine, quare Byrsam nominarint. &

Iulius à magno demissum nomen Iulo. &

Latium, - his quoniam latuisset in oris. & *Aornon:* quòd interuentu Æolicæ consonantis, Auernũ postea dixère.

Associatur verò Præscriptio interdum sententiæ: veluti cùm Iupiter humanam vitam ex Fato circunscribit.

Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus. Aliquãdo iuncta παρρησίᾳ. vt in XI. *Dicam equidem, licet ille mihi mortemq; minetur.* Hac enim loquendi libertate Turni animum, atque violẽtiam interpretatur. Quæ figura videtur à M. Tullio Effrẽnatio appellari, dura tamen sanè voce, atque indigna viro vel sapienti, vel etiã ciuili, à quo neutiquã auferas παρρησίαν. sat poeta interpretatur: *Det,* inquit *libertatem fandi.*

AGNOMINATIO, PARO-

nomasia, Allusio. CAPVT LVI.

AD Præscriptionem, Interpretationẽ Emendationem, siue seorsum positas, siue mistas pertinet Paronomasia, quam vocamus nos Agnominationem. Quæ tametsi est in re, tamen haud scio an sine figura dictionis statui possit. quippe est allusio rei à re deducta cum præscriptione, mutatis aut additis, aut detractis elementis. ea rarò conuenit granioribus poematibus. Epigrãmati, & Satyræ, & Comœdiæ maior necessitudo. Mutamus elementa: vt non est Gallus, sed Callus: de homine duro. Galli enim leues ac faciles sunt. Additis, vt Dyspari, Demptis, vt Scaliger, Aliger. Deductionibus etiam vtimur: quemadmodum apud Martialem: *Non es vitiosus Zoile, sed vitium.* Nam apud eundem illa est interpretatio siue paronomasia: *Non es bonus sed optimus malorum.* Quæ verò est simplex allusio, inter figuras dictionis frequentius ponitur: tametsi ne ab hoc quidem rerum ordine diuelli queat: quale illud Ciceronis: Res inuisæ visæ sunt nobis Brute: Et apud Poetam: *Lybicis tersis otia terris.* Frequẽtes in ea prisci. Et Plautus interdum immodicus. Bisquæ situm vulgus Italicũ corrupta voce dicit *Beschizo.* sic enim pronunciant, quod Galli scriberent, Bisquisitio: propterea quod quasi idem bis repetitur.

CONCESSIO, EPITROPE.

CAPVT LVII.

PRæscriptioni affinis est ea, quam Græci ἐπιτροπὴν, nobis placet Concessionem nominare: nõ vt verbum verbo, sed vt rem explicemus. fit cũ quippiam petimus, quòd si non possumus interpretari, partem concedimus, vt reliquum feramus. Eius exemplum petendum in deorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

concilio. Iupiter iudex. Venus agit causam Troiano rum: petit imperium fatale. Iuno impedit. A sic igitur imperium cedit, vt Ascanii salutem petat:

Nil super imperio moueor. Speraui mus ista.
Si nulla est regio Teucris, quem det tua coniunx:
–liceat dimittere ab armis
Incolumen Ascanium: liceat superesse nepotem.

neque solùm in iudiciis cùm versamur, sed etiã in aliis vitæ officiis. sic in quarto. vbi non potest impetrare Dido vt maneat Æneas: abitum concedit ei, *tempus*, inquit, *inane peto.*

CONFESSIO. CAPVT LVIII.

ACconcessio quidem partem, Confessio verò totum dat. Hanc Græci ὁμολογίαν vocant: idque nõ sit fine interpretatione. Ad hunc modũ Iuno fatetur Troianos obsessos. Diluit: quia fuerint prædones in terra aliena. Nec quærit vtrũ, aut quid: sed quale. Sic Ligarium Cicero fuisse in Africa cõtra Cæsarem. Diluit. hoc aliis quoque à Cæsare ignotum.

ANTITHETON. CAPVT LIX

ANtitheton quoque tollit alia re cõtraria posita. Quamobrem ad Præscriptionem quoque reduci potest. Eam figuram Latinè quò dicas nomine, nondum compertum habeo: nisi non displicet Contrapositio. talis in **X**.

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

ASSEVERATIO. CAPVT LX.

SVprà præscripsimus, interpretati sumus, dedimus vt ferremus: similes omniũ facies: perstamus enim certis locis. Nũc offert sese harum naturæ persimilis Asseueratio, nec absimilis aliqua ratione Etymologiæ. Nánq; posito nomine, aut re, addimus aut causam, aut explicationem. Sic in Asseueratione continuamus sentẽtiam argumento euidentiore, vt:

Et quorum pars magna fui. & illud
Et meminisse uuat: quæ memorare potestis.

& addit maiorem Asseuerationem:

Ad nos vix tenuis rerum perlabitur aura.

Græci ὑπερβατὸν κατασκευαστικὸν vocant.

EXCITATIO, ADMOnitio, Detrectatio, Exclusio.

CAPVT LXI.

PAr huic Excitatio, quam ἔγερσιν dicunt Græci: quoties languẽtem auditoris animum, aut tędio affectum excitamus. Hoc fit tũ per Epiphonemata, de quibus suo loco dictum est: tum per nouas inuocationes. *Nunc age qui reges Erato.* & *Pandite nunc Helicona Deæ.* &

Non mihi si linguæ centum sint oráque centum,
Ferrea vox. etiam admonitionibus.

Fuge torua citus, fuge murmura pastor. &
Ne mihi tum libeat sub dio carpere somnos.

Quæ figura seorsum à Græcis παραίνεσις dicitur: sed ita, si affirmatiua sit: sin autem negans, aut prohibens: appellatur à quibusdam Detrectatio: quoties ademptum curamus nobis aliquid incommodi, aut inutilis, aut inhonesti: vt illa quam ponebamus, *Ne mihi tum libeat sub dio carpere somnos.* quòd si non à nobis malum, sed ab aduersariis bonum ablatum volumus, eiusce modi ademptionem Exclusionem nominarũt. cuiusmodi est in vndecimo,

Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.

PERCVLSIO. CAPVT LXII.

ADeundem finem pertinet, quam Græci ἀναπλάττειν, nos Perculsionem, alii Comminationem, paulò languidius. Cicero Iudicibus comminatur, cùm ait: in sermone populi rumorem versari de iudiciorum corruptione. Percellit verò Catilinam: Iandudum iussũ oportuit te in carcerem duci. Et apud poetam in X,

Aduenit iustum pugnæ, ne accersite, tempus:
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpes immittet apertas.

& mox idem

Quę cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem
Tros, Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo.

& in primo. *quos ego.* &
Flectere si nequeo superos Acheronta mouebo.

PROMISSIO. CAPVT LXIII.

VIc similis genere, contraria differẽtiis, Promissio. ea duplex est. Altera in colore orationis: vt *Connubio iungam stabili, propriámque dicabo.* Hic figura nulla. Altera est pars propositionum, ac mista dilationi: vt mox dicam. & apud poetam in Sileno, *Huic aliud mercedis erit.* Aliquãdo simplex, vt,

Vobis animam hanc soceróque Latino
Turnus ego haud vlli veterum virtute secundus
Deuouео.

DIALLAGE, INSTANtia. CAPVT LXIIII.

GRæci adiunxere Exaggerationi eã quam διάλλαγὴν vocant. Atque ita describunt. Quando multa argumenta ad vnum finem tendunt. verùm neque nomen conuenit: significat enim Conciliationem: vt est frequens historicis, & apud Demosthenem in oratione eõtra Neæram: neque est figura, sed tractus integer orationis: qualis est Elisæ ad Æneam. Quem ego tractum appellare solitus sum Græcè ἔντασιν: sic enim ἐντατικὸν virum operosi iudicii vocat Aristoteles, & Latinè si pateris, Instantiam.

METASTASIS, TRANSLAtio, Transmutatio. CAPVT LXV.

ADExclusionem adiungi, atque aptari potest Metastasis. Quæ cùm sit duplex, vnam oratoribus relinquimus: altera vtuntur

tũtur etiã poetæ. Est enim Metastasis nostra imago stat' eius, quã Trãslationẽ vocãt rhetores. Differt autem à statu illo, quatenus totius causæ is est fundamẽtum. Metastasis autẽ partis tãtùm modus. Iunoni dat poeta per interrogationem:

Æneam hominum quisquam diuũmque subegit,
Bella sequi? & ium linquere castra Hortati sumus?

Transmutationem interpretati sunt paulò duriusculè. quãquam tranmouere verbum appositè id assequatur: vt apud Terẽtiũ, trãsmouere gloriam. Transmotio tamẽ minus arridet: neque Transmissio admodum ineptum.

NECESSITAS.

CAPVT LXVI.

AVius figuræ motus consistit in eã quam Græci pro figura agnouere, atque αὐάγκλιν nominarũt. Cùm reiicimus factum in suas causas: Fatũ, Naturam, Mores, Leges, Tempus, Locum, Ætatem, Conditionem. Habet enim maximam vim apud plerósque: præsertim Platonicos, qui eam Deam deorum, aut potius Tyrannam sibi finxere. Ea vtitur poeta multis in locis: *Stat sua cuíq; dies. & –sic voluere parcæ. & – fata viam inuenient.* & Æneas abeundi voluntatem in Iouis imperium. A natura: *varium & mutabile semper Fœmina.* ergo abeundum. A moribus, *pulchrúmque mori succurrit in armis.* Igitur mors appetenda viro forti: pulchra enim expetuntur. A legibus, *At tu dictis Albane maneres.* non igitur iniustus, aut crudelis Romanus rex: Ab ætate, Pallas, *aut ego iam Spolijs laudabor opimis, Aut lethо insigni.* A loco, *In regnis hoc ausa tuis.* Necessariò igitur debuit resistere. A tempore, Necessariò manendũ in Africa Æneæ ostendit Dido flantibus Aquilonibus aduersis. Hæc pro figura ab antiquis agnita est: mihi ea sententia non probatur. nullus enim color ibi, nulla mutatio orationis. *Διτρόπος* potius: siue magis placet, *διτροπὴ*, Argumenta enim sunt arma orationis, & nerui. Est autem eius vsus duplex: alter ab accusatore: quam iccir co dixere Græci κατηγόρημα, Accusationẽ: quẽadmodum Iupiter in primo Vlyssęæ, humanarum rerum cuentus ait ab hominũ animis proficisci. Alter est ab eo qui defendit: Græci κατασκεὺν, nos Excusationem vocare possumus: cuius exempla vides suprà.

DICÆOLOGIA, RATIOnabilitas. CAPVT LXVII.

ESt autem huic cognata συμπλοκὴ: eam enim sæpè consequitur. Fit autem cùm rem ipsam vel confessam, vel non controuersam petimus: sequitur enim factum hoc, aut quod fieri debet, necessitatem, sic,

Si sine pace tua, atque inuito numine Troes
Italiam petiere, luant peccata, neque illos
Iunonis auxilio, siu vot vrbs ponsa sequuti,
Quæ superi manésque dabant: cur nunc tua quisq;
Flectere iussa potest?

Vbi ex contrariis sententiis positis altera destructa, alteram iure ipso stare necesse est. Iccirco *δίκαιον λόγον* Græci, nos interpretati sumus Rationabilitatem. Verùm equidem ne hãc quidem figuram puto: sed modum orationis ductũ è statu qualitatis. Ac quanquam est moderatio quædam atque mediocritas τῆς παῤῥησίας, quam figuram cõfessi sumus: tamen vt res plenius intelligatur, ad hunc modum distinguẽda est. παῤῥησία duplex, vna Libertas, quam præ se fert orator tota oratione. Ea nulla figura est. Altera, est ostentatio huiusce libertatis, & coloripsius, atque hæc est figura. Consistit autem in aperta personæ simplicitate, vel vera, vel simulata, & causæ bonitate, aut iudicis clementia. Quamobrem vocauit eam Cornificius Licentiam, nõ libertatem, laxè nimis tamen. non enim vniusmodi semper est. Aliquando enim valde prudẽs est, ac circunspecta. veluti cum cuipiam euẽturam noxam ostendimus ex eius virtutibus. Tibi mortem afferet ista tua clementia Cæsar, & iis, quos amas, exitio erit. Cuius exemplum ex iis versibus, quos suprà posuimus:

Cur nunc tua quisquam Vertere iussa potest.

Videtur enim ibi iam nõ Æneæ, aut Troianorum, sed Iouis agere causam, cuius potentia ab alia maiore minõris dei potentia subuertatur.

REIECTIO, DETREctatio, Communicatio.

CAPVT LXVIII.

PVlchrè cum Metastasi conuenit Reiectio, & Detrectatio, atq; Communicatio. ea duplex est. Vbi nõ possumus aut inficiari, aut trãsferre: quare ne grauemur, participem facimus aut consilii, aut facti eiusdem aduersariũ. Sic Tuberonem onerat M. Tullius. Quinetiam in eadem oratione cum Iudice communicauit crimen item diuinitus. Quid aliud voluimus nos, quàm quod tu voluisti Cæsar? Sic apud Poetã. Fatali iussu Iouis Æneas pugnat. Non igitur premi potest ab Iunone inuidia, nisi Iuno damnet Iouem quoque. Communicatio autem cum aduersario. Iuno quæ incẽdit bellum, communicat cũ Venere accusante, quæ belli causam dedit. Aliud est genus Communicationis, quoties consilium nostrum cum auditoribus ita facimus commune, vt id ab ipsis quasi petamus: vt ibi *Quid facerem? neque ego Alcippen, neque Phyllida habebam.*

EXECRATIO, DETEstatio. CAPVT LXIX.

AB Reiectione haud longè abest Execratio, ac Detestatio, adeò inter se similes, vt vel altera pro altera, vel vtraque pro vna capi posse videa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. nã quemadmodum improbatur, quod reiicitur: ita id à quo abhorremus, vel execramur vel detestamur. sic

-Dij talem terris auertite pestem. &
Dij meliora pij, errorémque hostibus illum.

Pro execrationibus accipere licet. Illud autem, *-quod dij prius omen in ipsum Conuertant*: Reiectio est cum detestatione.

DIGESTIO, DISSIPATIO.

CAPVT LXX.

NOT habuit aut species, aut modos, aut affinitates, aut assecias, σχήματα, quæ suis terminis continerentur. Quòd si posita descriptio tota primùm, deinde resumitur ita vt non fiat repetitio, de qua dictum est: sed vt eius partes aut acutius, aut fusius exequamur, aut in ordinẽ redigamus, ea à Græcis ἀνάλυσις, & διάλυσις dicitur, à nobis Digestio: sin autẽ ordo absit, & cõfusè vt quidque sese obtulit effundimus, Dissipatio vocatur à Latinis, à Græcis potest διάχυσις, vel διαλύσματα. Est igitur Digestio distributio. nisi mauis Digestionem esse totam orationem figuratam, sic pius, fortis, sapiẽs Benedictus Scaliger pater. Deum enim coluit: Patriam turatus est: vtramque fortunam magnanimitate temperauit. Distributionem autem alteram tantùm partem: Deum coluit, &c. Distribuit enim facta titulis. Cuius figuræ modus est, vt crescat semper oratio.

ARGVMENTATIO,

Epichirema, Enthymema, Exemplum, Inductio. CAPVT LXI.

EST igitur, vt videmus Distributio quasi facies quædam argumẽtationis eius quod vocant Enthymema, sic enim fit. Pius, fortis, sapiens, Deum coluit: hostes cõtudit, fortunam vtramque superauit. Idem est, atque si dicas. Deum coluit, ergo pius. Hostes fregit, ergo fortis. Fortunam vicit, ergo sapiens. Hoc planè Enthymema est. Quippe Syllogismus est oratio ex tribus propositionibus: colligit enim ex maiore, & minore conclusionem. Enthymema verò syllogismus mutilus. cùm altera ex duabus prioribus propositionibus in animo suppressa, altera cum conclusione enunciatur. Contrà Epichirema: cùm probationes tam maioris, quàm minoris apponuntur. Quod maxime pertinet ad efficaciam orationis. nos Latinè Aggressionem nominare ausi sumus. Atque ita scribimus vt in nostris Originibus docuimus: non quemadmodũ vulgò circunfertur etiam à doctis. nam ea diphthõgus sequente vocali pronunciatur sicut est in, καλλιόπεια Calliopea, σπονδεῖος Spondeus, sequẽte consonante verò, sicut est in, τυδίδης Tydides. sic ὀρχήστρα. Has autem figuras esse multi negauere. quorum error ex eo deprehenditur, quòd ita definitur figura: delineatio proba orationis à vulgato vsu aliena. Quid autem magis remotum à familiari popularitate, quàm vniuersæ species argumentationis? Est enim argumentum corpus ipsum orationis: argumentatio autem forma ac vis, qua constituitur argumentum. Quemadmodum Fundatio, & Fundamentum: & Excretio, & Excrementum. Qui aliter accipiunt abutuntur: pauci enim Latina purè loquuntur. An satisfecerit hac in re Boetius, videbis in Commẽtariis Topicorum. Argumentationis autem species omnes adeò figuræ sunt: vt à Philosophis ipsis, classes illæ in quibus quæque censerentur, figuræ sint appellatæ. Sunt autem, Syllogismus, Epichirema, Enthymema, Inductio, Exemplum. Ac de Exemplo quidem in comparationibus satis dictum esto. Est enim cùm ex ampla materia (inde enim videtur nomen ductum) adducimus in vnum duo similia. Inductio verò cum ad aliquid probandum plura superinducũtur. veluti Turnus facit: vbi victoriam se de Troianis relaturũ prædicat, postquam dicit eos bis victos. Sic Æneas Alcidem, & Theseum descendisse ad inferos: se quoque eodem iure posse. quanquam hîc exempla cum inductione. Exemplo vtitur Venus.

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis. &c.

Enthymema in illis habes Iunonis verbis, *Diuûm Regina, Iouis coniunx*, non possum debellare Troianos: ergo Numen meum non est adorãdum. Subticuit maiorem propositionem, Numen sine potestate quæ ei attribuitur, non est adorandum. syllogismum ibi. Pius est Æneas: Dii curant pios: ergo non fuit Æneas adigẽdus ad tot labores adeundos. Epichirema Pallantis pulchertimum.

Quo fugitis socij? per vos & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictáque bella,
Spémque meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudi:
Fidite ne pedibus ferro rumpenda per hostes
Est via: qua globus ille virûm densissimus vrget:
Hâc vos, & Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste:
Mortales totidem nobis animæque manúsque.

Sic igitur explicandum. Conclusio hæc: nõ fugiendum, illis verbis: *Fidite ne pedibus*. maior propositio: Nullus vir generosus fugit, ideo dixit: *rumpenda per hostes Est via*. minor: vos generosi. Iccirco ait, *per vos & fortia facta*. Probatio maioris: *Mortali vrgemur ab hoste*. si enim essent numina inuicta, fugiendum fortasse fuerit. At, *Mortales totidem nobis tum animæ, tum manus*. probatio minoris, *vos patria alta reposcit*. Syllogismi autem species neutiquam poesim ingrediuntur nisi fortasse sit topicus. verùm parcius hoc agitandum, sobriam enim decet esse scientiam, eiúsque præcepta, nimium nanque acumen cùm admirationẽ, tum odium parit. Illud animaduertendum est. Consequentem ab oratoribus eam vocari orationem in argumento, quã nostrates vel minorem propositionẽ, vel assumptum nominãt. Eam verò quæ hanc antecedit primo loco, & maior à Dialecticis dicitur, sub propositionis vocabulo agnoscere: quippe quæ ante alias, quasi pro aliis ponatur. Rectè sanè hactenus. at verò eorum quidã cùm figuram putant esse Consequentem illam, non rectè sentiunt: Est enim figuræ totius pars nõ figura. Falluntur item qui existimarũt, Enthymema propositionem esse cum adiuncta probatione, nulla conclusione apposita, sed in animo seruata: vnde nomen Enthymematis ascribendum sit. Cæterùm hæc est potius reticentia: de qua suo loco, cuiusmodi est in oratione Hiarbæ: conuenit enim affectibus. Nam proponit iniuriam sibi ab Elisa factam: quã & probat à rei notitia. Hæc apud aras conqueritur Iouem alloquens. nihil tamen concludit. Nihil sanè Iouẽ orat.

Argumentum. Argumentatio.

Enthymema.

PROECTHESIS, PRÆexpositio. CAPVT LXXII.

IN luce ac vi Enthymematis versatur ea figura, quæ à Græcis προέκθεσις appellatur. quippe primo loco expositio eo quod fieri, vel non fieri debuit: Secundo loco quod cõtrà vel factũ sit, vel extiterit subinferimus. Habet enim naturam conclusionis à contrario. vt pater fuit, & occidit: sic

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Nam illatio recta fuerit, *pacem orare manu*, oblatam pacem admittere: quia qui petit pacem, appetit.

AD NARRATIO

CAPVT LXXIII.

PRæ se fert adnarratio nonnihil cõsanguinitatis cũ Procẽthesi. differt autem quia ab eodem fit Prꝫexpositio, & eius contrarium inducitur. At in Adnarratione non ab eodem. sed cùm ab aduersario narratum est, subtexitur à reo alia narratio cuiꝰ facies priorẽ aut oppugnet, aut detorqueat, aut interpretetur, aut obscuret, aut adumbret. Græci plenissimè παρεκβαίνειν vt & substituta narratio indicetur, & contraria. Nobis non licet tot vno verbo, neque si liceat, velim. Non enim semper contraria est. sed vti dicebamus, aliis coloribus picta. Cuiusmodi apponit Iuno priori Veneris narrationi, in X.

ALTERVM genus figurarum, quæ plus dicunt, quàm in re sit. Hyperbole.

CAPVT LXXIIII.

FActenus primum figurarum genus expeditum sit: quòd eas comprehẽdit, quę quãtum in re est, significãt. Nũc alteram partem videamus earum, quibus plꝰ, quàm in rẽ sit, desiignatur. ὑπερβολὴ Aristoteles in Quæstionibus accipit pro vtroque excessu: quisue ad exuberãriam, quisue ad defectum tendat: quippe vtroque excedi medium, siue mediocritatẽ. Nos eum tantùm excessum dicimus, qui redundantiam denotat. Id figuræ nomen est: quoties rem rerum ambitu, aut maiore natura extollimus. Cicero superlata, Græci superiacta maiore vi vocis. Et multum consistit in attributione: tr *clamor cælo*, &, *-ferit aurea sidera clamor*, &, *-præruptus aquæ mons*, sanè maior natura attribuitur. rerum verò ambitu sic excedimus rem, quemadmodum de equis:

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Manifestius adhuc de Camilla

Illa vel intacte segetis per summa volaret
Gramina nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium cursu suspensa tumenti
Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plantas.

EXCVRSIO. EGRESSIO, Ecβasis.

CAPVT LXXV.

ATque vnius quidem rei natura cùm augescit præter modũ, Hyperbole est: cùm verò additur aliquid prꝫter propositum, ita vt excedamus ab instituta oratione, Ecβasis dicitur à Græcis Latinè Digressio, siue Egressio. Nonnulli Excursionem dicere maluere. Multus in ea Herodotus. Multus Homerus insertis alienis ab re narrationibus. Noster adeo parcus, vt semel tãtùm: quippe vbi Diana Camillæ narrat ortũ, atque vitam.

METABASIS, TRANSitio, Traiectio. CAPVT LXXVI.

HAud penitus cohæret huic naturæ Metaβasis, haud penitus abhorret ab ea. Nam tametsi neque addit plꝰ quàm par sit: neque à proposito excedit: tamen præter ea, quæ dicta sunt, dicit alia ita, vt ab illis digressa, in alia transeat, quæ addat prioribus: itaque licet non dicat plus quàm in re est: tamen dicit præter rem propositam, aliud. Adeò verò frequens est, vix vt egeat exemplis: *Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur*. Connectit enim quæ sequuntur cum superioribus. & illud:

Iunonem interea compellat Iupiter vltro.

Sunt & inuocationes, quas suprà memorauí, generis, atque vsus eiusdem: *Pandite nunc Helicona deæ. Nunc age qui reges Erato*. Traiectionem ponit Cicero in 3. de Oratore, verùm quid sit non declarat. Quintilianus ne nominat quidẽ. Trapezuntius putat esse Hyperbatí speciem: cũ verbis verba interponuntur. si ita fit: tropus erit, non hæc, quæ hic Trãsitio à nobis, Transitus dicitur à Fabio. Cuius modũ præter superiorem, illum dicit: quoties quasi nos ipsos excitamus ad aliquid inferendum. vt *-& quis fuit alter, Descripsit radio totum qui gentibus orbem?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

verùm ineptè vel ab eo vel ab aliis schema negatur esse. Nihil enim magis figuratum, quàm simulatio, aut dissimulatio: præsertim cùm id quod planè dici potest, delineatur per interrogationem.

TERTIVM genus figurarum, quæ minus dicunt quàm pro re, Eclipsis.

CAPVT LXXVII.

TErtium sequitur figurarum genus quę minus dicũt quàm pro re: quarũ princeps est Eclipsis apud Græcos. Defectũ nos dicimus, vt *Quos ego.* & in V. *Quanquam ô.* seruit igitur maximè affectibus. In priore exemplo, irę: in altero, ambitioni. In illo autem *Nouimus & qui te*: pudori. eandem vocare queas Suppressionem, vel eius facere speciem. Hic enim est verbi Suppressio: defectus autem rei totius est: veluti cùm Æneæ concubitus cum Elisa non refertur. Et alibi sæpe, quæ dicitur ἀποσιώπησις. Nam quicunque in prælijs obeunt, neque in catalogo recẽsiti sunt, per ἀποσιώπησιν numerati intelliguntur: & è cõtrario, qui in catalogo nominati, omnes in prælijs fuisse creduntur, tametsi non omnium mẽtio facta est: vt garrire desinant Grãmatici qui super hoc litigant, & pro vitio obiiciunt diuino Poetæ, poescos ipsius decori, vt patet, ignari. sic & aduenunt Carthaginem socii post naufragium. & Turni reuersio ex Ardea, postquam eò naui delatus fuisset. Aliquando igitur simplex est omissio: interdum ab ipso poeta recitatur: Quemadmodum in sexto: *ni iam præmissus Achates Afforet.* Neque enim dixerat præmissum: & nunc dicit *postquam venit.* Hæc autem qui voluerit acutius interpretari, distinguet Reticentiã à Subticentia. vt vbi nihil dicitur, Reticentia fit: quam ostendebamus in iis qui in catalogo positi, in pugnis non nominantur. Subticentia verò, quale est, quod de Achate præmisso monet poeta: ad id enim loci subticuerat. Sunt autem eodem modo species, Abscisio, & Suspẽsio, & Præcisio. Abscisio: vt

-quem das finem Rex magne laborum?

Non enim addit, quod potuit: Nihil amplius sperandum, nisi iam constet quemadmodum animatus sis. Sic etiam Hiarbę obtestatio abscissa est: vti suprà dicebamus. Suspensio autem est in oratione Sinonis:

Sed quid ego hæc nequicquam ingrata reuolue:
Quid ue morer? si omnes vno ordine habetis Achiuos?

Suspendit enim, quam resumeret postea orationem. Præcisio autem est decurtatio. Sic enim loquitur Cicero. præcisè id est breuiter. Decurtata sanè oratio est, quales sine verbo suprà adduximus. Cæterùm per Conceptionem, quoque fit quam Græci dicunt συλλῆψιν: quoties vel numerus singularis multitudinem significat, vel vnum genus etiam alterum comprehẽdit: quarum duarum vno verbo exempla ex Græcis historiis subnecti queunt. ponunt enim τὸν ἵππον, pro eo quod est, καὶ πεζὸν καὶ ἱππέα: neque solos equos, sed equitem quoque. Sic à poeta sæpenumero ponitur hostis pro hostibus. etiam ille modus alius est: cùm verbum ambiguũ damus, quo plures vnà res declarantur. Aliter nánque ab aliis exponitur versus ille: *- transfer fa tuentibus hirquis.* Ad hoc, committitur eadem mutilatio per aliam speciem, cui nomen fecimus nos Cõsequentiam. cùm certis verbis positis, & illud quod ea significant, & aliud, quod consequitur, significatur. verbi gratia, si quæras de quopiam: est ne vir bonus, respõdebo, Ligur est. significat enim patriam: quam designationem statim nequitia, atque perfidia consequitur. Sic Turnus:

-& nostro sequitur de vulnere sanguis.

Vult præterea intelligi Æneam ab se quoque vinci posse. Addiderunt etiam superioribus speciebus Interruptionem, quam à Græcis vocatã aiunt ἀνακόλουθον. cum interrupta oratione, aliquid subditur:

O fortunati quorum iam mœnia surgunt

Non continuauit, quæ dictabat animus: quippe alibi - *requies ea parta laborum. &- quibus est fortuna peracta Iam sua. &,*

Vobis parta quies: nullum maris æquor arandum.

Ad suspensionẽ quoq; illud referemus: cùm incert⁹ relinquitur auditor: an Æneas simul cũ aliis clypeũ mutauerit, in secũdo. postremò est illa species, quam ἔλλειψιν Græci, nos Omissionẽ appellamus: Cùm res omittitur, quę adeo necessaria est, vt etiam non relata intelligatur. Neq; enim Æneas reficit naues nisi in Africa post naufragium: & in Sicilia post incendium. At per ãnos decem quot partes, quot armamenta restituenda sunt? sic, nõ semper legimus quoties cibum capiant, aliáque naturę necessaria expediant. Id quod sanè figura est. nam plebeia oratio nihil omitteret.

PERIPHRASIS. CIRCVMlocutio, CAPVT LXXVIII.

ESt & alia ratio subticendi: verùm quia eius nomen contrario significato etiam commune esse potest: sciunximus. sanè Periphrasis duobus modis contrarijs fit. est enim Circumlocutio qua multis verbis ambimus rem designatã. Cæterùm aliquando vt obumbremus, ita tamẽ vt cerni atque intelligi possit: aliquãdo vt magis perspicuam faciamus. Atque hic quidẽ posterior modus ad Hyperbolem potius spectat. Nam tametsi nonnisi quod in re est, describitur: tamen additur aliquid ei, quod simpliciter intelligi potest. Etenim *Nate dea: &, satus Anchisa: &, Tros Anchisiade*, periphrasticè dicitur de eo, quod simpliciter, Æneas, intelligitur. Ita nescio quid maius concipi videtur. Tamen quia non penitus excessus statuitur: è capite de Hyperbole, cui non conueniebat, transtulimus ad hunc locum, vbi sub ambiguo nomine comprehenderetur. Quod si cui plus placet, vt ibi sit, non laboramus. Maximas enim passi sumus difficultates vt primi omnium certis quęque limitibus genera comprehenderemus. Prior autem modus Circũloquutionis mera reticentia est. Quemadmodum Dido cum dicere vellet, *amo*: multa verba facit, sed omnia minora, quàm quantum illud est apud pudicam mulierem. *solus hic inflexit sensus*. Nondũ *animum*. Mox à sensibus. *animúmque labantem Impulit*. nõ autem deiecit, aut euertit. euertérat tamen.

EMPHASIS, CAPVT LXXIX.

POnitur à M. Tullio figura quędam neque nominatur: Cùm, inquit, pl⁹ intelligitur, quàm dicatur. Quintilian⁹ Emphasin interpretatur. Cæterum Emphasis non vniusmodi est. Interdum nánq; talis est, vt, *quos ego*. Emphasis est in pronomine: cuius significatio angusta in Ostẽtione est: sic enim Latinè Græca illa vox dabitur nobis: ex his porrò angustijs effusum erit significatum ad illa, Ego Neptunus: Maris deus: cuius potentia tanta est, vt etiam ventos castigare possim: præsertim ex Thaletis sententia, qui aquam omnium rerum, nedum vẽtorum elemẽtum profitebatur. Et sanè Ventus si vapor, aut à vapore est: & vapor siue exhalatio inter aquã, & aerem affinis vtrique natura quædam, nõ temerè aquarum numen explicat vim suam sub ostensione suæ personæ per pronomẽ, ego. nõnũquam verò sit multis appositis verbis ad efficaciam. Quid enim aliud est: *Hectorei foci*: nisi vt, quẽadmodũ hortatur, insurgunt remis: i. fortissimi. nec minoris est in 3. persona, tũquãde alio, appositio nomine, nõ pronomine. vt in 5. *quę munera Nisę, Digna dabi, prima meriti qui Laude coronam.* INNVITIO. CAPVT LXXX.

PRæter veterum diligẽtiam nõ pauca nos aut inuestigauimus, aut commenti sumus inter quæ, etiam illum Reticentiæ modum, qui non tam defectu, quàm veluti ex quadam circuitione, exciret vlteriorem pleniorẽmq; intellectionẽ. Quã figuram propterea nouo nomine diximus Innuitionem. Talis in 4. Dido: quãquam enim coniugij pœnitebat eam: tamen vt aliquo modo contexeret excusationem cũ accusatione, sic loquuta est: *Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ.* Quid enim aptius ad excusandum, quàm ostendere vitam illam quã optabat esse ferarum, ac brutorum vitam? Hãc autem hominum: ac propterea non damnãdã. *ferias* Græcè fortasse posis.

EXTENVATIO. CAPVT LXXXI.

OVinetiã cùm detrahimus, vel odio vel inuidia, vel fastidio, vel contẽptu, pingitur eiusdem figuræ facies, appellatúrque Extenuatio. Fitque duobus modis. Aliquãdo enim vera dicũtur: atque rei æqualis est significatio. sed pro re, loco, aut tempore minor est oratio, quàm proposito conueniat. Verùm sanè erat Troianos bis victos fuisse. Ergo gẽtem bis victam cũ vocat eos Turnus, nihil de re detrahit. Cæterùm importuna obiectio efficit, vt de præsenti laude bellica eis multum adimatur. Alio modo fit cùm ex natione, aut familia integra colligitur vnius aut pluriũ crimẽ quod ad alterũ eiusdẽ vel familię, vel nationis pro probro adducatur. Sic Laomedontiadas vocat Troianos Dido à periurio Laomedontis, Æneam similis infimulãs criminis. & Semiuiri Phrygis: propter Cybeles Gallos. Fit etiam tertio modo: veluti Hiarbas: *cui littus arandum.* nõ dixit terram, aut agrũ, aut aruũ. sic Latronẽ, nõ regẽ vocãt Laurentes matres Æneam. Ratio ac lex huius est, vt quod in genere, aut specie vltimũ, ac deterrimũ est, attribuamus superiori, aut meliori. Nã quod pessimũ & ineptissimũ arationi est, lit⁹ est. hæc igitur simplex. cõposita verò interdũ est per Collationẽ. *Non Diomedis equos, non currus cernis Achillis.* Ibi enim maiora atq; atrociora, ille poliiceri. & Turnus: *- nec equi cæca condẽnur in alvo.* Pingitur etiã hæc eadẽ figura per expositionẽ: vt ibi *-dum Troia tenat at Arma fugæ fidens, & cælum territat armis.* Rẽ enim ipla iactantia maiorem ostẽdit. Ac sanè terrere cælum armis, permagnum quiddã est. Cæterùm quia vanus animi tumor ille: quòd declaratur illis verbis: fugæ fidens: minora sanè omnia in oratione, quàm in euentu belli. similis Extenuatio est in Elisæ oratione, vbi profectionis Æneæ causas eleuat: *scilicet is superis labor est: ea cura quietos Sollicitat.* Illã quoque extenuationẽ aiunt esse apud eãdem: *Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles, quæ te tantùm ore referret.* Mihi verò non videtur. quippe nihil extenuat. An verò cùm hæc coniunctio, saltem, ponetur: erit Extenuatio nequaquã. neque enim minus dicit, quàm in re sit. neq; in ea parte: *qui te tantum ore referret.* nihilo nánque verius Extenuatio est, quàm si quis tibi debeat talẽtum: à quo exigas drachmam dũtaxat. verùm hæc est natura precationis, vt totum ferre si nequeamus, rogemus partem. Nescio an sit hæc figura, quã Optationẽ legimus apud M. T. Talẽ habes in Pallante cũ Turno cõgressuro. similis & Elisæ, *Felix heu nimium felix, si littora tantùm Numquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.* Idẽ enim repræsentat, quod ei fuerat optandum.

AVERSIO, Castigatio. CAPVT LXXXII.

NOn est igitur Attenuatio rei ted attenuatæ rei repræsentatio. Quemadmodum fit in alia figura, quam aliqui Auersionem, nos Amotionem appellamus. Cùm reiicimus aliquid, vt aut simile meliore causa, aut cõtrariũ reponamus: *Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui.* Amouet enim hoc, quod negat, vt superinductorũ meritorũ prędia petat. à cuius vi, atq; natura nõ abhorret illa cui nõdũ nomẽ indidere. quã ego Auersionẽ poti⁹ appellarẽ, Gunsmod in VI. *Ne pueri ne tanta animis assuescite bella.* etiãsi Castigationẽ velis dicere, haud displicet. Apertius alibi: *O quæ fata darent ut tum dehiscat Terra mihi! & Sed pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras Pallentes vmbras Erebi, noctémque profundam: Ante pudor q̃ te violem, aut tua iura resoluam.*

Amoti

Auersio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et in oratione Turni ad Draucem:

Nunquam animam dextra hac:abisse moueri:
Ammittes,habitet tecum & sit corpore in isto.

PROHIBITIO, APAGO. reusis. CAPVT LXXXIII.

EIusdem fili ἀπαγόρευσις, id est Prohibitio. multis ea modis fit. interdum aperta: *Nec Drances potius,siue hæc est ira deorum:*

Morte luat,siue est virtus & gloria, tollat.

Aliquando per excusationem: *Quis talia fando*
Myrmidonum,Dolopúmue,aut duri miles Vlyssi,
Temperet à lachrymis? Vt excusaret se à memoria veterum calamitatum. Interdũ per deprecationem,etiam cum obsecratione,aut obtestatione. vt in oratione Elisæ ad Æneã,& Turni morituri. Nonnunquam cum voto. *Di talem terris auertite pestem.* Etiam per Interrogationem: *cur indecores in limine primo Deficimus?* Idem enim atque si dixisset,Ne deficiamus.

QVARTVM. figurarum genus,quæ aliter dicunt,quàm res sit. Allegoria, Allusio. CAPVT LXXXIIII.

EIdem exemplum scio à nobis positũ plurib⁹ figuris:quod euenit propter specierum necessitudinem: quemadmodum in Lycisca & Lupi & Canis species duæ diuersæ factæ sub vna. sic eadẽ figura diuersis in generibus inuenitur, propterea quòd non verę sunt differentiæ in omnibus sed in plerisque modi tantùm. Hac ratione tractata est à nobis Allegoria in capite de Comparatione, cuius illa tunc erat pars: neq; aliud intelligi volebat præter id quod diceretur. Etenĩ de equo,aut leone, aut quercu, aut scopulo cũ scribimus,Equũ,Leonem, Quercum, Scopulũ accipi volumus. Iccirco res ipsa est eadẽ quæ in Allegoria:modus alius. At hic vera est Allegoria,& cuius nomen cum definitione congruit. Figura aliud dicens,aliud intelligẽs simile:quã Allusionem Latinè libet appellare. Eius species sunt, ἀπόλογος, αἴνιγμα, μῦθος, παροιμία. Videtur autẽ Apologus esse genus ad αἶνον & μῦθον. Est autẽ Apolog⁹ narratio ficta de re quapiã cũ attributione πάθους aut ἤθους, vel cũ oratione vel sine: vt ex ea aliquid ad humana commoda designetur. neque longa est definitio: quia includit in se diuisiones,atque differẽtias πάθους,ἤθους, cum oratione,& sine. Quatuor igitur sunt cõmunia tum Æno,tum Mytho. Sunt autem eæ species duæ,quas ita Grammatici definiere,atque inter se distinctas voluere. Mythos; oratio falsa repræsentãs veritatem,eúmque etiã Aphthonius sic definit. εἰκονίζων τἀληθῆ ἀλήθειαν. cum imagine veritatis. nostri Fabulam vocant:atque describunt orationem falsam vero similem: ab hac Ænon distinguũt iidem, Quòd Ænos nõ ad pueros sed ad viros dirigatur. Neque solũm habeat ψυχαγωγίαν,i. persuasionem:sed etiã παραίνεσιν,i. exhortationem, vnde nomẽ sit assecutus. Nos more nostro omnia discutiamus. ἀπολογῶν est vero primóque significatu, refellere. vnde defensiones, ἀπολογίαι dictæ, non quòd id designet verbum:sed quia non potest defensio cõsistere sine refutatione. Non est igitur ἀπολογία sola,quæ etiam philosophorum competit disceptationibus,quoties contradicitur. Factũ tamen est alio vsu, vti ἀπόλογος diceretur ea oratio à qua primus & verus sensus alii sententiæ accõmodaretur:quòd ergo ab illo in hanc profecisceretur,iccireo ἀπὸ & λόγου simul coniunxere: suprà rei rationem,quæ est definitio, dedimus: nunc nominis rationem subdidimus,quæ est Etymologia. Fabulæ autem definitio falsa est. nã si μῦθος est, cùm Lupus Agnúsque ineunt societatem, atque putant suæ vterque vitę rationes: quonámmodo aut verisimilis est, aut πῶς ἀληθῆ εἰκονίζει? præterea quis est adeò tardus: vt Ænon à Mytho seperet, propterea quòd μῦθος tantùm pueris sit præscriptus? Postremò cùm quid Ænos sit, à nobis declaratũ fuerit, satis cõstabit non esse verum præter ψυχαγωγίαν, afferre etiam παραίνεσιν. Est sanè αἶνος ignota multis vox, & à maxima authorum parte præterita, ac pro laude quidem vulgatissima est: at pro eo, quod hìc statuimus, rara. Significauit igitur dictum non qualecunque, sed laude dignum, atq; admiratione: neque id quodcunque, sed id tãtũ quod propter obscuritatẽ solis sapiẽtibus notum esset. vnde apertius, ac vulgatius vocabulũ ænigma, à verbo ĩnde ducto αἰνίζειν, siue αἰνίττεσθαι. Iccirco αἶνον quoque graue significauit. Et aiũt autem idem esse aliquando αἶνον quod αἴνιγμα. Quare si ita est: neutiquam vel ψυχαγωγίαν, vel παραίνεσιν semper habebit. Quæ si aliquando nõ habeat: non erit differentia, qua à Mytho distinguatur. Idem verò esse quod Ænigma, illo exẽplo patet apud eundem authorem Suidam: vir non vir, percussit auem non auem, lapide non lapide, sedentem super ligno non ligno. i. Eunuchus, vespertilionem, pumice, super ferula. Ego puto idem esse Ænon, & Mython, sed hãc vocem esse tritam magis: illam antiquiorem. Etenĩm apud Hesiodũ primùm legimus: apud alios, qui illum secuti sunt, rarius. Est autẽ Ænigma, oratio obscura, rem notam, quam significat ambagibus tegens. Idem etiam Griphus dictus est. Translatione sumpta à scirpeis piscatorum labyrinthis: distinxere tamẽ Grammatici. Pollux enim ait Ænigma esse vel ridiculũ, vel iocosum. Griphũ autẽ nõ sine eruditione. hoc enim est σπουδαῖον τι. Circũferri ea cõsueuisse in priscorũ cõuiuiis. ꝓpositа qui soluisset, donatũ carniũ certa portione. qui ignorasset poculũ muriæ haurire cogi solitum. Athenęus ęq; iocularẽ Griphum agnoscit. Hoc enim est πλέγμα. Igitur istorum definitio cùm sit haud probanda: sic potius est. Narratio ficta relata ad veritatem erit Fabula. Est autem nomen ambiguum. Nam & hoc, quod dicimus hîc, significat: & eas narrationes quæ sunt mera priscorũ figmẽta: qualia apud Hesiodum, & Ouidium, & Callimachum

machum, & Lycophronem, & Homerum, atque etiam Herodotum scripta sunt. Veritatis nãque Græcis cura nulla. In eorum autẽ quibusdam quasi inuolueris contectæ sunt res aliquando naturales. de quibus & Palæphatus, & alii. Nec multũ ab hisce absunt Hieroglyphòn nugæ, & quę apud Orum veteres sunt commẽti. Fabulæ genera ab inuentoribus, aut ab vsu frequenti nationum à Cilicia, à Cypro, Æsopea, à materia, λογικὸς μῦθος, Rationalis: ἄλογος, ab affectu, μικτός, mista ex vtroque: vt Rationalis personas introducat. Ethica committat animalia. mista vtrumque. verùm sanè nõ probatur nobis ea diuisio. nãque etiam cùm homines introducũtur, aĩsignatur affectus: & cùm animalia, aĩscribitur & ratio, & oratio. Et præter animalia etiam arbores, etiam ollæ, etiam lima ab Æsopo adducitur. Olla fictilis æneum lebetẽ alloquitur. Quercus & fungus colloquũtur. Item Abies, & Arundo. Etiam dii, vt Iupiter, & Ranæ. Et Sol, & Luna, & mare, & terra. Partes autem tres, prima πρόρρησις, postrema ἐπιμύθιον, quæ vna sunt: neque differunt nisi loco, sicut Lucifer & Noctifer. Est autẽ oratio in qua fabulæ vtilitas declaratur. Sũt igitur duæ tãtùm partes, μῦθος, & πρόρρησις. sic enim libet appellare τὸ μῦθον explicationem, quę vel antè vel pòst solita est poni. Paroemia verò est, quod Latini prouerbium. quare Grammatici, i. Donatus: & is Graeculus, qui Donati adducit definitionẽ, æquè ineptiunt. Paroemia, inquit, est accõmodatum rebus, temporibúsque prouerbium. quæ tam bellè compósita sunt, atque si quis dicat ἄνθρωπος est ratione vtens homo. Hi sunt qui sine alis in cælum euolarunt: qui irrident studia philosophorum, ignaui latratores omniũ scientiarum, quas tamẽ profẽsi esse videri volũt. quorum errores multis in locis numerũ versum penè superant. Cæterùm ignauis ac supinis hominibus vaporarii isti cõpilatores relinquẽdi sunt. quare verò non addiderunt etiam, Locis: nam si rebus & temporibus debet Prouerbium accõmodari: cur omissa sunt loca? an quia rerum nomine comprehendebantur? Quid tẽpora? nónne item res sunt? nihilo felicius cũ suo Diomede. Parœmia est prouerbii vulgaris vsurpatio: vt iam non sit idem parœmia, quod Prouerbium: sed Parœmia vsurpatio prouerbii: sicut ἵππος nõ sit equus, sed equi vsurpatio. præterea quomodo vulgaris? sunt enim quædã Parœmiæ adeò abstrusæ eruditionis, vt à nemine sint declaratæ, vsus tãtùm quasi promulgatus. Qualis de Delio natatore. tum aliæ multæ. Si igitur nõ omnibus competit: cuiusmodi ea fuerit definitio? An verò Græcas admittemus? Quibus ille, quemadmodum in omnibus suis scriptis solet, quasi alienæ fabulæ histrio, satagens coaceruator nullo appósito iudicio fœdauit animos eorum, qui sese eius fidei suáque studia committebant: λόγος ὠφέλιμος ἐν τῷ βίῳ δόκησιν

Universidad de Deusto
Biblioteca

est oratio, erit ante orationem? si oratio via est, A erit ante viam via, quo nihil ineptius excogitari potest. Quis enim ambulat ante, quàm ambulet? Sed est, vt alii prudentius profiteatur, à cytharœdis translatum. prius enim, quàm cantiones instituat, modos quosdam faciunt, quibus introducant auditores. Hoc & Aristoteles docuit nos, sicut, inquit, σεσαλικεν τὸ ἀπὸ τῶν κιθαρῳδῶν vt alibi dicebamus. fit autem Allegoria per similitudines ac trãslationes: ἄλλο γὰρ ἀγορεύει, ἄλλα δ' νοεῖ. Quemadmodum apud Poetam: *Argutos inter strepere anser olores*: Olor enim Cygnum dicit: Cinnam autem & Varium intelligit. anser auem streperam significat: designat autem Poetam nominis eiusdem. sic & illud, *Atque idem iungat vulpes, te mulgeat hircus*: audeat facere, quod nequeat. Quod ad prouerbii naturam quãproximè accedit: cuiusmodi illud est, *laterem lauare*.

VLTIMVM figurarum genus, quæ contrarium dicunt rei. Ironia. CAPVT LXXXV.

RElinquum est, eas figuras percensere, quarum verbis sensus cõtrarius est. Quod longè alienum videtur à veritate. Verba enim notionum notæ sunt. Notio est apprehẽsio rei per speciẽ. Et accipitur non pro actu apprehẽdẽdi, sed pro specie ipsa apprehẽsa. Quónam igitur modo verbum quippiam ponetur, cuius significationi contraria significatio concipiatur? Sanè oportet è re nota falsam intelligere orationem. Sic Dauum pessimum, ac nequissimũ cum appellat herus, virum bonum: illico sentit auditor ad irrisionem dictum illud enunciatum. Quòd si res nota non sit, & tamẽ hac vtatur figura quispiam: gestu oportet eius vim aperiri. Hui° speC cies Antiphrasin posuere, & Ironiã. Ironia verò à Græcis ita appellata fuit, quia nihil significet eius quod dicit: sed solùm ipsum dictum sit absque significatione, quæ debetur ei. εἰρωνία. Hocigitur habet cum Allegoria commune: vt aliud dicat, aliud significet vtraque. Differunt verò: quia non sentit Allegoria contrariũ, sed simile: cuius propterea vis sita est in coniunctione. Ironia contrarium indicat: & cõstituta est in disiunctione. Non enim cohærent cum sensu verba. Est autem simplex interdum, nonnunquam picta, atque exornata. simplex illa ad Drã D cem-*quando tot stragis acerbos Teucrorum tua dextra dedit*. Pictæ autem illæ sunt, & artificiosæ, quas nos Dissimulationes, atque illusiones vocamus. Dissimulat enim Æneas ciues Laurentes ab se interfectos, sdque petẽtibus inducias eorum legatis. Qui locus miro artificio & cõiunctus est cum Translatione causæ, & exornatus interpretatione. appellat siquidẽ inducias quas petebant. Pacem quam ipse exoptabat,

Pacémne exanimis: & belli sorte peremptis: nõ à me, sed à bello: *Oratis? equidem & viuis concedere vellem*. Non igitur ego belli author. Iccirco addit

Nec bellum cum gente gero. Sed cum Latino, neque ego, sed ille mecum: *Rex nõstra reliquit Hospitia*. Sic & oratores dissimulatione: *parcerent hostibus*: qui tamen hostes erant. Atque hęc pars poeseos adeò est admirabilis nobis, vt cẽties lecta relegatur. penè enĩ singula verba aut figuram prætexunt, aut artem produnt. doctis tantùm sine ostentatione, vel quo animi impetu, atque acritate composita est illa commination? *Æquius huic Turno fuerat se opponere morti*. nã porrò quid mai' illi euenire potest, quàm mors? At instat atque aggrauat etiam magis. *Æquius*, inquit, peius quàm mors illi contingeret: quippe dedecus: vt etiam sibipsi iniquũ ostẽdat Turnum. non dixit, vtilius, aut commodius: sed æquius. Æquiorem fortunam in manifesta ac prę senti morte inuenisset. Et quantum valet apud eam, cui spiritus poetieus est, vox illa: *huic*, præsertim appositio nomine. poterat dicere, *illi*. Cæterùm ardorem indignationis cum contemptu mistę designãt illa verba. Sed non est is locus. Certæ enim vigiliæ debẽtur Maronianæ diuinitati explicãdæ, cuius monumẽti studiosis fundamẽta, vt quisq; sese offert loc° passim iacim°.

Illusio verò ad inuidiam apud eumdẽ Drãcem aduersus Turnum: *Primus ego, en supplex venio: miserere tuorum*, nihil enĩ minus, quàm supplex erat. Neque sanè tam supplex viro forti erat, quàm videri volebat, ne ille vir fortis videretur. Aliàs tamen, εἰρωνείαν latinè quod dicerẽ, cùm haud haberem, Illusionem non speciẽ solam, vtnũc, sed vniuersum genus appellare ausus sum. cui placebit, admittet: aut meliorem dabit. An verò, quod aliqui sensisse visi sunt, Simulatio dici possit? Quippe Socrates, qui εἴρων dictus est, simulat vbique sese imperitum. ac fuit tempus cùm sub præceptoribus non putarem εἰρωνείαν esse simulationem. Sinon enim oratione ficta, atque simulata vtitur. Nulla tamẽ Ironia ibi. Impræsentia tamẽ aliter videtur mihi. Nánque Simonis oratio tota est in eo ductu, quam Fictionem ac Fallaciam appellabimus. Drances verò cùm metum simulat oratione, pectore liduciam tegit: figura vtitur. Quæ neque Ironia est tota, neque ab illa procul. Atque in quibusdã verbis aperta. veluti cùm supplicem se profitetur. In aliis paulò pudẽtius tegitur. An verò differt simulatio à dissimulatione ita, vt vnum esse nequeant? nam dissimulamus quod est. Id quod penitus Ironiam vocamus: simulamus quod non est. Quónam igitur modo, hæc quoque erit Ironia. videntur enim cõtraria. sicut contrariæ orationes: est, non est. Dissimulo me esse Germanũ. simulo me nõ esse Germanũ. sanè duæ naturæ sunt diuersæ, sicut manifestũ est. sed nõ ita tamẽ vt vtriusque originẽ negemus esse vnã. nã in dissimulatione est negatio rei quæ est. in simulatione affirmatio rei quæ nõ est: itaq; idẽ erit mod°, si dicã, bonũ virũ Catilinã: &, nõ bonum Aristidem.

IRRI-

IRRISIO, Sarcasmi species. A

CAPVT LXXXVI.

QRitur igitur ex hisce Irrisio, quam ferè comitatur Translatio criminis ea, quam nos Oppressionem appellare soliti sumus. Cùm certissimæ dignitatis atque integritatis viris attribuimus falsò crimen, quod publicè ac sine dubio agnoscitur in aduersario: *Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter*? Duce enim Venere, atq; authore aggressus est Paris adulterium committere. Haud absimilis est ea, quã veteres Sarcasmõ vocarũt: *Istîc nunc metuend. iace. Metuendum* vocauit, & nõ multò diuersum- *quam bello Troiane petisti Italiam metire iacens*, quia terram nõ emimus, nisi prius metiamur. Est enim Sarcasmos, hostilis irrisio super mortuo: inter Elogia B quidem enumeranda, si spectes accommodationem. Sin autem vim ipsam consideres orationis, frequẽtius ad Ironiam accedit, sine qua etiam sæpe fit, vt à Mezentio, *Nunc morere*: *ast de me Diuũm pater atque hominum Rex Viderit*. Non est igitur verum, quod aiunt Grammatici, Sarcasmum esse Ironiã. non enim semper. Nominis autẽ Etymologia alios aliter vexauit literatores. Nonnulli qui cum risu amaro orationẽ definiuêre, aiunt à labiorum deductione quæ in risu carnis illius motus est, Sarcasmum dictum. σπᾶν τὸ σαρκίον τῶν σιάγων. quo nihil mihi videtur γραμματικώτερον, id est ineptius. quinetiã σάρκας ab Æolensibus dici σάρκες: propterea quòd detracta cute, ἀποσπωμένου δέρματος caro extet. sanè eruditionem non contemnimus: rem negamus ipsam. Nos in Originibus ita cõmenti sumus. Carnis vocabulum vix, & rarò in viuẽte nisi apud Philologhos. at vulgus eadaueris carnem dicebat, quæ iam careret vita. Itaque Carnifex is à Latinis dictus est, qui caruem facit ex viuente. Igitur cùm Sarcasmos nõnisi in hostem victum legatur, cumque vel iam mortuũ, vel mox certò moriturum, ab ea causa nomen accepisse crediderim. Post cædem frequentior: ante cædem ibi à Camilla:

Caro.

Carnifex.

Vane Ligur frustráque animis elate superbis, D
Nequicquam patrias tentasti perfidus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. &

ab Ænea ad Lausum.

Quò moriture ruis? Fallit te incautum pietas tua.

& ab Opi: *Cur diuersus abis? huc dirige gressum*:

Huc peritura veni: addit Ironiam, *capias vt digna Camillæ Præmia*. Inde Indignatio cum contemptu: *tune etiam telis morieve Dianæ*? cum ira, *-tune hinc spolys indute meorum Eripiare mihi*? eũ risu sine Ironia, *Ad quem subridens mista Mezentius ira*: *Nunc morere*. sine risu & Ironia Ascanius: pertinet enim ad eius ætatẽ, atq; nobilitatẽ simplicitas: I, *verbis virtutem illude superbis*:

Bis capti Phryges' hæc Rutulis responsa remittunt.

Cum irrisione, *Morere: & fratrem ne defere frater*. Sarcasmus temperatus à viro magnanimo: Æ-

neæ magni dextra cadis. Irrisio eum insultatione à fœmina: *Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti*. Quippe ipsa quoque venatrix, obiicit propter animi impotentiam. tale muliebre ingenium est. Alia insolentia aggrauat: *Aduenit qui vestra dies muliebribus armis Verba redargueret*. Adiungit iactantiam: *-nomen tamen haud leue patrum*

Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.

VEXATIO, CAPVT LXXXVII.

SArcasmi modus quidam potius, quàm species ἐξευτελισμὸς quã nos Vexationem interpretati sumus. Per omnia Sarcasmo similis est, sed extra cædem. Eludit, irridet, obiicit, insultat, omnia facit vt eleuet aduersarii authoritatẽ. Turnus ad Drancem:

Larga quidem semper Drance tibi copia fandi
Tunc, cùm bella manus posc unt: patribúsq; vocatis
Primus ades, sed non replenda est curia verbis:
Quæ tuto tibi magna volant: dum distinet hostem
Agger murorum: nec inundant sanguine fossæ.

Cùm facto opus est, loqueris: in Curia, non in campo. *Poscunt res manus*: tu lingua abuteris. Curia defendenda, *non replenda verbis. tuto*, vt confidentem dicat. *magna*, vt tumidum, gloriosum. *volant*, inconsultò, sine meditatione. *Agger hostem distinet*, non tu.

APOLOGIA. CAPVT LXXXVIII.

HIs patet nõ rectè sensisse Quintilianum: cùm Simulationem putauit χῶμα, Dissimulationem τεῖχος. C Neque enim verba quicquam efficiunt aut sono, aut situ, aut numero, sed significatione - *scilicet is superis labor est*. Nam figura manebit, etiam si dicas. *Hic est deorum labor*. Et exempla quæ de Cicerone sumit in Catilinam, contra eum faciunt. Vbi enim Metellum vocat virum optimum: in sensu vis est, non in verbis mutatio ab vsu communi. Si igitur non est mutatio verborum, non est in verbis figura. Quemadmodum ne illi quidem audiendi, qui Ironiæ speciem putarunt Allegoriam. nam quo conuenirent, atque dissiderent, suprà diximus. Sed pro Ironiæ specie accipienda est D ea, quam Græci vocant Apologiam. non illa de qua suprà diximus, quamque appellauimus Refutationem: sed hæc quã cum Translationis vi Oppressionẽ vocabamus. Et cũ Interrogatione vrget acrius: *Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter*? nec sublata interrogatione mutatur.

APOPHASIS. CAPVT LXXXIX.

CVius naturã maximè Apophasis æmulatur. Nã ad interrogationẽ illã respõsio est: Nõ. In negatione igitur posita est hæc: quasi si Venus suasura Paridi adulteriũ dixisset: nõ suadebo tibi, vt pulcherrimæ fœminę dominus fis. est autẽ eadẽ quę Occupatio, aut cùm ea mista, aut ab ea orta aut eius parens: etenim nõ dicẽdo dicimus. sic Dido: *Neque te teneo, neque dicta refello*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIPHRASIS, ANTIPHASIS.

CAPVT XC.

ANtiphrasis est forma deducēdæ vocis: sicut & Analogia. nánque Etymologia est vocis ratio. i, vis qua vox à voce generatur. Fit igitur aut à recta, aut à contraria. à recta veluti quum locum κατὰ τὸν λόγον dicimus: quia proportio est inter locum & locatum. λόχος insidiæ dicūtur, quia veteres Græci locū prisca, & abolita voce sic appellabāt. Loquor non à loco, vt ait Varro sed κατὰ τὸν λόγον. Quare? quia proportio est inter mediam & tenuem mutam. Locus autē cū sermone nullam habet affinitatem proportionis, quam Analogiam Græci vocant. Deducta volunt Grammatici quædam à contrario: vt libitinam quæ nemini libeat. Quidam irridere visi sunt hoc consilium Grammaticorum. Nos tamen neque consilium improbamus: neque probamus rationes quibus ad id sentiendum adducti sunt. quippe Lucum aiunt, quòd non luceat: nos quia sacrificiorum frequentia luceat. Bellum, quod minimè sit bellum. nos, quia fuit initio Duellum à duobus. nam licet multi sint milites: duæ tamen partes sunt. & inter duos tantùm primum bellum fuit. Ac quemadmodum *bis* bis: duonum, donum, bonum: sic duellū bellum. Parcæ, quòd nemini parcant. Nos quia parcāt. vna enim tantùm dicitur filum incidere: duæ verò, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. quin illa quoque parcit: sustinet enim aliarum opus, quoad fatorum iussibus pareat. neq; Libitinam primùm dictam suspicor, sed Labitinam: quæ omnes mortales caperet tandem. à qua origine alia quoque Labor, Labrum. Vespillones autem rem duram ex officio suo meliore vocabulo fecisse molliorem. Hæc igitur, in quibus dissentio. Antiphrasim autem veram esse fateri cogimur, ex cognomento Furiarum. quas Græci Erinnyas cùm appellassent primū, postea bene ominata voce Εὐμενίδας nominare maluerūt. Ita habes eorum quoque errores, qui bellum à belluis ducebant · imò belluæ à bello: cùm bestiæ prius dicerentur. Qui parcas à partu. vna enim parca esset non tres. Qui lucū à luce numinis. sanè arcessitum nimis. Qui mōtem à monendo, non à mouendo: quemadmodum illi, quibus contradicunt, sentiebant. quid enim moneat mons? sed à manendo μείνω μῶ, μίμνω, vnde μόνος, qui solus mānsisset, neque abiisset. Hæc est Antiphrasis in voce vna, non figura in oratione. Proinde quibus de causis Rhetores recentiores apud Quintil. qui Antiphrasin figurā inter Ironias enumeraret, hoc genus Antiphrasis quæ facit verbi priui deductionē, adduxerint in suos Cōmentarios, sanè nescio. Antiphrasis igitur figura est, quæ adeo meretur cum Ironia coniungi, vt eius quasi norma, aut anima sit. Ac si nomen ipsum consideres, longè prior quàm Ironia esse videatur. Quēadmodū enim ἀντίφασις erat negatio quædam cū permissione: vt, *neque te teneo, neque dicta refello*: sic Antiphrasis cū expressione affirmationis, aut imperii: *I, sequere Italiam ventis*, &, *Insere nunc Melibœe pyros*. Ac sicuti erat in apologia Occupatio, qua crimē aduersarii nobis ipsis attribueremus: ita è contrario in Antiphrasi: cùm laudes nostras ascribimus aduersario. qualis in oratione Turni aduersus Drancem: *- quando tot stragis aceruos Teucrorum tua dextra dedit*. In vtraque est occulta Collatio. Nonnunquam manifesta est magna cum eleuatione ac despectione, *scilicet is superis labor est*. Nec fortassē absurdum fuerit, si Antiphasin dicas: cōsistit enim in Affirmatione. sicut ἀπόφασις in negatione. nam sanè φάσις esse etiā quit in negatione. Itaque si vim vocis propius cōtemplere, Antiphrasis significat contrariam locutionem: quòd nō tam distinguit hanc ab aliis figuram: quàm ostendit esse omnium istarum genus. ἀπόφασις autem nō nisi species hæc affirmatiua esse potest.

Huiusce figuræ modos tres docet Quintilianus. Vnum appellat Confessionem: vt pro Ligario: Habes igitur Tubero, &c. Hoc tamen verum non est. Nihil enim simulat ibi Cicero, sed vera narrat. Tubero enim in Africa fuerat contra Cæsarem. neque sentit contrarium Cicero. Est enim maximè optanda accusatori crimnis confessio. Alterum genus, Concessionē vocat. Virgarū metum Nauarchus precio redemit. humanum est. Hīc est manifestissima Ironia: inhumanum enim est. Tertium nominat Consensionem. Cùm crimē aduersarii laudamus, vt grauius premamus. Is modus est illi contrarius, quem dicebamus per Eleuationem. Nam hic est per Exaggerationē. Totus ille locus decimi Æneid. pro exemplo sit: si sine interrogatione legatur: *-num linquere castra Hortati sumus? aut vitam committere ventis*. Facit enim Venerem authorem tametsi de se loquitur.

Est præter figuram modus quidam orationis, de quo suprà dictū est ex Demetrio Phalerensi: quoties suademus aliquid ita, vt dissuasionis finem consequamur. Aut ita laudamus, vt vetemus vituperari. Talis oratio Iunonis ad Venerem. suadet enim Veneri Æneę commoda in Africa, vt ab Italiæ commodis maximè auertat. Quod Poeta interpretatus est- *simulata mente loquutam, Quò regnum Italiæ Lybicas auerteret oras*. Hæc, vt dixi, figura nō est: sed id, quod ex recētioribus toties orationis ductū appellauimus. Quē Trapezunt. agnoscit in proœmio M. T. pro Ligario: tametsi à Fabio pro figura Ironia designatur. Trapezuntium recentiores cùm reprehēdere voluerunt: nihil aliud argumēti afferre curarunt, nisi illud: Græcus homo Latinæ linguæ elegantiā non apprehēdit. rectè sanè iudiciū peracutum. At causa statuenda est, qua illius correctio corrigatur. Quæ profectò fuerit hæc. Orationis ductus simulatus est cū dicimus quod est, sed ad cōtrariū sinē trahimus: vt vera dicebat Iuno, sed vt auerteret. Ironia verò est oratio falsa atq; ita falsa, vt ab omnib⁹ pro falsa accipiatur. ergo est Ironia in illo Proœmio, Noūm crimen C. Cæsar, atque ante hūc diē inauditum. nam & vetus erat, & quotidie iactatū: penè infinitos contra Cæsarem in acie stetisse.

INTERPELLATIO, REMINISCENTIA, MEMORATIO, ADMONITIO.

CAPVT XCI.

SVipsi⁹ Interpellatio pertinet ad dissimulationē: vt illa, *-& quis fuit alter Descripsit radio totum qui gentibus orbem?* Fortassē pastor nesciebat. quare non ex illius, sed ex Poetæ persona erit dissimulatio. cui persimilis est ἀνάμνησις, quam Memorationem malo dicere, quàm Reminiscentiam. Est enim Memoratio, quum aut petimus ab aduocato vel à reo quippiam, quod nihilominus est notum nobis. sed ideirco facimus, vt videamur imparatiores. Qua ex simplicitate ficta exuamus Iudici suspicionem doli aut vafricię. Fit etiam sine interrogatione nostra, quum instructus aliquis nostrūm suggerit. ita habes exemplū huius posterioris, Bene mones. Prioris verò multa, cáque vulgata: Poetæ non nisi in Dramatibus necessaria: vt in Hecyra, *Noli fodere latus. Insi.* Reminiscentia verò est, quum per ambages similes deducimur in memoriam rei quæ nobis exciderat. Talis apud Plautinum sycophantam in reminiscēdo Charmidæ nomine, in ea fabula quam Trinummum inscripsit. Nec absimilis Memorationi Admonitio, vel sui, vel Iudicis, vel Aduersarii. quę in Dramatibus solis ponitur à Poetis: quum id quod sciunt, quasi nesciant, studiosē repræsentamus. sic Dauos illudētes senibus introducemus. talis Syrus in Adelphis.

ERRORIS INDVCTIO.

CAPVT XCII.

ERroris inductionem inter figuras posuit M. Tullius, neque est interpretatus. ergo ne apud alios quidem inueni. Videtur autem spectare ad Ironiam: quasi fingamus nos ad id vsque temporis hoc latuisse. Id quod & in figuræ ratione, & in ductu orationis potest consistere: vt quum fatorum sese ignaram fingit Venus, deceptámque opinione suasisse Æneæ vt peteret Italiam. Errasse hoc apud Iouem operta oratione profitetur.

QVÆ NON SVNT FIGVRÆ, AD HILARITATEM IMPULSIO, CONCILIATIO.

CAPVT XCIII.

EST inter figuras commemorata à Rhetoribus, Ad hilaritatem impulsio. id quod equidem reor potius figuris iocosis fieri, quàm esse figurā. Quippe exilimo ductum orationis. sicut & impulsio ad iram & indignationem. Neque ioci, quâ ioci sunt, videntur figuræ mihi. Sanè idem iocus aut simpliciter enuntiatur, aut figuris pingitur. quippe figuratus ille ex Allegoria, A sacerdote malefactum, qui Verrem non interfecisset.

Qua ratione videatur ne Conciliatio quidē inter figuras enumeranda: figurari posse tamen. Etenim M. Aquilium quum laudat Cicero, ac primum nominat, figuratè facit. verùm medulla Conciliationis nulla figura est. Profectò si esset figura, semper esset: nuda tamen plerunque videtur. veluti si dicam, O Cæsar, tuus me pater moriens testamento commēdauit tibi. simplex est: figuratè sic, Quis tibi magis hæreat in memoria, quàm fortissimus pater tuus? quid eius facta ac dicta? At enimuerò quid viuens de me fieri voluit, quum etiam mortuus loquitur in testamento, quo me apud te esse voluit in prima commendatione. ecquid hoc tibi excidit, qui nihil nisi iniurias soles obliuisci? Est Conciliatio igitur cū figura, non autem ipsa figura.

PVRGATIO, SENTENTIA.

CAPVT XCIIII.

PVrgatio quoque à veteribus inter figuras numerata, à nobis videtur esse constitutionis pars aut modus: id quod etiam de Metastasi dicebamus. Etenim si dicam, Non feci, non hoc, non sic, nō tune: coactus, nesciens. quænam hæc tandem figura fuerit? qua ratione Sententia debet à figuris excludi. nihil sanè figuræ fit, si dicam, Mori miserum non est. Figuram tamen admittit, sicut & cæteræ species orationum: puta, per interrogationē, *Vsque adeo ne mori miserum est?* hoc quoque contra veterum opinionem.

EPILOGVS.

CAPVT XCV.

VItæ aliæ fortassē aut sunt aut esse existimantur figuræ præter has, quæ hīc posse desiderari videantur. Verùm si ita contigerit vt à nobis positæ non sint, id adeò propterea factum iudicetur, quòd aut Poetis inutiles, aut eædem cum hisce nostris existant. Quòd autem figurarum genera, definitiones, præcepta, exempla describere aggressi simus, quæ à nonnullis putabantur ex Oratorum libris peti debere, multæ magnæque causæ intercesserunt. Principiò non omnes figuræ oratoriæ sunt: quædam enim solis sunt Poetis peculiares, vt Prolepsis species illa, *Portúsque require Velinos*. & Suspensio ex narrationum intermissione, & aliæ, quæ quum sint iis affines quibus vtuntur Oratores, necesse nobis fuit illas quoque attingere. Deinde Poesi quæ essent adhibendæ, eruendæ item ex Poetis erāt: vt ea similitudine facilior esset aditus ad inuentionē. Præterea qui eas tractauere, non omnes persequuti sunt. Quidā nominibus tantùm positis, rem non docuere. Definitiones atque naturas earum multi peruerso iudicio deprauarunt. denique confusas illi, atque omnes quidem, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

digestâsque dissipauere. Nos primi, quemadmodum alia multa, non sine magno discrimine iudicii ad certa capita reduximus.

PRÆCEPTA IN VNOQVOQVE genere Poematũ. Heroica. Caput xcvi.

DIcebamus suprà, omni in re vnum quippiã esse rectum ac primũ: quod aliorum norma sit, ita vt ad id cætera omnia referantur. Tota igitur in Poesi, Epica ratio illa, qua Heroum genus, vita, gesta describuntur, princeps esse videtur: ad cuius rationem reliquæ Poeseos partes dirigãtur. Quæ partes propterea quòd variæ, vt in primo libro indicauimus, existant: ita superiora præcepta vniuersalia ex Epica maiestate mutuabimur, vt secundum cuiusque aliarum idearum naturas, aptentur argumenta rerum. Post igitur communes leges, priuilegia specierum instituamus, ab ipsis Heroicis sumpto initio. Inuentis ergo rebus & personis, quas temporibus locisque accommodes, è quibus euenta deducas: reliqua est dispositio, cuius ratio sanè peruulgata est. Nequaquam ab ouo, vt monet Horatius, incipiendum. hoc primum præceptum esto. id est sumẽdum principium ab illustri re, eáque rum cognata tum proxima. Quod à Lucano obseruatum fuit: qui bellum ciuile scripturus, statim apponit Cæsarem ad Rubiconis transitum: vnde hostis à Senatu iudicatus, bellum facere coactus fuerit. Altera lex: Non recto tramite ducendam narrationem, ne tædium pariatur. Res enim eadem sæpe iteranda, sæpe etiam inculcanda est necessariò. id quod communibus præceptionibus, quæ suprà positæ sunt, maximè aduersatur. Hoc ipsum igitur quod pro principio sumes, ne statuas in principio. ita enim auditoris animus est suspẽsus: quærit enim quod nondum extat. Ea sane vel vnica vel præcipua virtus, auditorem quasi captiuũ detinere. Quare summus Poeta ad eum modum digessit, vt Æneæ narrationis finis, fuerit operis initium,

Hinc me digressum vestris deus appulit oris.

Reliquus tractus æquabilis, sed interruptus rerum nouitate: quæ tamen aut partes sint argumenti, aut ad ipsum pertineant. Inserta enim historia de Camilla eò spectat, vt eius mors Aruntis luatur morte. Quo item loco non obseruata à Criticis varietas admirabilis est. nánque in catalogo, quum multorum patriam, parentes, genus, natalia scripsisset, pauca de celeritate Camillæ aspersit: cuius integram vitam ex narratione Dianæ declararurus esset, pari sanè cum priori lege ratione. Hanc disponendi rationem splendidissimam habes in Æthiopica historia Heliodori. Quem librũ epico Poetæ censeo accuratissimè legendum, ac quasi pro optimo exemplari sibi proponendum. Diuides autẽ vniuersum librum in libellos, naturæ imitatione: quæ partium partes facit, quibus coniat totius corporis constitutio. Verùm quod nemo præter diuinum Maronem seruauit, ita certas coniicias in materias: vt libri ipsi illos sibi terminos quæsisse videantur. Id quod in Æneide si contempleris, facilè inuenias. Nam in Georgicis res ipsæ sanè vel imprudentem coegissent. Totum verò argumentum petitur è vita ciuili. Partes tamen potiores inter personas dantur Regibus atque Heroibus. Dii miscentur, vt suprà docuimus. Inter negotia, prælis agitur. Cætera attexuntur ad varietatem. Ambitiosè igitur fecisse videtur Sallustius quibusdam, quòd Poetarum more quum dicere orsus esset de Catilina, omissa ea narratione, repetit historiam ab ipsis vltimis Romæ rudimentis. Nos virum suo in genere præstantem atque incomparabilem, cùm rectè tum necessariò fecisse iudicamus: vt ostenderet corruptam ciuitatem, cuius & pars esset Catilina nequam ipse, & participes habere posset multos sceleris ac nequitiæ suæ. Neque Musæus in Leãdri historia lepidissima damnãdus est, quòd eiusmodi legem non seruauit. Est enim illa quasi Tragœdia, vt rei & principium & finis suo vtrunque loco rectè sit.

Sallustii Catilina.

Musæus Leander.

TRAGOEDIA, COMOEDIA, Mimus. Caput xcvii.

TRagœdia, quanquam huic Epicæ similis est, eò tamen differt, quòd rarò admittit personas viliores: cuiusmodi sunt nuncii, mercatores, nautæ, & eiusmodi. Contrà, in Comœdia nunquam Reges, nisi in paucis: quemadmodum lusit Plautus in Amphitryone. de Palliatis loquor: nam Togatarum & Trabeatarum dignitates pro suo arbitrio Romani confinxere. Satyrarum personæ ludicræ, bibaces, iocosæ, hilares, dicaces. Mimi, fullones, calcearii, lanii, fartores, salsamentarii, olitores. quos ne vetus quidẽ Comœdia excludit. Neque enim longè à Mimi idea abest Comœdiæ veteris argumentum. Actuum tantùm diuisione, & Chori interpositione auctior. Tragœdiæ ac Comœdiæ idem modus repræsentãdi: sed diuersæ res & ordo. Res Tragicæ grandes, atroces, iussa Regum, cædes, desperationes, suspendia, exilia, orbitates, parricidia, incestus, incendia, pugnæ, occæcationes, fletus, vlulatus, conquestiones, funera, epitaphia, epicedia. In Comœdia, lusus, comessationes, nuptiæ, repotia, seruorum astus, ebrietates, senes decepti, emuncti argento. Satyrarum materia, saltationes, conuiuia, potationes, dicacitates. Mimorũ mercaturæ plebeiæ, ignobiles, doli, astus rustici, productiones, lenocinia, ioci, lusus, impostura. Tam exitus quàm initium Satyrarũ, procaces, instabiles, incerti, varii, non cohærentes. Mimorum abrupti: adeò vt persona vna abeunte, cæteræ discedant re plerunque infecta. Fugę, infectationes, ignauiæ, væcordiæ. Parodiæ, quibus seria imitantur, imitando subuertunt. sententiæ inexpectatæ. Exempli gratia, Iusiurãdum si violandum est, bibendi causa: cæteris rebus

mõr colas. Ex Euripide, cuius verba Cicero: Regnandi causa. & pietatem colas. Allusit enim simul & subuertit ex pietate mõr. Tragœdia verò tota grauis, ea sanè quæ vera Tragœdia est. nam quædam fuerunt Satyricæ, in quibus præter quarundam personarum grauitatem, parum differunt à Comœdiis: qualis est Cyclops Euripidæ. tota enim vinum est, tota ioci. exitus tam lætus, vt omnes Vlysis socii liberentur: solus Cyclops oculum amittat. Neque absimiles Mimorum exitus: quippe tota Scena Vlysis abitu deserta fuit: solus Gigas cum saxo relictus. nam & Comœdiæ multæ infelices quibusdam fines habent, sic Miles Plauti, & Asinaria, & Persa, & aliæ. nec minus lætæ Tragœdiæ non paucæ. In Electra enim præter Ægisthi cædem lætitia multis apud Euripidẽ. In Ione felix exitus, & in Helena. Æschyli quoque Eumenides, res quidẽ cõtinet Tragicas: quippe cædes ac furias. ordo tamen Comœdiæ similior. Initia lęta φύλαξ: Clytemnestræ turbida, ob mariti aduentum. inde cædes. læta Electra & Orestes. finis omnibus lætus, Apollini, Orestæ, populo, Palladi, Eumenidibus. vt nequaquam sit quod hactenus professi sunt, Tragœdiæ proprium, exitus infelix: modò intus sint res atroces. Quum igitur ex historiis argumenta petant, curandum est ne multùm ab ea deflectantur. At priscis nequaquam ea cura fuit. Æschylus enim Prometheũ affixit rupi ex historia Græca, fulmine tamen absumptum fingit, vt ex hoc perficeret Tragœdiã. Nihil enim dirum in fine esset: sed in principio tantùm, vbi affigitur caucaso. Traduut tamen ab Hercule aquilam depulsam, alii etiam interfectam sagittis: cúmque ab Ioue solutum, pro eo quòd monuisset ne eũ Thetide concumberet. Fore nánque vt pareret illa patre puerum præstãtiorem. Etiam Euripides de Helena ea finxit, quæ vulgatæ historiæ maximè aduersentur. Obiecerunt autem Euripidæ, quòd sceleſtas atque impuras fœminas adduxerit in Scenam. Quid enim fœdius Phædra, & Iocasta, & Canace, & Pasiphae? quarum turpitudine populus fieret deterior. Ille cõtrà, ab sese non hęc, sed quales quales fuerint, ostendisse. quin historias ipsas quoque abolendas esse, si nequitiæ nullæ sint audiendæ: qua de causa etiam Comœdiæ in precio sint, quarum cognitione damnentur vitia quæ in eis recitantur: præsertim quum impurarum mulierum viram mors infelix sit secuta. Quum autem sententiarum duo sint modi, vtrisque tota Tragœdia est fulcienda. sunt enim quasi columnæ, aut pilæ quædam vniuersæ fabricæ illius. Sanè sententia simplex ac præcisa est, vt illa, Mors bonos beat. Alterum verò genus pictum ac fusum: veluti sic eandem si dicas, Nolite existimare bonos interire, quorum animus per se immortalis, ad eas sedes vnde profectus fuerat, euolat ex his miseriis. Minus etiam aperte in persona; veluti quum loquitur Socrates in Apologia, & in Phædone. Res autẽ ipsæ ita deducendæ disponendæque sunt, vt quamproximè accedant ad veritatem. neque enim eò tantùm spectandum est, vt spectatores vel admirentur vel percellãtur: id quod Æschylum factitasse aiunt Critici: sed & docendi & mouendi, & delectandi. Delectamur autem vel iocis, quod est Comœdiæ: vel rebus seriis, si verò sint propiores. nam mendacia maxima pars hominum odit. Itaque nec prælia illa, aut oppugnationes, quæ ad Thebas duabus horis conficiuntur, placent mihi. nec prudentis Poetæ est, efficere vt Delphis Athenas, aut Athenis Thebas, momento temporis quispiam proficiscatur. Sic apud Æschylum interficitur Agamemnon, ac repente tumulatur: adeóque citò, vix vt actor respirandi tempus habeat. Neque probatur illud, si Licham in mare iaciat Hercules. non enim sine veritatis flagitio re præsentari potest. Argumentum ergo breuissimum accipiendum est: sdque maximè varium multipléxque faciũdum. Exempli gratia, Hecuba in Thracia, prohibente reditum Achille. Polydorus iam interfectus est. Cædes Polyxenæ. Exoculatio Polymestoris. Quoniam verò mortui quidam non possunt introduci, eorum phasmata, siue idola, siue spectra subuenium: vt Polydori, vt Darii apud Æschylum, quod & suprà dicebamus. Sic Ceyx apud Ouidium apparet Halcyonę. Ex qua fabula si Tragœdiam contexes: neutiquam à digressu Ceycis incipito. Quum enim Scenicum negotium totum sex octóue horis peragatur, haud verisimile est, & ortam tempestatem, & obrutam nauem eo in maris tractu, vnde terræ conspectus nullus. Primus actus esto cõquestio. hinc Chorus detestans nauigationes. Secũdus actus, Sacerdos cum votis, colloquens cum Halcyone & nutrice: aræ, ignis, piæ sententiæ. hinc Chorus vota approbans. Tertius actus, Nuncius de orta tempestate cum rumoribus. hinc Chorus, exempla adducens naufragiorum: multa apostrophe ad Neptunum. Quartus actus, turbulentus, vera iam fama: Naufragia ex nautis, mercatoribus. hinc Chorus rem, quasi defunctum sit, deplorans. Quintus actus, Halcyone anxia mare spectans, cadauer procul videt. hinc mutatio vtriusque, quum ipsa sibi manus conscisceret vellet. Quæ exempli gratia pro formula posita, augebis aliis personis. Illud verò maximè inspiciendum est. Cuiusmodi vtaris inscriptione. nãque ab eo facto, aut ab ea persona, quæ est celeberrima dignitate & infelicitate, aut quæ plurimùm versatur in toto argumẽto, titulus est imponendus. Quare Hecuba dicitur illa Euripidæ, quia ab initio ad calcem vbique est. Verùm quum Tragœdiæ sit infelix exitus, & Tragœdia sit Hecuba, oportuit Hecubam in fine quàm in principio mœstiorem. Id autem nequaquam fit: vltione enim paulò minus tristis. Non igitur rectè Troas inscribi-

Sententiarum duo modi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur apud Senecam. Nihil enim de Troia. sic neque à Choris bene inscribuntur. Quid enim Phœnissæ in tanta clade Thebanorum? præsertim tam longè repetita appellatione. Iam enim Thebanæ erant, non Phœnissæ. Sic neque Trachiniæ. quid enim à mulieribus rogus Herculis? nam Trachiniarum malus casus nullus. Melius igitur Euripides quàm Sophocles, Hercules Oetæus. Melius quàm Euripides Æschylus, ἐπὶ δὶς Σισύφῳ. sed neque Æschylus rectè Eumenides: nihil enim pariūrur, melius Euripides, Orestes. vt videātur certatim eidem argumento alia indidisse nomina. Cæterùm omnes artes rudiores primùm, tractu deinde temporis excoluntur. Quare primùm Thespin egisse puto simplicissime. Laertius ait solo Choro primùm actas Tragœdias. Post Thespin Phrynichus: cuius personas μορσιμους vocat Aristophanes. Post hūc Æschylus tumorem addidit: sed argumēta minimè varia. nihil aut parum aut rarò noui. vnus modus, tenor, tractus. At ea Tragœdia quæ spectatorē explere ac saturum dimittere potest, vnum aut plures euentus habeat. περιπετείας vocat Aristoteles. eæ positæ sunt in fortuna aut hominū conflictus. Ita sæpe ignotæ vel personæ vel loca agnoscuntur fortuitò, aut signis, aut ominibus, vt fatale cruētum Virgilii, aut oraculis. Itaque totum corpus fatale dicitur ab eo σύστασις: Turbatio negotiorum, Nodus: multa enim connectuntur. Exitus, λύσις. Articulus ille quo coniungitur vtrunque, ἁρμὸς τόπος. Est autem euentus aut infelix, aut cum infortunio coniunctus. Malorum C lætitia in luctum. Bonorum mœror in lætitiam, sed cum periculo aut damno exilii, iudicii, cædis, vltionis.

Chori quoque rationem ac modum si animaduertas, facilè deprehendes non in quinque, vt nunc, actus diuisas fuisse fabulas. Siquidem verum est quod aiunt, inter actus Choros insertos pro tibicine: quemadmodum in primo libro satis demonstratum est. Sanè in Æschyli Prometheo Chorus bis terve inseri videtur. nisi Iò & Oceanum pro Choro quoque accipias. Quāobrem quinquies ibi Chorus adduceretur: sicut in Agamemnone eiusdem, & in Hecuba Euripidæ, & in Sophoclis Philoctete, Electra, Oedipo, in Colono, & in Senecæ Oedipo. Igitur si quinque sunt Chori, sex erūt partes. suam enim quisque sequitur. & post quintum adhuc sexta pars in ipsa Catastrophe. Non enim numeratur pro iusto Choro is qui fabulā claudit. qui semper apud Græcos, apud Senecam semel: sicut ille in tota Thebaide nullū: in aliis sex fabulis quater tantùm, vt verè in iis sint actus quinque. Is autem quo clauditur fabula, semper quasi iudex ostendit quid factum sit, cum sententia. In Sophoclis Philocteta suauis admodum, ac potius Comœdiæ seruiens. totus enim exhortatorius est ad abitionem. Sophocles in Trachiniis sex posuit Choros: in Aiace quatuor tantùm iusti A sunt. Euripides verò in Hippolyto coronato, Choros octo videtur adduxisse: atque eos adeò inæquales, vt primus ex nouem versiculis, secūdus ex octo, tertius ex multis, cum Phædræ oratione mistis: quartus ex multis sine interpellatione: quintus paucis: sextus multis: septimus nō multis: octauus multis. Totidem in Alcesti, neque valde ab illis dissimilibus. In Iphigenia in Tauris, sex manifesti. In Troadibus haud facilè distingues. Est autem modus Choris apponendus. Primus Chorus Iphigeniæ in Aulide plus centum quinquaginta versibus constat. In Æschyli Agamemnone supra ducentos legas. Neque id negligendum, vt Chori materia semper ducatur ex idea argumenti vel totius fabulæ, vel præsentis fortunæ, loci, personæ, & eiusmodi. id quod optimè ab Euripide seruatum, à Sophocle neglectum est. Non semper canit Chorus: sed omnes interdum loquuntur, aliquando vnus. Videmus ergo & Iambicis loqui, & interdiuerbia versari. Sicuti contrà, personas colloqui & cum Choro & inter se eo genere versiculorum, quod Choris attribui consueuit. Constare autem potest quouis carminum genere. Sophocles anapæsticorum obseruantior. In iis enim quæ extant, rariorem trochaicum inuenias, vt in Oedipo tyranno, quibus claudit fabulā. quibus crebrius vtitur & Euripides & Æschylus. Vsus Chori præter eum quem dicebamus, ille quoque est: vt post longam cuiuspiam orationem, bini Iambici ab eo apponantur. In fabulæ fine frequentius anapæstici tetrametri acatalectici, quorum vltimus trimeter hypercatalecticus magna ex parte. non enim semper: vt in Iphigenia in Aulide. In fine tamen Ionis trochaici sunt. Festiuus ille profectò, qui multas suas clausit eadem sententia iisdem versiculis,

Τῶν δ' ἀδυμάτων πόσιν Διρκᾶ θεὸς,
Τοιόνδ' ἀπίζω τόδε κρέτος.

Quippe Alcestin, Andromachen, Bacchas, Helenam. Erat autem multiplex officium Chori. Interdum consolatur: aliquando luget simul: reprehendit, præiagit, admiratur, iudicat, admonet, discit vt doceat, eligit, sperat, dubitat. Denique Chori omninò est ἀνθρωπίνη & μέση. Negat Aristoteles ἀπηρῶσθαι habuisse Choros tragicos, quia non in narratione simplici, sed in imitatione versarentur. Itaque etiam leges illas, quas νόμους dicebamus, ab eis sustulit: permisit cātiones. neque hâc ob causam harmonias illas duas admisisse, ἡ ὑπολυδιστὶ, ἢ ἡ ὑποφρυγιστί. Quia, inquit, eiusmodi harmoniæ non constant cantionū formulis quę dicuntur μέλη, quæ potissimùm pertinent ad Choros. Sed propterea quòd Chori sint in primis, vti dicebamus, ἀθικοί, illam quæ vocabatur φρυγιστί, eis maximè cōpetere. ea nánque actiones aptissimè repræsentari. Abolet etiam ab vsu Chori πλὴν ὑπολυδιστὶ: quòd hæc, vt suo loco monebamus, magnifica esset ac stataria: quorum neutrum conueniat Choris. Sed

sed præter cæteras eam citharœdi sibi vindicarint. Scenicis igitur negotiis aptari hypodoriō: quoniam ea interfint Regum atque Heroum. Phrygium decere personas humiliores: è quibus Chori constent. quæ fuit causa vt eorum animi demitterentur ad lamentabiles conquestiones in cāticis, quæ à turbulētis abhorrerent. Contrà Hypophrygion ad Bacchanales commotiones atque perculsiones. Quū igitur Chorus sit otiosus curator rerum atque euentorum quæ in fabulis exciperentur (sic enim illius interpretor κηδεμονικὸν ἀσφαλτικὸν) non ei competebat harmonia ἀσφαλτικὴ, qualis hypodorion & hypophrygion, id est negotiosa: siue, vt opici solebant, exitiosa. Chorus nánque profitetur affectus solos beneuolentiæ erga illos quorum esset B assecla. Ipsam enim cantionem, quæ suapte natura mollis sit ac lenis, ne faceremus asperam atque motibus concitatam, cautio fuit.

Quod autem de Prologo scriptum est in primo, nequaquam pro ea parte recipitur in Tragœdiis, quæ est apud Comicos separata: sed pro ea quæ Protasis dicitur, qualis est in Andria Terentiana. Cuius quidem propositionis atque argumenti narrandi studiosum fuisse dicunt Euripidem. Frequens enim apud illum. In Rheso (si tamen eius Poetæ Rhesus est) nullus Prologus. Hæ rationes igitur ac partes, earúmque modi Tragœdiis, quas neque, sicuti dicebamus, simplices oportet esse, neque verò monstrosas. cuiusmodi reprehendunt apud Æschylum: qui in scena sedere fecit Achillem, Niobem verò etiā C opertam: quorum neutri vllam attribuerit orationem. Id quod eo consilio commentum ferunt æmuli, quò spectatores animi penderent, atque expectarent, quorsum tandem, aut qualem in orationem eorum erumperet silentium. tum interea staret fabula, etiam si minus placeret. Sed hìc occurret aliquis, Positā esse in poeseos definitione delectationem. at in Tragœdia mœror, luctus, planctus, miseriæ, qui possint oblectare? Quia enim non in lætitia sola iucunditas sita est, sed ex quacunque disciplinæ adeptione capi potest. Discit autē spectator. quem ad modum picturarum quoque facies horribiles nihilò secius spectantur & iuuant.

Comœdiæ autem ratio non vna fuit. quidā enim modò risum captarent, nihil cætera curabant: qualis fortasse fuit Epicharmus. eius enim ad exemplum properare Plautum scribit Horatius. Quòd si Apollodorus aut Menander eiusmodi exisunt, qualis eorum Terentius imitator: sanè sunt languidiores. vt non temerè scriptum sit, à Philemone Menandrum sæpenumerò populi iudicio superatum. Erant enim Iudices, quorum sententia palma deferebatur victori: quum in ludis publicis plures Poetæ certarēt. Ira se declarat Hesiodus vicisse. ita sæpe optat in Parabasi aut Epirrhemate victoriā Aristophanes. cuius Commentarii ea in fabula, quæ Pax

Epicharmus.

Menander.

inscribitur, aiūt illos ἀκροβολισμοὺς appellatos: quos etiam αἰσυμνήτας alibi diximus in certaminibus. Tametsi verius esse quod alii dicunt, existimo: ἀκροβολισμοὺς fuisse magistratum similem Ædilibus, aut Ædilium apparitores: qui darent operam ne quid noui fieret inter spectatores, vtque suo quisque sederet loco. inter quos Oceanum nominat Martialis. Ae veteris quidem Comœdiæ argumenta omnia falsa, festiua, mordacia, maledica: vt quocunque verbo pronuntiato, illico ea piatur occasio ad aliquid subsannandum. Quid alii ea in parte valuerint, quia nihil extet, parū constat: quantus fuerit Aristophanes, satis ex eius scriptis patet. Nihil ferè à quoquam dicitur, quod non ad alicuius perniciem accommodetur. Omnia oportet esse aut noua, aut repentina. Quid enim nouum magis, quàm vrbis ædificatæ respublica in aere? exitus omnis ad illius aduersus quem scripta est fabula, probrum atque vituperationem, aut irrisionem. Qui risus ex incendio Phrōtisterii in Nubibus? Qualis fortunæ commutatio in iuuene & anu à lepidissimo Pluto? Cuiusmodi traductio Cleonis & Lamachi. Quanta expectatio in iudicio Liberi de eligendo tragico Poeta? multi enim ex spectatoribus Euripidæ, alii Æschylo fauebant. Quæ Poetæ prudentia, ne quem è populo offenderet, apud quem sine controuersia Sophocles plurimi fieret? Sententiæ verò ipsæ ancipites semper, quas ob risum deīde aliquis in deteriorem vertat partem: aut in meliorem propter admirationem. Dixit Æschylus cum Euripide simul mortuam Tragœdiam. quàm id est ambiguum? potest sanè intelligi post Euripidem nullum relictum tragicum Poetam. at aliter sese habet res. Sciuerat populus Athenienſis, vt solius Æschyli fabulæ post eius mortem referrentur: quare eius poemata etiamnum viuebant. Risus autem frequens etiam ex parodia. quum serium versum deflectunt in ridiculum. Exempli gratia vnum ponam ex Acharnensibus. in armorum iudicio apud Æschylum ille fuit,

Δίσσευτα πυτίνακτα ὑπ' ἀσπίδων ἔχειν.

Ad anguillam à Thetide transtulit Poeta,

Πρόσβλεπε πυτίνακτα κατὰ δίνην κυρεῖν.

D Similis modus vbi Lamachus petit arma à puero: Dicæopolis, qui bellica & irrideret propter incommoda, & detestaretur propter atrocitatem: pacémque iccireo & procuraret & suaderet. contrà totidem versibus ac penè verbis petit, instrumenta culinaria. Illud verò festiuissimum, quum detracturus è lancea thecam, iubet puero vt altrinsecus teneat, quoad educat ipse. Veru Dicæopolis imperat puero vt teneat, quo ipse turdos eximat. Vides enim facti similitudinem ad vnguem: rerum tantam dissimilitudinē, quanta videtur inter curam viuendi & ambitionem moriendi. Cætera per se quisque aut ex illo petat ad imitationem, aut noua inueniat, quæ alii queant imitari. Qualem fabulam scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pferamus nos, cui Senio nomen fecimus: in qua Barauo tintinnabulo sonum sustulimus, tanta rerum nouarum inuentione, vt septem Erasmis non vni potuerit esse satis. Ex hac veteri potissimum Mimi orti sunt. Perpauxillum nanque differunt. Omne personarum genus introducere licet. Quatuor etiam in eadem Scena loqui, nulla religio est. Vel animaduertas quum excitat in Ranis Aristophanes cadauer, & facit loqui. Quot personæ subinde in fine Pluti? quot in Auibus? etiam Mercurius ipse. item in aliis. Quin non sola Parabasis, aut Epirrhema, aut Antirrhema ad populum verba facit: sed etiam personæ ipsæ in diuerbiis. Quum igitur noua Comœdia castigatior sit, nihilò tamen secius & in Mercatore & in aliis. Plautinæ personæ cum spectatoribus sermonem serunt, nulla sanè populi offensione: quippe non ad discendam sermonis puritatem eò confluebant, sed ad animũ risu ac iocis relaxandum. Quò factum est vt & lectissimam orationem, & artem summam Terentii multorum Comicorum facetiis postponerent. Nam qui Terentii studiosi aduersus Volcatium Sedigitum, eum anteponunt iis quos ipse illi prætulisset, non pessimè faciunt, non rectè tamen sentiunt. Quid enim mea si Attilius, vt aiunt ex Ciceronis iudicio, ferrum aut lapides loquatur: sanè puto vnumquenque ipsorum suis temporibus, quod ad loquendi rationem pertinet, satisfeciſſe: at res putentur ipsæ: profectò languidiores erunt Terentianæ. Cur igitur nos pluris hũc quàm Plautũ, facimus? Propterea quòd summum nobis nunc studium est bene loquendi: rerum plurimarũ non solùm notitia scientiam, verùm etiam nobis inuẽtio gloriam attulit. Quamobrem M. quoque Tullius in prima est hodie commendatione: Seneca à paucis probatur. Quum tamen pauxillum sapiẽtiæ vel summa optimáq; dicẽdi ratione lõge sit præstãtius. In noua igitur Nuptię, & Amores maxima ex parte: Riualitates multæ: Virgines emptæ à lenonibus, quæ sint liberæ, quæq; liberæ inueniantur, aut annulo, aut crepundiis, aut nutricibus, à patre, à matre, ab amatore, à fratre, semper cum lenonum infortunio. Cæterùm, vel ex Authoribus, vel ipsius vitæ nostræ exemplis sibi quisque quãtum volet, sumet. Differt autem à Tragœdia in eo quoque. Illa enim accipit ex historia & rem & nomina primaria: vt Agamemnonis, Herculis, Hecubę: aliqua affingit: at Comœdia fingit omnia, atque personis, maxima ex parte, pro re imponit nomina. ὑποκρίσια verò ne putes esse Tragœdiæ aut Comœdiæ tantùm, quodcunque enim introducitur præter propositum argumentum, eo nomine ab Aristotele significatur. Sic ergo vestis Ariadnæ apud Catullum, & apud Virgilium Camillę natalia, clypei cælatura: apud Sophoclem recensio procerũ in Philoctęta. Io in Æschyli Prometheo. Fabula Europæ & Hypermestræ apud Horatium.

Chori autem ratio ita est nobis iucunda, ac partes quidẽ ipsius in primo libro exactius sunt declaratæ. nunc earum vsum certis præscriptionibus instituamus. In Pluto Chorum introducit Aristophanes paucula concinens. Mox cum personis vnum aut alterum versum edit, duobus quoque versibus idem fabulam claudit. Reliqua in fabula nullus. satis tamen constat aut exemptum, aut nunquam interpositum: vt iam tũ eius sit vsus interdictus. nánque Aristophani dies est dictus, quòd eorã legatis lacerãsset mores ciuitatis. Interstitia sanè chori sine choro à Criticis notata sunt. In Commatio igitur alloquitur chorus aliquam è personis, subditur Parabasis, in qua mouetur chorus è loco vbi erat: & ad populum conuersus, aut ex sua, aut ex Poetæ persona dicit aliquid de se, de suis studiis, de furtis ineptissue aliorum Poetarũ. Taxat, tollit, deprimit pro arbitratu suo, vel ex fama, rumoréue aliquem è ciuibus, aut vniuersæ mores ciuitatis, aut aliud tale quid agit. Idque tũ Trochaicis, tum Anapęsticis. etiam Senariis dactylicis, vt apud Cratinum obseruatum est. Sequitur tertio loco ᾠδή, quæ interdum canitur cum cõuersione, id est cum strophe, interdum sine motu: idque quocũque genere versiculorum solutorum: quales apud Melicos Poetas metimur, aliquando tetrametris Anapæsticis. Finita Strophe consistunt ad spectatores conuersi denuò: ibique aliquid profitentur noui Trochaicis, aut Anapęsticis longis, aut etiam Dactylicis. hoc dicitur Epirrhema. Post Epirrhema relegunt vestigia Strophes motu contrario, totidem versiculis atque numeris, quot qualésue fuerant in Strophe. quare appellatur Antistrophe à motu, ἀντῳδὴ à cantu cantui respondente. Qua expleta consistunt vt respondeant Epirrhemati, tum quietis similitudine, tum numeris. Igitur hæc inter se respondent. Commation verò & Paracasis nulli. Quin ipsam Paracasin post longos versus multos claudunt aliquando versiculis aliquot. Plato verò comicus Strophen & Paracasin ita miscuit, vt vertẽdo loqueretur. in qua esset tum versio Strophes, tum sermo Paracasis, in fabula πωλάκειον: cuius verba iccirco

Εἰ μὴ μὰ λίαν ἄνδρες
ὑποπτεύω τρόφιμα σκῦφος:
ὃς ἂν παρέλθῃ εἰς λίχνον πιεῖν ἐμέ: ἐγὼ: sunt, τρόφιμα ob τροφὴν: & παρέλθῃ propter φθόγγον. Nonnũquam introducta chori Strophe pauculis versibus, postea interponunt personam cum prolixa oratione. post quam Strophe respondet chorus per Antistrophen. Interdũ canit Strophe cum versiculis: post quam consistit: quare σύστημα vocatur. Tertio loco dãt Antistrophen: quarto alterum σύστημα priori respondens. Habere videtur ergo σύστημα naturam τοῦ ἐπῳδοῦ Lyricorum. Ne tamen putes eundem esse ἐπῳδὸν & ἐπῳδήν. Nam quemadmodum alibi dictum est, ᾠδὴ erat ex aliquot versibus longis magna ex parte. Deinde Strophe

Strophe, tertio loco μεσῳδὴ respondens τῇ στροφῇ, quarto Antistrophe, respondens Strophæ. postremo ἐπῳδὴ par duabus odis superioribus. ἐπῳδὴν tamen etiam ἐπῳδὸν dictam lego, sicut & στροφὴν στρόφον: sed eam tantùm cui non responderet alia ode, neque in medio, neque in fine. Cui subdebatur Strophe cum Antistrophe: atque his in fine loco ἐπῳδοῦ σύστημα. Aliquãdo Strophe ex versiculis aliquot, quibus subduntur longi versus. post quos Antistrophe per omnia par. Est etiam modus alius longè diuersus, ponunt enim ἀνάπαιστος in quo loquitur de re ipsa & personis. deinde Strophas alias super alias, vel sine systemate, vel systemate interposito. Quin etiã post Strophen statim μεσῳδὸν. Sunt igitur omnes hi Chori compositi. Iæpe tamen etiã simplices inuenias: vbi sine motu, sine Parabasi, aut Epirrhemate canit. Sophocles in Philoctete multos posuit versus ex personis Neoptolemi ac Philoctetæ, inter duos Choros: quorũ variis vterque numeris constituitur, nusquam similibus inter se. at ipsi integri alter alteri respondet. Atque hæc quidem præceptionis causa. nam siquis aliter nũc fecerit, puto ei licere posse, quemadmodum sibi licuisse voluerunt illi. Illud nequaquã negligendum est. propterea quòd fabulæ scribũtur non solùm vt agantur, verùm etiã vt legantur: multa ponuntur à Poeta, facilius à lectoribus vt intelligantur. Exempli gratia quod est in Amphitruone Plauti: vbi Iupiter, & Amphitruo cicatricem detegit. Etenim cùm in Scena essent: satis erat si detegerent. scriptũ est tamen, *Deteximus: vide.* Eadem arte Mercurius Vulcano narrat se peruenisse in Scythiæ deserta, vt id intelligerẽt & tunc [illegible] & postea lectores apud Æschylum. neque enim id erat Vulcano ignotum, qui esset deus, quisque ab Ioue iussionem illam acceperat. De Mimo satis dictum puta, quum de veteri diximus Comœdia: nunc Satyra præceptis aggrediamur.

SATYRA. CAPVT XCVIII.

SAtyram non esse Latinã rẽ, quemadmodũ professi sumus, suo loco monuimus. Impræsentia ponamus præcepta inuentionũ. Principiò id est ediscendũ, ne quod fecit Persius, abstrusam ostentes eruditionẽ. quũ enim id [illegible] studeamus, vt meliores fiãt boni, mali à nequitia deterreãtur: quónã cõsilio eã instituam orationẽ, quæ ab auditore non intelligatur? Alterũ est non minoris precii præceptũ: vt ne, dum vitia insectamur, eas ponamus voces, è quibus qui legũt, quadãt deteriores. nã sanè fœditates nemo bonæ nominare debet, nedũ vt literis mandet. Quid enim cogitet adolescẽs, qui certarũ ignarus obscœnitatũ, audiat verba aut vocabula tã nefanda, quàm mõstroso sunt ingenio ii qui ea scriptis suis audent inserere? Malo igitur non reprehẽdere vitia detestãda, quàm in execrãda oratione mereri reprehẽsionẽ. Siquis igitur aliena peccata insectetur: ea modestia vtatur, ne suum librũ efficiat eo nequiorẽ, de quo verba facit. Quid enim tetrius quibusdam versibus Iuuenalis, propter quorum insolentriã vel iusserim vel optarim toto opere abstinere virũ bonum. Sunt tamen inculpata argumenta quædã, in quibus hoc Poematis genere oblectare possis etiã casta ingenia. quòd si aggrediare, intelligẽdũ tibi quot qualésue sint huiusce modi scriptionis species. Vnã genus est quod diuiditur per Ideas. quippe graues personæ tractantur, grauéque res aliquando, aliquando verò tenues. Sic aut atroces aut ridiculæ. Atrox est res veneficii, tenuis Nasidieni cœna. Personæ varietas in Vlysse, Dauo, Messo, Sarmento. Alterũ genus quod diuiditur per modos. Narratio simplex in prima Iuuenalis: Dramatica, i. per diuerbia in Horatianis quibusdã, fine Poetæ persona. Et tertia mista ex vtraque, qualis illa venustissima: *Egressum magna me excepit Aricia Roma.* Tertium genus, quod diuiditur per Characteres, nánq; Iuuenalis ardet, instat apertè, iugulat. Persius insultat. Horatius irridet. iccirco illi Satyras inscripsere: hic Sermonis titulo contentus fuit. Surrepit enim atque insinuat sese in eius gremium, quem mordere vult. Hoc differunt. cõmune autẽ omnibus est profiteri sese omnium penè hostẽ, paucissimorum parcissimum laudatorẽ. se quoque vulnerare, vt alios interficere liceat. nã ne amicis quidem parcunt. Ingratus Horatius, atque animo barbaro, atque seruili: qui ne à Mœcenate quidem abstinere potuit: siquidẽ quod aiunt verum est, Malchinum ab eo appellatum, cuius demissas notaret tunicas. Ager enim Sabinus, quo canicula illa à diuino viro donata fuerat, tantus tantúsque erat, vt obiectu suo posset maleficiẽ oculi vitium intercipere, quò minus tunicarum demissione offenderetur. Partes in Satyra nullæ: quarum legibus ad certũ numerum, certámue dispositionẽ deducaris. Nullum prooemium si non vis. abrupta omnia, non tamen non cohærentia. nánque aut eiusdẽ vitii multos damnas, aut multorum vnũ: aut misces. Verba vulgaria aut sordida, interdũ, éque macello petita, Latina tamen, aut Græca, aut ei genti familiaria, quam incesis: quemadmodum Mastrucatos Iatrũculos vocat Cicero. tanto magis Satyro licebit. An verò liceat Græca Latinis interserere? sanè hoc irridet Horatius. Interposuit tamen Iuuenalis semel atque iterũ. verùm semel, vbi referebat amantiũ lenocinia: qui putidula ac Græcula vterẽtur oratione. ζωὴ καὶ ψυχή. Iterũ autem prudentissimè. nã rectè Ausonius. Dicere enì Latinè flagitia neutiquã decet. Stilus quoque tametsi pro re altior, aut depressior, aut laseiuior: tenuis tamẽ atq; humilis, atq; de medio sũptus. lõgè tamẽ melius arridet si eum Romana puritate iunctura sint molliusculæ. quales Iuuenalis felicissimè est consequutus. duriusculus Persius. Horatius modò sentẽtiæ lacertos expressos ostendat sermone vulga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to, sed lecto tamen: parũ curat numeros. verùm hoc in sequenti libro aptius atq; opportunius.

PASTORALIA. Caput xcix.

PAstoralia continent, vti suo loco dictũ est, Bucolica, Arationes, Messes, Fœnisecia, Lignatoria, Viatoria, Capraria, Ouilia, Holitoria. quibus magnus vir Sanazarus ex Theocrito etiam addidit Piscatoria: nos etiã Villica. Quorum omniũ argumenta inter se sunt varia. Cõmune autẽ illud habent: vt cuiuscunque generis negotiũ semper retrahãt ad agrorum naturã. iccirco præter nemora & agros, siquid ex vrbe oblatum canant: ita tractẽt, vt quasi in agro ortum, aut inuentũ, aut actũ dicãt. ergo Altercationes, Gaudia, Gratulationes, Amores, Preces, Conquestiones, Cãtus amatorii, Monodiæ, Vota, Euentorũ recitationes, Pompæ rusticæ, Laudationes, Oaristiæ, Proci & puellæ disputationes. Quẽadmodũ verò dicebamus, quodcunq; processerit, sub agresti persona comparandum est. quare diuinus Poeta quũ ad Pollionem Salonimum seculi vellet deducere trãquillitatẽ à libris vsque ipsis Sybillinis: hæc omnia Silenũ canentẽ finxit: haud fanè temerè: tametsi à Grãmaticis cõmẽtariis nihil sit animaduersũ. Est enim, vt videmus in Platonis conuiuio, Silenus receptũ atque cõpositæ sapientiæ deus. Ex Æliani quoque historia satis est de ei⁹ narratione ad Midã regẽ à nobis proditũ in 1. libro. Ita prudẽs Poeta neque syluas egressⁿ est, & magna potuit in syluis loqui ex ore dei syluatici quidẽ, sed mystici. paulò grãdiuscula Bubuleis attribuũtur: minora Opilionibus & Caprariis: tenuior stilus Holitorib⁹. Frõdator, Vindemiator, Messor, Lignator, Fœniseca nunquã in opere loquuntur: ne Arator quidẽ. Viatores aut colloquũtur aut concinunt. Per Hyemẽ verò ad focũ finximus nos nouo modo Aniculas, & puellas, quæ Villica inscripsimus. verũ quũ minus esset placita, meritò abdicata sũt.

SYLVÆ. Caput c.

MAteriam ὕλαν dixerunt Græci, inde sylua nobis: innumeris enim penè vel operibus vel officiis suppeditatur à lignis materia. Grãmatici recẽtiores, quòd inuenissẽt in libris vetustioribus alia vocali quàm Græca scriptũ, à silẽdo deductũ malucre, sanè ridiculẽ. Nusquã enim minus quã in syluis silentiũ. minima nanque aura maximi strepitus excitantur. Poematia ergo quædam, vt docet Quintilianus, subito excussa calore syluas nominarunt veteres, vel à multiplici materia, vel à frequentia rerum inculcatarum, vel ab ipsis rudimentis: rudia nanque Poemata, & sanè effusa, postea castigabant. Quũ igitur cuiuscunque rei argumento accepto afflari possis ad meditandã atque illico pronunciandã syluam: operæpreciũ erit nos hîc ponere sua cuiusque loci præcepta: quorũ delineationibus tot tãq; diuersæ facies figuras proprias adipiscãtur.

EPITHALAMION. Caput ci.

AUdationum præcepta cuipiam fortasse videbũtur disponẽda: propterea quòd cuiuis syluarũ materiæ congruant, siue locum celebres, siue personam, siue factum, siue fortunã. Item in consolationibus latè patet locus laudibus. verùm à dicẽdi magistris atq; ex eorũ libris eiusmodi institutiones petendæ sunt. Vna tantùm lex esto: cui⁹ obseruatione numeros omnes explere possis vniuersæ laudationis. necessitas, vtilitas, delectatio. hęc capita cõspicienda, atque aut ex vero afferenda, aut ex verisimili confingenda. Eligendũ verò quod maximè sit illustre, nã si quæ sunt proxima, minus nobilia videntur: longinqua petenda sunt: cætera aut adumbranda, aut silẽtio inuoluenda. Denique pro Poematis argumentique dignitate caput hoc exequendũ: siue Epithalamio accõmodes, siue Genethliaco: siue aggrediare Propẽpticon, siue ineas consolandi rationem. Epithalamium carmen igitur est, quo nuptiæ celebrantur: à Thalamo dictum. est autem θάλαμος cubiculũ nuptiale primo suo significatu, παρὰ τὸ θάλλειν ἄγειν. quod est simul genialẽ vitã agere. Hoc Poematis genus à Græcis est etiam γαμήλιον appellatum. Dicas enim γάμον nuptias, ἀπὸ τοῦ γαίνυσθαι ἄγειν. Idẽ igitur sonat quod & illud: nisi mauis παρὰ τὸ ὑμνεῖν ἄγειν. Eius carminis argumentũ cõsistit è spõsi spõsęq; desideriis. Verùm illius apertè dices studia, curas, celebritates cãtionum, ludorum, armorum: virginis gratia facta omnia. huius autem animum tectis indiciis, conditis suspicionibus innues potius quàm profiteberis. Expugnatum castissimũ pectus pietate erga inuenẽ tabescentem: cuius virtutes commemorando excusabis excusationẽ. Aliquando finges à Venere aut Cupidine vi coactã: quę pridẽ eorum regnum contemptui habuisset. Secũdo loco explicabuntur laudes vtriusq;: à Patria, Genere, animi studiis, corporis præstantia. Tertius beneominabatur. quarti lusus lusúsque est totius, alterutrũ aut vtrũque blandè appellãdo: modestius virginẽ, haud modestissimè tamẽ obiiciendo quædã: puta prælii futuri metũ, victoriã, è lacrymis risum, è spe lætitiam certam. Quinto loco sobolem pollicetur, vota facit, vaticinatur. Postrema pars exhortationẽ continet ad somnum: de somniũ quidẽ aliis, illis verò vigiliã. Thalamus ipse interea laudatur, aut sine laude pingitur, aut nuptæ vestis, aut πέπλος, i. velum tori maritalis, cuius obtentu sacra illa pudẽtius peragũtur. Intermiscẽtur verò etiã ioci petulãtiores, quæ ab antiquis Fescenina carmina dicebãtur. Nominis morsque origo à Cãpaniæ oppido Fescenio, vel vt alii malũt, Sabinorum. sic deduxit Festⁿ. nã quod addit à Fascino quoque dicta credi posse, minus probant verba ipsa, quæ nõ lasciua solũ, sed subturpicula quoq; sæpe audiũtur. in illis enĩ aliud quã fascinũ subitelligas: nisi iocari mauis, atq; nõ βάσκανον, sed Horatianũ agnoscere fascinũ. Cęterũ hoc fascinũ in nuptiis & admittitur & vltrò arcessitur: necessariũ nãq; est. fascinũ autẽ illud cantib⁹, votis, medicamẽtis arcetur. Quare mariti ædes eius ergò ita muniebãt, vt postes vittis laneis adornati, oleo, aut adipe suillo lupinóue inungerentur. Quòd si in ipsa adhortatione laudare velis nuptias, tum exemplis ages ab historiis: tum naturalium rerum principiis poteris aspergere. ergo Peleiae Thetidis felicem canes coniunctionem: quã præsentia sua dii omnes dignati sint: cuius celebritatẽ Parcæ ipsæ suo cantu fecerint auctiorem: è qua omnium mortalium fortissimus Achilles ortus sit. Liberi patris atque Ariadnæ torũ. Satyrorũ Silenorúmque lasciuia illustrẽ in medium afferes. Herculis atque Hebes cõiugium licebit memorare: cui nihilo secius astiterit vniuersus deorum cœtus. In quo Pyrrhicam saltauerit Mars: Mercurius palæstricos ediderit motus: Apollo cecinerit Hymenæum: Venus pronuba fuerit: Gratię tulerint tedas: Musæ modos fecerĩt: Sol fuerit œconomus: Diana struxerit. E ritibus etiam nuptiarum, laudibus aliquid addi poterit. Etenim Flamen Dialis apud Romanos mortua vxore sacerdotio se abdicabat. De rerũ verò natura educes Amorem atque amicitiã à primordiis ipsis atque rudimentis mundi. qua tẽpestate post digestum Chaos, Cæli terræq; sunt nuptiæ celebratæ. Quorum coniunctione & tunc species omnes productæ sunt: & ad eorum imitationem generando propagatæ: vt quod materia prohibebat, formarum ordinata successio adipisceretur immortalitatem. Amoris præterea multa laus peti potest è Platonis Symposio: sed ita vt & quæ dicuntur ibi, & quæ à nobis hîc allata sunt, à prudenti Poeta dissimulẽtur. Quid enim: si hinc hæc sibi quisque depromat præcepta, vnũ atque idẽ omnes sanè dicent. Alloquemur etiã per Epiphonemata Hymenæum: quẽ tanquã nuptiarum deũ per intercalares versus inuocant aliquando: nonnunquã in ipso statim carminis aditu. addimus eius laudes, miscemus ioca. Ab ea pellicula, quę in virginũ natura obtenditur, eius ducunt appellationẽ: Latinis Talasio dictus est. Causã afferunt è raptu Sabinarum. quæ historia est etiam à Plutarcho scripta. ambigit tamẽ indène an à lanificio ducta sit ea vox: πρὸ τῆ πάλης enim etiã πάλασις vocatos ait, in quibus lana contineretur. vnde & πλαστουργοὶ lanarii opifices. haud sanè ineptè: Nouę enĩ nuptæ pellẽ cum vellere substerni, lana, quẽadmodum dicebamus, postes obnubi: colum in põpa, vti mox dicemus, ferri. quasi verò ad opⁿ faciendum, non ad deponendã virginitatem deduceretur: aut sanè quòd eiusmodi argumentis sedulitas futuræ matrisfamilias designaretur. sicut apud Græcos etiã cribrum præferebatur, & ante thalamũ pistillum alligabatur. Non id Romę. facta enim de raptu cum Sabinis pace, inter eos conuenit ne eorũ vxores molerẽt, néue coquinã facerent. A lana igitur sic Talasionẽ deducũt. illud tamẽ secretioris fortasse fuerit eruditionis. πάλαι δὲ μελλονύμφοις, i. despõsatã virginẽ dicebant veteres. quare eadẽ vocis vestigia cũ Talasio maximã habere videntur affinitatẽ. sed de hoc amplius in Originibus. Ea voce vsus est Sophocles in Antigona: atque hæc quidẽ ad hunc modũ. Cærerùm vt multis è locis argumenti varietas excipi queat, rẽ ipsam, quẽadmodũ apud Romanos apudque exteros fieret, indicabimus. Nuptiarũ dies erãt legitimi tres. Primus à Græcis dicebatur ἐκφώνησις, non pessimè Latinè à nobis Despõsalia: in eo enim despõdebatur virgo. Alter dies appellabatur ἀναύλια, in quo nuptiæ fiebant. Latinè potes, Decubationẽ. sic enĩ erat in legibus flaminis Dialis: De lecto suo trinoctiũ ne decubato. In soceri nãq; ædes transibat spõsus, vbi fiebãt nuptiæ. qui eũ illò deducebat, dicebatur Paranymphus. Diẽ tertium ἐπαύλια, Latini Repotia. In quo sponsi affines de suo faciebãt conuiuiũ. ita verò demũ in soceri spõso thalamus adornabatur, vbi fierent nuptiæ, si sponsa esset virgo. Quæ viro tunc dona dabat, iccirco eadẽ voce dicta ἐπαύλια. inter quæ dona vestis etiã eadẽ appellatione, ἐπαυλίστρια. Si autẽ vidua esset, ad spõsũ ducebatur. qui deducebat Nymphagogus nominabatur. Apud Rhodios mos erat per præconem sponsas arcessiri. spõsus domi sedens aduenientẽ excipiebat. In prima verò die vbi despõsatio futura esset, nobiliores familiæ non niũ auspicatò conueniebant. Optima augura à turture & cornice: ita verò demũ, si par integrũ apparuisset. singulares autem vidisse, pessimo habebatur. iccirco in ritib⁹ antiquis, aut Orus Apollo, tenuisse consuetudinem, hæc vt verba in nuptiis accinerẽtur, χηρὸς κέρα κορώνης, quibus ex felici domo cornix singularis, i. vidua, vt exigeretur, ancillæ imperabatur. quãobrem in cõmentariis Pĩdaricis non rectè scriptum est in plurali κορώνας: cõiunctio enĩ auspicatissima. Sanè vtrunque animal adeò sui cõiugis studiosum, vt eo morte affecto, superstes nullius appetat præterea cõiunctionẽ. Cornix verò adeò casta, vt nullã coitus persequi fœditatẽ, ore concipere credita sit. tametsi opinio hæc in iii. De generatione animaliũ reprehẽsa sit. Nõ parũ gratiæ ex hisce auibus Poemati adiũgetur. Post auspicia, sacra faciebant, porcúmq; Iunoni immolabãt: quam τελείαν fas erat nuncupare. Prætérque eã inuocabant Ioué τέλειον, Venerẽ, Dianam Cĩxiã, Suadelã. ac Διὰ quidẽ τέλειον, & Ἥραν τελείαν vnus & alter Iouem adultum & Iunonẽ adultam sunt interpretati minus sanè bene. Vt quid? an quia nõ nisi adultis nubere, atq; vxorẽ ducere licet? Alii παρὰ φερνίλιον, quod verbum attribuit Pollux sponsalibus sacrificiis, initiari Latinè dixerunt: τελεσθῆναι enim sic dicebãtur. Verũ haud ita est. τέλος veteres aiunt idem fuisse quod & γάμος. propterea quòd humanæ vitæ perpetuatio nuptiarũ merito perficeretur. iccirco τέλειον nuptiale sacrificium & nuptiarum diẽ æquè dixerunt. atque etiã tum à nuptiis tum ab earum numine

Universidad de Deusto
Biblioteca

idē sacrificium ἐκτρύλιξ, vt ait idem Pollux. προτρύλιξ verò sacrificium pridianum. Quā vocē etiā apud Lucianū habes τοῦ ἢδ' ἐπὶ τῷ ὠδῖνι πυόντων. Igitur profectò erit Ζεὺς τέλειος Iupiter nuptialis. quibus diis deabúsque comæ partem virginis tāquam primitias offerebant. Hostiæ verò exceptum fel circum aram proiici solitum. Cæteræ autem partes adoleri, quod expectationem faceret futuræ inter cōiuges tranquillitatis. Absoluto sacrificio diei nuptialis in soceri ædes deducebatur spōsus ab eo quem Græci παράνυμφον, quasi eius assectam nominarunt: aliqui etiā νυμφάγωγον, alii πάροχον vocabant. quēadmodum mulier quæ spōsæ aderat, παράνυμφος dicebatur illis, nobis Pronuba. Ad quos etiā carmen diuertere tuum poterit. Quum autē festiuitas sub vespertū, aut noctu potissimùm celebraretur: de illius temporis cōmoditate nonnihil dicere soliti sunt Poetæ. De mora noctis segnioris, Ad sidera, ad Luciferum, ad Lunam conuerteretur oratio, quūque prisci putarent Aquam rerum omnium elemētum esse, Ignē verò formam: vtrunque in limine positum ab vtroque manu tangebatur: ipsáque nupta eiusdē aquę aspersione lustrabatur. Tum ex eo igni faces accendebātur ab ædilibus quinque numero, quot & illos fuisse Varro autumat, vt scribit Plutarchus. quas faces Cereos appellarent. Sanè vnius tātùm cerei mentionē facit Plautus. eas faces aliæ gētes ex picea pineāue teda cædere. Romanos pastores raptis Sabinis ex spina arbore temere inuenta confeciſſe: quàm materiā posteri quoque expetiuerint. Alii malunt facularum numerum à numero deorum coniugaliū. Ædiles enim tres tantùm fuisse, non quinque. accendes igitur hinc tuum spiritū ad Poeseos venustatē. Spinæ arboris naturā attinges. eius ignē neutiquam esse olidum fumiferúmque, vt ex teda. quanquā miseram admodū flammā è spina elici posse scio. Iā inde adornabatur atque comebatur virgo: cuius comā hastæ cuspide diseriminābant. Plutarchus causas assignat. tum verò operiebatur virgini caput atque facies: vnde ab obnubēdo nuptiæ dictæ sunt. Id velum à Græcis ἰανὸς & καλύπτρα, à Latinis Flāmeum, propterea quòd lutei coloris esset: vt ne pudor virginis perderetur: aut siquid animaduerteretur in facie ruboris, is è velo color, non è genis emicare putaretur. Ferreum ibi annulum sine gēma dabat ei vir. Gēma aberat, vt rei deseri beret simplicitatē. Materia ad constantiam spectabat. Forma annuli ad perpetuā vinctionē. cōtrà, sponsa ex tribus assibus, quorum vnū in manu, alterum in pede, tertium in sacciperio ferebat: primum sponso dabat, quasi cū sibi illo precio coēptum esset habitura: alterū in foco diis Laribus deponebat: quē & igni luculento, & corollis sua manu (nánque alia non licebat) plexis, vt ait Plautus, augebat. Tertium in vicino cōpito fodiebat. Far quoque tostum præferebant, tametsi nō omnibus in nuptiis, sed in iis duntaxat, in quibus viro virgo dabatur vsui tantùm, non autē mancipio: atque iccirco appellabatur ius eiusmodi nuptiarū, Cōfarreatio. Alius verò modus quū sine farre dabatur à Pronuba virgo in manum viri. ea hoc iure trāsibat in mariti familiā, atque matrisfamiliæ nomen consequebatur. non enim vsui solùm, sed etiā mancipio dabatur. quos ritus & Lucretius innuit illo versu, *Vtque mancipio nulli detur, omnibus vsu.* Is nubēdi modus, Coēptio vocata est: de qua modò dicebamus. Reliquum erat vt commūnii ratio iniretur. Parata ergo cœna nuptiali ex Hethrusca disciplina porcum mactabant. qui etiā ad accuendā venerem bulbos, pineos, nucleos, erucas, piper, præter cæteras epulas apponebāt. ab Hethruria hęc: alii alia, vt dicemus. Inde dicebatur Hymenæus cū choreis. ita vt vnus quispiam caneret, quoad Epiphonema subinferret: quo pronūciato vniuersa chorea Hymenęum totidē numeris recinebat. Interea tot quot diximus cum facibus Patrimi, & Matrimi astabant. vbi satis & cātus, & saltationum, iam pronuba manu apprehensa sponsæ ad Genialem ducebat lectum. sic enim appellabatur: sic à Catullo dictum pulvinar est, vt reor, à generādo. à Græcis πρόκλισις ille torus, propterea quod velo esset obtectus: de quo suprà dicebamus. eū lectum duabus cul citris adornauerat iam fœmina, quā & νυμφεύτριαν, & παλαμεύτριαν Græci vocitarunt. Ad eum perducta à sponso detegebatur: à quo etiā eius detectionis causa dona accipiebat, quæ & iccirco ἀνακαλυπτήρια, & quia tunc ab eo quasi primùm videretur ἐπόπτια, quoque: & quod cā alloqueretur, προσλαλητήρια etiā dicta sunt. Nām sanè ὀπτήρια apud Callimachum dona sunt affinium & parentum, cùm primùm infantes vident, sicuti μαιωτρα, quæ darentur obstetricibus, & σωτῆρα seruatoribus, & λύτρα siue ἄντινα liberatoribus, & διδακτρα præceptoribus. Antecedebāt autem sponsam ad lectum vsque δαδοφόροι illi, siue faciferi: duóque præterea, qui colū, vt dicebamus, cum lana, & fusum ferrent cum stamine: tanquam operis, in quo futura esset, auspicia. De cribro quoque ac pistillo Græco ritu suprà satis dictum est. Ad hæc alii mundū muliebrem, aurum, spintheres, stalagmia: præterea pelues, pectines, speculum, sandalia, atque id genus alia, quę præter dotem dicūtur ab iureconsultis paraphernа. Eam luxuriam ad trium tantùm vestium modum, ac modici precii vasa aliquot à Solone reductam, memoriæ proditum est. Ibi pronuba accepta vna ex facibus Lucernā coniugalem peruigilem, pernoctémque futuram accēdebat: atque illico faces extinguere mos erat: eas verò ne sub lecto conderent, ne ve seruatas ad rogum struendum deferrent, pro auspicatissima lege habebatur. Cunctabundæ virgini promnestria duobus digitis cingulum soluit, quod Dianæ ob eam causam λυσζώνη, à Latinis Cinxiæ cognominatæ dicabat

Confarreatio.

Coemptio.

cabat. erat autem cingulum illud ex ouilla contextum lana, eóque nexum nodo, qui Herculaneus vocabatur: propterea quòd Heros ille fœcundissimus ab antiquis creditus sit: quippe cui septuaginta liberi superstites fuissent. quíque septem diebus quinquagīta Thestiæ filias è virginibus mulieres fecisset. De virginum cinctu ambigitur: quidam enim dixere, cingi solitā virginem in ipso sponsalium apparatu. quæ tamen sententia Catulli authoritate deletur. quippe in Hendecasyllabis Atalantam virginem non in ipsis nuptiis à pronuba aut aliō cinctam innuit: sed tanquam mos is fuerit virginibus, nūquam discinctam processisse: versus autem indicii ille est, *Quæ zonam soluit diu ligatam.* Vbi omnes discessissent, sponsus clausa ianua disponebat custodes foris, quorum opera mulierc̄larum importuna vel pietas vel simulatio à foribus arceretur: si qua commoueretur virginis clamore, quum intus vim pateretur. interea iuuentus cū nucibus, quas cum strepitu, fremitu, cantu spargerent. quarum mentionem habes & apud Virgilium, & in Epithalamio Catulli. Causam aliter alii agnoscunt: vel quia (inquiunt) quasi tripudium faciunt iactæ nuces: vel propterea quòd illæ putamine, cute, testa, corio medullam tegunt: vti pari munimento à coniugibus protegantur fœtus. Alii existimarunt earum strepitu virginis gemitus in illa vi obrui posse: atque iccirco id veteres commentos esse. Nostra tamen sententia minus vulgaris: Nucibus olim priscos lusisse, tum nos quoque in pueritia nostra certū est. Proinde Persius per illa verba, *Nucibus facimus quæcunque relictis*, ostendit è primori ætate egressionem. Spargi nuces igitur: id est omittēdas animi laxationes, nouáque œconomiæ studia auspicanda. Posterum diem, qui à nobis ἐπαύλια, quasi nuptiarum appendix Græca voce dicebatur: à nouis atque iteratis epulis Latinè Repotia nominarunt. In eo nánque sponsi affines conuiuium instaurabant. is dies nouæ nuptæ initium erat iuris quod in familiam esset habitura. quam ob causam clauis dabatur illi, ad dominium potius atque possessionem, quàm ad designandam, vt aiunt, partus facilitatem. Quidam putarunt, id quod etiā vero similius est, nō quum in thalamum, sed Repotiorum die, quo è patris ædibus in sponsi domū deduceretur: pōpam illam, de qua suprà diximus, explicari consueuisse. Cū donis enim tunc procedere solitam par est: quæ dona ipsa marito ferret. Ea sanè εἰρήνη vocabant Græci: quæ verò ei rependeret maritus, ἄντινα. Quinetiā simul cum illis vas quoque à socero, opertum illud atque oppletū minuta supellectili: in quo etiā virginis essent crepūdia. Vasi nomē Camillus. ita enim ministros appellabant prisci. Posteaquàm verò in mariti iam esset, ecce à patre dona iterū, quæ ἐπαύλια δῶρα nominarunt. Iam illud nunc quoque aliquot Italiæ locis seruari vidimus, vt egrediens paterna domo nupta pedē tollat, néue attingat limen. Ei rei diuersas causas assignarūt: mihi illa propior vero videtur. ne Magicis pharmacis lædi posset, quæ sub limine ad destruendam coniugum vel concordiā vel vim genitalē, defodi solent à veneficis. Hīc vides quot quātáque loca tibi tuóque carmini suppeditentur. Varia nánq; nec cōtemnenda eruditione poteris aspergere. nūc simplici narratione, nūc per Apostrophen modò ad hoc, modò ad illud numeros tuos aptans. etiā de tēpore aliquid apponere. Maio enim mense Plutarchus nō nupsisse priscos prodidit: Ouidi⁹ malas tātùm eo mense nubere solitas. atque ex eo etiā prouerbium iactatū scribit: illud quoq; fuisse in more positū, vti viduæ festis publicis diebus nuberēt, virgines nō. propterea quòd populi publica celebritate occupati, nihil interesset viduarū matrimonia spectare. at quia virginib⁹ adesse opus erat, nō fuit æquū aliis maioribus festiuitatibus distineri. Malè ominatis etiā diebus connubia interdicebātur: postridie Calendarū, Nonarū, Iduū. Præterea quo die occiso Remo parentabant, quod festū ab eo Remuria primū, postea Lemuria dictū fuit. Cæterùm ex aliis antiquorū ritibus, qui apud diuersas nationes obseruarentur, multū luminis poemati afferetur. quorū aliquot illustriores hic explicandos curauimus. Persarū matrimonia non nisi vere incūte legitima erant. Græcis, Macedonibus, Thracibus, Triballis, Pæonibus mos fuit: ipsa in conuētione sponsum sponsámq; panis gladio diuisi gustare particulā. Græci nō pueris, sed spōsi spōsæq; matrib⁹ gestādas tradebāt faces. Galatæ nō ex pane sumere, sed ex eodē poculo potare soliti, quū in manū cōuenirēt. Apud Lacedæmonios pronuba spōsam in veste virili, raso capite in cubiculo solā sponso offerebat: atque ei sine vllis facibus rē peragendā permittebat. cōtrà, in Coo insula sponsus veste muliebri. Quin eorundē Lacedæmoniorū consuetudo lōgè maioris licētię. quippe liberi adolescentes cū totidē virginibus in perobscuro inclusi loco, quā quisque nactus esset, eā in matrimoniū, atque indotatā quidē, sibi abducebat domū. quòd vel consiliū vel fortunā nemini vel culpare vel mutare licitū fuit: nullus enim pœnitētiæ locus relinquebatur. Quāob rē Lysandro quoque mulctā dixerunt Ephori, propterea quòd eū ea, quæ obtigisset, diuortiū faceret, vt haberet pulchriorē. Carthaginēsium tenuit cōsuetudo, ne prius matrimonio iūgerentur quàm Thynni cōcisa gustassēt frusta. In cœna Atheniēsibus è Solonis præscripto malū Cydonium esitandū apponebatur. Odores quoque addebātur à Babyloniis: Persę mala cū medulla Camelina. Scribit Athenęus in 1111, popularibus suis Naucratitis lege cautū, ne in cœna nuptiali, aut ouū, aut μελίπηκτον quippiā, i. è melle bellariū inferretur. Athenis ingrediēti spōso in caput ex editiore loco, fic⁹, palmulę, legumina spargebātur. nūc quibusdā locis etiā triticū demittūt. La

Nuces in nuptijs.

Repotia.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

ceremoniorum virgines nullo vtebātur flammeo: Viduæ quæ nuberent, facie velata, capite operto prodibant. Illud imprimis ad Coniugii faciet commendationem: quippe apud eosdem festo die quodam Cælibes à mulieribus circum Aram tracti, cædebantur flagris: qua ex ignominia ad dandam liberis operam excitarentur. Cecropis quoque meminisse conueniet: qui primus Athenis vagam atque incertam venerem ad vnius curā vna coniunctionem reductam castigauit. Nam quòd aiunt de Socrate, duas illi vxores fuisse, Xantippen & Myrto, falsum esse cùm alii tum Rhodius prodidit Panætius. Sunt Lapones populi Septentrionales ad Sueciam: ii (vt olim Romani) ignem præferunt in nuptiis, ac prætereà filicem. De igni constat: nihil enim magis necessarium illi regioni. quare ad eius quoque reparationem puto filicem comparari. In Bœotia sponsas aiunt asparago coronatas: quò depositā feritate, ad alterius voluntatem mansuescere discerent. quippe ex Corruda asparagus altilis atque esculentus fit. Nihil etiam te prohibebit quàm mollissimo carmine duos Atticos fontes appellare, Callirrhoen & Enneacrunon, è quibus hauriebatur aqua, vnde ferent virgini lauacra antequam in lectum reclinaretur. Neque prætereundum, quòd Græcorum sponsæ nobiliores rheda vehebantur ad sponsum (si qua pedibus incederet, καμάξιος appellabatur) cuius rhedæ axis pro foribus comburetur. argumento constantiæ atque moderationis: ne coniunctionis alienæ, néue noui cōiugii fluctuātem animum occuparet cogitatio. néue hac illac euagandi: quod vitium maximè est fœminis familiare, caperet impet⁹. Postridie nuptiarum, in oppido Leptæ mos fuit vt ad socerum sponsa mitteret ollam petitum. roganti responderent familiares: neque habere sese: & si haberent, non daturos. Quo iam inde ferendis socrus (difficiles enim magna ex parte sunt) moribus assuefieret. Sed de his satis.

Est autem carmen multiplex: nā ipso in cōuiuio Scolia canebantur: de quibus inter Pæanes iam dictum est. Post cœnam Epithalamiū, quum in cubiculum deducebatur. Tertium genus apud Poetas, quo res ipsa describitur: cuiusmodi est apud Musæum de Leandro. Apud Ouidium in nuptiis Orphei, apud Statium Stellæ. Tale fecit Claudianus de Honorio & Maria. Tale est operosum illud Ausonii. Postremum genus mistum est, & ex narratione & ex cantione. quale pulcherrimum illud Catulli, quod malè inscripsit Argonautica. Est enim Pelei Epithalamium mistū. Quiu extat & Claudiani Epithalamium suauissimum, eius generis quod canebatur. Quare vt iam te expediam, exemplā aliquot ponam ex Catullo: quorum in vestigiis ita pedem ponere possis, vt gloriæ illius metam facilius contingere liceat. Tria diuersa initia, Ad Hymenæum statim:

Collis ô Heliconij
Cultor, Vraniæ decus,
Qui rapis teneram ad virum
Virginem, ô Hymenæe? Alterum autem initiū à tempore, ad iuuenes,
Vesper adest, iuuenes consurgite, vesper Olympo
Expectata diu vix tandem lumina tollit.
Tertium ad ipsum Peleum,
O decus eximium, & magnis virtutibus augens
Æmathiæ columen Peleu. Flammei mentionem illis verbis, *Flammeum cape*. Claudianus, quia Heroico pedi hoc numero seruire non poterat, dixit alio,
Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.
De curru quæ diximus suprà, idem quoque inscripsit, *-pilentáque sacra Præradiant ductura Numam*. verùm sanè ibi in fortuna Imperatoria. Catullus tedam Hymenæo attribuit: vnā quidem, quia vnus:
-manu pineam quate tedam: non tamen solam: ait enim, *Viden' vt faces splendidas quatiunt comas?* Carmen autem Amœbæū, non solùm cum Hymenæi nomine, sed etiam aliud, vt
Currite ducentes subtegmina, currite fusi. Neque verò vnum, sed diuersa in eodem Poemate: vt apud eundem,
Quis huic deo comparier ausit? &
Abit dies: prodeas noua nupta. &
Concubine nuces da. Quos versus virgines à cantore auditos recinebant. ait enim,
Vos item simul integræ
Virgines, quibus aduenit
Par dies: agite in modum
Dicite, ô Hymenæe Hymen,
Hymen, ô Hymenæe. & in altero Epithalamio,
Aspicite innuptæ secum vt meditata requirunt.
& *Dicere iam incipient, iam respondere decebit,*
Hymen ô Hymenæe, Hymen ades ô Hymenæe.
Verbum quoque ἀμυλίζειν, quod suprà posuimus, atque ex libris Pontificiis priscis, decubare interpretabamur: ipse, secubare,
A tuis teneris volet
Secubare papillis. Fescenināe autem licentiæ imaginem quandam expresit: quam vt cognoscas, apposui: non vt imitere,
Ne diu taceat procax:
Fescenina loquutio, & quæ sequuntur. malo nánque abstineas me præceptore, aut condias pudore liberali. Magno enim in periculo tum fama, tum vitæ versatur, qui impudicè loquitur: vtque cuiusmodi est oratio, talis quoque mens esse videatur. De eo quoq; quod recitabamus, ne nupta pede limen attingeret,
Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes. Vbi non videtur in paterna domo transigi: si verum est quod aiunt, Transmitti à noua nupta limen: vt quasi inuitam à patriis ædibus eam discedere appareat. Vota autem pro liberis,
Torquatus, volo, parvulus

Matris è gremio suæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem.
In Argonautico autem penè totum carmē pro ea materia est. Claudianus quoque,
Sic natus in ostro
Parvus Honoriades genibus considat auitis.

Aristophanes autem fabulam, quam inscripsit Pax, clausit choro: cui præter vota quædā, atque precationes attribuit ludicrum quendā Hymenæum. quemadmodum & in alia eui nomen fecit Aues. Catulli verò carmen Glyconiū dicolon est ex Glyconiis quatuor & quinto Pherecratio, pentastrophon. Quod autem aliquando, Trochæi loco Spondæum ponit in prima, id veterum facit exemplo: quemadmodum & in secunda sede pro Dactylo. velut in illo
Nutriunt humore. simílem nánque oden habes apud Aristophanem in fabula, Equitibus. In qua etiam maiorem licentiam animaduertas. Etenim pro dactylo amphibrachion posuit in illo τοῖς ἀστικοῖσιν. Nec minus in alio amphimacrum, ὡς εἰ μὴ γένοιτ' ἔστ' ἂν. & ibi
-σὺν σκάφη δύο χοίνικε.

OARISTYS, Genethliacum. CAPVT CII.

Æquum fuit post Nuptias primo quoque tempore tractare natalia liberorū: nisi cuipiā plus libeat effingere cōfabulationes quæ inter virū, atque vxorē fieri consueuere. quas oaristyas veteres appellarunt. Cuiusmodi habes apud Homerum Hectoris & Andromaches. verùm id vnum exemplum memini: idq; in opere iusto, non autem in Poematio separato. Quòd si quis ea perstet in sententia vt is ei locus debeatur: non laboro. Verùm idem sciat, æquali ratione præponendas Epithalamio susurrationes inter procum & puellam. Quale genus poematis habes apud Theocritū. Nos quoque aliquid conati sumus in Nymphis nostris indigenis. vtriusque præcepta adeò varia sunt, vt penè omni ex vita duci possint. Argumentum ac materia penè eadem. vita quemadmodum suo loco descripsimus in personarum tractatione, aut ciuilis, aut militaris, aut rustica. pro quibus tibi in diuersa opera ſtādum est. Genethliaci verò natura atque ratio, & multorum habet imitationes, & vias penè innumeras vnde ducantur. Duo tamen primaria capita: alterum à maioribus: alterum à spe ipsius infantis. Multæ vtriusque ἀκεσταίους. Neque enim ſtemmata, aut res gestæ sine locis: in quibus amœnissima Poesεως diuerticula sæpè reperiūtur. neque spes sine cōparatione virtutum præteritarum cum futuris. sic enim potuissent prisci poetæ canere Genethliacum Q. F. Maximi. Sic potuit Statius Lucanum celebrare. Etiam ab oraculis, & auguriis & somniis parentum. Etiamsi hæc non adsint argumentis nostris: tamē aliqua attingere, atque adducere ad exornationem. Ad hāc considerationem pertinēt Cyri, ac Romuli natalia: quorum vterque expositus, à feris nutritus, maximorum regnorum iecerunt fundamenta. Diuinus poeta eruit è Sibyllinis vaticinationibus laudes Salonini. Communes loci: dies, tempus, temporis partes. Diem intelligo, vt festa aliquot, Saturnalia, Liberalia, Floralia, qua die Mecœnas nisi fallor. Licet Auroram, Solē, Noctē, Astra alloqui, Temporis partes, Ver genitale, Hyemem genialem, Æstatem opulentam, Autumnum fructiferum: cuius numen Pomona afferet versibus iucunditatem. Plurima in ore Lucina, & Parcę in carmine heroico. Si lyricum pangis, ad amœniusćula potes te demittere: atque etiam ad inferiora si Hendecasyllabos canis. Ex Varrone, & Gellio educere potes minora numina. qualis Morta, Eduſa, Potina. Omnino verò Genium celebrabis: quippe nascentibus nobis suus cuique datur. Vnde & dies Natalitius idem & Genialis dicitur. Vocabis eū igitur ad sacrificiū, cui offeres & merum, & corollas. Neque enim hostiā licet cędere. vt quid enim? Qui tum vitam primùm adeptus es, alii sumum adimas? Iccirco ad aram Deliam vllam cædere hostiā nefas erat: propterea quòd nuncupata erat Apollini Genitori. Prisca quoque monumēta ab illo repetes: cuius natalia ex Callimachi hymno in Delum excipere poteris. A quo non minus Iouis incunabula cum Rhea & Corybantibus, ac Dactylis Idæis. Quinetiam si reconditæ studes eruditioni: præter Amaltheā capellam, cuius lacte imbutum illum prædicāt: habes etiam suem, cuius grūnitu produnt Cretēses infantis vagitum occultatum. Quamobrem Præsiis eius insulæ popularibus animal illud nō solùm summa in veneratione, verumetiam diuino cultu obseruatum. Ei enim ab illis solennia sacra facta Athenæus author est. De Liberi verò patris natalibus quid dicam tibi? quot inde illecebras, ad permulcendos auditorum animos mutuare licebit tibi? Adsunt Nymphæ, Bacchæ, Sileni, Satyri, Pantheræ, Currus. etiam Cupido exhibere quit carminibus tuis sui ortus initia: quo tempore cùm è Chao exiluit primus, omnia cōparibus suis cohæserunt. Generatio parit immortalitatem, acceptā parentum semina perficit: in quibus illos suapte natura deficiētes, rediuiuos repræsentat. Quòd quotidiana indiuidua poscenti depēdūt Fato, in aliorum subeūtium instauratione speciesrestituit. Quid aliud est æternitas, quàm cōtinuata generatio? quod cūque mutat, generat. Augmentatio quantitatis, alteratio qualitatis, generatio est. nihilò secius loci mutatio. Sermo verborum: cogitatio notionum: prudentia cōsiliorum, bellum pacis, diligentia opulētiæ, virtus beatitudinis genitrix est. quid quòd Deo cū deesset nihil, ipse sibi esset omnia, ex nihilo voluit esse aliqua, quæ hoc ipsum quod ipse est, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent,& non essent: sdque per generationem. Quanquam ambiguè dicitur ἦσαν, apud Platonem, de mundo cùm à Deo ille ait genitum: & de iis, quæ in mundo à nobis dicuntur generari. In hæc rapuit me calor poeticus: vt quemadmodum cætera omnia, quæ nostris commẽtationibus continentur: ita hæc quoque pars quàm maximè à vulgo abhorreret. Quare iam sit satis.

Περυκτικὸν, Ἀπυκτικὸν, Soteria,
CAPVT CIII.

NAtum hominẽ multa variáque sequuntur cuenta. conditio, status, negotia, valetudo, mors. quæ omnia Syluarum materia esse solẽt. Itaque laudantur Consulatus, victoriæ, triumphi, statuæ, festa, ludi, togæ puræ, bullæ, prætextæ, prędia, naues. laudantur inquam pro conditione, statúue personarum. In negotiis sunt Exhortationes, prosecutiones, consolationes, votorum susceptiones. Quare & in bellum profecturos prosequimur benecominata oratione: neque eos solos, sed etiam quomodocúnque peregrè futuros. Pro quibus vota quoque suscipere ius, fásque est. Quemadmodum pro ægrotis. quod carmen suis Lyricis inseruit Horatius. Aliis titulos fecêre, Propempticon, Protrepticon, paramytheticon: huic περυκτικὸν, Latinè Votiuum. Nauiganti idem Horatius: *Sic te diua potens Cypri*. ad bellum eunti Messallæ,

Vbis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula. Ægrotãti Mecœnati
Quid me querelis exanimas tuis.

Et pro seipsõ Tibullus. Recepto verò duce atque exercitu incolumi sacrificabãt Soteria. sicut & amico aut patre, aut filio, aut marito restituta sanitate. cuiusmodi cecinit Statius. quod ab Orpheo primùm factum memoriæ prodidere. est autẽ in genere τῶν ἀρχαιρεσιῶν, id est, eorũ quibus agimus gratias, scilicet Diis immortalibus. Prosecutico autem cognatum ἀπευκτικὸν. idem nánque filũ orationis, idem modus, tenor: finis diuersus. Nã Prosecutico petimus aliquid fieri, aut esse. Apeuctico aliquid non fieri, aut non esse. Sunt igitur cõgeneres orationes. vtraque petit sanè fieri quod non est. sed Prosecutica fieri bonũ simpliciter: Apeuctica fieri bonum sublato malo. Prioris modi multa diximus: & illud Virgilii est:

Armipotens belli præses Tritonia virgo
Frange manu Phrygij telum prædonis.

Alterius generis apud Catullum de re præterita: *Iupiter omnipotens, vtinam ne tempore primo*
Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes.

Et illud, in VI. Æneidos simile. differt enim sola breuitate - *ne sæui magna sacerdos*. Et apertius, in tertio:

Dij prohibete minas, Dij talem auertite casum
Et placidi seruate pios.

Vocantur autem etiam ἐπίκλην carmina: quæ ad auertẽdam auerruncandámue infensorum numinum iram comparantur. Supplex est Prosecticon: petit enim. omnis autem qui petit, eget: minor igitur est hoc ipso, quã is à quo petit. suauis igitur oratio petitioni accommodanda. Ipsa argumenta condîta humilitate, ne videaris velle vim facere, atq; extorquere. Insinuatione opus est, & occulta surreptione. Decet etiam Poetam profiteri se esse beneficiariũ illi⁹ quõ appellat. Vita, dignitas, opes, tria sunt primaria. horũ vnũ, aut omnia ei abs te deberi. In Apeuctico assurgere licet altius, atque instare. Miseratio nánque maior mouetur in periculis, aut alia qua re atroci. In Soteriis liber animus à malo, aut à metu, seruus eius cuius opera tam bene affectus est. exultans lætitia: narrans commoda: omnia studiosè amplificans, figuris comptis, acribus, frequentibus.

Petitio qualis esse debeat.

PROPEMPTICON, Apopempticon, Hodœporicon.
CAPVT CIIII.

PRopempticõ quoq; in genere Prosecutici continetur. Est enim Poema quo prosequimur abeuntes, vel votis, vel bonis ominibus. Sumem⁹ autem argumentum à tẽpore, loco, officio, comitatu. Suppeditabitur enim à tempore canẽdi materia: etiam initia poematis aliquando. quibus affamur ventos, diem, noctem, ver & alia. hyemis incommoda deprecabimur. Loci ratio duplex, quò, & quâ. Exemplum tibi ad carmen tuum variis pingendum coloribus ex Æschyli Prometheo sumes. à quo Io vaticinium audit fugæ suæ. Iisdem vestigiis deduces argumentũ. veluti si discedens Roma Veronam petat. Hu iusce vrbis diuinitatem collaudabis, situm inçõ parabilem, Athesis amœnitatem, Vetera monumenta, Aquæ-ductus, põtes, Theatra. Alterius loci ratio, qua illi est iter faciundum. Apenninus, quem tot fluuiorũm patrẽ appellare poteris, imprimis sese offeret. Deinde Florentia omnium penè vrbium elegantissima. Tum Padus fluuiorum rex: postremò Ferraria, qua nihil mundius, nihil illustrius videt Sol. vniuersa quoque natura locorum alias, atque alias admittunt dicendi occasiones. Etenim ei si est nauigandum: quot, quanta è mari? votum aduersus pericula: sacrificia tempestatibus. Neptun⁹, Nereides, Delphin, Pompilus, Aquilones, Cauri, Aurę tibi pręsto sunt. ab officio, veluti si Legatus, si cum imperio, aut exercitu: si pro pace. ilico sese tibi dabunt Viri laudes: electũ ẽ multis genus, virtus, fortuna. Diuertes deinde ad socios, comites, collegas: quorum è virtutibus illius agnosces commoda. Est igitur laudandi occasio cum ea parte coniuncta. nam qui Propemptici speciem fecere vnã, ἀχημιαστὸν, nihilo melius iudicarũt, quàm ii, qui nobis eloquẽtiæ cãdidatis affirmabant orationem pro lege Manilia esse in genere demonstratiuo. Quid? admittemus

temúsne illam quoque diuisionem? Partiuntur enim προπεμπτικὸν in duo: in ἐφετικὸν, & συμβουλευτικὸν. Aiunt Amatorium Propemptieum esse, cùm amicus amico dat hoc, vt eiusmodi carmine eius celebret abitionem. Quòd si maior prosequitur minorem abeũtem: illud esse συμβουλευτικὸν: propterea quòd ad præstantioris dignitatem pertineat dare consiliũ inferiori. quã Sophistarum superstitionẽ vides omnino carere iudicio. Si enim ita sit: minimè dubiũ est, quin etiam à quocũque vitæ vel genere, vel officio, ducẽdæ penè innumeræ sint species. summa poematis huiꝰ est ἐφετικὸν. Cui vel ὧδε, vel πῇδε posint adhærere tum multa, tũ varia. Si enĩ Comicum abeuntem appelles qui paruulos relinquat liberos, etiam consolatione vtendũ fuerit, etiam promissis eius expectatio de tua fide oneranda. si amicam propemptico alloquêre: quales tibi affectus vel mouendi, vel declarandi? Quas attinges tum fabulas, tum historias. Qui flores ex intima rerum natura delibandi? Ab animalibus, à plãtis, ab elemẽtis ipsis: quorum conditio vniuersa spectat ad vnionẽ. quare tibi illũ dederit Fatũ, vt auferret? Quid amplius tibi sperandum: quo viuendum modo, qui sine teipso sis futurus? Esto igitur hoc ἐφετικὸν. Qui si in exilium misso amico, vel filio, vel patri eiusce modi pares Poema? nónne meritò hęc item pars speciei certæ nomen sibi vindicabit? Quis igitur dicat προπεμπτικὸν φυγαδικὸν: Acutiꝰ agnoscas ab hoc genere genus illud diuersum, quod non ei qui manet attribuitur, tanquam ἀφικόμενον τὸν ἀπερχόμενον: sed ei qui abit: qui amicos, quos relinquit alloquitur. Eiusmodi felicissimum simul atq; miserrimum Ouidii fecit ingenium. Abiens enim in exilium, cuius erat is diguior, qui illũ relegabat: diuina illa excusit, quorum initium est:

Cum subit illius tristissima mortis imago.

Etenim hanc elegiam si cum superiore, in qua describitur nobilis illa rẽpestas, quispiam coniungat: ex vtraque abeuntis Nasonis cõdet ἀπροσπεμπτικὸν singulare. Quod hunc ad modum nominare libuit nobis, quia vicissim Propemptico respõdet. E Statio multa poteris cõtemplari: nec tua facere minora. apopempticon non est nisi nomine diuersum: res eadem.

Συμβουλευτικὸν, Προτρεπτικὸν, Παραινετικὸν, Νουθετικὸν, Παραμυθητικὸν.
CAPVT CV.

CVm omne genus orationis ad deliberatiuum reduxerimus: finis enim iudicii est Iustitia. Iustitia ab electione. Electio à deliberatione. Itẽ Laudationis finis, imitatio: tum superiora, tum hęc ipsa, quæ deinceps recẽsebimus sub deliberandi genere continebũtur. Quippe nuptiale carmen facilè sub illo collocatur. Non minus Geniale. Est enim sub Eucharistico. Gratias Deo Opt. Max. cuius beneficio liberis aucti simus. Tanto magis προτρεπτικὸν, quod Adhortatiuum Latini. sub quo statuetur παραινετικὸν, νουθετικὸν, παραμυθητικὸν. Est enim Parænetico quod præcepta continet Sapientiæ. Nutheticũ, quod cuiuscunque modi complectitur admonitiones. Paramytheticon, quo aliquem cõsolamur. adhortamur enim ad animi compositionem, atque tranquillitatem. Neque differt Adhortatio à Dehortatione, nisi quemadmodum Suasio, & Dissuasio. Hæc verò ita sunt diuersa, vt Affirmatio à negatione. Nã qui negat, hoc ipso, quo negat, affirmat negationem. Et qui dissuadet, suadet non esse faciendum. Omnibus autẽ his tum laus, tum vituperatio adiunctæ sunt. quæ sunt quasi calcaria quædam ad electionem. Id quod in Parænetico tam perspicue patet, vt etiam in ipsa voce laudis vocabulum constituatur. Protrepticon igitur tot modos aut species cõtinet, quot habet lines. Iam verò à nobis sæpe declaratum est, vnum esse finem nostrũ extra nos, Deum. Vnum in nobis vltimum, Beatitudinem, quæ appetiti boni fruitio est. Sunt autem bona, Animi, Corporis, Fortunæ. ad quę cùm animum appulerimus, inchoatæ cuiusdã beatitudinis affectio est. Ad quam consequendam mouemur aut ea, quæ in mente nostra est, ratione: aut extrinsecus aliorum impulsu. Is verò dicitur Hortatio, quia Græci sic loquuti sunt. Est enim ὁρμὴ impetus. Aut igitur est adhortatio ad rem vel actionem quampiam sine comparatione atque deliberatione electionis: cuiusmodi Idea est τὸ προτρεπτικόν. Exempli gratia, si tibi dem consilium vt ineas militandi rationem ita, vt neque cum otio, neque cum studiis literarũ, neque cum questu mercaturæ cõparem. Aut est admonitio simplex qua instruaris ad aliquam prouinciam capessendam. Cuiusmodi est oratio Q. Fratris ad M. Tullium de petitione consulatus. hoc est τὸ νουθετικὸν. aut est cum præceptionibus. Hoc est τὸ διδασκαλικὸν, siue διδαγμάτικὸν. qualis est Isocratis ad Demonicum: & Plutarchi διδάγματα. Cùm igitur bellum suscipiendum est, dubitaturque faciendumne sit: ea oratio est planè deliberatiua, à Græcis συμβουλευτικὴ. Cuiusmodi in XI. Agit enim Latinus de consilio belli continuandi: quod idem est, atque in suscipiendo:

Antè quidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & fuerat melius: non tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.

Hoc Poematis genus non cadit in syluas. Conflato autem bello, protrepticis carminibus locus est. Neque enim amplius est electio, sed iter ad finem. Hoc carmine syluam componere licebit. quò vel Imperator, vel vniuersus exercitus ad victoriam excitetur. Gerit autem quẽdam, vt ita dicam, vultum Propemptici. Simul addit impetum sumptis argumentis à patriæ charitate: Focis, Aris, Penatibus. Rebus gestis, periculis impẽdẽtibus, seruitii, ignominię, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

posita spe quietis, opulentiæ, honoris. Beneominata verba huic conueniunt. Votis quoque claudere poteris, cum appellatione numinum, quorum in tutela gens est. Excutiẽda loca suasoriarum, à necessario, vtili, honesto. Hoc est Protrepticon. προτρεπτικὸν verò si addas ad Protrepticon, rationes aggrediendi hostes, euendi ab illis, debellandi. ἀποτρεπτικὸν autem si adiũgas Nuthetetico, præceptiones. Est autem Protrepticon generis nomen ad multas actiones, neqs propterea nomen mutauit nisi in re maritima. Id enim ἐπιβατήριον Græcis libuit appellare. Talis apud Poetam in V.

-nunc nunc insurgite remis
Hectorei socij, Troiæ quos sorte suprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos: quibus in Getulis Syrtibus vsi,
Ioniosque mari, Maleæq; sequacibus vndis.
Non iam prima peto Mnestheus, neque vincere certo.
Quanq; ô. Sed superent, quibus hoc Neptune dedisti,
Extremos pudeat reduisse. Hoc vincite ciues,
Et prohibete nefas.

EPIBATERION.

Caput cvi.

VIm quis longam post peregrinationem, aut diuturno postliminio in patriam reuersus esset, certa die ciuibus conuocatis aut habebat orationem: aut canebat carmen: de illustribus viris dico. Id poematis genus ἐπιβατήριον dicebatur, ὅτι ἐπιβεβήκασι τῇ πατρίδι. Is in ciuitate aut erat princeps, aut Præfectus à principe impositus, aut Respublica. Ergo & principem, & præfectum celebrabant: sanè post lætum proœmium: quódque ostenderet omnium desideriorũ finem. Is enim est huius Poematis modus, vt diis agat gratias, quorũ beneficio bis natus sibi videatur is, qui illa canit Epibateria: & ciues benignè appellet: quorum animos ex frequẽtia, ex vultu, ex plausibus deprehendat, atque agnoscat. Quòd si postliminio reuersus hoc agere aggrediatur, maiores addet affectus. Patrios primùm lares salutabit: quorum ante aras focósq; primùm hauserit cælũ. Eúmque diẽ quasi natalem suum colet. Tum verò conuersus ad ciuitatem, ordietur laudes tanquam parentis, tanquam altricis. Ab ipso cõditore sumet initium. à matrice vrbe, si colonia sit. A' beneficio & magnitudine vrbis Imperatoriæ, prætoriæue si sit municipium. Cùm autem hominũ cõuentus propterea sint instituti: vt & tutius, & commodius viuerent: à situ maximum capiet argumentum. Situs verò etiam loci naturã demonstrat. Locum intelligo Regionem: situm regionis partem. regio commendatur à seipsa ob fertilitatem: & si non sit fertilis, ab iis commoditatibus, quibus vtimur ad ea, quæ sunt necessaria importãda. vt à mari, fluminibus, camporum planicie. Altera commendationis ratio ab asperitate, quia inuia atq; inaccessa, tutiores incolas faciat. Hæc à seipsa habet. Cæterùm & à vicinis, siquidem boni sint: sic laudis patet aditus. Sin mali: illorum vituperatione magis etiámnum laudatur ipsa: quorum nequitiæ neutiquam particeps sit. Vrbis autẽ situs tribus potissimùm probatur causis: sanitate, munimento, voluptate. Sana vebs creditur alia aliis. Illud sine controuersia, in aere perflabili. Id sanè disputant: editane loca, an latè patẽtes campi aptiores existant ad tuendam sanitatem. suas vtrique afferunt rationes. Quòd si in plano sita cedat acris præstantia ei, quæ in monte posita est: at enimuerò facilitate cõmoditatéque cõmeatuum, atq; subuectionum superior esse videbitur. Quòd ad munitiones attinet, id vel in natura, vel in opere positũ est. Priscis celsa loca munita ostendit natura, quibus ars adderet pauca. In planis constituæ, fossis atque muris suam debent securitatem. Nunc hæ probantur magis in re militari. Quæ sunt in collibus, difficilius emittunt milites ad obsidiones impediẽdas: Facilius è superiore loco detectos hostes petunt missilibus. Quæ in planis, faciliores habẽt exitus: minus cõmodè tectos aggeribus inimicos incessere queunt. Ita in vtramque partem diducere poteris orationem. Quinetiam si muris cinctus non sit vicus natalis tuus: nam ex iis maximi quoque viri prodiere: & sanitatẽ laudabis, quæ à murorum claustris malè sæpe afficitur. Et libertatem celebrabis: quæ non cohibeatur, tanquam pecora præsepibus. Aurea ætate sic habitasse mortales. Ad eum modum & vixisse, & regnasse Lacedæmonios. Apud Scythas nihil commendari magis, quàm carere mœnibus. In fide audacia, robore ciuium perpetuũ esse imperium. Intra murum delitescere, fugæ perquàm esse simillimũ. à voluptate locus dabitur argumẽtis, si vicinæ sint syluę, colles frugiferi, fontes, prata rigua, horti. Templa, ædes, portus, porticus, magnificè structa omnia. Igitur vetustatis finis Nobilitas. Nouitatis necessitas. Neque enim sine maxima prudentia, maxima vsus spe, adduci potuisse accolas: vt relictis suis certis sedibus eò commigrarent. Sanitatis finis, vita. Munitionis Libertas, Imperium. Ornatus atque magnificentiæ, Voluptas. sine qua nullius rei possesio vera dicitur. Est enim voluptas fruitio boni expetiti. Quam qui damnarunt: nescisse quid esset rerum finis. Hæc igitur ab ipsa quasi materia vrbis. Forma verò ipsius ipsi ciues existũt. à quorum corporibus, animis, fortunis excitabis ad laudes auditores. si corpore delicati sunt: venustas hîc habebit partes primas. Sin asperiores fuerint: robur prædicabitur. Si absit à fœminis pulchritudo, ea prætermissa ad animorum laudationem aduolabis: Sedulitatem, sobrietatem castitatem. Pæonum fœminæ ex Herodoto in memoria habẽdæ: ex aliis Patauinæ, Romanæ, Spartanæ, Cimbræ. Præterea virorum studia in armis, in literis, in artibus, in mercaturis. Leges, mores, consuetudines, res gestæ: si quæ sunt illustriores, ac maximè dignæ memoratu. Parcè omnia, ac breuiter: ne in πανήγυριν exerceat oratio. Quinque imprimis commemoranda sunt. Erga Deum pietas, Inter ciues concordia. Peregrinis hospitalitas. Subditis humanitas. Contra hostes fortitudo. in fine Poematis, bene precari patriæ. esse illi deuouere.

APOBATERION.

Caput cvii.

COntrà, Apobaterion carmẽ erit: quo discedentes vtũtur. Discedimus autem aut à patria, aut ab aliena. Si à patria, aut officii, aut peregrinationis, aut exilii causa. Si ab aliena, aut ad alienam, aut ad patriam. Atque ita vt ea in terra aut sedem fixerimus, aut non, sed quasi in diem vixerimus. Varia sanè materia, varióque tractanda modo: verùm cuius summa sit affectus, omnibus sanè communis. ita tamen vt in quibusdã sit verus, in aliis fictus. Nam qui à patria discedit sanè habet multa, quæ eum commoueant, qui redit in patriam, quid ei possit tunc vlla in terra relinqui, quod præsenti voluptate desiderii faces queat extinguere? Cætera, quæ inter hæc sunt, vt media natura eorum est, ita partẽ capere debent eius tractationis, in quam magis vergunt. Exẽpli gratia si apud Gallos, quæ gẽs est & opulentissima & humanissima, legatum agens Romam sit rediturus: non eodem afficietur modo, quo nos in Vasconia, profugi, si fortunæ imperio in veterem patriam reuocemur. Huius generis est Æneæ oratio ad Helenum, atque Andromachen. Qui iturus est in exiliũ cõmiseratione interdum etiam lapides ipsos mouet. Qui ab Senatu, aut rege, vel legatus, vel cũ exercitu mittitur, temperatiore vtitur oratione. Hæc à syluis & cantu musico valde sunt aliena. verùm si grande Poema pangis, ad hunc maximè modum introducendæ sunt personæ. Quòd si quis Poeta & sit, & à patria habeatur: ei sanè carminibus pro oratione vti licet. Proponitur populi fides, clementia, pietas: quibus familia, vxor, liberi commendẽtur. Oratio quę Ciceroni ascripta est, ad Equites priusquàm iret in exilium, tametsi illius non est, tamen eam talem censeo, ex qua multum fructus ad tuum Apobateriõ capere possis. Decedẽs aliena terra, in qua diu vixeris, cã patriæ nomine appellabis, salutabis. Beneficiorum memoriam æternam fore polliceberis. quanquam veterem veràmque patrẽ patriam: tamen te bis natum existimare. Hîc meliora natalia iam adulto, atque intelligenti: ibi vulgatiora. Hîc te semper futurum, vbi inueneris id, quod vbi fueras denegabatur. Cælum ipsum, inquam, quod ibi ablatũ, hîc recuperaui. Claudes poema beneominatis verbis, fausti sque precationibus. Gen⁹ hoc poematis siue orationis, quare à Græcis dicẽdi magistris δεκτικὸν sit appellatũ, sanè nescio. quid enim in hoc potius, quàm in aliis mihi sit componendum. Nobis ita libuit ἀνασωτήριον vocare, quomodo ἐπιβατήριον id, quo reditus in patriam celebratur.

Παιδοτρόφια. Caput cviii.

INter Θρεπτικὸν nihil prius, nihil sanctius eo poemate, quod à nobis Græcè dicitur παιδοτρόφιον: quo præceptoribus nostris gratias agimus, déque cælesti ac diuina semẽte ab illis facta vberẽ messem grati reddimus. quid enim optabilius à Deo opt. max. huic brutæ atq; incompositæ materiæ tribui potest, quàm forma illa, quam sui similem fecit ipse, vt nos eius similes euaderemus? Quid ergo conducibilius homo homini præstare queat quàm illum ipsum animum, qui nos aptos facit atq; procliues ad beatitudinem, ita colere, vt eam & cognoscere, & expetere, & cõsequi valeamus? Hoc igitur quod esse debemus, Dei benignitati: hoc, quod sumus præceptorum nostrorum beneficio acceptum ferre oportet. Ergo cùm tyrociniorum nostrorum tam in armis, quàm in studiis literarũ tot tantáque rudimenta multis viris tum sanctis, tũ fortibus debeamus: primis adolescentiæ nostræ auspiciis commemoratis, in laudes continuò institutorum abeundum est. Quorum & fides, & probitas, & solertia, & sapientia, & æquanimitas, & sedulitas frequentes illustréque sententias suppeditabunt. Imprimis verò liberalitas, qualis Socratis erga discipulos suos: quorum opibus ne nummo quidem ditior factus fuit. Nõ quemadmodũ Gorgias, aut Hippias, aut Protagoras. Chironem quoque adduces, & Phœnicem, Achillis vtrunque moderatorem. Aristotelem Alexandri. aliorum alios. Neque solùm artifices, sed & artes ipsæ locos tibi communes dabũt. Quarum laudibus, multum refert si addas inuentores: quicunque vel ex Plinio, vel ex aliorum narrationibus erui poterunt. Eorum nánque splendore multum sæpenumero lucis adducitur Poemati. Cæterùm propterea quòd penè in omnibus cum cætero argumento laudationum quoque rationes coniunctæ sunt: videamus tandem quibus legibus Panegyricum Poema confici consueuerit.

PANEGYRICON.

Caput cix.

VEteres Græcos tenuit consuetudo, certis vt celebritatibus vnum in locum vniuersi conuenirent: vt eorum animi vel præceptionibus sapiẽtum, vel fortium æmulatione, componerentur, atque colerẽtur: vel ludorum festiuitatibus laxarentur. Nánque tum Poetæ, tum oratores, tum Aretalogi, tum historici suas recitabant lucubrationes. Legimus enim suas musas proprio ore Herodotum pronuntiasse. Hesiodus verò etiam se victorem fuisse prædicat.

Universidad de Deusto
BibliotecaDeusto

Præterea currus, athletæ, equi: cæteráque id genus, quæ in primo libro à nobis narrata sunt. Adhæc fabulæ multæ dabantur vel à Tragicis, vel à Comicis. Quorum iocis, & præteritorum laborũ lassitudo, & præsentis moræ tædiũ tolleretur. Nomen igitur generis πανήγυεις ὅτι πάντας ἤγυρεν, i. omnes cõgregabat. eiusdẽ enim originis est, ἀγυιεὺς, ἀγείρω, ἀγορά. Fuit autẽ mos Græcis addere vocẽ illã παῦ multis verbis vbi vniuersitatẽ consignificare vellent: quemadmodum fusius in Originibus dictum est. sic παμβασιλεὺς, παμβήλης, παμπόνηρος, παμίλλιος, quo vocabulo vsum esse Archilochum author est Strabo in octauo. Itaque & Athenienses cum ex omnibus vicis ad ludos conuenirent, παναθήναια celebrab. nt: & ad Heliconium Neptunum Ioues Panio. nasficut idem prodidit. Ab ipso igitur Deo eiúsque potẽtia tibi carmẽ auspicari licet: parcè tamen: vulgata nãque res est admodum. nisi ex abdita quapiam eruditione aliquid erutũ promas. verùm sine ostentatione, atque arrogantia: itémque ne anxios habeas auditorum animos in ipsa historiæ quæstione. quod vltimũ quorundam poetarum vel maximũ exístit: quidum malunt admirationi esse, quàm intelligi, pro attentione quam captant, odium consequãtur. Deinde ad Gentis laudes: quarum leges in superiore commentatione positæ sunt. Hic res gestas mos est oratoribus liberius explicare: nõ solùm quòd ea res faciat ad laudationem, sed etiam vt incitentur animi ciuium ad similes & exercitationes & glorias. quo loco nõ historias modò veras, sed fabellas quoq; inserere plurimum cõfert auriũ voluptati. Atq; ex his excitari potest modus comparationum. Plurimum sanè splẽdoris affert rebus nostris alienæ lux laudis. Tertius locus cõtinet celebritatis ipsius cõmendationem. quam pro cuiusque rei studio deduces in tuos numeros. Sunt enim Gymnica certamina ad robur augẽdum exercitationib⁹: Sunt Musica ad robur redintegrandum ex remissione. Sunt incondita quædam alia, quæ simul cum seriis ludum connectunt. Cuiusmodi legimus Consualia, in quibus cernui pastores saliebant. Et illa quæ à Varrone tradita, à poetis repetita: *vnctos saliêre per vtres*. Et quæ nostris temporibus fiunt: cùm quis in scrobe, aut circulo ponit vnum pedem, alterum suspẽsum habet. Colluctator vno item stans pede, atque eo saliẽs aggreditur expectãtem. Vter eo, qui suspensus est, pede terram attigerit, pro victo habetur. Si aggressor, abit: alius succedit: ille adhuc manet. Si is qui in circulo stat, vincatur: abit: qui eũ aggressus est, in eam subit stationẽ. vetus profectò exercitandi genus: & quod legimus de Milone Crotoniata. Stans enim in pelle vncta oleo, aggrediẽtes propulsabat. Ipse de vestigio ne tantillum quidem. Alia quoque leges apud Pollucem, quæ in conuentibus festis fieri consueuerant. Eorum iucunditate carmina tua poteris aspergere. Addes iis post hæc certatorũ præmia. Præconis voce declarationes primùm quibus tum Athleta, tum patria, atque parentes beati pronuntiabantur. Dona deinde alia alia. Lebetes, pelles, coronæ: quemadmodum è Pindaro colligi potest. Coronarũ materia varia. E quercu. Eius laus multa. Victus priscus. Olea nõ minore prædicatione. Ex ea enim veteres Trophea erigere soliti. Ea sese coronauit Pallas Neptuno superato. Quidẽ sterilis arbor est, vnde coronæ fiant: veluti Picea, Apiũ, Cypressus: ex his enim nullus vius ad vescendum nobis. Tum verò vis orationis, quo se intẽdat, habet. Pro se satis præstare virtutẽ sibi. Nõ esse precium coronam, sed præmium. Quin ne præmium quidem, si ab emẽdo dicatur: sed indicium tantùm, ac testimonium. Secundũ hæc præsidem certaminis atq; celebritatis appellabis: siue is sit Rex, siue præfectus, siue plures, vt apud Græcos olim αἰσυμνῆται: tum alii, tum Amphictyones. Legimus etiã multos priuatos viros, edidisse ludos publicos, vel ad augendam nominis magnificentiam: vel ad eluẽdam auaritiæ maculam. Quemadmodum iis facere mos fuit, qui Decumam Herculi pollucebant. neque enim epulum sine aliquo ludorum genere dabatur. Tum autem qui parentibus aut patronis ludos funebres faciendos curabant. Postrema Poematis pars in votis, atque exhortationibus sita est. Discedant bonis ominibus, memores tã felicis diei, cuius tractum breuem longinquæ vitæ inerti anteponendum putent. Si quid spectarint glorioſi, ad idem sese cõparẽt: sin quippiam sese obtulerit, cuius offensione sit animus alienatus: eo relicto tanto acrius ad virtutẽ accingãtur. Panegyricus igitur est oratio laudatoria quæ dici consueuit apud multitudinem congregatam. Differtque ab aliis orationibus demonstratiuis: propterea quòd multæ scribi possunt de cuiuspiam laudibus, quæ nunquam recitatæ, sola lectione contentæ sunt. Quales Euagoras Isocratis, & de laudibus Helenæ, atq; Busiridis. quinetiã si pronuncientur apud aliquot auditores: ne tum quidem Panegyrici nomen obtinebunt. Plinius quoque Traianum laudaturus, illustri titulo auxit orationem suã. Neque enim vniuerso populo conuocato, sed Patribus tantùm conscriptis in Senatu dixit de principis laudibus. Præsertim cùm totius argumenti vis posita sit in genere τοῦ ἐγκωμιαστικοῦ. Eũ enim finem spectat, vt pro Consulatu gratias agat Traiano: ac propterea in laudes eius adducatur. Quod vt melius intelligatur, de generibus laudatoriarum aliis agendum est.

LAVS, Laudatio.

Caput cx.

Ἔπαινον igitur aliud dicunt Græci, aliud ἐγκώμιον. Falluntur enim, qui idem putant. quod vt clarius pateat à Nominis ratione, rationẽ rei, quod vocat Aristoteles τὸ πῶς ἔχειν) venari oportet. Est igitur ἔπος, quemadmodum suprà dicebamus, idem quod μῦθος. Μῦθος autem idẽ, quod dictũ, aut sermo: vt veteres loquebantur. Nam postea vtriusque significatio ad fabellarum angustias redacta est. Ergo cùm de re quapiam αἶνος esset propositus: auditorum consensus expressus oratione ἔπαινος appellabatur. quasi prioris narrationis additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quàm comprobatio dictorum. Inde tractum est: vt hoc testimonium, vel bonæ rei, vel bene cuiuspiam facti, dictúve ἔπαινος vocaretur. Satis igitur erat & breuitas orationis, & paucitas comprobantium: cõprehendebat autem veritatem, atque ab ea comprehendebatur. Hoc à Latinis laus dicta fuit vetere voce Æolica: cuius cõposita durãt adhuc. ἀπολαύω. fuit enim λαύω fruor. Nullus sanè maior fructus ex virtute, aut actione illius, quàm laus. sic itaque definiere ἔπαινος μαρτυρία πρὸς ἀρετὴν ἀρετῆς: atque eodem filo alii. λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς. quanquã mihi videtur vox illa, μεγέθος, esse superuacanea. Satis enim est vt sit, vel testimoniũ, vel iudiciũ virtutis. nã virtutis magnitudo, siue alius quis modus nequaquã ingreditur definitionẽ. Sed magnæ virtutis magna quoque laus esse potest. Erit igitur laus & simplicis rei, & simplici nudáque oratione, & semper vera, vt volũt. Tametsi nobis aliter iudicatur. Euenit enim vt etiam testes mentiãtur: aut fallãtur saltẽ ii, qui vel amici, vel possessionis suæ laudem proferunt. Sed mea quidẽ sentẽtia, tum vera, tum falsa oratio de cuiuspiam perfectione: modò sit sine ornatu, simplex ac breuis, ἔπαινος erit. Dico autem perfectionem, nõ virtutem, vt illi, propterea quòd etiã ab arte quapiam, quæ à virtutis natura alia est, laus proficisci potest. Quemadmodum ne iis quidem assentior, qui vnius tãtum virtutis ἔπαινον esse autumant. Quippe si quis hunc αἶνον mihi narret: Benedictus Scaliger cũ Matthia Coruino Rege Turcarum exercitus multos fudit: Equitem è suis nullum stipendiis, vt alii faciebãt, defraudauit: Dei opt. max. cultum, prẽter morem militarem, prima summáque habuit in commendatione: subditorũ multis, quos Bonifacius frater supplicio dignos iudicabat, ignouit: hũc ego ἔπαινον appendam. Benedictus igitur Scaliger Fortis, Iustus, Pius, Clemens fuit. Sanè hæc laus & de multis tamen. At ἐγκώμιον pusilla quædam quasi παίγνιον est. Quippe ἐν ταῖς κώμαις tribulibus audientibus cùm laudes alicuius ita recensebantur, vt lõgiusculè procederet oratio: ἐγκώμιον appellarũt. quæ neq; breuis, neque simplex esset: sed figuris ac numeris ornata, certis diuisa partibus, locis digesta suis esset. quare eadẽ sanè res: modus nõ idẽ. Omnisque ἐγκωμιάζων ἐπαινεῖ: nõ autẽ è conuerso. Ac sanè ἔπαινος videtur ἐγκωμίου pars, & ἐγκώμιον multi ἔπαινοι. atque ἔπαινος quidẽ persuadere potest, nõ quẽrit tamẽ. ἐγκώμιον semper vult: affert enim rationes, quibus credas ita esse, vti dicitur. quare vel exercitationis, vel officii causa multa ἐγκώμια scripta sunt: quibus ἄποινα, i. res damnati argumẽti, quæque nullũ artis admitterẽt locũ, etiam nefaria quædã cõmẽdarẽtur. cuiusmodi est oratio de Busiride, de febre quartana, de pestilentia. Quædã etiam ridiculæ, de caluitio, de ventris crepitu, de musca, de culice, de anſere. Ex officio verò vt si filius Phalarin aut legatus laudet. Aristot. ἔπαινον virtutum esse ait: ἐγκώμιον verò factorũ. μακαρισμὸν hominum beatorũ, i. diuitũ. δαιμονισμὸν, deorum. Facit etiam in Eth. τὸ μικτὸν pluris quàm τὸ ἐπαινετόν. Quemadmodum verò Latinè dicas ἐγκώμιον haud sanè in mentem venit, nisi sit, Laudatio. Inscribuntur tamẽ sæpiẽ de laudibus. quæ igitur vel ἔπαινον vel ἐγκώμιον, consequantur, Græci καλόν, & δόξαν, si à virtute proficiscantur: si ab alia causa, puta à pulchritudine, à cursura, à cantu, à fabrica & eiusmodi τὸ ἐπίσημον, appellarũt. καλὸν sanè esse τῷ δεῖ ἀρετῆς ἐπιφάνειαν ἢ εἶ παρ' ὀλίγοις: δόξαν autem τῷ παρὰ πολλοῖς. Quare καλὸν gloriam potes dicere: δόξαν dignitatẽ, vnde εὐδόξους, & ἐνδόξους: de quibus etiam apud Gellium ex Enniano carmine. ἐπίσημον autem nobilitatẽ ad amussim designat. Ita dicimus nobilem citharœdũ. Nobilitas ex laude, laus ex artis perfectione. Fecerũt autem ὁλοσχερῆ speciem ἐπαίνου: quã nos aptissimè prædicationem appellamus. Sic enim vtitur Cic. Nam verbo benedicendi barbari in sacris libris sæpe sunt abusi. Quinetiam cùm quis de seipso prædicaret aliud finxere verbum felicissimum περιευλογεῖν: quod eidem suum cõsulatum toties ventilanti, maximè potuit conuenire. Ex his patet non esse verum, quod aiunt. ἔπαινον esse περὶ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς. ἐγκώμιον autẽ, περὶ τὰ ἔργα τῶν σπουδαίων. nam actionum sua simplex, breuísque laus est. Et rerum legimus Laudationes: vt Herculis, Helenes, Romæ. Illud præterea quàm isti diligentius. Nánque cùm τῷ ἐπαίνῳ aliud quàm τῷ ἐγκωμίῳ contrarium agnoscerent, vna tamen voce vtrunque appellarunt, ψόγον. Nos verò ψόγον τῷ ἐπαίνῳ, & τῷ ἐγκωμίῳ τῷδε κατηγορίαν. Qua voce vtitur ad hũc sensum in Phædro Plato. Aristoteles autem τὸ ψέγειν, etiam κακολογεῖν & τὸ ἐπαινεῖν etiam ἐυλογεῖν. Hęc igitur de laudationibus. Nunc earum genera secundum rerum partitiones explicãda sunt.

QVÆ quisque laudare possit.

Caput cxi.

QVæcúnque sunt, Dei opt. max. beneficio sunt. Cælum, Elementa, quæque ab iis, quæque ex iis, quæque in iis existunt. A Cæli nánque vi, vis hæc inferior vniuersa pendet, à motu motus, à

Universidad de Deusto
Biblioteca

quiete quies. Ab elementorum formis per certas qualitates multæ sunt actiones, calefactio, infrigidatio, humectatio, desiccatio, elatio, depressio. Ex Cælo nihil fit, ex elementis omnia materialia. In Cælo astra sunt: Cælum ipsum diuinum animal continet & globum hunc, quem videmus, & Mentem illã, qua rotatur gyris sempiternis. In elementis omnibus aliquid inest Animalium, plantarum, gemmarum, lapidũ, metallorũ. Cætera omnia vulgò etiam nota. In igne verò animantes aliquas viuere tum ex aliorum historiis, tum ex Aristotelis fide persuasum est. Ac quemadmodum elementorum actiones agnoscebamus, ita etiam eorum, quæ ex elementis facta ab ipso Cælo diuina principia ad agendum consequuta sunt. Neque enim formæ vllæ vel à materia sunt, quemadmodum quidam Philosophi existimarunt: vel ab elemẽtorum mistione. Si enim auri forma ab elementorum mistione esset, nihil esset aliud aurum, quàm elementa. igitur homo quoque nihil sanè aliud. Quod si fateri coguntur in homine formam esse præter elementa: ad eandem rationem in auro quoque. Formæ igitur omnes ab eodem opifice, à quo & materia. Quare Animantium actiones nihilò secius celebrabuntur: Equi vigor, Canis fides, Psittaci cantus, Passeris nequitia, Cicurati leonis lenitas atque mansuetudo, Præcipuè verò hominis opera, officia, consilia, actiones. De quibus omnibus via ac ratio præscribenda est.

HYMNI.

Caput cxii.

AC Dei quidem laus semper in toto animo, vniuersáque cogitatione nostra versari debet. Quicquid sine eius communione facies, id verò factum ne putes. quantò magis appellendus animus ad eas modulationes, quæ quantum illius complectuntur, tantum eius concipiunt diuinitatis: siúntque illorum affines concentuum, qui cælestibus anfractibus atque rotationibus sunt ab opifice attributi. Dicitur autem Dei laudatio à Græcis ὕμνος à Latinis celebratio. Vnus igitur ille cùm sit, idémque trinus, vel vt solum canere, vel personas seorsim celebrare ius est homini Christiano: additis verecundè proprietatibus. Nõ vt disputatores morosi: sed vt pii Poetæ facere consueuere. Id quod post alios multos nos quoque conati sumus. Nánque in Deum patrem Hymnum cùm scriberemus: tanquam rerum omnium conditorem ab orbis ipsius creatione, ad nos nostráque vsque duximus. Deum verò filium Dominum nostrum Iesum Christum tanquam humani generis Seruatorem. In quo abduximus animum nostrum à corporis carcere ad liberos campos contemplationis, quæ me in illum transformaret. Tum autem sanctissimi Spiritus ineffabilis vigor ille tanto ardore celebratus est, vt cùm lenissimis numeris esset inchoatus hymnus, repétino diuini ignis impetu conflagrarit. In Deo quicquid est, ipsemet est Deus: cognitionis autem nostræ imbecillitate, horum inferiorum exemplo atque imagine quasi multa distinguntur. Intellectus, à quo voluntas, post quam potentia. verùm neque antè, neque pòst quicquam. Sed non solum simul, verumetiam vnum. A quo duo duxerũt veteres maxima rerũ actionúmque omnium principia: Naturã, & Fortunã. Natura enim est, Potẽtia Dei: Fortuna verò Volũtas.

Veteres igitur Theologi Orpheus, Linus, Musæus, non solùm hæc quæ maxima, & prima sunt, sed etiam alias minutiores potestates ita diuisere, vt varia ac diuersa numina, quos item deos appellarent, constituerent. quare Iouem summum deum cùm agnoscerent, cæterorum finxerunt patrem: è quo scilicet omnia profecta essent. Ita Palladem, Martem, Vulcanum, Proserpinam, Venerẽ, Bacchũ, pro iis officiis, quæ vnum in vno sunt à nobis cognita. Quamobrem nequaquam mirum videatur: si Hymnorũ naturam varia in genera sunt partiti, in κλητικοὺς, ἀποτρεπτικοὺς, φυσικοὺς, μυθικοὺς, γενεαλογικοὺς, παλαισμάτων, συκτικοὺς, ἀποτυκτικοὺς, μικτούς. Ad quæ genera si παιᾶνες & θεσπῴδια non reducuntur, diuersarum rationum species cum illis connumerabũtur. Didymus enim author est hymnos cum Cithara, θεσπῴδια cum tibia ad aras ab Athenien sibus cani solitos.

EVOCATORII, SIVE Inuocatorii.

Caput cxiii.

EVocatorii, siue κλητικοὶ, dicuntur à Græcis ii, quib⁹ deos vel inuocam⁹, vel etiam euocamus. Non quemadmodum prisci Romani cùm eorum oppidorum, vrbiúmue, quæ obsiderent, numina euocabant. sed quo modo Orpheus in Hippan liberi patris nutricem. vbi nõ vnius loci facit mentionem:

Κλῦθι μου ἐυχομένου χθονία μῶτερ βασίλεια
Εἴτε σὺ ἐν φρυγίῃ κατέχεις ἴδρυσε ὄρεσς ἀγλαὸν,
Εἴ τμώλῳ πέρπει σε, καλὸν λυδῶν θέασμα
Εἴτε πρὸς ἑσπερίους τελεταῖς. Sũt autem omnes Euocatorii votiui. Quemadmodũ primus statim, in quo idem omnes deos suos inuocat. Apponunt enĩ preces in fine. tales omnes Procli hymni. In príncipio igitur: κικλήσκω, καλέω, ἐπικάλουμαι, κλῄζω. Clauduntur autem petitione, παρεῖναι τελεστὰς ἱλαους. sicut ad Lucinam, δεῦρο χαρεὰ καὶ σοῖς. Sic cùm dixit, ἐπευχαλοῦμαι, cõcludit, βαῖεν γενοῖο εἰς τελετὰν ἁγίαν. & ἀδ' ὦ δὲ ἔσσ μύστησι παρεστάοις. & ἀγαθὰν ὄπασον βιότοις τελετὰν. & αἰ τοῦτα θυσίαις καὶ ἀγαλμάτις λειτουργέοιν.

Ἀποτρεπτικοὶ.

Caput cxiiii.

LAtinè satis commodè dici nequit τὸ ἀποτρεπτικὸν. amittere, emittere, allegare, amandare verba satis id significant: vocis flexus insuauis est. Proinde veteres Poetæ ne ἀποτρεπτικὸν quidem Latinè potiùs, quàm Græcè dicere voluerunt. Rarissimus horum hymnorum vsus: Quippe ex Homeri hymno in Appollinẽ multas inuenias eius dei peregrinationes. Quamobrem cùm ex iis locis abiret, in quæ venisset, ἀποτρεπτικῷ ὕμνῳ cum populi prosequebantur. Præterea certi dies fasti apud Priscos fuere, in quibus quidam dii quasi antea aduenissent, cõpositis carminibus ad suam quisque patriam, dimittebantur. Cùm enim multorum locorum patrocinium suscepissent: partiri tempora æquum fuit: vt alibi aliàs præessent sedibus suis. Itaq; apud Delios, & Milesios Apollinis, apud Argiuos Dianæ festa quædam celebrata sunt, quæ ἀποδημίαι dicebantur. Quasi eo potissimũ tempore inter eos numina illa versarentur. Igitur postremo festorum die, quasi abeuntes deos suos ad aras certis hymnis prosequebantur, qui ea de causa dicti sunt ἀποτρεπτικοί: quemadmodum suprà diximus discedẽtibus amicis ἀποτρεπτικούς. Aiunt à Bacchyllide Lyrico Poeta huiusce generis hymnos esse conscriptos. Statuunt autem differentiam inter κλητικοὺς & ἀποτρεπτικοὺς, quòd illos breues esse cõueniat, hos autem prolixiores. Quasi mora desiderium abeuntis condiat. Cùm enim inuocamus, volum⁹ quàm celerrimè eos aduenire: cùm decedunt, tardissimè amoueri.

Φυσικοὶ, Μυθικοὶ, Γενεαλογικοὶ, Παλαισμάτων. Caput cxv.

QVemadmodum κλητικοὶ sunt partes μέρη κλητικῶν. neque enim, vti dicebamus, inuocantur dii, nisi vt opem ferant, ita φυσικῶν partes sunt οἱ παλαισμάτων. Ficti nánque sunt: quemadmodum, Dies, Nox, Tempestas, Iustitia, Lex, Virtus, Honor, Fama. Orphe⁹ autem mortem quoque celebrat pro numine. Hæc itaque omnia naturalia sunt. Sic & Marullus Cælum, Elementáque Hymnis canit. sic Apollinem Solem dicis: Dianam Lunam: Iunonem aerem: Iouem ætherẽ: Saturnũ tempus: Venerem calorem genitalem: Martem sanguinis efferuescentiam: Mercurium ingenii dexteritatem. Horum duo genera. Alterum, quod celebrat tantùm, neque exponit. Alterum quod rei naturam explicat. vt illud Poetæ,

-vos ô clarissima mundi
Sidera, labentem Cælo, quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. Hactenus inuocatio. nũc expositio, *-vestrosi munere tellus*
Chaoniam pingui glandem mutauit arista.
Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis.

Qui Sol, & Luna ducunt annum: formántque fata sua vi. Lucretius quoque multa interpretatur. Hoc genus complectitur, & μυθικοὺς & γενεαλογικούς. Ex Genealogicis educitur aut origo, aut causa cuiusque potestatis. Exempli gratia Bacchi ortus. Iouis filius, qui Iupiter æther est. Semele arsit. Vtrunque vim igneam vini ostẽdit. Præterea immaturum fœtũ, nisi succo abundet. Vritur enim vitis sine humore. Iccirco exemptum, in coxa insutum, perficit Iupiter. Iupiter, inquam, aut, quemadmodum mauult Orpheus, Saturni filius Sabazius. Sic enim scribit,

Κλῦθι πάτερ κρόνου υἱὲ Σαβάζιε, πάνδιμε δαῖμον,
Ὅς τε Βάκχον Διώνυσον εἰσέθεσω, ἀρρυφάτοιο
Μηροῦ ἐγκατθέσθας, ὅπως τιτλήσκοιτο καὶ ἅλλη
Τμῶλον ναίει ἠδ' ἔθνεα πάντα χαλλιπάρθενον.

Eodem modo etiam μυθικοὶ, siue vt ego solitus sum appellare μυστικοί. Officia nánque & opera numinibus attributa multa tegunt arcana manifestis inuolucris. Pugna deorum aduersus Titanas. Sunt enim Titanes exhalationes, vapores, fumi: quas, quósque discutiunt astra. Cõiugium Iouis, & Iunonis: id est, ætheris, & aeris. Discordiæ inter eos, ob alterius humiditatem, alterius siccitatem. & alia talia. In quibus raræ fiunt petitiones. Cognomina verò multa: quot apud Orpheum videre est. Sunt itaque γενεαλογικοὶ fabulosorum, siue historicorum partes: nõ enim semper fabula cum natalibus: natalia verò cum fabula semper. Fictorum verò numinũ ratio mollis sit, non coacta, non insuauis, neque enim delectat me fictio illa: cùm Iouis caput scindit securi Vulcanus, vt pariat Palladem. ac ne antiquis illud quidem probatũ. Apud quos damnatur in primis illa, quam ἀπεροσύνη vocãt. Nam ἄφορον, quod pro opere est: πάρεργον, quod extra opus: περίεργον quod supra opus. Prohibent igitur inepram affectationem. Quemadmodũ aiunt à quibusdam factum esse: qui Zelotypiæ numen cùm fingerent: velum ei attribuerunt, Inuidiam: Pro cingulo autem litem. Sunt autẽ duo genera eiusmodi numinum. alterum, quod cum diis habet coniunctionem: Alterum, quod ad naturam nostram maximè pertinet. Primæ classis sunt, venti, horæ, tempestates, fortuna & eiusmodi. In his & res & stilos grauiores esse oportet. Secũdi modi sunt, somnus, vigilia, paupertas, sanitas, rumor, obtrectatio, luxuria. quibus humiliores tum fictiones, tum numeri sunt attribuendi. Qui verò ἀποτυκτικοὶ, vel θεσπυκτικοὶ dicti sunt Hymni: eorum præcepta tum in κλητικοῖς, tum in superioribus syluis posita sunt. Misti autem cuiusmodi sint, satis patet ex his. Inuocant enim, narrant natalia, gesta, aras, vota cõcipiunt. Qualis Callimachi in Delũ. In Cererem inuocatio, & preces post fabulam. Homeri hymni nulli inuocant: partim narrãt natalia & gesta: vt Apollinis: partim gesta tãtùm, vt Bacchi. Alii solùm laudãt etiam sine inuocatione: vt maxima eorũdẽ pars. quare hęc quoque species separata à cæteris statuenda est. inqua illud solum verbũ ἀείδω, aut κλῄζω. Theocritus verò verbo vsus est in Castoris, & Pollucis, ὑμνέω.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HEROICI, Pæanes, Scolia.

CAPVT CXVI.

Quomodo igitur eę ſpecies diuerſę circa materiam vnam tantùm: quippe deos. A' materia verò alia ſpecies, qua Heroes celebrantur. Quemadmodum Hercules, Cabiri, Corybantes ſiue Dactyli Idæi, Semele, Helena. Quam Steſichorus cùm ode quadam vituperaſſet, atque vt mẽriuntur more ſuo Græci, oculis propterea captus eſſet: recantauit carmen, quod iccirco inſcripſit Palinodiam: cuius initium eſt apud Platonẽ in Phædro:

οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος.
οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσσέλμοις:
οὐδ' ἵκου πέργαμα Τροίας.

Eſt autem Latinè παλινῳδία, Recãtatio, veluti ex Horatiana ode colligi poteſt. In ſua nãque Palinodia dicit:

Fias recantatis amica opprobriis.

In Heroicis hymnis eadem ratio Genealogiæ. Qualis in Theocriti Heraclisco. Frequentior tamen geſtorum narratio, vt in Heſiodi aſpide, & in Hercule Leonicida. ex facto etiã Hippan celebrat Orpheus. Igitur cùm Heroes ab antiquis ἡμίθεοι καὶ ἡμιθνῆτες crediti ſint; ſanè iocandum nobis eſt, vt non verè hymnos dicam eorum celebrationes, ſed ἐγκώμια. Quibus autem modis Pæanes, quibúſque Scolia canerentur, ſuo loco dictum eſt. Nam quòd ad materiã attiner, ab hymnis differunt nihil.

DITHYRAMBI. CAPVT CXVII.

A Bhis haud longè abſunt Dithyrãbi. Eorum argumenta duxerunt originẽ à Baccho. Ideo Philoſophus in 8. Politicorum, ὁ διθύραμβος οἶνον ἔοικεν ἐμποιεῖν μᾶλλον ἢ φρόνησιν. Et fruſtra Philoxenum tentaſſe τὴν ἁρμονίαν harmoniæ aptare dithyrãbum, raptũ que ab eius natura in φρόνησιν. itaque τοιούτῳ τινὶ ἀρμονίᾳ ἐν φρονήσει μᾶλλον λαμβάνῃ τὸ ἀρεῖον. In vndeuigeſima ſectione, negat ſuo tempore διθυραμβίους habuiſſe αὐτηρίους. ſed olim habuiſſe: quo tempore οἱ διθύραμβοι ἠγόρευον ἀντὶ κιθαρῳδῶν ἀρμονίαν μέλη ἔχον. vt poſtea videãtur conductitias operas ad chorum ſerui præſtitiſſe. Rationem redit quare deſita ſit αὐτηρότης, quia facti eſſent μιμητικοί. Quoniam in choris eſſent αὐτηρότερα ἐν τοῖς ἀπὸ σκηνῶν non eſſent, id eſt, in diuerbiis, & alloeutionibus. Itaque Tragica non habere αὐτήρατα: neque eis aptam eſſe τὴν ὑποκρισιν, neque τὴν ἀποφρυγήν.

LAVDATIONES.

CAPVT CXVIII.

HVnc igitur ad modum & dii, & Semidei celebrantur. Cæteræ commẽdationes orationibus comprehenſæ dicuntur laudationes. quarum naturam communem ſuprà declarauimus. Nunc materiarum modos ſic diuidamus. quæ laudãtur, ſunt, aut ἔνδοξα, aut ἄδοξα, aut ἀμφίδοξα, aut δόξα. Endoxa voco Latinè nobilia, id eſt, quorum laus nota eſt. ἄδοξα autẽ ignobilia. Illaudatum Buſiridem ἄδοξον dixit Virgilius. Ennius ex Hecuba Euripidæ, τὸν ἀδοξοῦντα ignobilem, opulentum τὸν δοκοῦντα tranſtulit. Id reprehendit Gellius; negat enim omnes ignobiles ἀδόξους: & omnes opulentos ἐνδόξους. Sanè dimidio eius ſententiæ accedo. non enim omnes opulenti ἐνδοξοῦσι. ſũt enim multi opibus differti ignobiles. At verò ἄδοξον ſiue ἀδοξοῦντα ſanè ignobilem interpretor. Sunt igitur ἄδοξα argumenta quædam, quæ nullam admittunt laudationem. ἔνδοξα igitur, cùm per ſe clara, atq; nobilia ſunt, quare laudãtur? quippe dii immortales nullius egent noſtræ laudis. Non enim Sol aut Luna, ceteráue ſidera maiora, auctiora, notioráue euadunt noſtris laudationibus. tantò minus verus ille vnus Deus. Sanè non omnibus omnino omnia nota ſunt. Ille ſanè nõ eget, auditores eius indigent cognitionis, qua illius ſimiles fiant. quin ille ipſemet, qui condit, componſtque illas Dei laudes, eundem capit, quem auditor, fructum. Neque enim ex animo quicquã in orationem exire poteſt, quod ipſius mentis prius non extiterit forma quaſi quædã, tametſi accidentalis. ἄδοξα igitur ſunt, & ſuapte natura ignobilia, & quæ ab arte prædicationis cultũ quàm difficillimè queunt accipere. Cuiuſmodi genus cauſarum in duas partimur ſpecies. Vna eſt vilis & ἀγεώδης. puta ſi ventris crepitum, aut ructum, ſtercúſue laudare inſtitueris. altera eſt, quã αὐτοσχέδιον Rhetores: idẽ Gellius parũ conſiſtentem cauſam videtur interpretari, quã Græcè ἄπειρον vocat, id eſt, vt ipſe dicit, inexplicabilẽ. Verùm tertiam adhuc ſpeciem intelligemus. Eſt enim hæc ſecunda in duas diuiſa. Altera eſt ἄπειρος vera, i. quę nulla ſubminiſtrat argumẽta. Inopem appellare poteſt: exempli gratia, Parricidium. Quod tamen, ſi per verecundiam liceret, nefaria illa quidem, non inepta tamen oratione laudarem, nedum defenderem. Altera eſt ἀπειρεσιώτατον, id eſt, vt ille ait inextricabilis. exẽpli gratia illa, quam ipſe affert. Septem iudices de homicidio cognoſcant. Rata ſententia eſto, quæ à pluribus. Duo cenſent pecunia, duo exilio mulctandum. Tres morte afficiendũ. Difficultas eſt: quia accuſator dicat tres ſimul hìc eſſe. in aliis ſententiis binos. Reus contrà. quatuor à morte abſoluere: Tres rãtùm mortis dãnare. ἀμφίδοξα autem quę dubitationẽ, & diſceptationem vtrinque capiunt. Veluti Monarchiæ laudatio, belli, nauigationis. παράδοξα verò quæ præter vulgi opinionẽ. vt mortẽ ſiquis laudet, & paupertatem anteferat Tyrannidi. Cęterùm oratori tribus hiſce poſtremis relictis ἔνδοξα tãtùm, hoc eſt laude digna, in Syluis noſtris excepta poeticis numeris ornãda ſunt. Sũt autem hæc: Perſona, actio, locus, tempus. Sub Perſona comprehenditur etiam quaſi perſona, equus, canis, leo, turdus, pſittacus, laurus, platanus,

nus, roſa. Actionis autem non ſolùm fluxus ille, vt curſus, ſcriptio: ſed etiam finis ipſius, i. opus. vt ſtatua, pictura, enſis, currus & eiuſmodi.

PERSONA. CAPVT CIX.

AC perſonæ quidem laus tametſi abiis, quæ ſuprà dicta ſunt, argumentis duci poteſt: tamen breuiſsimis, maximéque neceſsariis locis hìc eã cõſtituemus. Natura, Fortuna, Inſtitutio, Actiones, Circunſtantiæ. Natura comprehendit Genus, Corpus, Animum. Fortuna Opes. Inſtitutio & fidem facit naturæ, & addit. Actiones naturam perficiunt, & inſtitutionem. Circunſtãtiæ continentur loco, tẽpore, modo, cauſa. quæ & ſi ſcio à Rhetoribus aliter explicata: mihi tamen noſtra potius acutè prodere, quàm aliena ſupinè ſequi, ſemper in animo fuit. Genus intelligo parentes, auos, affines. Corporis bona quatuor, Sanitas, Robur, Agilitas, Pulchritudo. Animum commendant habitus duo, perfecta cõtemplatio, cuius finis cognitio: & perfecta voluntas, cuius finis actio. Opes ſunt aut cum imperio, aut priuatæ. Imperium aut ſingulare, aut cum aliis commune. Singulare aut iuſtũ, vt regnum: aut violentum, vt Tyrannis. commune aut cum optimatibus, vt in Ariſtocratia: aut cũ omnibus, vt in popularitate, quæ à Græcis dicitur Democratia. Inſtitutio naturæ bona auget: vt Chiron, & Phœnix. Actiones aut publicæ, aut priuatæ, vt bellum, legatio, agricultura, nauigatio: quæ omnia laudantur à fine. Priuatarum actionum quarundam manet finis, aliarũ aboletur. Manere nunc dicimus eum, qui ſenſui ſubiectus eſt, quales ſunt fines artium multarum, quæ opera dicuntur, vt naues, ædificia, ſtatuæ. Circunſtantiæ ſunt quibus laus, aut vituperatio augetur. Quarum numerum non rectè ſcripſerunt antiqui. Sex enim recenſer cum aliis Hermogenes, locum, tempus, modũ, perſonam, cauſam, rem. Quem numerum etiam Trapezũtius eſt ſequutus. ſic enim περίστασιν nouo nomine interpretatur, rectè ſanè. Nam quo iure dicimus cõſtantiam, eodem etiam circunſtantiam. Quintilianus in tertio Negotium Latinè appellat περίστασιν: verùm laxa voce nimis. M. Gallio verbo vſus eſt in participio, nomine abſtinuit: dixit enim res circunſtantes. Fabius multò plures cõmemorat circunſtãtias. Cõtrà ſubtilius Trapez. omnes ad duas reducit, Rem, Perſonam. Cæterùm cùm Hermogenes dicat, περίστασιν eſſε τὸ παθεῖν ἢ ποιῆσαι, καὶ λόγοις, καὶ πράξεσι, καὶ δίκαις, καὶ ὑποθέσεσι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, profectò & multa cõfudit, & à ſeipſo alienus eſt. nam quomodo diſtinguit τὸν ζῆσαι ἀπὸ τῆς λόγων, καὶ πράξεων? quid enim aliud eſt in vita noſtra, quàm facta & dicta? Præterea ſi circunſtantia eſt in rebus: quomodo res erit circunſtantia? Quòd verò alii quoq; vt idem ait, Materiam addunt: ſanè ſub re continetur. Sanè actionis cuiuſpiam circũſtãtia res eſt, id eſt. materia, puta inſtrumentum, vt enſis in vulneratione. Ad hæc circunſtantia facti eſt perſona: ſic etiam perſonæ circunſtantia, factum eſt. Nam quemadmodum detrahetur teſti fides, niſi ex aliis falſis teſtificationibus? ſic loci quoque ſunt circunſtantiæ, frequentia, ſolitudo. Quare circũſtantiæ circunſtãtia erit. porrò frequentiæ quoque ipſius erit circunſtantia. Puta nobilium perſonarum, aut ignobilium. Ciuium, aut peregrinorum. Poſtremò vel illuſtrẽ quandam circunſtantiam videntur omiſiſſe τὸ ἀκόλουθον. vt nõ ſolùm actionis cauſam inueſtigemus: ſed illud etiam: an ipſa actio melioris, aut atrocioris rei cauſa fuerit. Quare Latinè Euentum appellabo. Exempli gratia. Si ex Milonis cæde melius, deteriúſue fuerit Reipub. Sic Cæſarem laudaturus: non ab iis quæ fecit ſolùm, ſed ex illis quoque vtilitatibus, quæ eius res geſtas ſunt conſequutæ. vt extinctio Tribunitiorum tumultuum, & ſi qua ſunt alia. Erit igitur περίστασις cohæſio, ſiue cohærentia cauſarũ ad faciendam fidem. Quæ cauſæ cùm ſint quatuor, efficiens perſonam comprehendet: materia inſtrumentum: finis animũ perſonę: in quo & coniectura eſſe poterit, & ſtatus qualitatis, & interpretatio ſcripti ac ſententiæ: veluti cùm Milo in rheda eſt, oſtendit animum ſuum aliorſum inclinatum, atque ad cædem faciẽdam. Forma verò complectetur modum apertè, locum autem & tempus conſequenter. A' loco igitur accepta laus oſtendit patriam: quæ maximà affert momenta ad commendationem. Patriç autẽ ius duplex. Altera eſt natale ſolum: altera vnde oriundi ſumus. addere quoque tertiam licebit: quippe vbi bene accepti commodè viuimus. Tales ſunt coloniæ, vel iure deductæ, vel vi occupatæ. Talia loca vacua, quorum in poſſeſsionem vẽtum fuerit. A' tempore quoque ſi inſtituatur laudatio: ſeculorum fient cõparationes. Ex otio & pace, opulentiam, ſecuritatem, ſeculum illud aureũ proferemus. A' ſtudiis populorũ, religione, armis, literis, agricultura, mercatura. Vegetum Romuli, religioſum Pompilii, reformatum ſub Tarquinio, iuſtum ſub conſulibus, fortunatum ſub Cæſare, opulentum ſub Auguſto. Modus autem nequaquã perſonæ circunſtantia eſt: vt hac quoque parte Rhetorum incuria animaduertatur. ſicuti ne cauſa quidem. Neque enim perſonæ vlla cauſa eſt, ſed effectionum tantúm. Quare ſi iudicium de perſona fiat: nulla ipſius erit cauſa pro circũſtantia, veluti pro Archia Cicero dicit.

LOCVS. CAPVT CXX.

VM igitur à loco ſumãtur argumẽta laudationum: tum propter hoc, tum etiam quia locorum laudes per ſe frequenter celebrantur: videamus quid ad Poetim noſtram conferri queat. Superius loci ſitum, naturámque eandem negabamus aduerſus Græcorum ſententiam, quę id afferebat. Natura enim eſt loci vis ad procre

Universidad de Deusto
Biblioteca

andum, alendum, tuendum. Hæc verò omnia A ab situ pendent. Situs est locus, nõ quilibet, sed certis affectus conditionibus. Conditio duplex, Cæli, Terræ. Cæli partes appellamus segmenta, & inclinationes: Græci parallelos, & climata. Segmenta sunt præscriptiones æquales inter se à circulis æquè distantibus: quorum punctum medium est in vtroque vertice, quẽ Græci Polum vocant. πολεῖν enim vertere est. Inclinationes sunt segmentorum certi tractus à vertice ad medium circulum: ita appellatæ, quia medio circulo subiecti populi rectum cælum supra se habere dicuntur: propterea quòd linea ab eo circulo ad axis medium punctũ demissa, qui axis est à vertice ad verticem ducta linea, rectum vtrinque angulum constituit. Cæteræ quæ ab aliis descendunt segmentis ad idẽ punctum axis medium non item. His itaque omnibus inclinatum esse cælum par est. Est & alia ratio qua Cælum veteres sapientes partiti sunt. Quippe medium circulum cùm in tot secuissent spatia, quot fecerant segmenta: à vertice ad verticem ducta linea per illa puncta, quibus spatia distinguuntur, circulos constituerunt omnes inter se in verticum puncto consecantes. Eos circulos non ineptè recentiores meridianos appellarunt: propterea quod per soles meridianos dignouerunt in terris locorum interualla ea, quæ nõ à vertice ad verticẽ, sed per aliam directò transuersam lineam sita essent. quã differentiam qui ita designarunt, vt alia aliam regionem Orienti Occidentsue diceret propiorem: non meminerant, nusquam esse vel Orientem vel Occidentem, vel Meridiem. Alteram quidem altera citius à Sole illustrari verũ est. Orienti autem esse propinquiorem, non est verum. Vbique enim oriens est Sol, & semper idémque ibidem occidens. qui enim certis populis oritur, idem eodem tum loco, tum tempore aliis occidit. Quinetiam aerius more nostro, intuenti patebit illud: Nullam altera prius vnquam videre Solem. Nã si Cataio prius apparet Sol, quàm Olysiponæ in diei principio, qui dies Cataio illuxerit: subeunte nocte Cataienſibus, Olysipona prius accipiet diem quàm Cataium. Cæterùm vt ciuilius agamus & leni*: ita instituamus. Quæ regiones putantur pri* excipere Solem, inde laudabuntur: quòd videãtur lucis habere vel auspicia, vel etiam semina. Quæ autem posterius, recenti munere ditari, quod aliis marcescat. Quæ Arcto propiores, abesse ab æstibus. Æthiopas maledicere orienti Solitũ quod apud Herodotum legere est. nam quod aiunt quidam terræ partẽ quæ Vrsæ subdita est, esse cæteris terris altiorem, atque iccir co laudari pro eo posit, quòd arx quasi quædã terrarum sit: sanè & puerile & falsum est. Nánque à Lunæ mõtibus & Nilus ad nos, & in Antarticum oceanum indidem, aut è proximis alia flumina, quæ ab Hispanis nominata sunt. Præterea quot fluuii in Arcticum oceanum euadũt? Inter quos Pezcera nobilissimus, & maximus, ac sanè immanis. Par illorum error, qui cum Septemtriones nominarunt regiones eas, quæ ab illis recedunt æquatorem versus, Meridionales vocant. At enimuerò eiusdem ad modum meridiani sunt Lubeca, Roma, Tripolis. Quare alio modo loquendum est. Quæ igitur ad æquatorem propius pertinent, carere iis incommodis, quę vitalium instrumentorum hostis frigus affert. Hæ sunt Cæli dispositiones. Terræ autem natura suam quæque laudem ex Poetæ ingenio parabit sibi. nihil enim poeticis afflatibus difficile. Montana igitur à celsitudine, ab aeris puritate, quòd Cælo sit affinis. quòd salubriores, vt aiunt, herbas ferat. Nánque hęc sententia suo loco à nobis explosa est. Cãpi faciles, plani, peruii, & quasi humani. Hæc à partis cõstitutione. Pinguis verò, aut tenuis: fertilis, aut sterilis ab officio, & quasi forma quadã. Illarum quidem laudes communes: tenuis verò & sterilis, quænam excogitari poterit? Salubritas aeris, vt quod de cibo demat, de vita cibi minus egẽte addat. Strenui, seduli, gnaui incolæ tantum ab se ponant operæ ad opes, quãtum à natura denegatũ sit. ipsi sibi natura sunt. Addes alias circunstantias. Si mari vicina, opes ex commoditate. Si procul à mari, procul à periculis, procul à vitiis. Rarò enim fit, quin propter conuenarum colluuiem boni mores emporiorum deprauentur. Tum autem laudis partem sibi vindicent fontes, lacus, flumina, portus quemadmodum hæc vel deseribi, vel laudari queant, videndum est. Fontes ex rupibus puriores aquas habẽt, è fabulo commodiores atque faciliores. Qui in Austrum decurrunt salubriores. Qui è paludibus, pinguiores. Illæ ad potãdum, hæ ad rigãdũ. flumina eodem modo turbida, quales apud nos riui, quos *Grogios* vocant multum aduehunt in arua commeatum. Itaq; quod è supernis detergunt, reponunt subiacẽtibus. Vbi nudi campi, mox prata & salicta. Brixianus mella & alii eiusdem Præturæ maximo sunt emolumento. Talia quoque plurima fluenta in Taurinis neutiquam Nilo inferiora, si glebæ vber, quod inuehunt, spectes: Grana, & Duria, & alii. Profunda flumina ad subuehẽdũ idonea. Vadosa aucupiis apta, & facillimus apparatus piscatoribus. Pontibus, quæ nõnisi immani precio poni queunt, nõ indigent. Nõ pilis, nõ molibus, nõ aggeribus. vbi port* sit naturalis, naturæ gratias ages, vbi manufactus, quos Cothonas ait Seruius appellatos, arte cõmẽdabis. lac* verò vel inuitũ te rapiẽt ad suas laudes.

Fontes.

Flumina.

VRBS. CAPVT CXXI.

VRbis Encomion, & ex iis quæ diximus, explebis, & paucis, quę exẽpli gratia dabimus. Veronã matrem si contemplatus fueris, non solùm laudabilem, sed etiam admirabilem fatearis.

Regio delectabilis, vtilis, Italiæ clauis. Situs A qualis toto terrarum orbe alii nulli. Quem annem inuenias, qui cum Athesi comparatus, tãtam vrbem mediam diuidat. Pontes cum Romanis pontibus comparentur. In planicie est, in monte est: sed ita vt montis domina, non mons dominus sit. Arces tres. Si ciuitatellam adnumeres, quatuor. Fontes intus aquæductibus antiquis. Theatrum, Amphitheatrũ, Arcus, alia nobilissima monumẽta. Quid ciues? Genuẽsiúmne sordes atque impostura, quæstus gratia deuota Orco pectora, cum literatissimis, bellicosissimis, omnibus in artibus solertissimis Veronensium ingeniis conferenda putes? Quod de Ligure dico, de aliis quoque ciusmodi volo in- B telligi. Ita aliarum loca excutes. A' cõditore etiam non parua argumenta. Si Princeps, si colonia, si Heros, si is qui olim pro deo habitus, aut in deos relatus est. A' tempore, vt à vetustate, πρωτοι Thebani. Arcades προσέλυνοι. Athenienses αὐτόχθονες. iactant enim se simul cum Sole ortos. & aliæ Græcæ nugæ. Disputant etiam Scythæ ne antiquiores fuerint, an Ægyptii. mihi vtrique insanire videntur. Rationes in libris De semine genitali deductę sunt. Si noua vrbs fuit, aut ex aliarum condita ruinis, vt Venetiæ ac vicinæ insulæ: quibus ea debetur laus quæ proximè accedit ad immortalitatem. sic Roma & Patauium cum Troianis parem nobilitatem, fortunam meliorem. Aut cæteris stantibus, tanquã vel interfita vel inserta. qualis Roma florentibus eo tempore Volscis, Equis, Veiis, Samnitibus, Thuscis. siue illis inuitis & posita fuerit & C creuerit, maxima profectò laus: siue volẽtibus, non minor. quippe sese haud satis futuros ad Regionis gloriam obtinendã existimarint: quibus deesset nouum robur, noua auspicia, noua fata. Ibi quoque extant indicia laudum. Si eodẽ semper loco fuit, & virtuti, & felicitati attribuendum. Si mutata sedes, vt Salapiæ, vt Patauii, quis dubiter optioni datum & à natura & à fortuna locum? Manfit locus, corpus ipsum euersũ, iisdẽ aut maioribus finibus denuò restitutum: ibi verò satis patet optimam illam fuisse sedẽ, quam eum alia nulla mutare voluerint. Atque hæc quidem rei mutatio est: Nominũ verò mutationes rarò ad laudem, sæpius ad delectandum pertinent auditorem. Pascitur enim animus oc D culta eruditione: ac tandiu attentus est, quandiu discit. Veluti si dicas vel vrbem vel regionem, non Athenas solùm & Atticam: id quod sanè vulgare est: sed & Cecropiam, & Erechthida, & Actin, & Carthmiam appellatam. Quas nominationes si ad laudem conferre libuerit, ita deducas, vt qui postremum indiderunt, virtute & fortuna prioribus fuerint superiores. Itaque *Franci.* Francos laudaturus, ab ea quasi nuncupatione augeas gloriam, quòd fortissimæ gentis domitores, sedem occuparint, leges ac nomen dederint simul. Quòd si de Latinis verba facies, tã- *Latini.*

to magis commendes, quòd Troianis agro dato, nomen retinuerint. Fit & alio modo mutatio aut imperii, aut pomœriorum. quæ si sunt promota, exhibebunt argumenta multa: sin angustiora, silentio prætereunda. A' causa etiam propter quã conditæ sunt. Aiunt enim de Rhodo: Quum lateret ea insula sub aquis, emersisse, enatámque Solis & vi & iussu: qui eam sibi terram elegerit, quum illo absente atque aurigante, vniuersum orbem inter se essent omnes partiti dii. hanc habes fabulam apud Pindarum. Ex Callimacho nihilo minora mendacia: Delum è Cælo cecidisse quum Iouis fugeret nuptias: ac propterea Asterien olim appellatã, quòd labẽtis more sideris sese demisisset. Inter causas, oracula, exilia, victoriæ, casus. Oraculo, vt Thera à Batto. Exilio, vt Massilia. Victoria, vt Nicæa. Casu, vt Venetiæ. auguratò quoque capta loca, vt Romæ. A' memoria defunctorũ, Caieta, Bucephala. Reducuntur autem causarum capita aut ad necessitatẽ, aut ad animi libidinem, aut ad casum. Necessitas complectitur oracula, exilia, eremẽta ciuiũ, famẽ, sterilitates, incursiones, ignes, terræmotus, hostiles euersiones, inundationes. Voluptatem comitatur electio. A' ciuibus verò quippe aut frequẽtia, aut excellentia, quæ constituitur studiis, factis, operibus. Studia sunt, sciẽtiæ & artes. Facta diuina, humana. Domi, foris. Publica, priuata. Opera, templa, ædes, muri, porticus, pontes, gymnasia, thermæ, theatra, viæ, aquæductus, turres, arces, statuę. Regũ- Pol tur autẽ regno, optimatibus, popularitate. Regni imago falsa, tyrannis. Illud βασιλεία: Hæc eadem voce Græcis, à quibus nostra. Optimatum status ἀριστοκρατία. huius vmbra ὀλιγαρχία. Popularitas Græcè δημοκρατία, quum vniuersi ciues æqua inter se ratione ius partiti sunt commune. Huius facies quasi quædam κακοκρατία: quũ plebs plus potest. Latinum nomen non habet. Extitere tamen gentes quædam, penes quas hæc omnia simul fuere: vt veteres Lacones, & Romani sub Imperatorib*. Ibi Rex, Ephori, Populus. hic Imperator, Senatus, Plebs. appellata est autem ὀλιγαρχία, etiam πλουτοκρατία quibusdam. Reducuntur autem ad capita duo, μοναρχίαν & πλυαρχίαν. quorum vtrunque sub πολιτείας nomine continetur. Quod nomen Latinè Rempublicam dicere nequeas. est enim idem publicum quod populi: at hæc species est, non genus. Quanquam populi appellatio apud Romanos interdum pro vniuersis ciuibus, aliàs pro plebe capi consueuit. Est enim in carminibus tam Fecialium, quàm iis quibus sese deuouebant Imperatores, Populi nomine Ciuitas vniuersa. Alibi verò pro plebe tantúm. quippe quum dicebant, Senatus Populúsque Romanus.

EPITAPHIVM, EPICEDIVM, Monodia, Inferiæ, Parentalia, Threni, Neniæ. CAPVT CXXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVemadmodum defunctorum imagines domi, in foro atque alibi statuę habebantur, quibus non solùm virorum fœminarúmque erga patriā beneficia sempiterna memoria celebrarentur: sed etiam vt ad æqualia facinora ciuium animi incenderentur: ita quorum facta nulla possent arte exprimi, publica oratione declarabantur. Quæ quod ad tumulos eorū quos celebrabant, haberetur: ἐπιτάφιος λόγος dicebatur. Etiam ἐπιτάφιον dicere poterant: verùm vsus non admisit. quemadmodum ἐπιτυμβία Venus: cuius signū colebatur apud Delphos, vt ait Plutarchus. Est igitur ἐπιτάφιος idem quod ἐπικήδειος. Solus Seruius docuit nos differentiā. Epicediū enim dici ait cōtra mortui nondum affecto sepulturæ. Epitaphium ad tumulum ipsum. Epicedium est Pallantis & Euryali. Funebris oratio Latinè dicitur, que ipso in funere habetur. quare Epitaphium etiā Elogium ipsum dictum est, quod tumulo inscribitur. de quo inter Epigrāmata. Itaque rectè Epitaphiū vel oratio, vel carmen quod ad Mausoli viri sepulchrum quotannis Artemisia rectari instituit. In historiis antiquis nomen Tragœdiæ positum est Mausolus, qua Theodecten viciſſe illo in certamine prodidere. Epicedium igitur semel tātùm dicitur. Epitaphia etiam anniuersaria esse possunt: quemadmodum Athenis. nam & Pericles dixit. extat apud Thucydidem. Plato quoque idem effecit. Item Aristidæ tres scripti sunt. Inferiarum carmen idem, & Parentalia. Threni autē laxiore vsu, atque amplio. re. In ciuitatum nánque euersionibus is luctus quem lugerent, θρῆνος dictus est. Monodia verò longè aliter quàm ab eruditis accipitur, intelligenda. neque enim est idem, quemadmodū existimarunt. Fuit enim quoties è Choro prodibat vnus, qui defuncti memoriam lugubri carmine celebraret. Ad tibiam fiebat id Lydiis modis. Quod primum fecisse Pythoni tibicinem Olympum scripsit Aristoxenus. Est igitur Epitaphium, aut recens, aut anniuersarium. In recenti partes hæ: Laudes, Iacturæ demonstratio, Luctus, Consolatio, Exhortatio. In Anniuersario hæc eadem omnia præter luctum. Nemo enim iam annum bienniúmue defunctum deflet. Multo verò minus si tantum temporis exactum sit, vt neque patres, neque liberi illi' illorúmue sint superstites. Materia quoque diuersa: pro Imperatore, pro exercitu, pro vrbano Magistratu, pro priuato, viro, fœmina, adulto, puero. quorum vnumquodque peculiari ratione tractandum est. Poematis ingressus interdum cum proœmio eóque leni, & mœstis atque etiam attonitis conuenienti. aliquando ab exclamatione aut interrogatione, ita vt nosmetipsos interrogemus, quasi putantes rationes consilii nostri. Quomodo nobis dicendum simul & silendum. Hoc dolor, illud officium, vtrúque defuncti virtus persuadet. Explicatio personæ vel nostræ, vel iubētis nobis: quòd excusari non potuit. Laudes non solùm mortui, sed etiā mortis. quemadmodū fecimus nos in eorum Epitaphio, qui ad Viēnam bello Turcico occubuere. Iactura demonstratur suaui primùm, mox incitatiore narratione. in qua immoratio & amplificatiō auget amissæ rei desideriū. à qua parte statim luctus. Illa enim propter hoc: vt nos in Epicedio regio,

Quid mihi mentis erit, tam desolata videnti
Regna tuo lacrymosa obitu: felicia quondam
Auspicijs seruata tuis, & reddita nobis.

Amisso nánque tam gloriæ claro pignore, nihil aliudquàm lugendū. Post hæc est Cōsolatio aggredienda. Tam graue damnum sarciri posse, puta amisso Rege, successoris virtutibus. Cuius laudes acerrima, sed breui explicatione excitabis. Amissis militibus, cōmilitonum superstitum felicitate. ad quos si habeatur oratio, tāto impensius prolixiúsque laudādi. Claudendū Poema Exhortationibus: tantùm abesse vt illi sint lugendi, vt eorum præsens felicitas, quæ superstitibus obtigit, non contemnenda: illorum virtus, animus, exitus sit exoptādus. ita enim viuendum in bello, vt vitam nostram virtute cōparemus: aliorum vitam, si opus sit, morte nostra tueamur.

CONSOLATIO.

Caput cxxiii.

COnsolatio, est oratio reducens mœrentis animum ad tranquillitatem. nequit autē proficiscī nisi ab amico. quamobrem veterum præceptum fuit: Consolatori quoque dolorem præ se ferendum. augendámque rei attrocitatem: atque huius quidem rei nullam afferunt rationem. Credo, apud Oratorem quempiam factum legerāt: consilium ignorabant. causam equidē illam existimarim. Melius auditori persuaderi posse, acquiescendum sibi esse, si videat nos item æquo animo ferre: quī ex eo doloris quoque participes intelligat, qui rem ipsam tanti faciamus. Sanè detestatur amās eorū sermones, qui amissam rem personámue paruipendere videantur. Cæterùm vt hoc vehementer placet, ita non semper ad hunc modum agendum censeo. Meliore igitur iudicio sic exequamur. Consolator aut est maior, aut minor, aut æqualis. Magnitudinem intelligo, aut imperio, aut dignitate, aut opibus, aut sapientia, aut ætate. Aliter enim consolabitur Nasonem Liuia, aliter Liuiam Naso. hoc spectat ad imperiū. Dignitas autē etiā sine imperio esse potest. Veluti si pater filium, Ciceronem Pompeius. Opibus, vt si è plebe quempiam clientem suum Crassus. Sapientia, quemadmodum Polybium aut matrem Seneca. De Ætate non opus est exemplis. Maior interponet authoritatem, etiam obiurgabit. Sapiens apponet etiam disputationem. Sententiæ huic crebriores. Minor ostendet affectum: sese id á sapientioribus accepisse. Æqualis testabitur amicitiam

citiam: ius commune beneuolētiæ. Hæc à personis. A' reipsa quoq; diuersa excipiēda sunt argumenta: parētes, liberos, amicos, patriā, imperiū, libertatem, Regē, alia possumus amittere, quorum varietate varia quoque Poematis genera exorientur. Affectus ergo aliquando intendendi, aliquando tollendi. Vulgi imprimis opiniones, metus, spes, superstitio extirpanda. Id quod non solùm exaggerationibus augenda, vt volebant: verùm etiam diminutionibus atterēda erunt interdum. Atque hæc quidem est consolatio ob amissa. Quòd si cuiuspiam rei amittendæ in metu sis: velut is qui apud Tyrannum venit in suspicionem cōiurationis: duas in partes erit Poema diuidendum. In prima pones spē, qua vel opinio deleri, vel ira placari possit. in secunda addes animos, euentum contemnes, carissima quæque ostendes esse vilissima. denique à Philosophis mundi vitæque contemptoribus omnia mutuanda. Quæ si vulgata sint præcepta, sententiæ, prouerbia, aliis omnino verbis, numeris, figuris exprimēda sunt. nihil enim minus mouet quàm familiaria, nota, atque quotidiana. Sin à vulgi opinionibus vsúque maximè abhorrent, ac propterea ęgrè animum subire valent: tum verò non tam rationibus atque argumentis fides extorquenda, quàm exemplorum frequentia persuasio insinuāda. Atque hæc quidem habui quæ in Syluas conferrem nostras, nunc aliorum Poematum inuentiones exequamur.

LYRICA. Caput cxxiiii.

LYricorum materiam planè demonstrauit Horatius. Mihi ita videtur. Quæcunque in breue Poema cadere possunt, ea Lyricis numeris colligere ius esse. Laudes, amores, iurgia, insectationes, comessatoria, obiurgatoria, vota, ad indulgendū genio exhortationes. Cōtrà, Sobrietatis cōmendationes. Gestorū summarias explicationes, desideria, conquestiones, locorū, tēporum explicationes, noua cōsilia, deliberationes, negotiorū susceptiones, susceptorū repudiationes, inuitationes, repulsiones, dehortationes, detestationes, & alia fiqua sunt. Amat autem poema hoc animi libertatē, nihilominus quàm vel Satyræ, vel epigrāmata. Posset verò frequentiam sententiarum. quas esse duorum generum habes à Rhetoribus. vnum est apertum, vt illud,

Nec generant aquilæ columbas.

Alterum tectum circuitu verborum, quale

Tu ne quæsieris scire (nefas) quem mihi, quem tibi
Finem di dederint. Aperta enim ac simplex esset sic: Ne scisciteris mortis diem. Tota quoque prima Ode talis est. & illud,

Terruit gentes grauis ne rediret
Seculum Pyrrhæ. Plana enim sententia ad hūc potissimùm esset modum: Deus magni terroris supplicio afficit minutiora scelera, vt deterreat à maioribus. Breuitate delectatus est Horatius, quod cōsilium nos quoque maximè probamus. nihil enim suauius quàm posse plures epulas degustare. atq; hoc præceptū in aliis quoq; multis puto esse obseruandū. Qualia sunt quæ in coronis, in cōuiuiis, in foro, inter deābulandum vel canuntur, vel recitantur. Quæ verò conuocatis ciuibus in eorum conuentu pronunciantur: ea neque longa esse opus est, ne tædio afficiātur. & sunt forsasse qui habeāt negotia, neq; breuia: vt quasi asparagi, aut apnæ vix nunc admissos continuas, illico dimittant. Comœdias ac Tragœdias otiosis damus. nemo enim in theatrum venit, qui non libens velit id temporis amittere.

ELEGIA. Caput cxxv.

QVid esset Elegia, suo loco dictum est. eius materiam primùm aiunt fuisse lugubrem, quod & diximus in primo. Nobis non placet. sed ab amantium commiserationibus dictam puto: vox est Tragica ἐλελεῦ: qua ad amicarum fores vsos fuisse priscos arbitror. voti deinde compotes, quasi ciusmodi carmini gratiam referrent, etiam secundiorem illam fortunam celebrārūt. Est autem carmen aptum conquestionibus. In tres enim syllabas abit, duas breues: tertiam, quæ nullo in versū efficere potest, vt sui ratio habeatur. Subditur ergo constanti Heroico fluxus pentameter. Quanquam Pythiam scribit Athenæus inuerso ordine respondisse Charitoni & Melanippo,

Ἀδύματον μέλεον, ἀμελανδίπαν ἔρον,
Θεῖαι ἀγκάρεσ ἐφυμνεῖσθε φιλότητι.

Eius authorem incertum scribit Horatius. Quidam ad Theoclem Naxium referunt. Candidā oportet esse, mollem, tersam, perspicuam, atque vt ita dicam, ingenuam. Affectibus anxiam, non sententiis exquisitis. Non conquisitis fabulis offuscatam. Cultus nitidus potius quàm pexus. Argumenta: commemoratio diei, à quo initium amandi factum fuit. Eiusdem laudatio aut execratio. Querela, Expostulatio, Preces, Vota, Gratulatio, Exultatio, Furti narratio, Fletus, Conuicium, Vitii aut flagitii obiectio, Recantatio, Propriæ vitæ explicatio, Sui cum riuali comparatio, Comminatio, Amicæ alterius propositio, Ianuæ, Ianitori, Ancillæ, Matri, Marito, Tēpestatibus, Cœlo ipsi conuitium. Conuitiū Cupidini, Veneri, sibiipsi. Mortis exoptatio, exilii. Amicæ absentis detestatio. Præterea desperatio cum imprecationibus: cuiusmodi sunt in Ibin. etsi alia causa. Epicedia quoque, & Epitaphia & Epistolæ hoc genere Poematis rectè conficiuntur.

EPIGRAMMATA.

Caput cxxvi.

QVM omnium non solùm Poematum, sed etiam librorum extent inscriptiones: quam ob causam Epigrammatis vox breuibus tātùm Poematis propria facta est? An propter ipsam breuitatē, quasi nihil esset præter ipsā inscriptionē?

Universidad de Deusto
Biblioteca

An quę ſtatuis,tropheis,imaginibus,pro elogiis inſcribebantur,ea primo veróque ſignificatu Epigrammata ſunt appellata? ac ſanè ita eſt. vt ipſum Poema ſit ſtatuæ inſcriptio. Vbi verò in librum transfertur,è cõtrario fit. Ipſa enim ſtatuæ inſcriptio eſt Epigrammatis. Haud ſanè ſtatua ipſa,ſed ſtatuę ſiue imaginis imago. Quęnam ea eſt?inquis. Titulus,quem Lemma vocat Martialis. Exempli gratia, Rufi rhetoris ſtatuæ inſcripſit lepidum illud poematium Auſonius. Hic ipſum poematium inſcriptum, Epigramma eſt. quum verò illud in libro deſcripſit,ſtatuæ imaginem,id eſt Rufi nomen inſcripſit ſic: In Rufi ſtatuam verùm hæc ingeniis emũctioribus. Epigramma igitur eſt poema breue cum B ſimplici cuiuſpiam rei,vel perſonæ, vel facti indicatione: aut ex propoſitis aliquid deducens. Quæ definitio ſimul complectitur etiam diuiſionem:ne quis damnet prolixitatem. Eſt ſimplex indicatio rei,vt anathematis. Donaria nãque non ſine inſcriptione. Multa extant apud Pauſaniam.ſic illud,

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

ſic locus,

πῶτ' ἔϛι πλουτόνικος, ὧκ ἰωνία. ſic ſigni,

χρύσεα παμφαίνοντα τεῦχε κλέος ἅπαντ' ἐλίσσων;

νίκη γὰρ σὶ χαρεῖσ' ἀπτῆρσι δύεται.

ſic dicti, *ἀπὸ τοῦ διωδόκου*. Alia verò cõpoſita ſunt quæ deducunt ex propoſitis aliud quiddam.idque aut maius,aut minus,aut æquale,aut diuerſum aut contrarium. Breuitas proprium quid- C dam eſt. Argutia anima,ac quaſi forma. Quare non eſt verum, Epigramma eſſe maioris Poematis partem. Breuitatem verò intelligemus, non definitam. nam & monoſtichon eſt apud Martialem,& aliquot ſatis longa,ſi alia ſpectes. Recipit autem omne genus Poeſeos, *διδακτικὸν*, ſiue *δραματικὸν*, & *διηγηματικὸν*, & *μικτὸν*. Epigrammatum autem genera tot ſunt,quot rerum. tot verſuum generibus explicantur, quot ſunt verſuum genera. tot verbis verborúmque generibus,ſpeciebus,formis,figuris,modis componũtur, quot ſunt in quocunque linguæ, nationis, populi,gentis ambitu genera,ſpecies,formæ,figuræ, modi verborum. Quinetiam non ſolùm noua licet fingere,verùm etiam Solœciſmos aliquando,aut Barbariſmos admittere. Nouitas D illa vel inoffenſa, vel interdum diſtorta, excitat vel riſum vel admirationem. Talia apud argutiſſimum Poetam: Domicœnium. *Non es vitioſus Zoile,ſed vitium.* Neque enim abſtractum prędicatur. Eſt hic in Dialectica & Metaphyſica Solœciſmus. Quid argutius ſimul atque diſtortius in lingua Latina? *Non es bonus, ſed optimus malorum.* Sic nos multa,inter quę verbum vnum mirificum,Depeculatus: pro eo quod vulgò depeculatus. Quod verbum impreſſor noſtrorum Hendecaſyllaborum,quum argutiam non comprehenderet,putauit mendoſum, ſubſtituſque vulgatũ depeculatus,flagitium ratus in ſcriptura? Sic eius temeritas, aut ignauia, aut notularũ noſtrarũ ignorãtia pleriſque locis aliis vitiũ attulit. Epigrãmatis duæ virtutes peculiares:breuitas & argutia.hãc Catullus nõ ſemper eſt aſſecutꝰ: Martialis nuſquã amiſit. Argutia nõ vno modo comparatur: inexpectata aut contraria expectationi concluſione. Epigrammatum tot ſunt genera, quot cauſarum. Iudicialis ſpeciem præ ſe fert Apologeticum. vt illud Catulli,

Lesbia mi ſemper dicit malè. & illud,

Iraſcere iterum meis Iambis. Suaſoria ſunt in ſecundo genere: in quo Amatoria,& quibus aliquid petimus. vt illud,

Viuamus mea Lesbia, atque amemus. & quæ ſequuntur tribus verſibus diuinis,

Soles occidere & redire poſſunt:
Nobis quum ſemel occidit breuis lux
Nox eſt perpetua vna dormienda.

Eſt enim Epichirrhema, qualia & apud illum,& apud Martialẽ plurima. Tertium genus eſt laudis & vituperationis in genere demonſtratiuo: ſub quo continentur Epitaphia & Elogia. Ac taxandi quidem morem illiberalis animi ſemper exiſtimaui. Iccirco in Amatoriis cò vſque exercitati ſumus, vt nouorum Epigrammatum inſcriptione gloriari fortaſſe licuerit. Hæc eſſe decet candida,culta,teria,mollia,affectuum plena. Interdum arguta in fine, interdum deficientia & mutila. Maxima enim amantis ſapientia, amentia eſt.quam depictam dabis in defectibus ſententiarum,aut in repetitionibus. Multa deſiderii,multa cogitationum expreſsio. Canebis omnino à languidis & inſulſis. cuiuſmodi recentiorum vides multa. nam quæ vel vmbram ſolam præ ſe ferũt obſcœnitatis, neque abs te ſcribi,neque ab aliis ſcripta legi iubeo. Quid enim ſis aliud quàm id cuius lectione delectaris? Stolidi quidam triuiales ad nominum alluſionem infeliciſſimos numeros contulerunt. Nihil inceptius ad laudationem. verbi gratia, ſi Minutum Munitum dicas: habes enim illuſtriſſimas corporis animíque virtutes Gabrielis filii, quibus integros explere queas libros. Ad vituperandum tamen aliquando non ineptè vti poteris. veluti ſi Doletum Oletum interpreteris: aut à dolo deducas:ſicuti feciſſe legimus Ouidium: cuius extat ille verſiculus,

At cur non dicam Furia te Guriam?

Eſt & facetum genus illud, quod frigidè Græci, Latini acutius exercuere: de quo alibi diximus. Echo enim in fine verſuum ponunt, non ſine magna auditorum attentione. Verùm vt res aliæ ex aliis ſuboriuntur, hilariora fiunt omnia vbi literæ ſyllabæve mutantur. quemadmodum nos,

Non temerè antiquas mutat Valconia voces:
Cui nihil eſt aliud viuere, quàm bibere.

Sic in Echo mutare poteris: vt quum auditor ſimilem verbi caudam expectet, ludas diuerſa. Non enim poſt *ἀκόλουθος* dices *κόπος*: vulgatum nánque

nanque iam eſt nimis: ſed *μῶκος*. Significat enim A vellus pecuinum: vnde pecus quoque dictum, non autem à paſcẽdo, vt dixere. ídque non tam ea ratione, vt Echo imiteris, quàm vt Epigramma concludas. verùm inuentori nouitas afferre poſsit aliquam ingenii laudem, imitatoribus rationem.

APPENDIX PRO EPIGRAMMATE.

Vt ſperamus haud ingratam futuram ſedulitatem noſtram: addidimus iis quæ iam præſcripta ſunt, hæc quoque, perinde atque embamma quodpiam. Non enim decuit argutiſsimi poematis præcepta ſine argutia tradere. Genera igitur Epigrammatum indefinita, propter materiæ diuerſitates, tentauimus ad pauca reducere: vt præter altiloquum, humile, medium, ha B bear etiam proprias Ideas. Quędam igitur ſunt mollia, tenera, laxa, affectus in ſe amatorios continentia. quorum efficacia eſt, non eſſe efficacia, ſed nequam. Igitur totus tractus ſeſe in languorem dat. Huiuſcemodi pleraque ſunt Catulliana. In hoc genere, vrbanè vt loquamur, mel ſtatuimus. Alia cõtrà, viuida, vegeta, acria, qualia Martialis. horum Ideæ quatuor. Vna, in qua fœditas eſt. hanc non ſolùm à republica Platonis, ſed toto orbe terrarum, & ipſam & eius authores exulare iubeo. Vna in qua fel. amarulenta ſpecies hæc, obiurgatoria, obtrectatrix, maledica, virus olẽs: quã tamẽ exercere licet bono viro: modò ſiat ſine opprobriis, & conuicia ſint ciuilia, ad malos mores deteſtandos. Vna in qua C eſt acetũ. mordax genus hoc carpit ſine maledictis: vt illud, *Quem Græcia & Pontus in Liguria genuere: hic bonus eſſe poteſt?* vna in qua eſt tal. ex iis captatur riſus ſine vlla vituperatione, atq; haud multa mordacitate. vt fecit Martialis, quærens per omne vitæ genus quid faceret Canius, nihil aliud agentem expreſsit tandem, quàm ridere. Præter hæc eſt forma quædam, quam ſibi inſtantẽ appellare conſueuimus, confertam, denſam, multiplicem. Quoties ſingulis quibuſque momentis tam acutè conficit, vt ibi ſiſti queat ſententia. at illa ſemper creſcit. hoc nõnſi multæ artis, multíque ingenii. Eſt etiã ſpecies quædam nobilis ac generoſa, ſcita quadam æquabilitate plena: quam apud paucos, ac raram inue- D nias. vt ſit venuſtas cum grauitate, & acumen cum lenitate: numerus quaſi natus ibi, non illatus aliunde, aut affectatus ambitioſe: ſuſpenſus animus vſque ad extremum. Qua recepta ſententia ſatur ſit: nec audeat in eo quicquam prętereà quærere. Ad hanc formulam ſpectauimus nos in iis quæ noua inſcripſimus Epigrammata, & in Thaumantia. Sunt & in Heroibus & in Heroinis non pauca: vbi exquiſitæ argutiæ numeroſo dicendi genere conditæ compoſitæque ſunt. Exemplum illius differti hoc vnum eſto, in quo continentur quatuor Epigrammata,

Heus vtrum eligimus? Si non niſi dente podagra,
Dente famis dirę diſcruciata perit.
Ah nequeam, niſi ſic, ſiuire dolore dolorem?
Atque ferum finem tollere ſine truci?
Heu macie informi. Lanata heu tabe furorem,
Et funus pluſquam funere præueniens.
O vitam inuitam! ô incommoda commoda: lux nox.
Si, ne aliquid fiat, cogeris eſſe nihil.

Quoniam verò ſignorum, ſtatuarum, trophæorum, donariorum inſcriptiones (vti dicebamus) antiquiſsimæ fuere: in iis omnino vetuſtatis leges, quæ in hiſtoriis explicantur, obſeruandæ ſunt. earum ſumma eſt: vt quamſimpliciſsimo filo deducatur rei geſtæ, victoriæ, dedicantium nominum, familiæ, patriæ, narratio: quale eſt elogium ſuper imagine Ennii Poetæ:

Aſpicite, ô ciues, ſenis Ennij imaginis formam:
Hic cecinit veſtrûm maxima facta parrum.

Vbi etiam vides profeſsionis circunloquutionem. ea explicatius in Græcis inuenias, quamobrem id quoque ex eorum hiſtoriis obſeruauimus. quum Æſchylus, ac Simonides inter ſe certaſſent pro eorum elogio, qui cecidérant ad Marathonem, victum fuiſſe Æſchylum elegiaca illius tenuitate.

INSCRIPTIO. CAPVT CXXIII.

Hactenus de Inuentione, haud ſine maximis laboribus, multíſque difficultatibus à nobis ea præcepta conſcripta ſunt: quę aut à nullo ante nos explicabantur: aut ſine arte diſperſa, indigeſtáque iacebant penitus: aut etiam vel inepta, vel ineptè prodita. Multa quoque falſa plus interdum faciebant negotii, quàm commoditatis afferebant. Reliquum eſt, vt qua quidque inſcripſione indicetur poema, videamus. Inſcriptio *Definitio inſcriptionis.* eſt vno, aut non multo pluribus verbis comprehenſio eius partis operis, cuius partis gratia cæteræ partes omnes veniunt ad totius conſtitutionem. Quæ definitio paulò ampliore circunſcriptione à nobis tradita eſt: vt minore negotio perciperetur. Eſt igitur comprehenſio quemadmodũ id, quod Græci *ἀνακεφαλαίωσις*, Latini argumentum vocant. nam quod quidam Grammaticorum etiam *ὑπόθεσιν* appellarunt: id contrà quàm verbi ratio monet, auſi ſunt. Ab Oratoribus enim, ſiue declamatoribus ſumpta eſt vox illa: qui propoſitis argumentis, tanquam ſuper ſubiecto fundamento, futuram orationem ſuperædificabãt. Itaq; *ὑπόθεσιν* nominabãt materiæ propoſitionem ſine perſona. *πρόσωπον* cum perſona. Non quòd id adderet præpoſitio, ſed quòd primi illi garrulitatis huius inuentores, tanquam leges diſcipulis poſuere. Ergo Poetæ fuſum opus (qui anguſtiore ambitu comprehenderet) hanc ipſam comprehendentem orationem vel proſa vel numeris, nequaquam *πρόσωπον* dicere potuit: quæ poſtea facta eſſet. Communem igitur habet inſcriptio cum Periocha comprehenſionẽ. differunt autem inter ſe, quia vnico verbo perficitur inſcriptio, aut nõ multo pluribus. Exempli gratia, Hiſtoria: De hiſtoria: De ſcri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

benda historia. Periocha multis: in quibus etiã narratio quædam est. vt quãquam singularibus versibus pauciſq; verbis Iliados I. libri, quid quisque contineat, indicatur: tamen est in omnibus, vti dixi, narratio breuis, quemadmodũ ipso in opere explicata. Præterea totum ipsum semper comprehendit Periocha: veluti si dicam, Libri posteriorum resolutoriorum docent quid sit Demonstratio, quot genera Demonstrationis, quibus partibus constet, quem ad vsum comparetur. Inscriptio autem satis habet si dicat, De demonstratione, quippe eam operis partem, quę totius obtinet rationem, ita vt ad ipsam cæteræ omnes reducantur. Ita multis in locis de Ilio nihil in Iliade: ad Ilium tamen omnia. Est etiam ab Iureconsultis aliisque Tituli appellatione dicta inscriptio: quemadmodum legis cuiuspiã Periocha, Summa: Latinis vtrunque vocibus. Cæterũm non quemadmodum Varroni placuit, Titulus à tutando: sed antiqui moris ratio est. Etenim quum quid proscriberent quãti indicabãt. Is erat Titulus, ὅσου τὸ πίναξ ἢ πλὼ πολύ. Cuius significatio ad alias postea inscriptiones translata est. Iidem Græci consultius ὑπομνήματα. quum enim Inscriptio sit dictio indicans materiam, rectè ea materia à recentioribus Subiectũ dicta fuit. Differt etiam ab Elencho, propterea quòd Elẽchus est quasi multi Tituli. siquidem nuda sint rerum vocabula: cuiusmodi eæ sunt, quas Tabulas appellabat vulgus. Si autem sententias breues contineant, qualis est Plinii Elenchus: id potius vel Periocha, vel Summa nominabitur. Indicem Elenchum nudum Latini vocant. nam is qui sententias comprehendit, sanè idem est quod Argumentum. Rubricam verò à colore Barbari. Hæc est igitur Inscriptionis natura, atque vt vocant, essentia. Reliquum est vt vnde & quo modo fiat, videamus. Multis in locis ab Aristotele dictum, à nobis repetitum est. Omni in natura vnum existere primarium, ad quod cætera omnia reducantur. Totæ enim ædes tecti causa fiunt. Ita etiam in Poematis. Id igitur cuius ergò reliqua omnia scribentur, erit hoc quod quærimus: super quo partes aliæ construentur ad totius constitutionem: à quo vniuersum opus inscribetur. Ergo ab Vlysse, Vlyssea: ab Achille, Statii Achilleis: Homerica verò non, sed Ilias. propter Ilium enim Achilles, non propter Achillem Ilium. neque enim rectè fecit Lucanus: cui Pharsaliæ titulus adeò placuit. Nam neque ibi omnia gesta: neque maior pars, neque propter illam: quippe rerum gestarum Pharsalia neutro modo finis fuit. Est enim duplex finis. Alter, qui postremus terminus rerum est, vt Mors: Alter, propter quem fit id quod fit. Proinde Argumentum, quum sit cõplexio rei gestæ, vel quasi gestæ: & in eo quinq; inueniantur, persona, res, actio, locus, tempus: ab his appellationem institui oportet. A' persona, Vlyssea, Æneis, Agamemnon, Amphitruo, Olympionicæ. A're, Phænomena, Meteora, Thesaurus. Ab actione, Bucolica, Theriaca, ἁλιευτικά, Halieutica. Fasti quoque ad hãc partem pertinebunt, nisi eos ad sese retrahat Tempus: non enim valde laboro. Metamorphosis quoque voce ipsa testatur actionem. sic enim dixit, *Nam vos mutastis & illas Formas.* Sic de Tristibus: fletum enim profitetur. sic Amores, Lacrymæ, Lusus, Ioci, Basia: sunt sanè actionum effectus. A' loco, Ilias, Thebais, Andria, Pharsalia, de Ponto. A' tempore, quemadmodum de Fastis dicebamus. Dies nanque sunt cum actionibus. Explicatius Hesiodus, ἔργα καὶ ἡμέραι. Hæc igitur ab argumento. Est & alterum genus Inscriptionis à genere Poematum. Epigrammata, Lyrica, Galliambi, Dithyrambica: & à modo eorum, Cantus, Ode, Melos: & ab Inuentoribus, aut iis qui eo genere carminis excelluerunt. Anacreontica nostra, Hipponactes nostri, Archilochus noster, Manes Catulliani nostri. nam Pindarica nõ ausi sumus scribere: sed humilitatem nostram professi, Excessus inscripsimus: propterea quòd & vires nostras, & Latinitatis facultates superarẽt. Atque hîc habes secundum caput: vnde inscribendi ratio sumenda sit. Tertio loco quærebamus qualis fieri deberet. est enim non vno modo: quippe aut vno verbo aut multis. Multa sũt illa, ἔργα καὶ ἡμέραι, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος. Plura etiam apud Iurisconsultos, idque non vno modo. Etenim quum sumpsissent partem aliquam legis interpretandam, suis eam libris præfixere. Vti posidetis. Interdum verò vt fusius explicarent. De iis qui ante sententiam mortem sibi conscierunt, aut accusatores corruperunt. Contrà, multa vno verbo: De tigno iniuncto. Aliam enim materiam tigni appellatione interpretati sunt, vt calcem & arenam. Similis modus quum verbo quopiam posito, id quod ad illud pertinet, simul intelligim⁹. Fasti, scilicet dies. Metamorphosis: quippe corporum. μεταβάσεις: sanè orbis. Phænomena: id est Astra. alia enim corpora item φαινόμενα. Is igitur modus est in quantitate vocis. in qualitate verò valde varius. In recto, Hecuba. In obliquo duobus flexibus: placuit enim quibusdã sic, Fastorũ libri duodecim. & Lectionum antiquarum. &, ἀπομνημονεύματα. &, Locati & Furti, Rerum amotarum. Verùm hęc eadem ratio est cum priore. Appositio nánque vel numeri, vel ordinis librorum deflexit rectũ in secundum casum. Frequens sextus casus cum præpositione. De plantis. De fortitudine. De edendo. De natura. nam quemadmodum materia vera est in manibus fabri, vt imponat ei formam: sic quasi materia in animo Poetæ, vt imponat ei quasi formam. Nempe Vlysis nauigatio talis est, qualem effecit Poeta. Ergo sicuti dixit Ouidius, *-de duro est vltima ferro:* hoc est ætas ferrea. ita De natura, id est naturalia. Neque verò caret vsus ratione. De, enim locum significat, τὸ ὅθεν. quare eodem iure dicemus De plebe homi-

hominem, de auro annulum (sic enim etiam Cato loquitur) quo, de terra saxum tollere. neque enim totum aurum in annulo est, sed de auro aliquid, sicuti de ima plebe homo. Cęterùm hęc aliáque præclara monumẽta, quibus causæ necessitudinésque Latinarum eloquutionum explicantur, acutius ac fusius in libris Originum scripta sunt. Hæc quum ita sint, animaduertenda est varia desumptio appellationis. aliquando enim sic narratur res, quasi repræsentetur: non quasi de ea agatur. Quo tempore in recto facienda est denominatio: vt Andria, Adelphi. dantur siquidem spectatoribus contemplanda. Interdum rẽ narramus ita vt circa ipsam versari videamur, atque ibi per sextum casum cum præpositione enunciamus. sic dicimus De rerũ natura, De vi, De legatis. docemus enim quid sit, & quale, & vnde, & quem ad finem. Qua ex præceptione haud paucos errores à multis animaduertas. neque enim rectè scribat Plinius De naturali historia: quoniam non docet quẽadmodum de natura texenda historia sit. Sed in recto sic: Historia de natura, siue naturalis: id est narratio rerum naturalium. quippe nõ est narratio materia, sed natura: narratio autem, modus materiam ipsam referendi. Iccirco non bene Ouidius, De tristibus: nempe non definit tristia: non apponit affectus à definitione, sed agit ipsa tristia. Sic nos Lacrymæ: & Simonides θρῆνοι. Neque multo commodius, De Ponto: sed à vel in Ponto, aut Ponticæ Elegiæ, aut exilium. Illud obseruandum, Didascalica Poemata declarari aptius per sextum casum: vt, De animalibus, potius quàm Animalia. De plantis, De agricultura, De re militari. Hãc igitur rationem subtilius interpretamur. nánque aut res ipsa, aut ars de re docetur. Res, vt Natura animaliũ: tunc sextus commodior. Ars de re: tunc vtrunque conuenit. æquè enim & Vitruuius De architectura: & Vitruuii Architectura. sic ἀναλυτικὴ idem quod περὶ τῆς ἀναλύσεως. Is ergo vocis flexus vno capite. Alterum flexus caput est in numero. nánque vbi subauditur vox hæc, Præcepta, aut Opera: in plurali posuere, vt Georgica, Theriaca. nam Phænomena ab siderum frequentia suum sibi numerum necessarium secũ attulere: sicut etiam κατηχήσεις. Qui verò putarunt non rectè dici potuisse περὶ κατηχήσεων, longè fallũtur. Cæterùm vt omnia, ita huius quoque consilii rationem ex Aristotele potes discere. Iis nanque commentariis, quibus multarum ciuitatum status ac mores declarauit, hanc apposuit inscriptionem πολιτείας. potuit etiã περὶ πολιτειῶν. Libros verò, in quibus illa suo iudicio constituit: inscripsit πολιτικά: præcepta scilicet πολιτείας. Quare longè melius dixisset Cicero, De officio, quàm De officiis. at sequi maluit Posidonium, qui περὶ καθηκόντων. Est tamen vnum, quodcunque tractatur: quia vnum item, quodcunque est. quippe non est ibi narratio simplex multorum officiorum in exemplis: sed officii natura in definitione ac diuisione. Itaque Aristoteles quoque si definiuisset κατηγορίας in Prædicamentorum libro: neutiquam rectè inscripsisset, κατηγορίαι, aut περὶ κατηγοριῶν. sed in singulari. Qui aliter sentiunt, vt Ciceronẽ defendant: factiosi Rhetores esse malunt, quàm finceri Philosophi. Sic dicimus περὶ τῶν ὄντως ἢ φαύλως: non autem ὄντων ἢ φαύλων. Plauti quoque licentia tibi notanda est. neque enim ille quicquã veritus est, modò auditorem excitaret vel risu, vel nouitate tum rerum tum verborum. Nam sanè quid est Rudens, in tota fabula? profectò penè nihil. penè enim nusquam. Tanto minus, aut non multo plus Trinummus. Rectè Philemon, Thesaurus. & verò Thesaurus. Truculentus quoque sonum tantùm crepat: Rusticus enim ibi, non truculentus est. Reliqua ad hanc normam omnia examinabis. Tertium flectendę voci caput est, Denominatio. nam quædam primigenia voce vtũtur: vt Smyrna, Orestes, Oedip⁹. alii denominatiuo: vt Vlyssea, Æneis. Duo igitur primaria genera inscriptionis, à re, à vocis flexu triplici. Tertiũ quoque genus est: quod aliunde titulum capit: quippe à circunstantiis. videlicet loco, tempore, & eiusmodi. Festiuiores sanè multi. Dies geniales Alexandri: Gellii noctes Atticæ: M. Tullii Tusculanæ. sic habes Centurias à numero. etiam à similitudine materierum, Philippicæ, Academicæ. Omnium doctissimus præceptor noster, Antiquarum lectionum, Verrii exemplo. Præterea ab alia similitudine, quippe rerum naturaliũ: Epiphyllides, Racemationes, Nugæ, Farrago. Item ab opere: Annotationes, Glossemata, Commentarii, Lucubrationes. Plato semper duplicem inscriptionem: vnam à Materia, de Iusto, de Pulchro, de Ente: alteram à Persona, quemadmodum in Comœdiis (idem enim genus est, dramaticum. Protagoras, Alcibiades, Theætetus) Phædrus. Habes quæ de inscribendo sentiam: pauca quidem ex pleniore nostro Cõmentario: sed ad Poetica præcepta, vt opinor, satis.

Sextus casus.

Plinii inscriptio.

Ouidii libri tristiũ.

Celius diginus præcept Scaligę

LIBRI TERTII,
QVI ET IDEA INSCRIPTVS,

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

POETICES LIBER QVARTVS,

QVI ET

PARASCEVE.

CHARACTER. CAPVT I.

RES quidem ad hunc se habent modum. Verba verò duplicè consequũtur ornatũ: vnũ ex figuris, alterum à numeris. quorũ ex vtroq; Character constituitur. Est autẽ Character, dictio similis eius rei, cuius nota est, subsṫãtia, quãtitate, qualitate. Est in Fama subsṫãtia sua, *Monstrũ*. est quãtitas, *Ingens*. est qualitas, *Horrendum*. Rei dictio similis. nãque in voce hac, *Monstrum*, asperitas est. In hac, *Ingens*, magnitudo. In hac, *Horrendum*, fanè horror. quare aptissimè Græci Characterem appellarunt. etenim quo modo ceræ, luto, metallo, par similisque imprimitur facies eius rei, cuius nota esse debet: id quod illi χαρέσσειν dicunt: oratio tanquam cera plũbúmue: facies character: res pro eo habebitur, quem cuneum ad metalla, annuli gemmam dicunt ad signandam ceram. Latinè qua voce notaretur, multi quesiuere. Cicero in Oratore, & Formã, & Genus dicendi vocat: propterea quòd etiam Ideam Græci nominarũt. sic enim Plutarchus, ἀπὸ τῆς φέρουσι ἰδέα. sic & Hermogenes & alii. Atque hoc quidem ad verbum. Forma verò non ad verbum. nãque Idea Genus dici potest: speciem quum significet. est enim species, quasi facies quædam orationis. Genus autem, quia sub se species minutiores habet. itaque Idea sanè etiam Forma dicatur. At χαρακτὴρ non id sonat: sed figuram potius aut notam. quæ voces, quia essent ambiguæ, ad hunc priuatum significatũ minus aptæ visæ sunt. An verò quum stilũ Ciceronis, aut Sallustii dicimus vel Plinii stilo, vel Curtii grãdiorem, Characterem intelligamus? sanè verò id nemo negare possit. neque enim idẽ reor esse Stilum atque Phrasin: sed Phrasin eloquutionem, puta mundam, elegantem, Atticam: vel contrà, peregrinam, impuram, lutulẽtam. Dicendi ergo genera siue formas tres esse dixere Græci. ἀδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Gelli⁹ ἀδρὸν Vber, alii Magniloquum, vel magnificum, vel altiloquum: alii magnum: nonnulli plenum. ego etiam Generosum voco. ἰσχνὸν Gellius gracile, subtile: alii tenue. μέσον Gellius medium. sic autẽ definit Plutarch⁹: ἀδρὸν ὄτι λέξεσι καὶ νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχων ἐμφάσεις. Iccirco in eo esse τὸ σφοδρὸν καὶ κατεπεῖγον dixit Hermogenes, i. vehementiam & incitationem. Gellius dignitatem atque amplitudinem. quare amplum quoque & summum à nonnullis appellatum est. ἰσχνὸν Plutarchus τὴν ὕλην οἷον σωματίον μικρὸν, καὶ τῇ λέξει κατεσχνυσμένον. propterea Gellius attribuit ei subtilitatem. & Hermogenes appellat ἀπλῆν, καὶ ζῶσαν haud semel: atq; ait, τὸ λιπαρὸν οὐκ ἔχει διαρμα, ὃ δὴ μάλιστα ζῶσαν. ζῶσαν igitur leue atque expeditum. quod tamen aliud est ab eo quod succinctũ dicitur. ἁπλῆν autem non quòd perfectum finem sit consequutum: sed quemadmodum Aristoteles ζῶα πάντα animalia, non quæ bene viuerent: sed quæ facili ac parabili victu ævum transigerẽt. ita ἁπλῆν, quòd paruo negotio finem suũ adipisceretur. qui modus ambiguitatis in altera quoque voce illa explicandus est: διαρμα dico, quod veteres Grãmatici κούρισμα interpretãtur. Igitur si genus humile dicendi est contrariũ alto, quod & graue quibusdã dicitur: erit profectò humile etiã leue, quare habebit διαρμα. Dubitationis solutio sita est in vi interpretationis. Nam leue quidem est τὸ ἁπλῆν: quia tenuia corpora leuia quoque sunt. At enimuerò quòd ad precium attinet atque existimationem, Graue nunc & leue accipitur. Quare vir grauis habetur, cuius sententia valida est. at is alta semper sapit. διαρμα igitur elationem, & illam quam sublimitatem dicunt Philosophi, μετεώρισιν, significat: quam alia quoque voce διαρσιν appellarunt. Polybius διαρμα pro transmissione non semel in Nauigationibus vsus est, non sine ratione. Tolli nãque vectores à nautis dicuntur. μέσον autem τὸ μεταξὺ τούτων. Mediocre

diocre, inquit Gellius, & vtrîusque particeps. Verùm idem cum certis personis suum cuique attribueret, alias quoque attribuit appellationes, non sine designatione τῆς ἰδίων. ἀδρὸν igitur quum agnoscit in Vlysse & Paeuuio, magnificum vocat. Atque eadem ratione Carneadę orationem rapidam, violentam, quasi hæc sint illius propria. ἰσχνὸν Menelao, & Lucilio, subtile dicit. iccirco scitam ac teretem Critolai loquutionem. μέσον Nestori & Terentio, cohibitũ nominat, & mistum, & moderatũ. Propterea Diogenis sermonem modestum ac sobrium. Plutarch⁹ ἀδρὸν Thucydidæ, ἰσχνὸν Lysiæ, μέσον Demosthenì assignat. Exaduersum verò vitia totidem. Pro elato ac magnifico, sufflatum ac tumidum Gellius substituit, pro subtili, squalidũ ac ieiunũ. pro mediocri, incertum & ambiguũ.

Atque hæc quidẽ sunt quæ ad hunc ordinẽ digessimus: vt non contemnenda, ita acutius examinanda. Principiò quod ait Plutarchus, τὸ ἀδρὸν λέξεων καὶ νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχειν ἐμφάσεις: non vsquequaque probatur illi. Idẽ enim eodem loco quum dicat χαρακτὴρ δὲ τῶν λόγων τὰ καλούμενα πάσματα: non potuit νοήματα, hoc est sententias, i. res subiectas coniungere cum effigie orationis. Si χαρακτὴρ est πάσμα λόγου, i. effigies orationis, quomodo νοήματα sub hac effigie comprehendentur? Neque enim de Deo si velim dicere, nequeam & alta, & humili, & media oratione vti: contrà de formicis, *Vt nigrum campis agmen*. Quid formica humilẽ? quid verbis hisce sublimius? quare vt illa definitio vera sit quæ ἀπὸ τοῦ ἀδροῦ ab illo adducitur: hæc quæ est ἀπὸ τοῦ χαρακτῆρος, nequaquam cum illa conuenire poterit. Ego igitur ita censeo: Quod ad Characteris attinet naturam, non necesse esse res ipsas in magno magnas, in tenui tenues esse. sed ipsũ satis habere, si verbis lectis, sonoris, pictis, verborúmque cõpositione numerosa Sublimis illius dignitatem tueatur. Tenuẽ verò angustiis suis contentum, præter orationem puram, pressam, de medio sumptam, nihil extrà quærere. Proinde ne id quidẽ probatur mihi: neque pro vero admiserit Hermogenes, quum Plutarchus ἀδρὸν Thucydidæ, μέσον Demosthenì assignat. Existimauit enim ille nullum vnquã scriptorũ ad illius maiestatem ac plenitudinem accedere potuisse. Nos quoque nihil esse in alterutro iudicamus, quod in vtroque non inueniatur. quare aliã sanè rationẽ nobis inundam arbitror. Aliquos esse authores qui nunquam assurgant, adeò vel materia, vel ingenium, vel etiã voluntas eos cohibet. Veluti Phocyllides, aut Theognides, aut etiam Hesiodus ipse in ἔργοις. semper enim humi serpit. Sic Nicander à mediocri nũquam abscedit. ergo à materia Character educi potest. est enim (sicuti dicebamus) rei effigies atq; imago. Omnis enim oratio εἶδος, ὄψεως, μίμησις, quemadmodum & pictura: id quod & ab Aristotele & à Platone declaratũ est. Igitur de capellis qui loquetur, humilẽ Ideam proponet sibi. Qui arationes, armenta, non purè humilia, sed cum arte ipsa coniuncta dicenda suscipiet, ad mediocrem surget dicendi formam. Cui arma canenda erunt, ei opus est sublimi illo spiritu. Cæterùm ita euenet, vt & in Bucolicis, & in Georgicis, & in Æneide, quos vir ille gradus fecerit, nos quoque agnoscamus. Imũ genus in illa, *Quo te Mœri pedes?* Mediocre in Gallo: summũ in Sileno. par ratio in Georgicis. Imũ Aratio & Satione: summũ in pestilentia: mediocre in fabula Aristæi. Simile iudiciũ in Æneide: summũ genus in secũdo, in sexto: imum in ludis: mediũ in primo. In Thucydide quoque & Demosthene, quis nescit esse simplicissimas, cõmunibúsq; cõpositas verbis narrationes? Differunt tamen Virgilianæ humilitates in sublimi, ab humilitatib⁹ in humili specie. Sublimitas verò ab humilitate in Æneide, non specie, sed modo tãtùm ac gradu distãt. Denique in hisce formis idẽ nobis considerãdum est, quod in animalibus. Diuinũ enim homo: mulus brutum: simia mediũ. In iis autẽ partes nobiles, ignobiles, mediocres. Præterea quum ἀδρὸν interpretatur Vberẽ Gellius, constare nequit. est enim Vber idem quod Amplum, quo etiam nomine minus rectè, vsi sunt pro Magniloquo: vtrumque enim significat spatiosum, opulentum, plenum: qui affectus omnes esse queunt omnium. In Cererem Callimachi hymnus imo genere dicendi continetur. nihil vberius. ad Fellẽ enim vsque percensẽt omnia. Quid vberius arte amandi Ouidiana? nihil humilius. Illud quoque non supino animo accipiendum est. Quum inter tumidum ac ieiunum duo vitia, vnum vitium statuunt medium. Nihil enim medium inter duo vitia, quod non sit virtus. Verùm Grammaticorum iudicia curta sunt.

Ex his etiam patet non esse ab illis rectè factum, quum dicendi genera in quatuor diuisere. Breue, Longum, Medium, Floridum. Primus error: Diuisionis partes nimis multæ. Alter: Florido nihil respondet. non ergo separatur per contrarias differentias. Tertius: Tam longum quàm medium Floridum esse potest. Quis neget? Humilis illud exemplum esto:

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
& cætera. Quam eandem sententiam iisdem floribus ornauit in altiloqua Æneide,

-connexa polus dum sidera pascet.

In mediocri illa floridissima,

Non vmbræ altorum nemorum. & illa,

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit, & quę sequuntur. Plutarchus sic definit αὐθὲν ἐστὶ κάλλος ἴσχει, καὶ χάριν εἰς τὸ τέρπειν, καὶ ἥδειν, ὥσπερ αὐθὲν. At Gellius τῷ ἰσχνῷ attribuebat Venustatem. Verùm equidem censeo floridum esse affectum, non autem speciem, sicut & plenum, & incitatum, & præceps, & instans, & molle, & remissum, & suaue, & asperũ, & bre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ue,& longum: cósque affectus omnibus æquè generibus competere posse: quorum exempla in altiloquentissima Æneide vniuersa producentur. Breue, *Et campos vbi Troia fuit.* Longum, *seruus omnia Iuppiter Argos Transtulit.* Plenum, *Insandem Regina iubes*, &c. Incitatum, *Hæc vbi dicta canum concussa cuspide montem Impulit.* Præceps, tota oratio Eliæ minacis. Instãs, vbi Troiani classem expediunt abituri. Molle, *Quæque lacus latè liquidos.* Remissum, oratio Æneæ in ludorũ apparatu. Cõparatio Fœminę & Vulcani. Suaue, *Haud equidem tali me dignor honore*, & reliqua. Asperum, de tuba, de cornu Furiæ, & alia. Quinetiam Plutarchus in grandiloquo non potest Homeri versus recensere, qui dicẽdi genus illud aseribit Thucydidæ: nihil enim diuersum magis. Thucydides pressus, cohærẽs, sibi & instans, & subiens, breuis. Homeri oratio ampla, plena, fusa, proxima Ciceronianæ,

οὐ εἰκὸν παιδάρεσσι νεηφάτοις, ἐπιεικέϊ δὲ πάντα.
χροὶ τέλεσσιν ἔχων, πάντα δ' ἐρέψασκε ἄλλα
πασσύτερον ἀείρων: πολὺ δὲ περίσσετο χάλκῳ
γαῖαν ἐμεῦ καὶ πόντον. ἐφέρπει δ' εὐρὺς ὀχετός τε ῥύξ.

Quam Ideam, vt ad Thucydidæ accedat eloquutionem, ita demum efficies, si quæ exundant, demas. χροὶ τέλεσσιν ἔχων, & πάντα, & πασσύτερον. Præterea si Thucydidæ narrationes cum Demosthenicis compares, sanè sint ampliores. quippe historicę narrationes Panegyricis similes sunt. Oratoriæ Demosthenis, quæ in iudiciis, aut suasionibus versantur, breuiores. Carent enim succo illo & colore, qui expetitur in historiis. Illius verò συμπλοκὴ cum Demosthenis Olynthiis atque Philippicis collatæ: in eodem quidem genere, atque eiusdem affines magnitudinis sint: dicendi tamen modus ille qui in ἀδρῷ charactere summus esse potest, Demostheni potius attribuatur.

Quum hæc igitur ita sint, videamus quàm paruo iudicio de Formis Idesue Græci, Græcósue sequuti scripserint Latini. Dictionis Ideas Hermogenes septem ponit, σαφήνειαν, μέγεθος, κάλλος, γοργότητα, ἦθος, ἀλήθειαν, δεινότητα. quæ quum Latinè explicauerimus, ita vt quid sint, intelligantur: facilius quem in vsum adducta sint, cognosci poterunt. σαφήνειαν Trapezuntius Claritatem vocat, non malè. Perspicuitatem Quintilianus, sicut & Cicero ἐνάργειαν atque Euidẽtiam. sanè quemadmodum in Originibus dictum est: Clarus, in celebritatibus orta vox, quum victores per præconem calabantur. exẽpta vocali Clarus, vnde & verbum Horatianum, *Clarabit pugilem*. Perspicuum autem non est idem quod lucidum. nánque lux est actus superficiei visilis, hoc est φανερόν. At Perspicuum idem quod pellucidum: vulgus transparens vocat: Græci διαφανὲς: quod superiori cõtrarium est: transmittit enim speciem visilem. Talis esse debet oratio. etenim in obscura hæret animus, neque transmittit se ad rem quam significat: in perspicua nihil obstat menti nostræ, quin aciem suam ad rem vsque ipsam appellat. Quare ita quidem mihi videtur: quod & aliis multis in locis testatus sum. Non omnibus Latinæ linguæ probum ac verum vsum, paucis eius vim ac rationem notam esse. Itaque in oratione quum dicis esse Nitorem Splendorémue, de verbis verborúmque compositione clara atque illustri intelligas: quæ lecta collocatáque lucem quandam emittant ad eundem modum, quo & arma ipsa detersa vel situ vel rubigine. Perspicuitas verò illa, quam dicebamus. Quare & nitor esse queat in oratione, claritásque sine perspicuitate: qualis est dictio Thucydidæ: & perspicuitas sine claritate: quippe humilis, plebeia de medio sumpta: cuiusmodi sunt sermones Horatiani. Ergo non rectè Hermogenis imitator, qui contempta aut neglecta Quintiliani ac Ciceronis voce, suam attulit: dum se melius dicere posse sperat. Definitio quoque nihilo melior. Claritas est, quæ puram & perspicuam facit orationem. Aristoteles dixit qualitatem esse qua quales dicimur: quia nullum genus eius summi generis, quod afferret, habebat. At nos nullum genus inuenienmus, quod ad perspicuitatis definitionem accommodari possit? Perspicuitas est facilitas orationis ad rem intelligendam. Ita obscurum, contrarium perspicuo: non autem nitido aut splendido. Est enim obscurus aer, qui visum non transadigit ad rem visilem: vt voluit Plato. vt nos censemus, qui visilem speciem ad visum non transmittit. Præterea non est verum, à Claritate puram effici orationem: sed è contrario potius à pura pespicuam. Est enim pura oratio duplex: aut in qua nihil peregrinũ, aut in qua nihil sordidum. Impura Laberii oratio, in qua multa verba sordida, quæ Gellius recenset. Peregrinũ verò duplex: aut in verbis, aut in verborũ cõtextione. Verba peregrina, veluti si Latinè gręcisset. quod Cõciliator facit: Eti, Palin. Cõtextus verò eiuismodi vides quotidie prodire ex clausstris Monachorũ: neq; ex his solùm, sed illis quoq; penes quos sũma rei literariæ diu stetit iudicio imperitorũ pædagogorum: inter quos Erasmus est. cuius mirificã animaduertas Latinitatẽ, vel quũ dicit sese calculũ suũ recãtare. Terẽtius autẽ suã dictionẽ purã dixit, i. lectam. Horatius Luciliũ lutulentũ: propterea quòd esset quod tollere velles. Erit igitur & pura obscura: qualis illa Phormionis apud Terentium,

Imò enim nemo satis pro merito gratiam Regi refert.
Tene assymbolum venire vnctum, atq; lautum è balneis
Otiosum ab animo: cùm ille curæ exsumptu absumitur,
Dum tibi sit quod placeat: ille vrngitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur.

Et impura clara: veluti si ausim sic, dico tibi cõuiciũ. Ex puritate tamẽ sępius fit perspicuitas: nunquã ex perspicuitate puritas. μέγεθος idẽ nõ in abstracto Magnitudinẽ dixit, sed in cõcreto ita

ita definiuit: Magna & grãdis oratio est, quę puri sermonis contritã consuetudinẽ põdere suo excedit. Quũ dixit, Magna: quare Grãdis appo suerit, nescio. quod verò ad rẽ pertinet, si verũ sit quod ait, nunquam grauis oratio (hæc enim est Magna illi cui pondus attribuit) esse poterit perspicua. Etenim Claritas, si efficit purã: & puræ naturã excedit grãdis: à perspicuæ natura vtiq; grãdis exibit. κάλλος duobus verbis itẽ expressit: Venustas & pulchritudo est, omniũ quibus oratio cõficitur, conueniẽtia quædã & modus, quacũ succus quidã & qualitas, tanquã color orationis elucet. Venustas tamen alia est à pulchritudine: tametsi absq; illa esse nõ potest. est enim Venustas, quã Græci χάριτα vocãt: pulchritudinis perfectio. quare Venustatẽ mulieribus attribuit Cicero. Pulcher athleta erit, venustus non erit. proinde qui ambas poneret, genus debuit anteponere. Præterea quũ pulchritudo sit sua cuiusq; partis primùm, deinde partiũ cõmissarum tẽperamento oriens qualitas: mutilè Conuenientiã appellauit. Ad hęc conuenientia illa est, quã Græci συμμετρίαν vocant, Vitruuius cõmensum. at ea nequaquã pulchritudo est, sed qualitas ex illa. quemadmodum aptitudo nauis ad portandũ & vehendũ, ex cõmensu partiũ, nõ autẽ ipsa conueniẽtia. etenim quia conueniunt partes, corpus pulchrũ est: igitur pulchritudinis causa conuenientia. Postremò quũ è Cicerone succũ & nitorẽ legisset orationis, neutiquã succũ ad pulchritudinẽ, potius quàm ad magnitudinẽ debuit afferre. & sanè durũ illud, succũ elucere. sic igitur dicemus nos, Pulchritudo partiũ est ex modo, figura, colore cõflata species delectabilis. Pulchritudo totius, est species excitata ex partiũ modo, figura, situ, numero, colore. Modũ partiũ appello debitã quantitatẽ. Figuram vel eã, quã sic vocant Rhetores in oratione figurata: vel eã quæ in oratione simplici nulla est. est enim figura quædã carere figuris illis. nihilo minus quàm albũ corpus coloratũ dicimus, quũ tamẽ albedo visa sit quibusdã coloris priuatio. vel si minus placet hoc, illud de nocte dicas. Tenebræ nánq; quũ sint lucis priuatio, sanè coloris itẽ priuatio sunt. & quodãmodo videri dicuntur: quũ tamen sine luce visio nulla. Sitũ etiã locũ capit: non autẽ locus omnis situm. Colorẽ in oratione per metaphorã intelliges nitorẽ illum verborũ. est enim nitidius verbũ & quasi coloratius, Crispare quàm quassare: si id apud Virgilium significat. Seruius enim negligẽter pæteriit: quũ tamen raro esset vsu, & nullũ alium apud authorẽ. Crispum enim est non rectũ. Quassatu hasta curuatur ac crispatur. Crispari etiam dici potest id quod manu colligitur: sic enim crispatur vestis limbus, quũ colligendo digitis corrugatur. sic duo hastilia, veluti duę rugæ. Ex his autẽ omnibus consit proportio, ex proportione cõueniẽtia, ex conuenientia pulchritudo: cuius laitudo quũ multa sit, sicut & sanitatis, summa il la perfectio & gratia, Venustas erit acutis iudiciis, non è triuio quæsitus. γοργότης ab eodem sic: Velocitas est cõpositionis acceleratio, qua viua & mobilis oratio videtur. Sanè res ipsa ita est: verba autem minus probo. Quid enim est compositionis acceleratio? nam compositio, aut est actio ipsa componendi. sanè hoc non intelligit: aut est partium cohærentium situs. hoc multo minus satisfacit. & plus significat γοργότης quàm Velocitas. Liceat igitur nobis hũc ad modum: Celeritas est aliarum aliis subeuntium partium exprompta inculcatio: qua oratio mobilis videatur. sanè Latinè Gorgon fulmineum quiddam dicit. Torum interdum. neque æquatur eius significatio Latina vel celeritate, vel velocitate. Diximus inculcationẽ partium sibiipsis instantium ac subeuntium: qua intelligeremus à nobis partes illas inculcari. Nã si dicas partium accelerationem, nunquam conueniant. Neque enim ipse sese, neq; eas nos acceleramus. absolutè enim verbum ponitur hoc, nunquam trãsitiuè. Volubilitatem non sum ausus γοργότητα. est enim Volubilitas facilitas continuationis, etiã sine celeritate. ἦθος affectionem transtulit rectè, rectéq; moratũ vocauit id genus orationis. ἀλήθειαν sic definiuit, Veritas, quę facit vt nõ fictè, nec dedita opera, sed vt sentimus, dicere videamur. quo modo dedita opera. neque enim aut aduersatur, aut officit veritati id quod opera dedita vel dicimus vel facimus. Idẽ nánq; significat opera dedita, quod studiosè. Itaque & dedita opera dicimus quod sentimus: quũ damus operam vt intelligamur. δεινότητα Grauitatem dixit, quum tamen sciret & à Quintiliano & aliis vel vim vel acrimoniam appellatã. Præterea Hermogenem ipsum, quem sequitur, in Magnitudinis idea quærere σεμνότητα, id est grauitatem. Tum autem eũdem authorem δεινότητα ita definire: δεῖν ἄλλο ἢ χρῆσιν ἁρμὸν παντὸς τοῦ σεσιτημένου εἰδῶν τοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἐναντίου ἀντοῖς. Ipse autem sic: Grauitas est congrua omnibus circunstantiis oratio, vel quædam orationis elatio. Ambiguum igitur nomen definit: quódve & toti & parti conueniat: nunc enim orationem, nunc orationis elationem. est enim accidens totius quasi quædam pars. Præterea quonammodo erit grauitas oratio, si est vsus rectus omnium Idearum? quanquam ne id quidem assentior Hermogeni. non enim δεινότης est χρῆσις: sed vis orationis quæ oritur ex illa prudentia, qua partes suæ cuique rei attribuuntur. Itaque in præcedente commentario quam efficaciam vocauimus, Græcè δεινότητα intelligi volebamus. Illud postremò dicendum, non esse Ideas istas, sed Idearũ affectus, cõtrà quàm dixerunt. Ergo quũ demonstrauimus quid essent genera hæc, videamus an rectè tradita sint.

Perspicuitatẽ primo loco ab aliis dictũ ęquebamus. verùm imprudẽter ita instituerũt. quippe Formæ hę si sunt species vni generi subditę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

appositis differentiis disitas esse oportet. Exẽpli gratia, Ideæ septem, Perspicuitas, Magnitudo, &aliæ. At verò aliter sese habent. nãque Perspicuitas omni orationi necessaria, itẽ Pulchritudo: Magnitudo non omni, neque celeritas, neque affectus. Præterea sub eo quod est ἥδυ, ἀλήθεια comprehenditur. ad hæc δεινότης omnium aliarum Idearum rectus est vsus. Quare erit aliorum habitus. cæterarum verò quædam vnum sunt ἥδυ, & ἀλήθεια: quædam omni orationi competunt, quædam non omni. Iccirco aliam viam insistendum erat nobis. Cæterùm ne nominis authoritas obsit posteris, id quoque explicandum est: quemadmodum eorum docuerit generum rationem.

Hermogenes igitur harum Idearũ quasi partes quasdã constituit nouẽ, ἔννοιαν, μέθοδον, λέξιν, ῥῆμα, κῶλα, σωθῆναι, σύνθεσιν, ἀπάντησιν, ῥυθμόν. quæ more nostro quid sint primùm, deinde eorũ vsum cõsideremus. Sententiã ἔννοιαν interpretamur. est enim ἔννοια, quod ἐν νῷ. Mentẽ autẽ interiorem sensum Latini appellarunt. Trapezuntius sic definit. Res inuẽta verbis expolienda: sine qua verba in numerũ ornatè cõstruere furiosum est. Haud sanè satisfaeit. Res enim largissimæ est significationis. Rés inuẽta fuit Equi caput. ea res à Poeta luculentissimis numerosissimisq; verbis ornata est: num igitur est sententia? Præterea nõ semper erit furiosi inania verba connectere: stolidi etiã potest esse. Saltẽ dixisset, inepti. Sententia igitur non est argumentũ: i. subiecta res qua de agitur, sed argumenti appendix. Sanè igitur res est & inuenta & excogitata: omne enim quod est, res est. Cæterùm sententia non est res illa quæ extra animũ existit: sed rei species in animo. est ergo rei imago: cuius imaginis verba itẽ ipsa imago sunt. Neque verò cuiuscunque rei species est, sed illius tãtùm quæ ad exornandũ, aut explanandũ, aut alio quouis modo interpolandũ argumentũ pertinent. Res est Æneæ nauigatio, Troiæ excidiũ. earum rerũ tẽperationes, quæ in Poetæ animo erunt, Sententiæ vocabuntur. Methodũ, Artificiũ Trapezuntius interpretatur, atque ita definit: Via & modus quo sententia verbis explicatur. Sanè μέθοδος ad hunc modũ semper Latinè dicitur à Cicerone, Via & ratio. quare igitur Artificiũ maluerit appellare, non inuenio. est enim Artificiũ artis officium. Ars habitus animi deducens præcepta vniuersalia ad vnũ quippiã faciendũ. Nõ tã igitur artificiũ solã methodum significabit, quàm vniuersam præceptorũ omnium rationẽ, puta non solùm modũ explicationis sententiarũ, vt est positũ in definitione: verùm etiã syllabarũ ipsarũ collationẽ. Methodum verò qui etiã Instructionẽ appellarit, non erit ineptus. Est prætere a σωθῆναι & σύνθεσιν: quarũ vtraque ad verbũ cõpositionem significat. Verùm sola σωθῆναι hoc nomine dicitur à Trapezũtio, atq; ad hũc modũ definitur: Cõpositio est, quæ elemẽtorum, syllabarũ, dictionum, dictionisque consequentiũ inter se positione conficitur. σύνθεσιν autẽ dictionum numerosa cõpositio, quã Collocationem vocat. Certè Hermogenes ἐν συνθέσεως ᾗ ἀπαντήσεως numerũ confieri prodidit. Cæterùm quid sit illud, Dictionisque consequentiũ, haud sanè intelligo. sic nos: Cõpositio est apt⁹ ordo partiũ inter se cohærentiũ. partes autẽ tres: Elemẽta, Syllabæ, Dictiones. Collocationẽ verò rectè σύνθεσιν dictã existimo. quam quum definit per cõpositionem, videtur aut confundere quæ separabat, aut ambiguè accipere vocẽ hanc, Cõpositionem, aut facere vt sit genus ad Collocationẽ: numerositatem autem differentiã. Nec profectò displicet vt σωθῆναι sit elemẽtorum vocúmque qualiscunque dispositio: σύνθεσιν autem non qualiscunque, sed numerosa tantúm. ῥῆμα verò dixit Exornationẽ, non malè, non optimè tamen. fit enim exornatio non à figuris tantùm, sed à numeris quoque. Definitio eius hæc: Exornationes sunt verborum expolitiones & modi: quibus tanquã colorato amictu rem & & vestimus & decoramus. Cæterùm figuras loquutionis tantùm descripsit hic. iccirco appellauit Modos. Sunt tamen exornationes etiam rerum ipsarum: quemadmodum priore libro declaratum est. Neque rectè dixit, Exornationibus rem vestiri: verbis enim quibuslibet vestitur res. Decoramus autem figurarum flexu & colore. κῶλον ab omnibus membrũ dicitur. Trapezuntius hoc definit modo: Vno spiritu prolata oratio, quæ totam sententiam, vel partem eius breuiter absque interuallo absoluit. Iam verò non nisi eam quæ pronuntiatur, designat orationẽ. Deinde quare dixit Breuiter? hoc enim ineptũ & falsum est. nã breue est τῶν μετρίων. Si breuiter absoluit sententiã mẽbrum: Membrũ igitur erit breue. hoc sanè falsum: quippe mox diuidit in breue & longũ. Ineptũ verò quis nõ intelligit, quòd velit me rem longã dicere breuiter? nónne erit oratio minor ipsa re? Non ergo eius erit imago. Quare opportunè huc afferam diuini viri verba ex tertio artis Rhetorices, quibus ille vulgatum de narrationis breuitate præceptum, damnat: τῶν δὲ γελοίως τῷ διηγεῖσθαι φασι δεῖν ὡς ταχέως. καίτοι ὥσπερ ὁ τὸ μέτριον ἐξαμαρτάνων, σκληρὸς δὲ μᾶλλον μᾶζει· τί δ' ὡς; ἔφη· ἀδυνάτου καὶ ἐκπύστα ὁμοίως. δεῖ γὰρ μὴ μαχητὸν διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ πεπιμελῆσθαι μαχητοῦ, οὐδὲ τις πίστεως λόγων. εὐδὲ γὰρ ἐκπύστα δεῖ τὰ δ', ἢ τῷ πιθανῷ, ἢ τῷ πιστῷ μόνον, ἀλλὰ τῷ μετείναι. πιθανὸν δ' δεῖ τὸ λέγειν ὅσα ἀνελόντι σφᾶλμα. Non enim in celeritate, aut breuitate vel narrationis vel membrorum orationis sita est aut virtus aut natura: sed quãta res est, tantùm esse membrum oportet. Vel quot Ciceronis loca tibi recensere possim? Cæterũ quia hoc ab eius calumniatoribꝰ pro vitio illi obiectũ est: non ex Isocrate, qui nimis picta vsus est dicẽdi ratione, sed ex ipsa Oratorũ norma, hoc est Demosthene, vnũ adducã ad ἐκ. εὖ plectens

plectens voces. est enim in Olynthiaca 1. scriptũ, ἀλλὰ μὴν εἰ τῶν ἡμῶν τινα, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἅπαντες ἐμβλέπομεν ἐπὶ τοῖς μεγάλοις πόνοις, μικρὸν ἀπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπόντων: νῦν πολὺ καὶ ἡμεῖς, αὐ ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἠῤῥαθυμηκότες, καὶ ἅπαντα ἀφεὶς ἑτέρωθι ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπά, ὧν ἐκ ἐβουλόμεθα, ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἐλθόντες πεισθῆναι, καὶ κινδυνεύσοντες περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ. Non minorem ambitum orationis in deliberatione περὶ ἀλεξάνδρου συνθηκῶν, quinquagenariorum sanè ingẽtem numerum. In oratione verò contra Neæram etiam plusquam sexaginta voces numerabis: multas verò longas admodum. ὅτι γὰρ κακοδαιμονίσειε ὑμεῖς ἐπαίζετε, πῶς ὄντος τοῦ Καλλιστράτου, τότε αὐτοῦ πῶν ἐν τῇ δήμῳ τῶν τῇ βουλῇ, χαννιμένῳ τῷ πανταχοῦ τῷ οἴκου ἐν εἰρήνῃ, καὶ νῦν αὐτὸν καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον χ⁹ ὁρῶντα ταῦτα, καὶ οὔσης αὐτῷ ἀτελείας ἐν τῶν νόμων, ἃς ἔζη ὧν ἐκείνῳ τῷ στρατεύσαι χρεὼν ὑπὸ στρατόν τοῦ ἀστρατείας, καὶ ἀγαθὸν ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἐν τῷ διηγήσει, ἅλως καὶ ἀπροσδόκητον. Quid? Thucydides enĩ cuius adeò admirantur breuitatem ipso statim operis initio haud multò minorem obtulit periodum: atque mox etiam maiorẽ. Quanta verò sit illa eodem in procœmio vbi posita fuerit, iudicabitur. Neque enim minutis vocibus ipsã referšit, sed multisyllabis multis, Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο: καὶ τῆς νῦν ἑλλαδικῆς θαλάσσης ἐπεκράτησεν, ἐπέβησε, καὶ τῶν κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε καὶ οἰκίσας πρῶτος τῶν πλείστων ἐκβαλὼν, κἀφεὶς ἔζελάσας καὶ τοὺς ἑαυτῶ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκατοικίσας: τό, τε λῃστικὸν, ὡς εἰκὸς, καθήρει ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐρρωμενέστατα, τῷ πλείους περιποιεῖσθαι μᾶλλον ἕνεκα αὐτῷ. Neque lex illa vnica Poetarum Maro, non putauit absurdum ad centum vsque inculcare. Ponam igitur ex 1111 Georg.

Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:
Continuò est ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæque fame, & contracto frigore pigræ:
Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant:
Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis:
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
Hîc iam Galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaque arundineis inferre canalibus vltro
Hortantem, & sessas ad pabula nota vocantem.

Quo ex loco, quid agendum mihi, quid aliis à me præscribendum sit, libentius feliciúsque intelligam, quàm ex formidolosis Græculi vllius præceptionibus. ἀπάντησιν verò Clausulã vocat hisque definit verbis. Clausula est vniuscuiusque orationis, aut etiam membri numerosa dispositio. Nomen quidem expressit Græcam vocem. At definitio nequam. Neque enim clausula membrum disponit: sed claudit membrum vno duobúsue numerosis verbis. ad hunc enim & significatum & naturam vtitur Cicer. Quare verò cùm dixisset: vniuscuiusque orationis: addiderit, aut etiam membri: me quidẽ latet. Orationis enim tum natura, tum appellatione comprehenditur etiam membrum: præsertim cùm apposuit, vniuscuiusque: ῥυθμὸν rectè numerum appellauit. Definitio verò obtũdit clausulæ definitionem. Est enim hæc. Numerus est, quæ ex obseruatione collocationis, atq; clausulæ pedum cõficitur orationis sonoritas, atque modulatio. Etenim si clausula est numerosa orationis dispositio: non tam numerus fiet ex clausula vt vult Hermogenes, quàm clausula ex numero. At hîc numerus est sonoritas ex collocatione. Nos verò sic. Numerus est conueniens sententiæ sonus ex compositione & dispositione partium, compositionem appello verborum ex elemẽtis & syllabis, ac mẽbrorum ex verbis. Dispositionem rationem modúmque compositionis. oportet enim verba & esse talia, & tali ordine collocata.

Horum igitur natura censetur hæc. Reliquũ est vt Hermogenis, qui hæc ita digerit, cõsilium videamus. Oratio omnis sentẽtia, & verbis constat. Igitur vtrumque Idæis etiam conuenit, si Ideæ orationis sunt formæ. quæ formæ cùm sint rerum imagines, rebus erunt similes. Ergo etiam illarum partes, id est, sententiæ, & verba. Quare & sententiarum figuræ, id quod μέθοδον vocari ab Hermog. manifestũ est; & verborũ qualitates: quas partĩ Græci σχήματα, partĩ ῥύθμους, nominãt, necessariq; sunt. Verborũ præterea quantitates tam continuæ quàm discretę. Horũ summa sic se habet. Quãtitates continuę sunt in longitudine, ac breuitate verborum, & incisorum, & membrorum. Sic enim intelligo partes orationis voce generis: cuius duo modi, τὰ κόμματα, i. incisa: quæ sunt partes minores, ac μέρη à nobis dicuntur: & τὰ κῶλα membra, quæ Aristotelico more μέλη nominabuntur. Harum igitur longitudinem ac breuitatem curat σωθῆναι, sicut & numerum. Ordinem verò & qualitatem in sonis σύνθεσις. Non igitur rectè numerum Hermogenes ἐν συνθέσεως καὶ ἀπαντήσεως cõfici putauit. Neque enim ἀπάντησις facit numerum, sed numerus potest esse non solùm in clausula, sed etiam in principio periodi: id quod à M. Tullio satis est disputatum. Potest & esse clausula & numerosa, & sine numero. Præterea σύνθεσις etiam ipsam ἀπάντησιν comprehendit: comprehendit etiam initia, etiã media. Ex σύνθεσιν potius ac σωθῆναι numerus confieri videtur. Est & alius eiusdem error. Postquam enim σύνθεσιν cum cæteris numerauit, nusquam postea cum aliis eius posuit præcepta. Illud verò vehementer agitare queat acutiorum iudiciũ. Quippe μέθοδον cùm à sentẽtia, figura, dictione, membris, numeris, compositione separauit, nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

satis mihi facit. Quid enim μέλος est? Nónne A
viæ ratio, quam insistas ad componendam orationem? Quamobrē ea compositio cùm egeat verbis, verborum ordine & sono: erit profectò methodus ratio eligendi, atque disponēdi verba quibus sententia exprimatur. Nō autē sententiæ explicandæ modus, quemadmodum putauit ille. Non est igitur μέλος pars ab aliis separata, sed omnium quasi forma quædam. quæ fuit fortasse ratio, propter quam à Trapezuntio artificium diceretur. Verum cùm ille in definitione sententię soli attribuit, hoc falsus fuit. Est autem σωφρόνη, quam σώφρειν quoque vocare liceat. his ita cognitis ad eas formulas, quæ primores Ideas illas explent, accedēdum est. in quibus perpendendis pari iudicio vtendum est.

Σαφήνειαν, inquit Hermogenes, πειοῦν τὸ καθαρὸν καὶ τὸ εὐκρινές. Trapezuntius claritatē tractaturus nequaquam hoc explicauit. Sed posito claritatis nomine statim puri sermonis instituit inuestigationem, duplici sanè peccato. nánq; & negligenter omisit σαφηνείας diuisionem in καθαρότητα & ἐκρίνειαν: & pingui nimis Minerua puritatis exempla sine definitione posuit. Tertius error, cum ἐκρίνειαν elegantiam interpretatur. Veteres enim Grammatici τὸ ἐκρινὲς ἀκριβὲς dicunt esse. Igitur ἐκρίνεια Facilitas potius. Hermogenes quoque πῶς ἐκρίνειαν docet esse prudē C
tiam disponēdi partes, πῶς πίξαι τι ἐν πίνῳ. In nostris lucubrationibus obseruatum à nobis inueni ἐκρίνειαν distinctionem appellatam. Valdè sanè bene. Est enim δύσκεντον implicatum. præsertim cùm idem faciat τῇ ἐκρινείᾳ σύγχυσιν contrariam. elegantia verò longè aliud est: quod & nomen ipsum ostendit. Verborum electorum non vulgaris coāptatio. Quare citius obscurabit aliquando audienti populo orationem, tantum abest, vt perspicuam faciat. Quartus error, vbi elegantiam claritatis appellat partem. neque enim elegantia est perspicuitas aut perspicuitatis tanquam totius pars: neque tanquam generis species: sed causa quasi formalis. etenī ex forma ipsius ἐκρινείας fit perspicuitas in oratione. Puritatem autem dicit idem Hermogenes in simplicitate sitam esse, ἐν τῷ ἀφελεῖ: atque definit καθαρὰν λέξιν πῶν μὴ σκληράν. Ego verò aliter sentio. Aliud enim est purum, aliud molle. Purum, cui nihil admissum alieni. Molle, quod aures nō offendit. Potest esse mollis impura, vt in Aulularia:

Pici diuitiis qui aureos montes colunt
Ego solus supero.

Est enim σύλοικοφανές. & pura aspera, vt περιβάτη πεταχθάτη. Præterea non est verum, puritatem sitam esse in simplicitate: est enim simplicitas duplex: aut ἀφελὲς, aut ἰδιωτισμόν. Idiotismus est vitium electæ orationis. Quippe vulgaris dicendi modus, frequens Plauto. ἀφελὲς, est virtus quotidianæ loquutionis, nō apud plebem solùm, sed lectorum ciuiū: qualem Graechorū matri M. Tullius attribuit. At enimuerò vt non negamus πῶς ἀφέλειαν facere perspicuitatem: ita asserimus eam pro magnifica oratione quoque. Quis enim tam amens sit, vt Ciceronis orationem perspicuam neget? ad hæc puritatis ῥῆμα dicit idem esse πῶς ὀρθότητα. Esse autem rectitudinem hanc, loquutionem factam per rectū vt *Verbs antiqua fuit*. cuius contrarium sit πλαγιασμὸς, id est Obliquatio. veluti cū per oblquos casus fit oratio. Qualis apud Sallustium: vrbē Romam, &c. In quibus exemplis quis audeat dicere sese figuram agnouisse? Siquidem Figura est flexus orationis tolerabilis præter vulgatā consuetudinem. Omitto, quod ῥῆμα posuit pro Tropo. Est igitur ὀρθότης & πλαγιασμὸς vtrūque puritatis formula, sed ὀρθότης est Simplicitatis, Plagiasmus non. vtraque inquā est Puritati aut simplicitati hoc, quod perspicuitati puritas, & simplicitas. non minore iudicii periculo dicit, in perspicuitate κῶλα esse oportere breuia. nō enim solius perspicuitatis, sed neque sola. Non solius perspicuitatis esse κῶλα breuia satis ostēdit Thucydides. Cuius breuitas etiam obscurā reddit orationem. Non sola breuia κῶλα deberi perspicuæ dictioni videbit: qui meminerit principii orationis pro L. Murena. Primum enī statim membrum vt longissimum est, ita lucidissimum. Præterea quid lucidius iis Maronis versibus, quos posui suprà. At in illis quæ quātáque κῶλα continentur, satis, opinor, patet. nihil verò ineptius ea sententia, qua ait, πῶς σαφεῖ αὐτὸ κρῖναι ὃν μεγεθῶν τὸ μέγιστον, καὶ ὃ κον, καὶ ἀξίωμα. Φθάνει γὰρ πῶ ὁράσει σαφεῖ τὸ ἀστρῶν. Nā & falsa est, vt ostendimus. Lucidissima nánque est illa,

Arma virumque cano. &
-tantæne animis cœlestibus iræ, &
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Neque placet τὸ ὄγκον, inter virtutes recēseri, sed μέγεθος, & ἀξίωμα, magnitudinē, ac dignitatem. Et malè loquutus est, quæ bene sentiebat. Ambigua quippe oratio. πῶ σαφεῖ αὐξῆσαι μεγεθῶν τὸ μέγεθος. Dubites enim sit ne præceptū ita, vt iubeat perspicuitatem augere, apposita magnitudine, an naturæ declaratio: vt intelligatur perspicuitati suapte natura magnitudinē cohærere. quare meliº dixisset περιθεῖναι quàm αὐξῆσαι. Nihilo melius illa profitetur. μέγεθος πολιτικῆς συμπότης, σφαιρίστης, ἀθλοθέτης, λαμπρότης, ἀκμὴ, σφοδρότης, βεβηκὼς τῶν ἀγελαίων τῆς πραγύτητος. gravitas inquit magnitudinem efficit rectè. esse autem grauem orationem, quæ de diis, vt de diis sentit. Nam sanè Homerus de diis suis, qua si de suibus loquitur. Secundo loco, Res diuinæ grauitatem afferunt, de Cælo, de Natura. Tertia ratio grauitatis à rebus diuinis itē, sed quarum homines compotes sunt: cuiusmodi, Anima, Mēs, Ratio, Virtus. In quarta, grauitatis recensiones, hominum studia, officia, acta, gesta præclarè. Neque assentior ei, quādo negare ausus est,

sus est, Apostrophas aptas figuras grauitati orationis. vnum locum ex Adherbatis oratione Sallustiana designabo, cuius authoritate Græculo illi ne credatur. Iamiam animo meo charissime frater, &c. Pari leuitate κῶλα breuiora grauitatem afferre dixit. Illud quoque animaduertendum, cùm tanquam partes grauitatem constituendam nominauit ita vt distingueret, ἀκμὴ, λαμπρότητα, πραχύτητα: mox tamen πραχύτητα & λαμπρότητα effectrices ait τῆς ἀκμῆς. Quòd autē πραχύτης siue asperitas grauem faciat orationē, non est necessarium. Nam si, vt ait, πραχύτης γλυκύτητα contraria est, sanè dulcedo in verbis grauibus, graui sententia esse cùm posit: posit item & asperitas in humilibus: vtriusque exempla subnectam. Nectarea illa in graui,

O præclarus animi impetus, quantum ipse ferocі
Virtute me exuperas, tantòme impensius æquum est
Consulere: atque omnes metuentem expendere casus.

Illa aspera à pastore,

Pars Scythiam, aut rapidum Cretę veniemus Oaxem.

Attribuit autem asperitatem sententiarum maioribus personis, ὀρθότητα minoribus, Tamen, inquit, si quis idem putet, non laboro. Vehementiam verò ab asperitate in figuris valde differre. Ego in omnibus differentes puto, neqs prudenter cum magnitudine personarum asperitatem coniunxisse arbitror. Quin asperitatē C
esse animi vitium, neque bene instituto ciui cō uenire. Item esse aspera quædam siue vehemētia: qualis dictio Catonis in procemio de agricultura. Furem dupli, fœneratorem quadrupli: aspera sententia sed languida. Et vehementia sine asperitate,

Vos o Scyllæam rabiem, penitusque sonantes
Accestis scopulos. & illa:
Extremos rediisse pudet, hoc vincite ciues.

Præterea non est æquè, quod ait, verum, λαμπρότητα facere ἀκμὴν. Facit quidem magnitudinem illustris sententia semper: ἀκμὴν verò i. vim non semper, vt ibi,

-facilis descensus Auerni,
Sed reuocare gradum, superásque euadere ad auras
Hoc opus, hîc labor est. Pauci quos æquus amauit
Iuppiter aut ardens euexit ad æthera virtus.

Quòd si vt facit, se excuset: sententias illustres nō efficere vegetam orationem, sed figuras, & κῶλα, nihilo maiore merito audiatur. λαμπρότης enim in membris, qua mēbra sunt, quænam esse deprehendetur? Et sunt enim aut longa, aut breuia, aut mediocria. Omnia vel illu- D
stria, vel non illustria: qua cola sunt. numeros ac figuras illustres non dubitarim parere vim dictioni, vt Repetitio & Reduplicatio est: nō omnes tamen. Quid enim illustrius Epiphonemate? Non tamen omnia vim intētāt: sed quædam τὸ ἐν χερὶ tantùm habent. in illo vis,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

& in illo,

-lanit improba teter, Ora cruor.

At non in illo, A

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Quod verò addit, λαμπρότητα contrarium τὸ κομματικὸν, æquè falsum est. Nihil enī illustrius Sallustiana dictione: cuius κῶλα penè omnia κομματικὰ, id est præcisa. λαμπρὸν etiam luculentum dices. & λαμπρότητα splendorem. Post hæc λαμπρότητα ἐκεῖνο πῶς φαιδρότητα, distinguit: φαιδρότης, inquit, ἐν φράσει μόνον ἐστὶ λαμπρότητος, ἀλλὰ γλυκύτητος καὶ ἀφελείας. πῶς δὲ φαιδρότητα πῶν ἐξιωματικὸν ποιεῖ ἢ λαμπρότης, & contrarium, πῆ λαμ- B
πρότητα τὸ κομματικὸν, ἢ δριμὺ, ἢ ὄντως ἀγωνιστικὸν εἶδος τοῦ λόγου. Deinde dicit, ὁ καθαρὸς ἑαυτὸν πῆ λαμπρῷ. quæ omnia sunt perpendenda. Hilaritatē ait esse suauitatis siue dulcedinis nō splēdoris: suauitatis, inquā, & simplicitatis. A' splēdore verò eam fieri hilaritatem, quæ cum dignitate coniuncta est. Duo igitur facit genera hilaritatis in oratione, alteram ἐν ἀξιώματι, id est καλλωπισμῷ: qui est affectati decoris cultus nitidus: eum quam statuit suauitatē, & simplicitatē. Alteram ἐν ἀξιώματι, id est dignitate, cuius parens splendor est. Proba diuisio, sed quę desiderat definitionem. Splendorem dico in oratione non solùm lucem ad perspicuitatem, sed maiorem quandam lucem, quæ animum ex auditione percellat, sicut Sol per visionem. Hilaritas à C
Græcis ex eodem fonte hausta est. Quippe φαιδρὸν est τὸ φανερὸν ἀλλήλοις. Nos hilarem vocabimª dictionem, quæ inter vulgarem lucem perspicuitatis, & magnam illam splēdoris posita est. cuiusmodi est Herodoti stilus, & Catulli. quorū hilaritas est tota in cultu. Isocratis non minus hilare dicendi genus: magis tamen pertinet ad ἀξιωματικὸν. nullum enim authorem inuenias, tanto cultu, tam graui dignitate. Potes autem φαιδρότητα scitissimè dicere Elegantiam. Alia verò Græca voce γλαφυρότητα. Tum vtramque iā ἀφελεστέρως quàm ἀξιωματικὴν esse in cultu positam memineris: tametsi prior potius videtur. Deinde ait contraria esse τὸ λαμπρὸν, καὶ τὸ κομμα- τικὸν, καὶ τὸ δριμὺ, καὶ τὸ ἀγωνιστικόν. Omnino igitur excludit à splendore cultum illum nimium quem κομματικὸν vocat. A' fœminarū opera, quā nimiam ponūt in exornando, metaphora sumpta est: vnde κομμοῦσθαι, qualem Cypassin Corinnæ canit Ouidius. Gellius monet nos, ab antiquis Elegantiā dictum illum καλλωπισμόν. Perire igitur splendorem nimia illa trepidatione non satis benedicendi. Ita verò ne recipi quidē D
in disputatoriam dictionem: spinosa enim oratio disputantium, in summa concludit: Panegyrico potius stilo deberi splendorem illū, quàm forēsi, si ἀγωνιστικὸν, sic interpretēre. Ille tamē aliud: quippe, μᾶλλον καὶ ἀστικὸς idem facit. Quod quàm sit verum, intelliget is, qui humilem Ideam ab incitata sæpe cognoscet alienam. Satis hoc patiemur: illud non ferēdum, quod aiebat postremum: Puritatem splēdori esse contrariā. Aliud est humile, hoc splendido aduersatur, a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liud purum dicendi genus: hoc cum splendore licet coniungere. Quinetiam puritatem, propterea quòd nonnisi lectis verbis, scitáque eorum coaptatione fit, gradum quendam ipsum ad splendorem puto. Reliqua est ex causis magnitudinis περίοδος, quam Trapezuntius an recte dixerit Circúductionem, ex definitione patere poterit. Ait igitur περίοδον κατάκορον contrariam. Crasso nimis iudicio existimauit purã orationem eam tantùm, quam nos nudã dicimus: cùm quid nulla re adiecta narratur. Cùm verò additur aut genus, aut species, aut præscriptio, aut totum, aut pars, aut persona, aut loc', aut tempus, aut modus, aut instrumentum, aut causa, περίβολος ab eo appellatur. Non igitur circunducitur res, sed circum ipsam res aliæ. quẽadmodum etiam eadem augetur ἐπιζεύξει: quoties scilicet interponitur horum aliquid orationis continuatis partibus: quales sunt Parenthesis modi omnes. Ieeirco περιβολὴ quoque addam ego: quando narrationi puræ (vt ille vocat) vel nudæ (vt nos dicimus) apponetur, quod ne illum quidẽ latuit cùm dixit, περιβάλλειν. hãc vocabimus nos accessionem, aut adiectionem. περίοδος autem amictum nimis durè: satis cõmodè complexionem: propterea quòd simul cũ re nuda cõplectitur ea, quæ diximus suprà. addit igitur aliquando id, quod auget, & obscurat haud ita quidem, vt ne intelligatur: sed ne tam facilè. Animus enim ad plura attẽtus distrahitur. Aliquãdo verò id addit, quod explanat. Itaque περίβολος interdum est τὸ μεσοῦν, implet enim loca vacua, & admittentia circũstãtias: id quod maximè pertinet ad σαφήνειαν: tantum abest, vt sit cõtraria puritati. quòd autẽ sit τὸ μεσοῦν, etiã Hermo. testatur ὁ μεσότατος ὢν ἄλλο ἢ περίβολός. quã quã nõ ita est. Implet sanè περίβολος: at plenitudi nẽ esse περίβολὴ idẽ est, atq; si quis dicat: omnis plenitudo est cõplexio. hoc enĩ uerò falsum est. Plena enim est narratio, cui nihil deest. in qua tamẽ neque tempus, neque causa, neque cæteræ aderunt circunstantiæ. quales multæ apud Ciceronem in Verrem. Itaque plenam illam existimauerim, in qua succum Cicero agnoscit. Neque verum est quod aiunt Plenũ esse Ideã, solíque magnitudini conuenire. Nam neque Ideaest, sed affectus: neque vni peculiare magnitudini, sed humili quoque generi familiare. cuius sententiæ exemplum habes in Bucolicis.

Hîc inter densas corylos modo nánque gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit:

Est enim personæ Idea in capella, actio, tẽpus, locus, finis actionis ipsum opus, gemelli: finis operis, spes gregis. Procedit deinde ad pulchritudinem. μέλλον autem etiam decorem potes interpretari. eius effectricem Curam statuit siue diligentiam: sic enim dices ἐπιμέλειαν. propterea quòd accuratam quoque dicimus orationem. Quia verò μέλλω & μέλον eandem habẽt originem, τὸ ἀμελὲς & τὸ ἀπύθμον idem censebitur. Ergo τὸ μέλλον δεινότητα efficiet, & τὸ ἀκριβὲς & τὸ σύμμετρον: vt in quantitate, qualitatibus, proportione, ordine, situ constituatur. optimè hæc ille, nisi addidisset, μέλλον acquiri per δριμύτητα, id est acrimoniam: nihil enim min' venustatem frequenter fœdat acrimonia: contrà potius suauitas & dulcedo erit comes atque adiutrix pulchritudinis. Post hæc δεῖ χαρόπωτος quædam scribit. Nos genus hoc dicendi vel incitatũ, vel concitatũ, atq; etiã interdũ præceps appellabimus. Quod quoniam fit aliquãdo per multarum rerum complicationem, κατακλικὸν Græci vocant: aliquando per cõcisionem, τμητικὸν quoque ab Hermogene appellatũ est. cõplicatio autem fit aut subeuntium frequentia sententiarum sine copulatione, aut interiectionibus, quas παρεμβάσεις nominant. Adeò nánq; præceps oratio est, vt nequeat expectare instantem orationem, neque differre post illam, quæ in manibus est: sed ingruentem admittat: exempli gratia ex III diuini operis.

Talibus attonitus visis, ac voce deorum:
(Nec sopor illud erat, sed coràm agnoscere vultus
Velatásque comas, præsentiáque ora videbat:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus.

Cæterùm multi Gorgoteta figuram putãt, non Ideam orationis. conuenire autem omnibus characteribus manifestum est authoritate Poetæ.

Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.

Transit hinc ad eam quam vocat ἠθικὴν cuius lex est, attribuere suam cuique naturam. Ie circo ἠθοποιΐαν quoq; nominat, propterea quòd mores affectus quidam sunt. & vniuersalior est ἠθοποιΐας. Neque enĩ solùm personæ nobis sunt describendæ, quarum proprii mores sunt, sed etiam res, in quibus affectus designantur. Quare omne genus affectuum, ab ea comprehendetur. Quæ fuit causa vt χαρόπωτα diceret Hermogenes esse ὑπὸ τὸν ἠθικὸν λόγον. Sanè rectè, si etiã stoliditatem, & alia id genus itẽ adscribas. Intelligit enim χαρόπωτα cuius species sunt, ἐνθουσιαστικὰ, ex probratio, ἢ ἱππικὰ obiurgatio: quam & verbo succensendi explicamus. Ne hîc χαρόπωτα stili putes grauitatem. Etenim in humili quoque τὸ ἠθικὸν δεῖ. Id quod initio primi statim Poematii videbis apud Theocritum. Neque ei subscribendum cùm dicit:

λυκίδης ἀφελείας κέλλον.

Suauitas enim ac dulcedo maior in picta, quàm in simplici dictione.

Quæque lacus latè liquidos, quæque horrida dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas & corda oblita laborum.

Neque cùm dicit, ὀξύτης καὶ δεινότης, ἀπὸ λακωνικῆς δὲ αὐτὰς δεῖ. quis enim acutam acrémque orationem profundam neget esse? Aut quis admittat, quod addit? δεινότης καὶ ὀξύτης σχήματι τοῦ ἀφελοῦς. Nihil enim minus aptum est ad statuendam

endam orationis simplicitatem, quàm acutè dictum, quánque ea sententia, numerúsue, qui præ se fert acrimoniam. Acutum autem à iocoso, vrbano, faceto, dicaci, separamus. Acutum Acutùm. intelligo quod sentẽtiã lãguidam per se penetrare faciat in animos auditorum. tantò magis acre. Acuti metaphora est a mucronibus. Acris à gustu & sapore. Acuti exemplum,

Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. &
Omnes in Ascanio cari stat cura parentis. &
Dolus an virtus quis in hoste requirat?

Acrimonia verò in omnibus Sarcasmis, de quibus suo loco dictum est. Possis etiam acutũ diligentius inteligere: quodcunque est aut diuersum à populari opinione: vel alio modo, quàm vulgari dictum. si re ipsa vulgatum sit. Quid enim illo acutius Euripideo?

τίς οἶδεν, εἰ μὲν δεῖ ζῆν τὸ κατθανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ κατθανεῖν.

Illud verò quanquam est vulgare, non esse gratiæ pecuniæq; similes debitiones: tamẽ noua dicẽdi rotunditate Cicero fecit, vt esse argutum. Hinc aggreditur δεινότητα, quam Latinè dicas æquanimitatem simul cum Terẽtio: modestiam mauult Trapezuntius. est diuersa tamen σωφροσύνη ab ea, quæ est ἀνανδρία, tanquam totũ à parte, aut genus à specie. verùm hoc fusius in Ethicis. Addit autem non solùm ab hac æquanimitate, sed etiam à veritate fieri orationem ἐκβιάζοντος ἢ ψεύδοντος. vt ex professione veritatis ipsa dictio non solùm præ se ferat affectũ, verumetiam quasi animetur. Exprimitur autẽ eiusmodi professio per obtestationes ab oratoribus: apud Poetas per numinum inuocationem. Illa sanè vera, meráque, ἀπειρία.

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

Et cùm addimus, reor, opinor, credo, si credere dignum est, vt aiunt, vt perhibent.

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium.

Quod autem ἀπειρία non sit modestia, sed cũ ea aliud quiddam strictius, ex eo mihi videtur: quod ad iudicia frequenter applicatur. vt eorũ sit virtus, qui ex æquo & bono iudicant, quíq; boni consulunt: quos æquos rerum æstimatores Latinè dicimus. quam Poeta diuinis adeò tum verbis, tum modis descripsit in XII.

Si Turno extincto, socios sum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?

Trapezuntius autem qui ἀκμὴν vehementiam transtulit (nos enim vim, ac vigorem) quo modo dicet σφοδρότητα? grauitatem? Nihil minus respondet. Nam olim equidem putabã Græcos carere voce, qua plenè ac circunscriptè exprimant id, quod in viro nominãt grauitatem, donec diuinus præceptor sic me docuit: σεμνότητα δεῖ μετὰ βαρύτητος. σφοδρὸν autem non esse grauem, sed vehementem, etiam ex Demosthene intelligas, qui contra Aristogitonem, σφοδρὰν καὶ μεγάλην ὕβριν nunquam grauem agnouisset, cũ

GRANDILOQVVS.

CAPVT II.

CVm Hermogenes Ideas & partiretur, & exequeretur aliter, atque alii prodidissent: coacti sumus quædam animaduertere, quę Poetę nostri institutioni vel obesse, vel prodesse potuissent. Nunc ad ipsa dicendi genera ita accedamus, vt appositis ad præceptiones exemplis perfecti illi rationem familiarem faciamus. Sunt igitur formæ tres: Altiloqua, Infima, Media, quam æquabilem vocare lceat nobis. Harum omnium quidam affectus communes, quidam proprii. Communes: Perspicuitas, Cultus, Proprietas, Venustas, Numerositas. Hos omnes tũ omniũ, tum perpetuos esse oportet. Aliorum communium quidam sunt non perpetui, sed vt res tulit: Mollitia, Suauitas, Incitatio, Puritas, Acutũ, Acre, Plenum, Floridum. Propriis quoque ratio eadem, quidam enim perpetui, quidam nõ. Grãdis generis perpetui sunt, Dignitas, Sonus, Vicissitudinarii, Grauitas, Vehementia. Infimi generis propria perpetuò Tenuitas, Vicissitudinaria, Simplicitas. Securitas, æquabilis characteris propria perpetuò Rotũditas, Volubilitas. Quibus capitibus omnium formarum vniuersa natura exactissimè absoluetur. Est igitur Altiloquum Poesεως genus, quod personas graues, Res excellentes continet. Ex quibus lectę sententiæ oriuntur: quæ lectis item verbis, verborúmque numerosa collocatione explicãtur. Personæ graues sunt, Dii, Heroes, Reges, Duces, Ciuitates. Quòd si ahæ quoque inferiores admiscẽtur, vt Nautæ, Fabri, Mercatores, Aurigæ: id propterea fit, quòd hominum conuentu societas instituta quoddam quasi corpus est: cuius membra pro natura sineque officiorum & naturam sortiuntur, & conditionem. Regii officii natura est, præstare cæteris: finis gubernare. Rex itaque naturam sortietur eam, quę & robur præstat, & sapientiam. Naturæ conditio applicatio roboris ad tuẽdum, sapiẽtiæ ad gu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bernandum. Res excellentes sunt, Bella propter pacem, & quietem: Concilia ad deliberandum: Iudicia ad eligendum: Virtus ad exequendum: & alia quæ cohærent his. Lectæ sententiæ sunt, quæ à vulgo abhorrent. lecta verba, quæ non sunt trita. numerosa collocatio, quæ quasi rem ipsam sono suo pingit. De quibus omnibus suo loco dicendum est, posteaquam de affectibus dictum fuerit: quorum exempla iam ponemus.

AFFECTVS COMMVNES.

Caput III.

Perspicuitas.

PErspicuitas quid esset, suprà demõstratum est. Eam nunc in omnibus generibus videamus, in Infimo ibi,

O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit,
Nàmque erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

In mediocri.

Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ
Dona feram: iam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra iuuat: cæsosque videre iuuencos.

In summo.

Principio delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboque patríque Lyæo.

Vides enim tribus eandem materiam locis dispari magnitudine dictionis, pari perspicuitate.

CVLTVS.

Caput IIII.

CVltus est amputatio absterssione sordium, ex quo fit nitor. Iseuenit in sẽtentiis, vbi non omnia, quæcunque dicere potes, dicis. Itémque in verbis. Vnde tersus stilus à quibusdam dictus est. Exemplum in humili.

Cùm complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

In mediocri.

Ipse caua solans ægrum testudine amorem
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.

In grandi,

At non Euandrum potis est vis vlla tenere,
Sed venit in medios, pharetro Pallanta repostlo
Procubuit super, atque hæret lachrymánsq; gemenscq;
Et via vix tandem voci laxata dolore est.

PROPRIETAS.

Caput V.

PRoprietatem appello, non quæ excludit metaphoras: hæc enim nequaquam perpetua est orationi: sed natiuam vim significãdi ex vsu doctorum: quem partitus est Hermogenes in partes tres, præter eum vsum qui cõmunis populo est: Verbũ, inquit, obscurum est tribus modis: Gẽtis, Artis, Legis. Gentis, exemplum ponit, Parasangam, mensuræ genus apud Persas, apud nos erit Mastruca Ciceronis: Mapalia, Magalia, Pero, Gaza Virgilii: Carbatinæ Catulli. Artis exemplum. ζάξαντες τὰς πλοιαῖς τοῖς. Ait enim esse nauale verbũ: puto quo vetera nauigia reficiuntur. Apud nos, Carchesium, Scalmus, Factor, Fistuca, Facere pedem, Legis exemplum, πατάσσειν: id est, accusare, & conuitiari. apud Latinos mutitare. etenim vtebantur Athenis in festis Liberi patris tum conuitiis, tum verbo hoc ipsa significante. Cæterùm multis aliis de causis verba obscura sunt. Quædã nimia nouitate, alia vetustate, alia translatione, alia eruditione, puta historiis, aut fabulis. Nouitate, vt cũ verbum hoc nouissimum, pro vltimo posuerũt primum, &, citra, pro, sine. & interim, pro interdum. Vetustate, vt Fauissæ, Clunadum, Sagmina, Toper. Translatione, vt Merones, Lilia in castris C. Cæsaris. Eruditione, qualia multa sũt in Prouerbiis, & in Problematis Plutarchi. Igitur verborum proprietatem vel populariũ, vel aliusmodi omne dicendi genus obseruabit. siue artis cuiuspiam sint verba illa, siue consuetudinis, vt in gregibus, pascere, admittere, summittere, depellere. In agricultura, pastinare, ablaqueare. in Nautica re, Fabrica, Medicina, Forensi clamore, Militia alia, atque alia. atque alia quæ non egent exemplis.

VENVSTAS.

Caput VI.

VEnustas quoque stilis omnibus communis est. Sua est pressa & astricta humilis narrationis. Comptior æquabili Ideæ: valde elaborata Summæ. Est quasi natiua infimo, artificiosa altiloquo, temperata ex arte modica natiuáque mediocri charactẽri. Hanc quoque oportet esse perpetuam. ne absit penè semper, vt Silio Italico, sæpe verò Statio, sæpius Lucano. apud Poetam nunquam desideratur. siue mollia & lenia canit, facilè subsequitur: siue aspera, dexteritate condiuntur. Sic enim appello prudentiam quãdam electionis, atque collocationis λέξεως. Exemplum mollioris venustatis in Imo.

-tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papauera carpens
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis
Mollia luteola pingit vacinia caltha.

In mediocri.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrísque arentia temperat arua.

In supremo.

Qualis spelunca subitò delapsa columba
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi
Fertur in aura volans, plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.

Venustatẽ verò quemadmodum possimus asperis addere, docebunt exempla. In tenui,

Qui te Pollio amat, veniat quò te quoque gaudet.
Mella fluant illi: ferat & rubus asper amomum.

In mediocri.

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues? atqui non Massica Bacchi (ras
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.

In magniloquo.

Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat:
Nunc positis nouus exuuijs, nitidúsque iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga.

NVMEROSITAS.

Caput VII.

Anima poescos.

NVmerus est anima poescos, de cuius natura atq; ratione dicetur suo loco. Nullum sanè dicendi genus sine numero est. mollior, facilior, simplicior in tenui: coarctior in mediocri: operosior in grandi. Exemplum primi,

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse Leones
Interitum, montesque feri, siluæq; loquuntur.

Exemplum secvndi,

Sustuleris fragiles calamos, siluámque sonantem.

Exemplum tertii,

Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultam.

PLENITVDO.

Caput VIII.

PLenum est dicendi genus omne, cùm nihil desit quod desideres, nihil redũdat, quo sit exultans. plenũ illud in Tityro, qui cùm dixit, *-deus nobis hæc otia fecit*, declarat pleno carmine otia,

Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti:

Est enim opum securitas, vbi errant boues sine metu: & animus trãquillus, ac solutus cura qui ludit. Illud de apibus valde plenum,

Principio sedes apibus, statióque petenda,
Quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oues, hœdíque petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.

Et quę sequuntur. Plenissimum illud,

Quæ nos relliquias Danaũm, terræque marísque,
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos
Vrbe, domo socias.

Tot hìc tam paucis verbis cõplexus est, vt nihil possit excuti, quin de rei magnitudine detrahatur.

FLORIDVM.

Caput IX.

FLoridum à pleno differt non essentia, sed accidente. Est enim & ipsum plenum: sed cui addat aliquid, quod sine iactura deduci queat. Hoc autẽ quod addit amœnũ sit, & faciat ad delectationem. Pinxit igitur illa eadem, quæ suprà dixerat otia,

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:
Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,
Limosque palus obducat pascua iunco.
Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes,
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

Ambitionem Auaritiámque & inania mortalium studia sic pingit in II. Georgicõn,

Solicitant alij remis freta cæca, ruúntque
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem, miserosque penates:
Vt gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro.
Condit opes alius, defossóq; incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatus enim plebísque patrúmque)
Corripuit, gaudent perfusi sanguine fratrum,
Exilióque domos, & dulcia limina mutant:
Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem.

Ibi autem somnum incomparabiliũ florũ manipulis aspergit,

Somni descriptio.

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras: siluæque & sæua quierant
Æquora, cùm medio volumtur sidera lapsu.
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres:
Quæque lacus latè liquidos, quæque horrida dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

MOLLE. Caput X.

MOlle est, quod tam cedit auribus, quàm quęrit aures cedere sibi. Itaq; facilè hæret animi, & facilè admittit: vt in Pollione,

At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistáque ridenti colocasia fundet acantho.

In secundo autem Georgicõn,

Necnon Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risúque soluto:
Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis:
Et te Bacche vocant per carmina læta: tibíque
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

In quinto autem diuini operis mollissima illa descriptio anguis, longéque alia, atque illa quæ in secundo: cuius asperitatem non vitiosam hìc quoque posuimus ob sonum qui debetur Heroico: vnde vtriusque speciem contemplaremur.

Anguis descriptio.

Dixerat hæc: adytis cùm lubricus anguis ab imis
Septemgens gyros, septena volumina traxit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amplexus placidè tumulum, lapsusque per aras:
Cæruleæ cui terga natæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus Arcus
Mille trahit varios aduerso Sole colores.

In secundo autem sine mollitia sonus:

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt.
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæque
Sanguineæ exuperant undas, pars cætera pontum
Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iamque arua tenebant
Ardentesq; oculos suffecti sanguine, & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

SVAVITAS. Caput xi.

SVauitas alia est à venustate. Addit enim decori ac pulchritudini Suauitas: quoties venustum vultū delicata omnia commendant. Est igitur suauis oratio, quæ allicit auditorē ad legēdum vel inuitū, qualis illa Herodo. cuius libros mihi difficilius est deponere, quàm cyathū. Venustas igitur est decor ipsius cōpositionis, quēadmodum suprà dicebamus. Suauitas autē Venustatis species delicata. tota Æneis venusta est: suauis nō tota. venustati aduersatur turpitudo: Suauitati Asperitas. Differt autem à mollitia: quòd molle carmen etiam parum venustum esse potest: vt illud Ouidii,

Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli,
Tres sumus: hoc illi præstitit author opus.

Sunt igitur suauia hæc in Bucol. *Non vlli pastos illis egēre diebus Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; annem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.* Illa in Georg. *Ecce supcilio cliuosi tramitis vndam Elicit: illa cadens raucum per læuia murmur Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.*

Nihil illis suauius in diuino opere:

-si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret, quę munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude coronam,
Nisus, quæ Salium fortuna inimica tulisset.

INCITATIO Caput xii.

INcitatio est, quam παρόρμησιν, & inculcationem dicebamus. ea fit rebus, & sententiis aliis super alias adiunctis. Neque verò figura est, quòd quidā censuēre, sed à figuris cōficitur: veluti asyndeto, & ea quā suo loco dicemus. In tenui, *Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.* In Georgic. *Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono.* In iiii. diuini operis. *-ite,*

Ferte citi flammas, date tela, impellite remos,

PVRITAS. Caput xiii.

DIuersa est Puritas à proprietate. Proprietas enim illius causa. ae proprietas vbique esse debet: Puritas non vbique. Est enim Puritas nuditas, cùm nihil ornamenti admiscetur. Frequens tenui Characteri, non perpetua tamē. elaboratus enim aliquando est. Differt autem à simplicitate quæ propria est infimi: propterea quòd simplex oratio est, quæ rē ponit sine causa, sine circunstantiis: pura autem etiam hæc ponet, sine ornamentis tamen. Pura est illa tenuis.

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui musam meditaris auena.

Illa verò mox, non pura, est enim figurata:

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

In Georgicis illa mediocris pura est,

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

In altiloquo dicendi genere hæc,

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuēre coloni,
Carthago, Italiam contrà, Tyberinaque longè ostia.

ACVMEN. Caput xiiii.

ACumē in Bucolic. multis locis. quid enim acutius? *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mevi.* &, *Quid domini faciant, audent cùm talia fures?* In Georgic. non vnum: *Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.* Salsum sanè dictum est, & *In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem Numina læua sinunt.* &, *Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur.* Eodem modo in diuino opere, *Maturate fugam.* &, *Si sine pace tua, atq; inuito numine Troes Italiam petiēre, luant peccata, neque illos Iuueris auxilio, sin tot responsa sequuti,*
Quæ superi manesque dabant, cur nunc tua quisquam Vertere iussa potest? &

Si Turno extincto socios sum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?

ACRE. Caput xv.

ACre est, quod acutum. verùm nō solùm mouet, vt acutum: sed etiam vellicat, vt in Bucol.

Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

In Georgicis: *-alitur vitium, viuitque tegendo,*
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat: & meliora deos sedet omnia poscens.

In Æneide verò acres sunt omnes Sarcasmi. tum permulta acerrima in oratione Iunonis aduersus Venerem: Turni aduersus Drancem. & pleræque sententiæ, vt *tantæne animis cœlestibus iræ?* neque enim videtur quicquā Deo magis conuenire, quàm lenitas ac misericordia. sic & illa multam præ se ferunt actimoniam.

-nanq; etsi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumque expleisse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum,

ac præterea tota illa indignatio.

PROPRII Affectus Grauis Dignitas. Caput xvi.

HI communes affectus generum dicendi. nūc de propriis scribendum est, ac de eo primùm, qui principi Idearū peculiaris ac perpetuus est.

Dignitatem

Dignitatem dico, quæ ab ipso grandiloquo nūquam discedere potest. Primùm autem ipsius vocis vis perpendenda est. Dignus Græca vox est ἀξιόν τι δικαίου. Propterea dixit Satyricus, *Quàm pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est.* Græci ἄξιον vocāt. vnde ἀξιώματα sentētiæ, quæ omnium cōsensu dignæ sunt, vt suapte natura sine vlla probatione veræ credantur. Erit igitur Dignitas conditio personæ, qua puratur ab omnibus, aut à pluribus, aut à melioribus digna vel laude, vel præmio. Conditionem intelligo statum Animi, Corporis, Fortunæ. Ex quibus bonis dignitatis & opinionem cōsequimur & appellationem. Hac ratione translata est significatio ad eam orationem, quæ ex eiusmodi personæ ore, atque animo proficisceretur. Eam tamen non dixere dignam, sicut neque hominē dignum absolutè, sed hominis, orationisque dignitatem, ἀξιοπρεπῆ Græci vocant. neque id genus solùm orationis, sed illam quoque, quæ de talibus vel viris, vel rebus loquerctur: dum & splēdor verborum, & tractus, & numeri simul ad illius ornamentum conspirarent. potest igitur esse dignitas carminis & cum figuris & simplex, sine numeris non potest. Non figuratæ exēplū hoc est, *Tu quoque littoribus nostris, Æneia nutrix, Æternam moriens famam Caieta dedisti. Et nunc seruat honos sedem tuus.* Hactenus simplex est, mox addit figuram: *ossaque nomen, Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat.* paréthesis enim fecit ἐπεξεργασίαν. addidit namque dubitationē. Cùm autem dignitas sit in sententiarum grauitate, & in verborum granditate: de sentētiis superiore satis libro dictum est. Verba verò grandia, ac splendida quæ sint, facilè intelliges: si, quæ dixerit Virgilius in diuino opere: si, quibus abstinuit, considerabis: si, quæ dixit in dicendi genere infimo, aut mediocri, cum iis, quibus in summo vsus est, comparabis. Ac Grammatici quidē inter cætera duo notarūt verba, quorum alterum circumscriptione, alterum alia voce texerit, atque dissimularit. Seruius enim negat Heroicæ maiestati *Mergi* nomen conuenire, atque iccirco à Poeta contemptum, illisque verbis designatum: *-aui similis quę circum littora, circum Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.* At enimuero memoria exciderat tanto viro versus ex eiusdem Æneidos, v. *-& apricis stratio gratissima Mergis.* Præterea non video quare potius in Heroicum vel formica, vel hirundo, quàm Mergus admittatur. Altera vox est, *Mulier*, quā negant toto opere inueniri. Sanè nusquam ipsam memini. at ab ea deductā posuit ille in xi. *Aduenit qui vestra dies, muliebribus armis Verba redargueret.* Alia tamen compļura sunt, quæ vel sordida, vel humilia, refugit casta grandiloqui generis magnitudo. veluti cùm dicit *& corpora curant*, sordidum enim quiddam subintelligitur. Ad hæc in mensa ponit Heros: culinæ nul-

lam facit mentionem. In primo enim quàm verecundè, qua maiestate *illi se prædæ accingunt*! Iā *prædæ* vox militaris est. Ne tamen audeas præterea cum Grammaticis ineptire: vt putes subiecisse, *dapibusque futuris*, propterea quòd, vt aiunt, *dapes*, nonnisi regia vox sit. Cyclopis enim dapes vocat, in iii. quæ tamen essent immanes. Neque illis fauet origo vocis. quippe de feris, dicunt Græci θῆρας, & ἀπὸ θήρου. Post hæc laetissimis vtitur verbis in re nihili. *Tergora diripiunt costis.* non dixit, pellem, aut corium: sicut in Georgic. *nam neque erat corij vsus.* & verbū lectum, *diripiunt*, non dixit, deglubunt, vt Catull. *glubit magnanimos Romi nepotes.* non dixit concidunt, sed, *in frusta secant.* Et cùm operam illam explicaret torrēdi, addidit aliquid ad efficaciā, *trementia*, inquit. neque elixationem, nisi circūscriptione, & omissione, quam παρὰ τὸ ἀπὸ κοινοῦ partem diximus, *Littore ahena locant alij flammāsque ministrant.* Comparatis autem locis, excutietur differentia. exempli gratia, in pastore posuit, *da*, pro dic: & *modulari*, de pastorali, de Æneide *canere.* Imprimis verò tibi obseruandi sunt flexus orationis, modique loquendi. Horū bonam partem collegimus huetquorum afflatu ad grandiloquētiam stilus tuus animaretur. *ventorum excidio Lybiæ*, locutio non vulgaris eodem filo, quo dicimus: venire subsidio, aut auxilio. neque recte Seruius interpretatur, ad excidium: hoc enim languidum est: neque *ventorum*, significat motum: sed tempus tantùm: æq; atque si dixisset, futurum excidio, i. exitio. sed grandius sonat *excidium*, quia opus operāmque ipsam designat exeindendi. ¶ Maluit, *euertitque æquora ventis*, quàm subuertit. quasi extra alueum suum verterit: grandius est. ¶ Verbo signato, *Iucedo Regina* non satis habuit, sum. sicut, *& vera incessu patuit Dea.* ¶ Illud animaduertes, voce hac, *honorem*, frequenter vsum fuisse ad augendam dictionis maiestatem: sic, *-aut supplex aris imponat honorem. -Diuūm templis indicit honorem.* &, in mensa, *laticum libauit honorem.* est enim ἐπίθετον, quod proprium in sacrificiis, in quibus bene ominatis verbis vtebantur: ὄνασο. ¶ *& lætos oculis afflarat honores*, scilicet iuuentæ. Et in iii, *meritos aris mactauit honores*, & *-meritósque inducit honores*, &, *tunoni Argiuæ iussos adolemus honores.* ¶ *flammato*, quòque vox grandis est, & apud Catullum *Flammati Phaetontis*, ¶ *-Nimborum loca, patriam* appellauit: sic *fœta loca* pro plena, quēadmodum, in vi. *loca senta situ*, antiqua voce. ¶ *-omnes annos tecum exigat*, pro viuat. &, quāto melius illa: *pulchra faciat te prole parentem*: quàm si dicat pariat tibi liberos. Est etiam coniunctio, *Ac*, magniloquētiæ accommodata. Verbum ineūbere à Græcis oriundum est, κύπτω. enim significat cernuum: qua voce in decimo vsus est. Verbum igitur hoc sonorum ac grande est, & sæpe à Poeta vsurpatum. ¶ *Incubuēre mari. -nunc*

Universidad de Deusto
Biblioteca

iunc incumbite remis. - iecto, incumbit cernuus arma. vbi & cernuum posuit, quod verbum explicaret. ‖Ruere, verbo transitiuo. *-totum mare a fundibus imis. Ruunt.* signatissima voce. vt ὑῶμα. Quod acceperat à Catullo: ‖*- ostentant omnia lethum.* gradius fecit: *-intentant omnia mortem:* ‖*opetere*, pro occidere, in primo & in nono *-telis impune Numanum Oppetiisse tuis,* ‖*-sæu*, epithetũ Sæui dolores: fæua Iuno: fæuus Hector, fæuus tridens: fæuus nuntius. ‖ Mare subit in laxatas compages, vide qua oratione dicat, *- accipiunt inimicum imbrem.* ‖*coortum, & collucent*, grandiora verba esse etiam à Quintiliano proditum est. ‖Quod suprà dixerat, *- & temperat iras.* postea, *& pectora mulcet.* ‖verbo hoc, *cunctus*, sæpe vtitur Cicero. Poeta maluit, *Sic cunctus pelagi cecidit fragor:* quàm omnis: tum quia plenior sonus: tũ quòd omnis populus potest mihi ire obuiam, etiam si sigillatim exeant: cunctus autem & omnem significat, & simul. Tametsi puto iniuriã factam alteri: est enim omnis ἀπὸ τοῦ ὅλου ortum, sicut & Homo, quippe qui sit animal sociale. ἄπαν cunctum Græci dicunt. ‖ *Succepit*, potius, quàm suscepit. vt in sexto. ‖*nutrimenta*, videtur vox humilis: sonus tamen grauis: vt alibi, *Rudimenta*, & *Tentamenta*. intelligit autem nutrimẽta, quæ Aristoteles vocat, τροφικὰ μόρια. ‖*fessi rerum*, multum habet momenti ad orationis magnitudinem, sicut in XII. ‖*-trepidæ rerum.* Æneas *scopulum conscendit*, vocabulum signatissimum, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. ‖*exempta fames*, potius quàm extincta. ‖*mare velivolum*, ‖*iactare voces*, scilicet: & *-iactantem pectore curas* ‖*fulmine terres*, fulmina torques. ‖dederat in matrimonium virginem: *Cui pater intactam dederat, primisque iugarat Ominibus.* ‖*ferro incantum superat*: pro interimit. & hoc sanè poterat poni, sed iudicio exclusum est. ‖*-securus amorum*, id est, cõtemptor, solutus metu ne pro amore odium consequeretur. sic *securi pelagi, atque mei*, Iuno dicit in septimo, & in decimo *securus amorum*, priuatus: secretus ab amorum cura ‖. Nox erit: *diem claudo componet vesper Olympo.* componi dicebantur defuncti, cùm in Libitina aut eorum strato brachia cruráque certum in modum statuebantur. ‖Verbum ΙΤ, & ΙΙΤ. mirum quantum placuit Poetę. *it scissa veste Latinus, -it clamor cælo, - per tempus vtrumque it hasta Tago, it nigrum campis agmen. -vestras si fors tè per aures Troię nomen iit,* ‖*interfata*, multum habet põderis: ‖viuere, *auras vitales carpis.* ‖Cecinere, *cantusque dedere*. ‖. Quâ ire potes: *qua te ducit via*, sic in Mœri. ‖*Sertisque recentibus halant*, spirant. ‖*collem qui plurimus vrbi imminet.* sic, *est lucos silari circum, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans.* est enim plena vox. ‖*strata viarum*: vias, ‖*-moliri arcem, fugam, morsum.* alio modo, *molitur habenas* in XII. ‖ *pars optare locum tecto.* Legũt aptare ex antiquis exẽplaribus, sed ineptè. est enim verbum militare optio. cùm locus peteretur à principe, dicebatur optari. Sic in tertio, *optauit-*

que locum regno. ‖Labor exercet apes. *Ferunt opus apum*, quibus comparat Tyrios: de his enim dicebat *instant ardentes Tyrii.* ‖*Reginam operiens*: humile erat, Expectans. ‖*Sunt lachrymæ rerum.* Solamen miserorum est mœror commiserantium. Belus *vastabat Cyprum.* Tydides vastabat Rhesi tentoria, idest, hominibus exhauriebat: vacua faciebat. Sic Nisus. *hæc ego vasta dabo.* ‖*Versa pulvis inscribitur hasta.* Seruius *inscribitur*, id est, laceratur. quis vnquam audiuit puluerem lacerari? sed scribere fuit quod scalpere, vel sulcare. ferreo nanque stilo ceratas tabulas elementorum notis sulcabant. hoc patet in Nubibus Aristophanis ‖Quod de verbo, ΙΤ, dicebamus, de cõiunctione, VT, quoque intellige. *Vt vidi vt perii, vt me malus abstulit error. Vt spolia, vt currus, vti, ipsum corpus amici. Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit. Vt, æres concussit equos, vtque impulit arma.* ‖ibat, *se læta ferebat.* & alibi, Introgressi: est sicut dicebamus, interfata. Vox hæc, Fas, Fandi, Fando frequens, & grauis, ac plena. ‖*procacibus Austris*, impudentibus atque immisericordibus. petaces enim auferunt sua importunitate. ‖Verbum *ciere*. graue: vt de, *moliri* dicebamus, *bella cient. Ære ciere viros.* ‖*vescitur aura ætherea.* quod suprà dicebat, Carpere vitales auras. Vesci verbũ vetus: sic Cicero vesci voluptatib⁹. Væ esca ‖Mori. *crudelibus occubat vmbris.* verbum occubat hîc: *ponto nox incubat atra.* Georgicôn *saxea procubat vmbra.* ‖Incẽdia belli, sic in septimo. *quibus auferit arma Italia.* ‖*Quis te per tanta pericula casus insequitur*, noua loquutio. Circuntextum. sic *Phrygia agmina circunspexit.* & in nono, *Diuersi circunspiciunt.* explet enim gestum spectantis. ‖*- Ossibus implicet ignem.* multa alia verba sunt: ingerat, induat: illud plenius. ‖ *recursat*, & frequentiam recurrendi notat, & sonum dat. ‖*Hunc Phœnissa tenet Dido.* verbum *tenet*, clarius ac minus plebeiũ hoc loco, quàm si, vt in Bucolicis dixisset, *Postquam nos Amaryllis habet.* ‖Noua & illa locutio, *Haud tanto cessabit cardine rerum*, idest, nõ acquieseret tantis momentis. ‖sicuti dixit, *ossibus implicet ignem*: sic & cingere flamma. ‖Flammis restantia Troiæ, quod alibi, *reliquias Danaũm, terræq, marisque:* ‖*Tu faciem illius falle*, id est, falsam habeas, præ te feras. inusitatus dicendi modus. Dicimus enim Cupido *fallit Elisam*, σφάλλει. Fallit autem falsa facie, id est, non sua: ergo non vera. Quare si facies falsa est, ergo aliquis illã fefellit, διορθωτικῶς: quod est dimouit è natura sua. Non quòd Ascanii facies immutata sit, sed quòd ab alio repræsentata. Etiam apud Hesychium scriptum est, σφάλλον, κολάκευσον. igitur etiã simulare significauit. Hoc non animaduerterũt grãmatici: & Seruius malè interpretatus est: faciẽ, pro vultu: Nemo, inquit, alienam faciem potest accipere. profectò nemo homo: at Poetarũ dii possunt. ‖*-Iuturna in faciem mutata Metisci. &. Fit Beroe Ismarij coniunx longæua Dorycli.*

Nisi

Nisi Ascanii faciẽ sumpsisset sibi Cupido, frustra vultu illius se suósq; texissent dolos. ‖ Amaracus aspirans, quòd suprà. *Seriisque recentibus halant.* ‖*Impleuit* magnum amorem *Genitoris*, satiauit amorem Æneæ complexu suo. non (quod ait Seruius) magnum amorem, qui esset Cupidinis, ac propterea magnus, quia difficilis ad simulãdum. ‖*refides animos desuetaque corda:* sic in VI. *-resideſque mouebit Rursus in arma viros, & iam desueta triumphis, Agmina.* Alio modo, in secundo, *arma desueta* ‖Ques epulis: alio modo quàm suprà: *exempta fames epulis.* Non declarant hîc Grãmatici quare primam dixerit quietem. quia repetebant potationes: vt in quarto, *instauratque diem donis*: sic hoc in loco, *epulis.* Secundas mensas diis statuebant: vt apud Horatium. *Haulit spumantem pateram*, pro eo quod est, vinum. Et eadem figura, *pleno se proluit auro.* ‖*- Lamentabile regnum*, Dictio suspendens aurem. ‖*Argolicas ferro fœdare latebras.* noluit, lacerare: vt aliter quàm vulgus loqueretur. Seruius notauit fœdum nõ turpe, sed crudele apud Poetam, & Sallustium significare. Cæterùm nullam attulit eiusmodi visus rationem. Ratio est à fœderibus, quæ nunquam sine sanguine fierent. sic in tertio, *obscœnas ferro fœdare volucres.* Præterea non rectè negatur pe significari. ibidem nánque de immũdo, *vestigia fœda relinquant.* ‖*demisere neci.* pro, dedere. ‖cassum lumine: in XI, *æthere cassis.* ‖pellacis Vlyssi. ex Lucretio, *Subdola cùm videt penitus pelacia Ponti,* ‖Trahebant vitam, sicut in primo, trahebat noctem: in Georg. *Iudo noctem ducunt.* ‖*opponere morti*: vt obiicere. ‖Rũpit vocem: alibi *rumpit fleuntia.* in Georgicis, dum amnes rumpũtur fontibus. in quarto *rumpebat pectore questus.* ‖Effugia, pro fuga. ‖*miserescimus*: verbũ tragicũ. ‖*Quo molem hanc immanis equi statuêre*: id est, Cur. ‖*ductus sorte sacerdos*: in sexto, *stat ductis sortibus vrna* ‖*arrectis auribus.* arrecta pectora serpentum. *His dictis arrecti animi*, potius quàm erecti. tantum valet tum vocalis illa, tum geminatio consonantis. *Arrectæque horrore comæ. - tollit se arrectum quadrupes.* ‖Ardẽtes oculos *suffecti sanguine.* maluit, quàm infecti: neque per versum licebat. ‖*circum terga dati*, frequens decor ex Tmesi ‖*illos patefacit ad auras Reddit equus*, quos scilicet acceperat. sic mox, *fundit equus.* ‖*compellare virum*: melius quàm appellare: vt dicebamus collucẽt, cõgemuit, collustrans, coorta, sic obtecta. ‖*clarescunt sonitus*, vt alibi, *crebrescunt*: sic patescunt silescunt. ‖*ineluctabile tempus.* ‖ *portis bipatentibus* in secundo, & in decimo. ‖ acies ferri stricta, *parata neci*, actiuè: ad necem aliis parãdã. ‖ *lupi raptores.* nõ tamen dices in recto singulari, *raptor.* ‖*visu tremefactus. tremefecit Olympum.* ‖ *Arcebant vincula palmas.* significatus non vulgaris. Arcere enim primùm fuit, continere: Vnde arx, & arca. Quæ autem continent, eos qui accedunt, separant ab iis, quæ continentur. Ex quo secundus significatus arcendi, i. amouendi. Origo Græca

ἀγχόνη. ‖ *hanc speciem*: sicuti prælii facies apud Sallustium. ‖*ora discordia*, non potuit melius: alia enim arma, alia corda gerebant. ‖*armipotentes*, sicut & alibi, sic omnipotentis & ignipotens. ‖*vitauisse vices Danaũm.* Seru. dicit *pugnas*: quia per vicissitudinem pugnabatur. Non ita est. *vices*, vulnera significant, & cædes, vt quemadmodũ vel percusserat, vel interfecerat, idem pareretur. Vbi igitur ab Argiuis tantundem fiebat operis ad pugnandum, eo Æneas sese induebat. ‖*linguis trisulcis, rostris tridentibus.* tales enim rostratas naues longas videmus in veteribus nummis. ‖ Apparet domus intus. verbum gestuosum, itaque iterum posuit. *Apparent atria Priami*, sicut suprà, *apparent rari nantes.* ‖ *Apparent diræ facies* ‖verbũ item, misceo, *miscet agens turbam, & animus interior gemitu, miseroque tumultu Miscetur. & magno misceri murmure pontum. & victorq; Sinon incendia miscet.* & *Diuerso interea miscentur mœnia luctu.* & in XII, *Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet.* Accius Atreo, *maior mihi moles, maius miscendum est malum.* ‖*Hic exitus illum Sorte tulit*, vides non vulgatum loquendi modum. ‖permetuẽs: quòd Ciceroni frequẽs, pertimesco. ‖*Troiæ & Patriæ communis Erynnis*: magna emphasis. ‖ *- animámque explesse iuuabit Vltricis flammæ*, id est, animum inflammatum ad vltionem. ‖circumerant acies, quod in tertio Georgic. humili verbo dixit de Lupo, *nec flabulis* nocturnus obambulat. ‖ *inimicus & hauserit ensis*, nõ dixit, Hosticus sic, *atque hosticus hauserit ensis.* vox enim fortasse minus valida ad Heroici robur. ‖voces lõgæ, defensoribus, inclementia, illætabile, & alię eadem sede. ‖*obducta tuenti Mortales hebetat visus* non dixit obiecta. ‖ *Eripe nate fugam.* aliâs, fuga eripimur, & in sexto, *eripe me his inuicte malis.* ‖*ac cisam ferro.* magnus in ea voce sonus. sicut, attrectare, & adseruare, & accincta, *Ferro accincta vocat*, non dixit, cincta, maluit elisionẽ. sic mox, cuicta, potius quàm victa. ‖Verbum, *pasci*, notabis, de flamma, & *circum tempora pasci. & connexa Polus dum sidera pascet*, ‖tabo potius, quàm tabe, quo contentus fuit Ouid. ‖ Pacatũ mare, quomodo dixit? *inde vbi prima fides pelago.* ‖ *Et patrio insontes Harpyias pellere regno*, non dixit, terra. efficacius enim, & magniloquentius sic. ‖Comedere: *Ambesas subigat malis absumere mensas.* & *subigat*, non, cogat, neque, adigat. ‖ Pẽnis ablata, auolans, ‖ *Excipit incantum*, quod in I. dixerat *incautum superat.* ‖ Aduerbia, Incassũ, & Neque quam, sunt Poetæ valde familiaria. ‖ *Tumidoque inflatur carbasus Austro*, pro tumifico. ‖ Via inuiæ, superatu difficilis. ‖Nauigãdum: *Ante & Trinacria tentandus remus in vnda.* ‖ *-Iunoni cane vota*, nõ vulgatum. ‖ *hanc arripe velis.* i. pete Italiã nauigatione. ‖*nec cedit honori*: si non superat, saltem æquat. ‖*Maris æquor arandum*, sic etiã sulcare. ‖ *Cæli spirabile lumen.* Aërem quem spiramus ‖ *-immorsumque sederet.* id est, esset in animo. sic in quinto, *idq, pio sedet Æneæ.* ‖Primus amor *deceptam mor-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

te sefellit: spe perpetui amoris frustrata sum. ‖- *nec famam obstare furori*, ideſt, aduersa fama æquè atque amore laborare. ‖ *Sic contrà est ingressa Venus*. quia dixerat. - *aggreditur Venerem Saturnia dictis*. *Consieri*, confici. ‖ *Segnior*, puchrior, vt bene notat Seruius. ‖ *Amens animi*. ‖ Pro sua laude nititur: *Nec super ipse sua molitur laude laborem*. ‖- *Reginam ambire furentem Affatu*. Quibus verbis circũuenire. ‖- *obuixus curam sub corde premebat*. obstinatus. ‖- *abscondere furto Speraui fugam*. clam fugere. ‖- *sponte mea componere curas*. meo arbitratu deliberare. ‖- *capitisq; iniuria chari*. nota sublimem dicendi modum. ‖- *Libycæque aspectus detinet vrbis*, iuuat vrbẽ videre. ‖ *vocem hausi*, audiui. ‖ - *hauriat oculis*. videat. ‖ *Et cùm frigida mors anima seduxerit artus*. post mortẽ. ‖ *infabricata*: vox ipsa sanè fabricata. ‖ *castigant moras*: ac celerant. ‖ *Cur mea dicta negat duras demittere in aures*? audire, atque auscultare. ‖ *horrificant*, horrificis, horrendis. ‖ *Spem fronte serenat*. Quod in primo. *Spem vultu simulat*. ‖- *prætexere funera sacris*: prætegere. nam potius prætexebat sacra funeri futuro. ‖ *Mutati transuersa fremunt venti*, ideſt nullam fidem seruant. ‖ tempore nubilo, *Lyberni condunt vbi sidera Cori*. ‖ - *exultantiaque haurit Corda pauor pulsans*. Seruius, *haurit*, id est, ferit, vt *latus hauriet apertum*. nõ placet, sed exhaurit corda, hoc est emouet: subsiliunt enim pauore, aut spe: aut exhaurit spiritibus. sic enim decet philosophum. Nam latus haurit, quia sanguis exit, metaphora à vtribus & doliis, è quibus vinum extrahitur facto foramine. - ‖ *vitámque volunt pro laude pacisci*, mutare ex pacto vitam cum laude. C in XII. ‖ - *lethúmque sinas pro laude pacisci*, eligere mortẽ pro laude. ‖ - *viridique inuenta arundine*. sicut in VI. *viridisque senectus*. ‖ - *animúsque in pectore præsens Adsit*. audeat. ‖- *magnoque virũm se murmure tollit*, effert se secundo rumore. ‖ - *Quibus acer Erix in prælia suetus Ferre manum*. - *exortem ducere honorem*: id est, præmium extra ordinẽ ‖ Genitori in magno munere Cisseus ferre sui dederat monimentum. nota loquutionem. ‖ *frenatis lucent in equis*. sic - *virgatis lucent sagulis*, minus vsitatum, quàm fulgent. & - *lucent genialibus altis Aurea fulcra toris*. ‖ - *fortuna fidem mutata nouauit*. alia fortuna euenit. ‖ - *pœnam traxisse per* D *omnem Reliquias Troiæ*. nouus dicendi modus. Parcius quoque in altiloquo Poemate, quàm vel Homerus, vel ipse in mediocri: quippe Homerus nominum nudorum strepitu. Virgilius in IIII. Georg.

Drymoque, Xanthoque, Ligeáque, Phyllodocéque
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla
Nisèque, Spioque, Thaliaque Cymodocéque
Cydippèque, & flaua Lycorias, altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores,
Cliusque & Beroe soror Oceanitides ambæ:
Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopea,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

In quinto autem castius.

A *Et senior Glauci chorus, Inoúsque Palæmon,*
Tritonésque citi, Phorcíque exercitus omnis.
Læua tenent Thetis, & Melite, Panopeaque virgo,
Nisee, Spioque, Thaliáq;, Cymodoceque.

In primo, *pertentant gaudia pectus*: in quinto, - *gaudia pertentant mentem*. ‖ - *natantia lumina soluit* somnus Palinuro: fluitãtia, nunc enim aperiuntur, nunc clauduntur. ‖ *Anchora fundabat naues*: sistebat. Quia quod in fundo est, nõ mouetur. Anchora autẽ fundo committit naues. ‖ De Labyrintho. - *indeprensus & irremeabilis error*. Rursus in sexto de eodem, *inextricabilis error*. ‖ *Teucris addita Iuno*: Seruius antiquo significatu verbum dicit: atque ita esse vsos Lucilium, & Plautum. Cæterùm non posuit rationem. sanè ita est. Quod additur, plus iusto est ἐπιθέτον. in bonam partẽ in octauo, - *decus addite diuis*. ‖ *Multa inter se vario sermone ferebant*. quippe sermo à ferendo. ‖ - *Aspectans syluam immensam*. lõgè nobilior vox, quàm aspiciens. ‖ *dues opacat Ramus humum*. opacare verbum rarũ. ‖ - *vestigia pressit*, substitit. ‖ *auri aura refulsit*. Inde aurum à fulgore, vetus vox Græca, vnde θωυμάζω. Hinc & aurora, ‖ *forma tricorporis umbræ*, sicut, *tridentibus vostris*, & *trifauci latratu*. ‖ *Stant lumina flamma*, vt *flat puluere Cælum*. ‖ *aues frigidus annus Trans pontum fugat*, fugiunt frigus. ‖ Transmittere cursũ, Transmittere campum. *Famulam Heleno transmisit habendam*. ‖ Creatrix, vt nutrix. ‖ *Laxat q; foros*. id est, capaces facit, expulsis vmbris, ‖ *Quæstor Minos vrnam mouet*, nõ dixit, *quatit*, & vsus est integro. Nam quæstor elisum est. - ‖ *inamabilis vndæ*, ἐυφημῶς: iccirco addit, *Styx interfusa coercet*. ‖ Marpesia ab eruditione, vt Aruisia, Amphrysia. ‖ *bellóq; caduci*: vnde Cadauera, & cadiua oliua. ‖ *Populat áque tempora raptis Auribus*, sic, *populant ingentem sarris acerumn*. Puto vocem hãc, Triticum, non esse Heroici carminis: sicuti neque hanc, Panis. vbique enim Cererem dicit, & in septimo Crustum, non Crustam. ‖ *propria hæc si dona fuissent*, i, perpetua. sic, - *da propriam Tymbræe domum*. proprium enim nunquam auellitur ab essentia. & est contrarium communi. ‖ *Venti posuere*, cessauêre. ‖ *tonsæ*, pro remis. est enim remus à radendo. ‖ *Actosque animis in funera Reges*. impulsos ‖ *domitánq; in littore currus*: sicut in XII. - *Infrænant alii currus*. i. equos ‖ - *fama est obscurior annis*. ‖ haud ita multi sunt anni, sed fama peruagata nõ est ‖ *per Ideos campos effusa Mycenis tempestas iverit*. quæ loquutio sicut illa mox, *diluuio ex illo*, de bello & excidio Troiano. Sanè arduũ dicẽdi genº, ‖ *Si quem tellus extrema refuso Submouet Oceano*, si quis procul habitat, alibi, *toto diuisos orbe Britannos*, sic statim: *& si quem extenta plagarum. Quatuor in medio diriment plaga Solis iniqui*. ‖ - *tantúque aboleſcet gratia facti*, verbũ aboleo hoc flexu. sic alia multa: horresco, crebresco, miserescо, ingnesco, silesco, pateſco, rubesco, fremisco. madesco, Euanesco: Æolica additio κίω κιόκω, ‖ Alipedes equi: sicut ætripedem ceruam. Cornipedes

pedes equi. ‖ - *odijs haud exaturata quieui*. Sic in quinto, *Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus*: ‖ *patria excussos*, non dixit, exactos, vt Liuius & Cicero. frequens vox Poetæ. - *excussáq; pectore Iuno*, & alibi sæpe. In nono, - *Excutiat Teucros vallo*. ‖ - *memet*: multum efficax: sic Catullus, *Coniugis infido consoler memet amore*. ‖ - *infractáne cedat Fama loco*. cadat fama. sic, *infractos aduerso marte Latinos*. ‖ *Exin*, sonora vox, in septimo, & in duodecimo: de Alecto & hasta Turni. & in octauo, *Exin se cuncti diuinis rebus ad vbem Perfectis referunt*. ‖ Dido, *sanguineam volueus aciem*. Amata. *sanguineam torquens aciem*. ‖ *fortuna fuit*, ita euenit: sic in nono. ‖ Transcribere colonos dicebãt veteres. in quinto, *Transcribunt vrbi matres*. in septimo, - *Dardanijs transcribi sceptra colonis*. ‖ - *orsa vicissim Ore vefert*. orsa dicta. ‖ *Verique effæta senectus*: quæ cessauit vera dicere. ‖ *Verberáque insonuit*: nouè dictum. ‖ - *viridante toto consederat*, in qusto. in septimo, - *ripáque ab illis viridante leuaret*. ‖ - *terrorum & frandis abunde est*, id est satis. ‖ - *Martémque fatigant*: exercent. vt, *Olli remigio noctémque diémque fatigant*: fatigare diẽ, est vincere, superare. ‖ - *Lacrymabile bellum*. nota sonum: Ferale carmen, Trabale telum, - *lamentabile regnum*, - *illacrabile murmur*, - *ineluctabile fatum*: &, - *enarrabile textum*: &, - *volatile ferrum*. ‖ - *debellatórque ferarum*: maiestas in tractu verbi. ‖ - *medicari cuspidis ictum Euadit*: efficacius quàm valuit. ‖ - *florentes ære catervas*: potius quàm fulgentes. ‖ - *& latè Latio increbrescere nomen*: audis mirum verbum, etiam addita præpositione. C ‖ *Ne absiste*, ne cessa, ne desceras incœptũ: sic in VI, - *absiste moueri*: i. desine perturbari. sic in XI. in VIII, rursus, - *absiste precando*, &c. ‖ - *regnator aquarum*: sic, *Regnatorem Asiæ*: vulgò aliis, est Rex. ‖ *Tybris ea fluuium quàm longa nocte tumentem Lenit*. ita in quarto, *Nunc hyemem inter se luxu quàm longa fouere*. ‖ Antiquitatem probè ac pudicè veneratus est, cuius maiestatem imitaretur. - *cui me fortuna precari*. sic ex Lucretio, - *dicta fama*: &, *Dicitur hîc subitò Troiana per agmina murmur*. ‖ *Tentamenta tui pepigi*. tentaui. ‖ - *prima genas vestibat flore iuuenta*. sic, *Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis*. ‖ - *amor compressus edendi*: alibi, - *mensæque remotæ*. ‖ - *attulit ætas Auxilium*: tandem aliquando nobis subuentum est. ‖ *ne quid in ausum, Aut intentatum scelerisue dolue fuisset*. ‖ - *Alcidæ furijs exarserat atro Felle dolor*. sic alibi, - *exarsit ossibus ignis*. ‖ Ilicet. - *fugit ilicet ocyor Euro*: &, - *ilicet obruimur numero*. Non abest à significatione Illico: diuersa tamen origo. ‖ *Viribus indubitare tuis*. Non est verum quod ait Seruius: in vacare. Auget enim, vt infractum. ‖ - *Æneas se matutinus agebat*: mane. ‖ - *fors inopina salutem Ostentat*: præter opinionem. ‖ - *fecliſque effæta senectus*: annis debilitata. ‖ Generi fato indulget, fortuna fauet ætati & familiæ. ‖ Ducunt exortem Æneæ equum, id est eximium. ‖ - *propiúsque periclo Ire timor*: timet propinquũ periculum. ‖ Inexpletum A lacrymans: frequens vox Poetæ, *expleri*. ‖ - *viduasset ciuibus orbem*: vt suprà, - *vastant cultoribus agros*, vacuos faciũt. ‖ *Granior nuntius aures Vulneret*: alibi, - *sæuissimus implet Nuntius*. ‖ - *arma nouæ Neptunia cæde Rubescunt*: maria. ‖ Bicornis, Bifrõs, Biforẽ, Bilicem, Biuias, Bidens, Bimẽbres. ‖ - *oneráuitq; æthera votis*: multis votis orauit deos. ‖ *Anteuolans*. in qua voce audis motum. ‖ *Non æquo dare se campo*: non facere pugnandi potestatem. ‖ *Solue metus*, in primo, & in nono: ne timeas. ‖ *Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet*. ‖ - *certúsque incerta pericula luſtret*: id est securus euentorum ac periculorum. quia potius qui naiuigat, incertus certa adit pericula. ‖ *totum nutu tremefecit Olympum*. sic, - *Lernam tremefecerit arcu*. ‖ Turni iniuria: actiuè. ‖ *scindere vallum Sparat*: plus quàm parat. sicut corpora procurate: quod alibi, - *corpora curant*. - *fusique per herbam*, non semel dixit. ‖ *Exercétque vices*: per vices exercubare iubet. suprà, agni balatum exercent, cõtinuant, mouent. in decimo, *Exercere diem*, exercere se in die. &, - *vomere duros Exercent colles*. ‖ - *quæ Rutulos habeat fiducia rerum*: quàm sint cõfidentes. ‖ *quæ nunc animo sententia surgat*. sic & alibi. ‖ *magno laudum percussus amore*: laudis cupidus. ‖ - *animalia somno Laxabant curas, & corda oblita laborum*. sic, *Pomáque degenerant succos oblita priores*. ‖ *si fortuna permittitis vti*: sequi fortunã, arripere occasionem. - *quæcunque inibi fortuna fidéque est*, *In vestris pono gremijs*: me commendo vestræ virtuti. ‖ *Hanc sine me spem ferre tui*: facme posse sperare te non defuturum precibus meis. ‖ - *percussa mente dederunt Dardanidæ lacrymas*: collacrymabantur. ‖ - *animum patriæ strinxit pietatis imago*. repræsentauit Euryalus charitatem erga parentes. ‖ - *ipsa vocat res*: occasio suadet. ‖ - *multóque iacebat Membra deo victus*. nobilius quàm mero. ‖ *perfurit*: plusquam furit. ‖ - *multa morte recepit*. sicut dicimus accipere cõuiuio. ‖ *Tum galeam Messapi habilem*: aptam & cõuenientem. sic, - *de more habilem suspenderat arcum*. ‖ - *subluſtri noctis in vmbra*: quod *luce maligna*, in sexto: non penitus illustri. ‖ - *animam abstulit hosti*: interfecit. ‖ *Iam sole infuso, iam rebus luce retectis*. sic, - *orbémque retexit*. &, - *rebus nox abstulit atra colorem*. ‖ - *nec te tua funera mater Curani*: Seruius ait, Funera pro funerea, id est funesta. Nõ placet: nullum enim authorem designat. sed est, produxi te, tua funera: id est ad funera. perturbatio mutilam facit orationem. ‖ Incendentem luctus: augentem, incitantem animos ad lugendum. ‖ Indulgent vino, Indulgere dolori, Indulgere choreis. ‖ - *cedite ferro*: omittite bellum. ‖ - *clypeum superintonat ingens*: ex casu corporis immanis, atque armis grauis. ‖ - *quianam sententia vobis Versa retro*. sic, *Heu qui anam tanti cinxerunt æquora nimbi*. quod Grammatici temerè corrumpunt. ‖ Ferrum lacessere: bellum exercere. ‖ Romanis arcibus *Exitium magnum atque Alpes immittet apertas*: nouum & figuratum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec vestra capiat discordia finem. finitur. ‖ *-quam quisque secat spem:* vt, secat viam. ‖ *-sua cuique exorsa laborem Fortunámque ferent.* exorsa, opera. ‖ *-lethifer arcus.* sicut suprà, *sonat vnà lethifer arcus.* ‖ *-versicoloribus armis.* de aura in sexto, *discolor aura.* ‖ *-marmore verso.* mari. nam Græcum est μάρμαρον, à nitore aquæ commotæ. Marmor mare, græca ratione. Quippe μάρμαρον fulgor. Mare autē vetus vox Syra, MARATH. ‖ *Campos salit: æquor maris.* ‖ *Inuadant:* maluit, quàm secabant. ‖ *Supera conuexa.* sic in sexto, & in quarto.

‖ *Matura iam luce dies reuoluta ruebat,*

Id est, plena luce. Sic, *-ruit oceano nox:* ad motus aspexit celeritatem. ‖ *Animos aptent armis:* apparēt. ‖ *æthera tranant.* sic *nubila tranat.* contrà, *volare,* de nauibus. *-totúmque allabi classis æquor* non est passiuè positū, Allabi: sed est attributio, *Iouo contristat lumine cælum.* ‖ *Qua vada non* B *spirant:* mouent aquas: vnde aeris quoque motus fit. ‖ *injecta vadis,* impacta. Metaphora à verberib⁹, Græca origine ἐπεμβαίνειν, vt inurere. inde, *-sonant flictu galeæ.* ‖ *-Nec Turnum segnis retinet mora:* nec Turnus segnis est. ‖ *Deiecit letho.* sicut, *-demisere neci.* ‖ Maris *-magno claudit nos obice Pontus.* Seruius dū disputat de obiice, cuius sit generis, nō declarat loquēdi modū. mare diuidit nos magno maris obice. ‖ *Lapsus pars ingens belli.* sicut, *-& quorum pars magna fui.* ‖ *-tenui discrimine lethi:* multis in locis posuit hoc hemistichium ‖ *-Ingentique vmbra tegit:* morte ‖ *-piscésque impasti vulnera lambent:* quum pisces lingua careant. Oppianus tamen de iisdem dixit, λάμβουσι. ‖ *-Neque hoc ita ponere fontis,* statuere vis. C ‖ *-Ingratúsque salutas:* ob salutē seruatam. ‖ *Sese mucrone induat:* alii dicerent, se in mucronem induat: aut, Mucronem suo pectore induat. ἐνδύειν. ‖ *-tenet ímque iterum se reddat in arma,* i. armis. ‖ *-surgentem in cornua cervum:* capite arduo.

‖ *Olli dura quies oculos, & ferreus vrget*
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.

i. moritur. ‖ *Sternitur infelix alieno vulnere,* id est vulnere quod alii intentabatur. ‖ *Morte tua viuens:* quia cecidisti pro me. ‖ *-Haud desectus,* animo scilicet. ‖ *-aut aperit si nulla viam vis.* si virtuti aduersus euentus est. ‖ *-Defecit,* id est, fletum absoluit: vt, debellare, defungi. ‖ *-Obtentu frondis:* obtentis frondibus. ‖ *læta Laborum:* quā laboris non pigeret. Simile illud. *-Fortunatúsque laborum.* id est, qui non frustra laborarit. ‖ *-quos mitteret vmbris Inferias:* nota verbū signatū, vt demitteret orco. ‖ *Guttísque humectat grandibus ora:* nō dixit, aspergit. neque, *-Guttísque rigat manantibus ora.* ‖ *Gressum ferebat.* sic, antetulit gressum. Inv i, *-comprime gressum.* ‖ Corpora *-tumulo foueret succedere terræ:* subire terram, terra condi. Sicut, *-successimus antro.* &, *succedere muro.* ‖ *-Insistiane prius mirer.* Græca sequutus. Sicut mox: *-Nec veterum memini, lætor ve malorum.* ‖ *Deiecta Asia subsedit adulter:* in insidiis. ‖ Maluit dicere, *-& quæ sit magno sententia bello:* quàm, magni belli. ‖ *Quem gloria* A *Turni Obliqua inuidia, stimulísque agitabat amaris.* Inuidia nō manifesta ob metum. ‖ *Desoluimus agros:* exhaustos ciuibus ad militiam. ‖ *Insistque turba:* ignobilis. ‖ *Egregíque animi.* vt, fidēs animi. ‖ *exegit montibus æuum.* sic, annos exigat, viuat. ‖ *Arma insolita feram tumulo.* nota verbi tractum. ‖ *-pedibusque euiscerat vncis:* aptum rei verbum. ‖ Virginem cruorē *bibit* hausta, sicut alibi, hausit. ‖ *-manum committere:* cōferre, conferere. nam bellum & ludos committere dicimus. ‖ Æneas acuit Martem, *-& se suscitat ira.* se acuit ad bellum. ‖ *-Trísti turbat eam vulnere mentis:* verba enim feriunt animum. ‖ *-aut corpora saltu Subiecisse in equos.* ὑπερθορεῖν. ‖ Hoc habet, id est, Sic. non autem quod ait Seruius, Sic agēdum. ‖ *-nec equis aspirat Achillis.* non est consequutus. Aspirare ad Consulatum. ‖ *Sternacis equi.* vt Mordacis. Calcitronem etiam vocāt Iureconsulti. ‖ *fusum labris splendentibus amnem:* non dixit vndam. ‖ Quippe, affeuerantis aduerbium. *Quippe vetor fatis.* fugit quippe dolor, in XII. ‖ *hastámque coruscat:* sic, *telúmque immane coruscat:* vibrat, oculorū aciem perstringit: κόγχη. *-ira rúmque omnes effundat habenas.* ‖ *-ingentis turbine saxi:* quod alibi, *ingentis fragmine montis.* ‖ *Iuppiter hæc stat.* hic est modus, hæc via imponendi fatis finem. ‖ Tria noua simul: *-fumus amarus,* oculis scilicet: *-Murmure cæco,* quia clausæ apes: *ater odor,* quia in fumo odor. ‖ *Et nodum informis leti trahe nectit ab alta:* se suspendit. ‖ *-flammis inter tabulata volutus Ad cælum tendebat vortex.* ‖ *Præcipitátque moras:* celeritate moras omnes superat. ‖ *Inuadunt Martem clypeis:* incipiunt pugnare. ‖ *mussántque iuuencæ.* sanè verbum factitium, neque absonum à boum voce. etiam Aristophanes versum integrū ex ea voce cōdidit: μῶ μῶ. Mussare non semel apud Poetam. ‖ Congeminat: Prepositio & auget sonum, & duos designat. ‖ *-cursúmque recusant:* genua inepta sunt ad currendū. ‖ *non cassa in vota:* quæ carēt efficacia. ‖ *Nec te tantus edat tacitam dolor.* sicut, *-est mollis flamma medullas.* ‖ *-Stygii caput implacabile fontis:* sicut de Turno. *-vltro implacabilis ardet.* ‖ *Summitte furorem:* demitte. sed illud maluit. ‖ *Te si qua parentis Tangere cura potest.* sic *nec solos tangit Atridas Iste dolor.* *Mussare*

SONVS. CAPVT. XVII.

ATque hæ quidem paucæ è multis obseruationes sunt, quibus à vulgari dicendi more ad magnificam formam illā aspirare possimus, nec dubito nōnullis aliqua duriuscula, Pollioni verò etiā peregrina visa. Cæterū equidē arbitror P. Virgilium Maronē antiquorum Poetarum studiosissimum, ex eorum Tragœdiis potissimùm lectissima quæque, nouū de suo nihil ad diuinæ orationis splendorem attulisse. Quod si Pollio sibi solus Romanè vel loqui, vel scribere visus est: cui Liuius olet Patauinitatem, Virgilius Mantuanitatem: Ciceronis dictio parum sapit: sanè si iis, quæ illius extant, non dixit meliora

liora: malim profectò cū hisce minus Romanè A loqui, quàm cum illo cum ad modum, quem legimus ex fragmentis. Verùm ad ipsum grandiloqui sonum accedamus. Non impræsentia sonū eum appellamus, qui ex pedū, numerorúmq; legib⁹ excitatur. non ὃν κατὰ recitātis implentem buccas, ὥστε (quēadmodū loquūtur illi) σοφιστάζειν. sic enim censet Hermogenes. Ego verò vitium vel maximum arbitror τὸν σοφισμὸν Poetam: vel quum in Nubibus id obiectum Æschylo animaduerto, vel quum in malam æquè partem in Vespis accipi video. est enim compositum ex ore, & omphace: quo sapore non pauci admodū lōgius abscedūt à suauitate. Ergo sonus quū sit cuiuscunq; & vocis, & non vocis genus: quippe aeris percussio, aut quod ex ea fit percussione: cōmunis erit omnibus formis dicendi. Quare quum in altiloquo sonum quæro, id intelligo, quod intēditur in illo communi. Cæterùm quia non inanem strepitum petimus: de eo, qui certis legibus constituitur, dicendum est. Quæ fuit causa, vt quanquam sine numeris sæpe inueniatur, in tractatione tamen numerorum explicandus sit. Ad illum igitur locum differatur. B

GRAVITAS, VEHEMENTIA. CAPVT. XVIII.

GRandiloquæ formæ affectus hi perpetui. non perpetui verò, Grauitas, vt dicebamus, & Vehementia. neque enim vbique grauis est. non enim quū floret: neque vehemens, sanè vbi simplices sunt narrationes, topothesiæ, typographiæ, hypotyposes, aliæ. De vtroque igitur iam dicendum. Grauitas præter sententias est in dictione, cùm verba, verborúmque structura grauis est. Grauia verba voco ea, quæ non vulgari excidunt consuetudine: atque ad eum modum, structuram. De vtroque suprà quū satis loquuti simus: nequaquam illa sunt repetenda. Vehementia verò non in sententiis tantùm, sed in dictione, mēbris, numeris, & figuris. Ac dictiones quidē illæ sunt, quæ vbi paulùm tardarunt pronuntiationem, quasi erumpunt. Earum vis tota in temporibus posita est: vt, *conticuere, continuo*, & eiusmodi. Interdum verò citæ, & monosyllabæ, siue in principio siue in fine. *vt belli signum. Mene incœpto. Heu stirpem inuisam.* Itaq; interrogationes ferè sunt eiusmodi. *Quis? quid? Cur? Tu? Hunc ego te Eurydice.* In fine. *En hæc promissa fides est.* Verùm inter numeros hæc commodius. Membra quoque curta, & κομματικὰ, quasi pugiones: vt punctim non cæsim ferire, vt ait Cicero, videantur, videtur enim longiore tractu languescere oratio. De numeris verò, ac figuris suo loco. C

GENVS INFIMVM. CAPVT. XIX.

GEneris infimi materia nota est. Humiles personę, pastores & alii, quales in Comœdiis. Quòd si de regibus aut de diis loquūtur, eorum officia operáve quantò sunt tenuiora, tātò huic generi propiora. Itaque de suo semper deo quum loquitur Tityrus, non attribuit ei fulminum, aut bellorum potestatem: sed D

Illemeas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti.

Satyrus quoque deos insectatur Ægyptios, non tanquam deos, sed id quod erāt, Cepas, Ibides, Canes. Huius igitur affectus proprios, ac perpetuos dicebamus, Tenuitatē, & Simplicitatem. de quibus iam.

TENVITAS, SIMPLICITAS, Securitas. CAPVT. XX.

TEnuitas orationis est puritas ex cōmuni consuetudine loquendi. Puritatem nánque etiam in sublimi reperiri suprà demonstratum est. Tenuis igitur exemplum est, E

Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putaui
Stultus ego huic nostræ similem:

Hactenus tenuis puritas, & simplicitas simul. est enim Simplicitas puritas non figurata. Mox igitur defit simplicitas, quū ait: *quò sæpe solemus*
Pastores ouium teneros depellere fœtus.

Dixit enim, Quo, pro, ad quam. quare Simplicitas tenuitatis propria, non perpetua tamen: sed, quemadmodum dicebamus, vicissitudinaria. Securitas autem est firmitas propositi ad tenuitatem. Neque enim vllo modo curat aliquid figurarum, sed communi via deducitur oratio. Quapropter deductum carmen Virgilius, tenue appellauit, translata à filis exilitate. Interdum verò est etiam Simplicitas sine puritate: vt ibi, *Formosum pastor Corydon ardebat.* Simplicissimus sermo, sed σολοικοφανὲς: sicut & illud. *Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.* F

AEQVABILE DICENDI genus. CAPVT. XXI.

AEquabile dicendi genus est, quod mediocres sententias lectiore sermone designat. neque respuit figuras, quibus tenuem formam superet, neq; multùm figuratum est, quò citra sublime subsidat. Huius affectus proprii, Rotunditas, ac Volubilitas.

ROTVNDITAS, VOLVBILITAS. CAPVT. XXII.

ROtundam appello orationem, quæ neque plana est, vt exilis illa: neque tumida quasi tuberosa, atque angulosa, qualis altiloqua. nam tenuis astricta est, ac subsidit. Grandis exit certis interuallis, vt illam riuulis, hanc Pado rectè cōparare queas. At mediocris character inter vtrunque procedit. Quam ob causam Frugalem quoque aliquando non sum veritus appellare. Quod genus cum studio cuiuspiam diuini viri perfectum est, explet animum sanè: tenue vix mouet: sublime vellicat. Acquirit autem ex dissimulato cultu certam virtutem, quam Volubilitatem nominare libet. Quippe tenue fluit propter hu

Universidad de Deusto
Biblioteca

militatem, atque exilitatem: Sublime hæret, at- A
que cunctatur in ore, in auribus, in animo: æqu. bile euoluitur leni lapsu permulcens auditoris expectationem. Talis stilus in Catullo, atq; adeò talis, vt eum pauci consequi valuerint. Argonautica dico eiusmodi esse cõfecta oratione, vt sine ineptiis rarò quispiam possit imitari. Id quod summus Poeta facere aggressus, elusit primùm spem suam in CIRI, deinde maiore opera posita, diligentiáq; adhibita in diuinis Georgicis superauit. Quod vt manifestius pateat, & ad imitãdum hæc subiiciemus. Sunt igitur Catulli hæc:

Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quàm toto cõcepit pectore flammam. B
Funditus, atque imis exarsit tota medullis.
Heu miserè exagitans immiti corde furores.

IN CIRI hæc eadem sic.

Nisi Scylla nouo correpta furore
Scylla patris miseri, patriæq; inuẽta sepulcrum,
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis.

Tum sequuntur apud CATVLLVM.

Sãcte puer, curis hominum qui gaudia misces,
Quæq; regis Golgon, quæq; Idaliũ frõdosum,
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus, in flauo sæpe hospite suspirantem?
Quantos illa tulit languenti corde timores?

IN CIRI hæc,

Sed malus ille puer, quẽ nec sua flectere mater,
Iratum potuit: quem nec pater, atq; auus idem
Iuppiter ille etiam pœnos domitare Leones,
Et validas docuit vires mansuescere Tigris:

ET MOX,

Quæ simulac venis hausit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem.

Apud CATVLLVM,

Non flauo retinens subtilem vertice mitram,
Non contecta leui velatum corpus amictu,
Non tereti strophio lactantes vincta papillas:
Omnia quæ toto delapsa è corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus satis allidebant.

CIRIS sic,

Non storace ideo fragrantes picta capillos,
Cognita non teneris pedibus sicyonia seruans,
Non niueo retinens baccata monilia collo.

CATVLLVS sic,

Emersere feri candenti è gurgite vultus
Aequoreæ monstrum Nereides admirantes.
Illaque atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas,
Nutricum tenus extantes è gurgite cano.

CIRIS hæc,

Complures illam nymphæ mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidas secum rapiens Galatea sorores.

CATVLLI illa,

Si tibi non fuerant cordi connubia nostra,
Sæua quod horrebas prisci præcepta parentis:
Attamen in vestras potuisti ducere sedes
Quæ tibi iucundo famularer serua labore,
Candida permulcẽs liquidis vestigia lymphis.
Purpureave tuum consternes veste cubile.

CIRIS hæc,

Mẽne inter matres, ancillarúmque cateruas
Mænalias inter, famularum munere fungi:
Coniugis atque tuæ (quæcũque erit illa) beatæ
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos?

CATVLLVS, -Alitibúsque

Præda, nec iniecta tumulabor mortua terra.

CIRIS, *-nec ea illa quidem communis alumna*
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.

In Georgicis autẽ Amoris vim maiore cultioréque spiritu declarauit:

Omne adeò genus in terris hominũq; ferarũq;
Et genus æquoreũ, pecudes, pictæque volucres
In furias, ignémque ruũt: amor omnibus idem.

ET MOX,

Quid iuuenis, magnũ cui versat in ossibus ignẽ
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat seruus fretis: quem super ingens
Porta tonat cæli: & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.

Cæterùm in sequenti libro fusius Poetarum versus comparabuntur. Quod hîc ea de causa fecimus, vt ignoti plerísque stili mediocris ratio, atque natura declararetur.

GRADVS IN CHARACTERIBUS. CAPVT. XXIII.

QVæ de Characterum natura, affectibus, vsu, à nobis dici potuerunt, explicata sunt. reliquum est, vt acutius illorum species consideremus. Neque enim semper Sublimis, elatus est: cogitur nánque ad ea descendere quæ in rerum censu sunt humiliora. nec Exile dicendi genus perpetuò vel iacet, vel serpit: sed attollitur interdũ. Quare hinc quoque petenda ponendáque sunt exempla, quę à paucis sunt animaduersa. Siqua igitur materia in tribus Poematibus expedita est, ea nos huiusce obseruationis commonefacere poterit. prius tamen mutuas illorum quasi insitiones videamus. Tenue est in grandiloquo ibi, *Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram.* Magnum in paruo, ibi,

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucasĕáſq; refert volucres, furiúmq; Promethei. D

Et illud,

Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrásque tractúsque maris, cælumq; profundum.

Quam tamen rem altius, in alto

Principio cælum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit: totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Pestilẽtiam in tertio Georgicon larga vena, sed casta: in tertio Aeneidos breuiore ambitu concludit, sed sublimi versu. quas, qui volet, ad harum præceptionum iudicium inter se comparare poterit. Quin etiam ad hanc formarum dispicien-

dispiciendam varietatem ea quoque conferre A
licebit, quæ in eodem poemate alia atque alia facie picta sunt. Quod iudiciũ imprimis iuuare poterit illorum carminum lectio, quæ sub experientiæ Virgilianæ titulo circunferuntur, de anni tempestatibus, de Solis ortu, de signis cælestibus, de glacie, de speculo, de Iride: Quę nõ dubito ab ipso Virgilio elaborata, quũ mihi in mentem venit, quanta cura ea pauca delegerit è multis, quæ in sua poemata conferret. Sæpe enim discõtinuatos versus legimus: quos iccirco præcisis sensibus videmus, quòd ille morosissimo iudicio alios de medio sustulit, quibus illi cohærebant, quoad excogitaret atque insereret meliores:

Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.
Da propriam Thymbræe domum.

Hi versus disiti sunt. sicut ne illi quidem cum cæteris colligantur:

Sed fugite ô miseri, fugite, atque ab littore funem
Rumpite. Quare?
Nam qualis quanti visus cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat.

At ibi illo occupato nõ est fugiendũ. Certè alii versus intercedebant. Quæ verò sententiæ eædem diuersis tum verbis, tum numeris expressę sint, vnicuique attentius perlegenti patère potest: vel vbi noctem, vel quum diem quot modis quoties describit. De Atlante in VIII:

cæli qui sidera torquet. &-*Atlas*
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes.

In IIII. & in VI,

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. C

Quæq; in sexto Aeneidos de vmbris, locísque inferis: nec multo minus grauiter in quarto Georgicon. Iussa Iouis ad Mercurium, quibus verbis reddat Mercurius ipse. Fulminatio in primo,

Illa Iouis rapidum iaculata in nubibus ignem
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto.

In sexto de Salmoneo,

At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: non ille facem neque fumea tedis
Lumina, præcipitémque immani turbine adegit.

De fulmine autem in IIII, (*bras,*

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vm- D
Palientis vmbras Erebi, noctémque profundam.

In quinto,

Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuáque hîc obrue dextra.

In nono,

At tu magne pater Diuũm miserere, tuoque.
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.

Tempestas in primo, in tertio, in nono, aliter atque aliter. duo funera, Miseni & Pallantis. duo tumuli, Caietæ & Miseni. epicedium Euryali, Pallantis, Eurydices, Daphnidis. epicedium siue inferiæ militum. (*Ite*, ait, *egregias animas*) eorumdémque tumulus. Quæ desperaret se melius dicturum, integra reposuit: alia aliquo flexu interpolata repræsentauit,

Vrbem orant, tedet pelagi perferre laborem.
Mortem orat, tedet cæli conuexa tueri.

In VI, *-habitátque sub alto Pectore.*
In X I, *-habitétque sub isto Pectore.*

Quæ loca non ad percipiendas dicendi formas solùm, sed ad imitationis quoque rationem multum momenti habere possunt: de qua suo loco. nunc de vitiosis formis scribendum est.

VITIOSÆ FORMÆ, SICCVM, PINGVE, TREPIDVM. CAPVT. XXIIII.

QVibusdam virtutibus aliqua vitia esse affinia, multis locis scriptum est. Quare illud è Philosophorum præceptis præclarè dictum: *Decipimur specie recti.* Est igitur puræ illius, pressæ, subtilis, simplicis, hostis, Sicca: in sententia, in verbis tum priuis, tum compositis. Sicca sententia, quæ rem minuit: vt si Romam dicas, Latii caput. Verbum primum: si Xerxem appelles ductorem. Dictio siue oratio sicca, qualis Hippocratis multis in locis. Quo in genere etiam ξηροτηχοζωΐαν appellamus: quum affectatur mutilum præcisúmque scribẽdi genus: cuiusmodi aliquãdo Cornelii Taciti. Est autem Siccum non solùm breuitatis, sed etiam prolixitatis vitium: quoties in longa oratione nullum extabit epithetum, nulla figura, nulla sententia, nulla efficacia, nullus affectus. Quinetiam Siccum ausim appellare etiam fusum, quod nõ cohæret: sed mẽbris, & incisis inculcatis argutiam quandam affectat, quale Plinii Secundi sæpe: neque minus frequens vel Senecæ, vel eius seculi declamatoribus fuit peculiare. Si igitur Siccum vitium est, etiã pingue erit. sunt enim cõtraria, quemadmodum defectus & exuberantia. Ac multi quidẽ pingue illud sectati sunt: propterea quòd virtutem includeret, sicuti prodigalitas liberalitatem. Aliis ingeniis placuit magis Siccitas. nihil enim infelicius arbitrati sunt loquẽdi licẽtia. Ita quũ ab omnibus iudiciis damnetur vtrũq;, à deprauatis animis sub inoffẽsæ formæ specie aliud aliis acceptũ fuit. Mihi vehementer displicet loquacitas: atque adeò istos Asiaticos excursores, auriũ carnifices appellare solitus sum. Quod Siccum dixi, etiam ieiunum, etiam aridum à multis vocitatur, veluti pingue, & exultans, & elatum, & tumidum: quod dum plus vult quàm potest, minùs efficit quàm debet: propterea quòd plus potest quàm decet. Ac quanquam suprà diximus aduersus veterum sententiam, inter tumidum & abiectum quod esset, quasi quod inter duo esset vitia, virtutẽ censeri debere, nõ autẽ vitium, quemadmodum dicebant illi: tamen mediocre illud atque æquabile, vitium nihilominus patitur. deprauatur enim Trepidatione: dum neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

vult demitti,ne sit gracile:neque audet sese attollere,ne tumescat. Quale genus orationis est in multis locis Virgilianæ Ciris. Non est igitur medium duorum vitiorum, quia illis careat vt virtus: sed quorum particeps sit, vt item vitium.Horum autem vitiorum,quod est sublimis, parens est κακοζηλία: quod est infimi, negligentia: atque,vt ita dicam, supinitas. κακοζηλίαν voco ego Ambitionem,qua plus,vel plura, vel elatiora quàm par est, admittimus. Contrà,negligẽtia pessum dat orationem, permittítque non solùm serpere, sed etiam iacere. vtriusque verò mater licentia est. Qua ille sibi multa arrogat: hic hoc arrogat etiam, vt nihil arrogare, virtutis loco habeat. Itaq; ex illo expectes dictionem streperam, confragosam, resiliẽtem:ex hoc intermortuam. Illud genus M. Gallio suffultũ vocat exemplo eo posito: Depultus in Neptunias lacunas: ego hoc ineptum dico: suffultum autem plenum:quale est Ouidianum.

Hinc aliquot errores à scriptoribus animaduertẽdum est. Fuere nánque Grammatici quidam,qui quum à Quintiliano accepissent, Narrationes esse in humili dicendi genere: Æneidem sub eo genere posuere. Narratio enim tota est. quæ amentia potius quàm sententia (nam cuiusmodi sensum his esse intelligas?) ne digna quidem est,quæ refellatur. Omnes enim orationes,omnésque scriptiones narrationes quædam sunt. Oratoria verò narratio pars orationis.

Phalereum quoque Demetrium castigatione dignum cognosces ex iis quæ suprà dicta sunt. Miscet enim affectũ cum speciebus:quum partitur genera in μεγαλοφυΐαν, ἰσχνὸν, γλαφυρὸν, δεινόν. Satis enim sùprà ostendimus τὸ δεινὸν esse partem τῆς μεγαλοφυΐας, sed partem, vt affectum. Etiam ex Hermogene aliter sentiebamus. Præterea γλαφυρὸν politũ omnibus generibus competere. Neque rectè definit γλαφυρὸν, τὸν ἔχοντα μικρότητά τε καὶ κομψίαν μεμιγμένας: non enim constare simul queunt hæc: vt & paruitas, & elatio inter se conueniant ad vnam eandémque orationem conficiendam. Sed γλαφυρότης elegantia, expolitura tam ἰσχνοῦ, quàm μεγαλοφυΐας. κομψία verò affectus est, μικρότης non, sed idem quod ἰσχνότης.

Fuit & illud Grammaticorum longè admodum aberrantium à veritate: cùm fecarunt genera in longum, & breue. Neminem enim latet, relationes esse cuiuscunque quantitatis. Quare omnis oratio cùm sit quantitas: omnis orationis intererit esse & longam, & breuem. Est autem breuitas etiam in longissima narratione, cui nihil adsit alienum. Igitur Sallustio præter cæteros quamobrem attributa sit ab omnibus breuitas, nondum mihi compertum est. Nam qui conciones inserat,quas nullus habuerit imperator: eásque prælongas non rarò: qui apud Aras fratrũ quasi in amœno diuerticulo spatietur: qui præter historiæ argumentũ Catonis Cæsarísque collatione plurimos versus occupet: qui ad Catilinæ bellum narrandum principia vrbis Romæ arcessat: non video quo cõsilio breuem potius,quàm vel prolixum, vel etiam nimium, superuacaneúmque existimemus. Ac fuere quidam Barbari recentiores supercilio non ferẽdo, iudicio verò corruptissimo, qui Sallustii dictionẽ iccirco breuem censuere, quia rem personámque narret, consilia atque deliberationes omittat: factum ipsum nudum illico ponat. quasi verò commẽtarium scripserit ille, non historiam pleniorem: qui sit historiæ pater appellatus. Ego verò contra hosce circulatores longè aliter sentio. Non solùm quod negant, facere: verumetiam apparatum addere: spem, metum, modum, euẽtum atque alia pleraque eiusmodi adiungere: etiam excurrere interdum. Tribus verbis Catilinæ coniurationem expediri posse arbitror: at quot ille? præterea nunquam quicquam sine circunstantiis: Milites, inquit, Romani perculsi tumultu insolito arma capere: alii sese abdere: pars territos confirmare, trepidare omnibus locis: vis magna hostium, cælum nocte & nubibus obscuratum: periculum anceps: postremò fugere,an manere tutius foret in incerto erat. Hæc dictio adeò ampla, adeò fusa est, vt nihil addi possit. quam breuem, sic effeceris: Paucorũ corruptione ausum noctu castra aggredi,in iis trepidatum. Quàm verò tum leuiter, tum insolenter (vt omnia solent) professi sunt eum in historiis consilia omisisse, ex vniuersa historia manifestum est. Nam quare Iugurtha appulsis legatis Cirtham oppugnet, ratio ponitur. Habes præterea belli apparatum à consule Metello institutum multis verbis. vel quum imbellem exercitum accipit ab Albinio, quid moliatur. Quam partem si attẽtius legamus, inuenias Sallustii orationẽ nõ solùm non breuẽ, sed etiã opulentã. Quæ verò in Catilinæ bello geruntur, perpaucis versibus composita sunt: cætera omnia in consiliis declarãdis producuntur. Breuitas igitur Sallustiana propterea vulgò iactata videtur mihi, quia tribus vocibus integras explet sententias. non circunducit, non interponit: asyndetis vtitur, omittit verba: quemadmodum à viris doctis obseruatum est.

Breuitas Sallustiana quæ.

FIGVRÆ, PERIODVS, COLA, COMMA. CAPVT XXV.

HActenus de Characteribus: restat vt de figuris differamus: quas eadẽ qua superiore libro ratione ad certa capita reduci operæprecium est. Aut igitur à rei ipsius natura partiemur genera, aut ab vsu. Figurarum natura tota in exornatione consistit. quare pro modo exornationum secari possunt.

ri possunt. Ab vsu verò facilius: quum enim omnibus in omnia dicendi genera venire liceat. tametsi quibusdam quædam sunt frequentiores, sparsim, vt quæque sese offeret, tractari queunt. Nos igitur ex ipsis philosophiæ, vt semper, fontibus hausta illarum naturam digeramus: si prius quid sit περίοδος, quid κῶλον, quid κόμμα declarauerimus. Nam tametsi hæc vulgata videntur: tamen quia huiusce artis partes sunt, non sine reprehensione omitti potuere. Tum autem non pauca scripta sunt ab antiquis: quorum authoritate veritas passa est cõuulsionem. Alexander igitur Rhetor περίοδον sic definiuit. λόγος εὖ καὶ πειχαφῶν ἐξ κώλων συμβέσει ἀποτελῶν διάνοιαν ἐμφέρων. Quonam verò modo fieri possit hoc, vt Periodus talem habeat definitionem, in qua excludatur κῶλον, quod eius pars est? Nam tametsi quædam plantæ nullum fructum ferũt, plantarum tamen genus ipsum nunquam definias per sterilitatem. Igitur qua ratione diuidas periodum in simplicem & compositã? Est enim simplex, quæ nullis constat colis: Cõposita, quæ ex ipsis conficitur. Neque enim verum est quod mox ait idem; κόμματα esse hæc. Μέρη ἀέστιν. Γνῶσι σεαυτόν. Continent enim sententiam perfectam: neque cuiusquã orationis partes sunt. Sunt igitur periodi. Neque enim, quòd breues sunt, periodi naturam exuere. Idem enim est homo pusillus, & Gigas, quod ad τὸ τί ἐστὶ pertinet. Præterea quomodo potest ille definire ἀπὸ κώλων: qui tamen exemplum subdat, cuius partes appellat κῶλα? ἀνὴρ ὁ ἰδιώτης ἐν πόλει δημοκρατουμένῃ νόμων καὶ ψήφων βασιλέως. ait siquidem periodum hanc esse πείκωλον. Quanquam alium quoque pudendum cõmittit errorem. Quippe primum κῶλον dicit illud: ἀνὴρ ὁ ἰδιώτης: secundum, ἐν πόλει δημοκρατουμένῃ: tertium, νόμων καὶ ψήφων βασιλέως. quod falsũ esse ex eius definitione deprehẽditur. κῶλον, inquit, περιόδου μέρος, ὃ μὴ λέγεται καθ' αὑτό. At ἀνὴρ ὁ ἰδιώτης per se nihil dicit. Miserè quoque definit κόμμα, τὸ περιόδου καὶ κώλου ἔλαττον. nihil enim declarat definitio hæc. quare sic definio: Periodus, est oratio sibi perficiens sententiam. κῶλον, siue membrum, est oratio periodo perficiens sententiam. κόμμα, siue incisio, pars composita sine verbo, sententiæ illius partem significans. Periodus igitur hæc,

Arma virumq; cano: Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauinaq; venit
Littora.

Sententiam nánque sibi quam instituit, percipit. Cola autem duo: primum, *Arma virumq; cano.* sententiam enim complet, sed non sibi: pars enim est. Alterum, *Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora.* Primum autem membrum commata duo habet: *Arma,* & *virumq; cano.* duo enim esse declarat coniunctio: non enim coniungit nisi separata. Sic etiam secundum membrum totidem continet incisa: *Italiam fato profugus:* &, *Lauinaq; venit Littora.* In hac periodo verba duo sunt: quæ duo efficiunt membra. factura duas periodos, nisi per Relatiuum alterum ab altero penderet. Est igitur Colon pars periodi suo verbo fulta. quòd si multæ sint periodi partes ad vnum relatæ verbum: non equidem illa κῶλα, sed κόμματα appellabo. Non enim sunt membra, nisi proprium habeant motum. non mouetur autem oratio nisi per verbum. Quæ membra quum secantur, κόμματα dicta sunt, ita à nobis definita. Partes compositæ, vt hoc differrent à partibus simplicibus, nomine, verbo, aliis: sine verbo totius sententiæ partem significantes: vt hoc differret à mẽbris. Quare ne illud quidẽ eiusdem authoris probo, quum ait Isocraticæ illius periodi partes membra esse. Nos enim incisa dicimus, τὰς δὲ τῶν ἀδύνατα μέρη ἑρμηνείας, τὰς μὲν ὑπ' ἀθλιωτέρων τε καὶ κακοδαιμονίων ἑρμηνευομένας, τὰς δὲ τῶν συμμάχων ἐλαττούσας ἀδροιζομένας, τὰς δὲ τῶν ἐλλάδος ἀπόσους ἐκπεμπομένας. Quod enim mẽbrum dicas, cui deest substantiuum ipsum? Nihilo melius à Trapezuntio, Circuitus est totius orationis rotunda, & coacta, densa cum frequentatione verborum cõprehensio. Vult enim lõgam esse orationem: quo nihil ineptius. Quum enim tota oratio constet periodis, colis, commatibus: & colon esse periodi partem, coli cõma definierint: quid erit quartum illud, si non est periodus: Γνῶσι σεαυτόν? Quare scitè, vt omnia semper Aristoteles, Periodum dixit, orationem habentem principium & finem. Non igitur attribuit necessariò longitudinem. sicuti ne κῶλα quidem longiora, aut commata ipsa propterea desinent hoc esse quod sunt. Quid autem appellat rotundam comprehensionem? An verò vult in se recurrere, vt illi versus?

Vltrò animum dictis attollit, & increpat vltrò.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis & ante.

Quæ nugæ, coacta, aut decisa? num vlla oratio reperitur, quæ intra certos limites non cogatur. Aut vlla est oratio, cuius partes sint alterius partibus orationis densiores? Falsos autem nomine ipsos puto, quum περιόδευσιν non in motu, sed in spatio posuere. Nobis verò sat est agnoscere motum ipsum atque vim, sententiam concludẽdi: vnde etiã rectissimè à Fabio Cõclusio est appellata: alia fanè ἀπὸ τῆς συμπεράσματος Philosophorum. Sic & Comprehensionem dixit Cicero, & Orbem, & Circunductionem, quia clauderet sententiam, ita vt extra eam nihil quæreretur significandum. Nam κῶλα non totum concludunt: multo verò minus κόμματα. Quapropter idem etiam Ambitum, etiam Circuitum, & Continuationẽ, & Circunscriptionẽ nominauit. Quĩ igitur dixit Trapezuntius Cõprehensionẽ, superfluò addidit, Rotundam. Nã quòd Orbis aut Ambitus dicatur, comprehẽsio tantũ intelligitur. proinde nõ nuin' ineptè in illa Ciceroniana narratione incisa ꝑ mẽbris recẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit. Sopater quidã Alicienſis, homo domi ſuæ imprimis locuples atque honeſtus, ab inimicis ſuis apud C. ſacerdotem prætorem rei capitalis accuſatus, facilè eo iudicio eſt liberatus. *κῶλα* enim membra ea ſunt, quæ alio vocabulo ab iiſdem Philoſophis *μέλη* appellãtur. quorum offi cijs actiones ſuæ cuique perficiuntur. at quæ actio ſit in illis verbis, Sopater quidam Alicienſis: quid tum poſtea? Quòd ſi iſtorum authoritas plus moueat aliquos, quàm noſtra diligentia: nihil laboro. doctis enim atque acribus ingeniis tantùm ſcribimus. Eſt igitur Periodus, vt dicebamus, aut ſimplex, aut compoſita. & compoſita aut ex inciſis, aut ex colis. Colorum numerum à duobus ad quatuor vſque producere licet. quod excedit, vitio apponi, appellarique à Græcis *λόγον διῃρθρικὸν*: vt quemadmodum Periodus eſt comprehenſio, ita quod extra illius præſcriptiones euagatur, non iam *περίοδος*, ſed *διῆρθρος* appellari debeat, quaſi deuiatio.

FIGVRA, FIGVRÆ.

Caput xxvi.

FIgura loquutionis, quam ſuperiore libro Tropon agnoſcebamus, eſt decora facies orationis à vulgari diuerſa. Eius autem genera ad hunc potiſſimùm modum partiemur. Verba accipiunt figuram ab arte, aut ex ſua natura, aut ſecundum ſitum, aut ratione quantitatis, aut propter qualitatem. Naturam dico, quod Philoſophi Eſſentiam. Secundum eſſentiam igitur aut ſubticentur, aut ponuntur. ſi ſubticentur, fit figura *ἔλλειψις* & *ἀσώδετον*. Si ponuntur, aut eadem, aut ſimilia, aut diuerſa, aut contraria. ſi eadem, aut voce & ſignificatione, aut ſignificatione tantúm. Si voce & ſignificatione, oritur *ἀνάδιπλωσις*, *ἐπανάληψις*, *ἐπαναφορὰ*, *παλιλογία*, *ταυτότης*, *ἀντιστροφὴ*, *συμπλοκὴ*, *κλῖμαξ*. Si ſignificatione tantùm, efficitur *συνωνυμία*. Si ponuntur ſimilia, pariunt Alluſionem, Inuerſionem, *μετονομασίαν*. Si diuerſa, naſcitur *πλεονασμὸς*, *ἀφέρεσις*, *ὑφορὰ διαπόφασις*, *ὕμφασις*, *ἀλλοίωσις*, *ἀλλαγὴ*, *μεταβολὴ*. Si cõtraria, conſtituitur *ἀντίθεσις*, *ἀντιμετάθεσις*, *ἀντιπεπλοκὴ*, *σύγχυσις*, *πλοκὴ*, *ἀντανακύκλωσις*. Si ſecundum ſitum, aut differuntur, & conflatur *ὑστέρον*: aut in medio, & creatur *περιμβολὴ*, *περίοδος*: aut certa temperatione diſponuntur, & gignunt *συναπτόμενον*: aut ad ea quæ propoſita ſunt, redduntur, & producunt *ζεῦγμα*. Si ſecundum quantitatem, creabitur *πλεονασμὸς*, quæ & *περισσότης* dicitur. Patitur autem quantitas, quum ſecatur vox: & fit figura quæ vocatur *τμῆσις*. cuius contraria eſt *συνθεσις*. Si ſecundum qualitatem, educetur *ὁμοιοτέλευτον* & *ὁμοιόπτωτον*. quæ antea diſperſæ, temerè docebantur. nunc maiore opera quàm gloria à nobis digeſtæ ſunt. Nemo enim eſt paulò in Rhetoricis exercitatior, qui non putet ab ſe quoque nullo negotio excogitari potuiſſe. Nunc ſigillatim de his atque ſimilibus agamus.

QVÆ EX SVBTICENTIA.

Caput xxvii.

Ἔλλειψις.

DEfectus verborum, *πάθος* maximè ſignificat: admirationem, amorem, odium, iram. Fit etiam aliis de cauſis: putà ob pudorem, quum res eſt turpis,

Nonimus & qui te. & quo. quum veremur ne auditores offendantur. Hoc ad Oratores pertinet. etenim ſi quo in vitio, vel corporis, vel animi, vel fortunæ communem habeant Iudices cum reo reprehenſionem: id verò tametſi multum poſſet cauſæ prodeſſe, tamen eſt omnino prætereundum: quum dicentem piget. Hoc quoque poetæ rarum: Comici tamen vtuntur. vt, *Scin' quo modo?* Illa verò quæ ſubticentur, in quarto,

Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapſam aſpiciunt. Sunt tacita per *ἀποσιώπησιν*, non autem per *ἔλλειψιν*. Omiſit enim dicere quemadmodum ſe interfecit. Per admirationem verò aut indignationem: *O ingentem confidentiam! Heu ſtirpem inuiſam!* Quartus enim caſus ſine verbo ineptus eſt ad ſententiam. Tale & illud Iuuenalis,

Tune duos vna ſæuiſſima vipera cœna
Tune duos? Ab amore:
Me, me: adſum qui feci. Ex ira, *Quos ego.*

Ἀσώδετον.

Caput xxviii.

SOluta oratio dici poteſt *ἀσώδετος*, diſſita, diuulſa: inconiuncta melius ſignat. Paratur hæc figura ad amplificationem, ad celeritatem, ad impetum animi. Denique quum magnum quippiam molimur,

Tectum auguſtum, ingens, cĕtum ſublime columnis.
Monſtrum horrendum, informe, ingens. Hæc eſt in priuis vocibus: in orationibus ad *παρρόητα*,
Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.
Longioribus periodis in otio ſoluti,
Illos porticibus Rex accipiebat in amplis.
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi.
Illa autem in celeritate,
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Hortantur ſocij, Cretam proauósque petamus.
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes.

QVÆ EX POSITIONE eiuſdem vocis.

Caput xxix.

Ἀνάδιπλωσις, Ἐπαλήψις, Ἐπαναφορὰ, Παλιλογία, Ταυτότης.

ALexander rhetor harum aliquas confudit, nullam definiuit. *Ἀνάδιπλωσις*, id eſt Duplicatio: eſt iteratio vocis ſtatim ſubiens priorem: familiaris Tragicis. In magnis affectibus ea vtimur. Significat enim perpetuitatem repræſentationis,
O Myſis, Myſis. Ab Corydon, Corydon. hoc ex natura tractum eſt. Ete nim animalibus datus eſt motus ad fugiendum & ad conſequendum. Igitur quæ vnico motu, putà ſaltu, apperitum locum nequeunt adipiſci: curſu, qui eſt motus frequẽs, ſupplent. *ἐπανάληψις* autem, hoc eſt, Reſumptio, eſt iteratio nõ ſtatim, ſed aliquibus vocibus interpoſitis. reſumit enim quod reliquerat, *Sed fugite, ô miſeri, fugite.* *ἐπαναφορὰ* verò, id eſt, Repetitio, ab hac non differt, niſi ſitu. quia in reſumptione verbum quocunque loco iterum ac tertiò poni poteſt: in Repetitione nõ niſi in principio, *Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,*
Te liquidi fleuere lacus. Quam exornationem auget ſanè alia, quum mutatur ſenſus appoſita alia voce ei, quæ ſecundo loco fuerit repetita. quod alibi quoque monuimus: *- direxit ſpicula Parthus, Parthus ſine Cydon.* *παλιλογίαν* verò Alexander idem malè cum hiſce confudit. neque enim eſt eiuſdem vocis repoſitio, ſed ſententiæ. Quod ex Æſchylo adducit in Ranis Ariſtophanes, atque caſtigat: quódque agnoſcere conati ſunt Critici aliquot locis, vt, *Molémque & montes.* verùm expoſitio eſt prioris. quanı molem? *Montes.* quem Italiæ locum? *Lauinia littora.* Sic, *- dixítque, & prælia voce diremit.* Idem eſt atque, Dixitq;, & dicendo prælia diremit. neque enim vitiũ hoc in maximo Poeta. nam quod Seneca in Montano oratore & Ouidio reprehendit, non bene facit. Nunquam enim idem repetitur penitus, ſed ſemper aliquid diuerſum eſt. Differt autem à Palilogia *ταυτότης*, quoniam illa eſt figura ſententiæ, hæc dictionis. Pertinet autem maximè ad ſimplicitatem, quum idem verbum reponitur quaſi temerè & neglecto cultu. quod quum faceret Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ, Theodorúſque ſuo more Latinè ita redderet, vt inureret calamiſtris: quidam barbari agreſtes elegantiæ illius ignari, auſi ſunt dicere à Theodoro melius repreſentatum, quàm à Philoſopho deſcriptum fuerit. Ille enim cùm alibi tũ in ſecundo, *ἔστ' ἐχόντων τὰ βραγχία, τὰ μὲν ἔχει, καὶ τὰ μὲν ἔχοντα καλύμματα, πάντα ὑπὸ πλαγίου ἔχει.* nec multò pòſt, *ἔχει δὲ ὁ ἐλάχιστα ἔχων.* quibus nihil dulcius auribus Atticis, adeò vt eo verbo etiã vſi ſunt ſub Pleonaſmo, *πλεονασμὸν ἔχων.* Et in libro De ſenſu & ſenſili, *ὃ γὰρ ὕδατι φασί τινες, ὡς ἔστιν εἶδή τινα ὀσφραντά: ἀλλ' ἔστι. διωρισμένον δὲ καὶ πῶς ὄζει, καὶ πῶς ὡς ἔστι.* Suauis *ταυτότης* in quinto Æneidos, mutato ſenſu, *- intentáque brachia remis Intenti expectant.* Quod ſi Morino aut Tongro abſurdum videtur, nihil mirum: Sui enim ſimiæ ſimioli. quam ſuauitatem neque ignorauit Cicero, neque neglexit: quinetiam curauit inter cæteras, vt ſuã orationem efficeret commendatiorem. Ad Atticum, Feci atque effeci, vt neuter quenquã horum pluris quàm me faceret. De Oratore, Fecíque hoc, quod ne adoleſcens quidem fecerã, vt his de rebus diſputarẽ. Sed & aliis multis in locis. In Verrem, Glabrionem id quod fecit, facere lætatus ſum. Quãtum verò afferat orationi ve-

nuſtatis ſimulata illa negligentia, ex ipſius Homeri iudicio videndum eſt,

Ὣς δ' ὅτε κρουνοὶ κατερρήξαντ' ἐξ ἀκροπόλοιιν ὄρεσσιν,
Ἣ τ' ἀν' ὕδεος κατέπηξεν, ἰσχὺν ζείοιεος κατερύκων:
Τηκομένης δ' ἄρα τῆς πολλαὶ πλέθοισι ῥέουσι:
Ὣς τὸ πάκτο καλὰ παρήϊα δάκρυ χέουσα. Pro quo verbo toties repetito, ſi aliud ſubiicias, rem omnẽ funditus euerteris. nec minor gratia Tententianæ Bacchidi, *- quod ſi is nunc*
Me deceperit, ſæpe obſecrans me vt veniam, fruſtra veniet: Aut quum venturam dixero & conſtituero, quum is certè Renunciarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi, Decipiam, ac non veniam. Profectò hac oratione nullum nectar dulcius. ſed & Poeta ea ſimplicitate vſus eſt non ſemel. In quinto,

At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant: cunctæq; profundum
Pontum aſpectabant flentes. & in Ecloga vltima verbum hoc *venit* plus quinquies, potuit magna ſimplicitate ac iucunditate. & in ſeptimo,

Aureа pectoribus demiſſa monilia pendent:
Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.
Quòd ſi quo in loco Palilogia *λῆξεως* Virgilio obiici poteſt, ſanè illa fuerit,

Tum ſe ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur: ſtant littore puppes.
Tu quoque littoribus noſtris Æneia nutrix. Alii Palilogiã genus cõſtituere, ſub quo eſſent IIII, ſpecies, *ἀναφορὰ, ἐπαναφορὰ, ἐπανάδος, ἐπαναστροφὴ.*

Ἀναφορὰ, Ἐπάνοδος, Ἐπαναστροφὴ, Ἀντιστροφὴ, Συμπλοκή. Caput xxx.

EST autem *ἀναφορὰ* Relatio, quũ eadem vox reponitur. vt *-nec te miſeret natæq; tuiq;, Nec matris miſeret.* Bis tãtùm ponitur, atq; hoc diſtat ab Epanaphora, quia hæc quum ſemel poſuit, ſemel atque iterum reddit. quemadmodum Virgiliano, quod ſuprà ſcripſimus, exẽplo patet. *Ἐπάνοδος* verò eſt Reditus, quũ per eadẽ recurrimus verba ordine inuerſo relegentes. quæ figura maximè poetarum parti inutilis eſt. fingere tamen licet exemplum è noſtris Satyris,

Si tibi diuitiarum & honoris Iuppiter author,
Author Iuppiter eſt etiam vitæq; necisq;. Epanaſtrophe autem eſt Reuerſio, quum recto ordine reſtituimus ſententiam. Magnis profectò deliberationibus accommodata figura. cuiuſmodi apud Homerum diuinitus inſtitutã legimus, *Τὼ δ' ἰχὼ αὖτις εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε,*
Εἰ πυρὶ χεῖρας εἴκτην, χθὼς δ' αὖθις ἀνύσσεν. Et apud Poetam, *-tibi noſtra viciſſim*
Dicemus: Daphninq; tuum tollemus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra feremus, amauit nos quoq; Daphnin. Theocritũ imitatus ille eſt, *- τὼ δ' ἀδὺς αἰχὼ αἰπὺς ἀοιδὸς ἀοιδοτάτοις ἐφιλήσατο μοῦσα καὶ ἁμέ.* Alio modo ad principiũ reuerſus eſt Ouidius,

Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido:
Attice crede mihi, militat omnis amans. Conſueuerũt etiã Epigrãmatographi claudere poematiũ eodẽ verſu quo inchoarũt. vt Martialis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apollinarem conueni meum Scazon.

Antistrophe autem est repetitio finis: nõ vt ponatur in principio sequentis, sed æquè in fine. hoc ab Epanastrophe differens: quam conficies, si Martialis epigramma de Hermete conuertas: vt sit conuersa ἀναστροφή. Circunfertur ingenijs cuiusdam tale, quod non ponam: sed hoc,

Quisnam hic est asinarius Poeta? Caluus.
Isne edentulus? is Cotytto ore Caluus?
Extremúsne hominum inter atra monstra Calu⁹?

συμπλοκὴ autem ex vtraque: ambas enim complectitur, Anaphoram & Antistrophen, vnde & nomen, vt

Si Caluus est Grammaticus, sic asinus quoque.
Si Caluus est Pæonius, sic asinus quoque.
Inter fuit nánque asinos, sic asinus quoque.

Fit autem genus omne Repetitionum, siue in principio fiat, siue in fine, siue vtrobique: siue vnius verbi, siue multorum: aliquando simpliciter, ac sine mutatione: aliquando partibus mutatis, vt,

Impulit, impulsu quo maximus intonat æther.

Vulgatus nánq; modus fuisset, *Labitur impulsu quo maximus*, &c. Fit etiam per mutuam transmutationẽ: qualis illa Ouidii artificiosissima, quã Critici cur tollere voluerint, non intelligo:

Semibouémque virum, semiuirúmque bouem.

Est enim & ingeniosa, & arguta, & veneris plena. nec minus illa eiusdem,

Cedere iussit aquam, iussa recessit aqua.

Repetita enim sunt, verbum in participio, participium in verbo. neque solùm sic transmutatis, sed aliis suppositis: nam quum dixisset,

Pastorum musam Damonis & Alphesibœi,

subiecit verbum pro nomine,

Damonis musam dicemus & Alphesibœi.

Et quum appositione epitheti maximo ornamento, *-Nymphæ,*

Laurentes Nymphæ.

Et in alio casu summa suauitate apud Catullũ,

Gemelle Castor, & gemelle Castoris.

Sicut illud Ouidianum longè excellentissimũ,

-genitorque Quirine
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini.

Etiã in principio mutatis casib⁹ & in fine, vt sit πυμπλοκή. Cæterùm non nisi Epigrãmatis conuenit,

Quisnam asellos quum fricasset, in toga it nitore? Caluus.
Cuius est os impudicum, Ploxemi gingiua? Calui.
Cui parantur in latrinis virulento regna? Caluo.
Quæ fugauimus diserto docliorum ex orbe? Caluã.
Quonam olẽte caprimulgo soluitur corona? Caluo.

Nulla tamen æquè venusta, aut æquè operosa Repetitio, atque illa Poetæ,

Quacumque illa leuem fugiens secat æthera pẽnis,
Ecce inimicus atrox, magno stridore per auras
Insequitur Nisus, quà se fert Nisus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

A

Κλίμαξ.

CAPVT XXXI.

SCala dicitur figura, quum idẽ verbum connectit inferiora superioribus. quare nos aliàs appellauimus non ineptè Concatenationem. quẽadmodum medius annulus annulos vtrinque singulum continet. Ex Demosthene afferunt exemplum. apud Poetam nullum est. sanè haud multum præ se fert grauitatis. In Epigrammate potest admitti: *Concatenatio*

Insaniam, & furoris inuidi tabem
Diræ Megæræ tradidit ferus Pluton:
Alit Cerbero Megæra, Cerberus Caluo.

Sic fit per eandem vocem, interdum autem per synonymum, vt apud Homerum de sceptro,

B Ἣ φασὸ μὲν δῶκε διὶ κρονίων ἄνακτι,
Αὐτὰρ ὁ αὖ ζηνὶ δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ:
Ἑρμείας δ' ἄνακτ δῶκεν πάλεμ πληξίππῳ.

Non enim dixit, ἀλλὰ κρονίων, sed id quod hoc significabat ζηνὶ. sic idem ἀργειφόντης & ἱππῶν. In nono breuem posuit Poeta, sic:

Ortygium Cœneus, victorem Cœnea Turnus.

Et in in decimo,

-Atronium Salium, Saliumque Mealces.

QVÆ EX POSITIONE significati. CAPVT XXXII.

Synonymia, Πυκνία

PONitur itaque vox eadem in figuris supradictis. Quum verò eiusmodi ponitur dictio, cuius alia materia, sonus alius, significatio eadem: C creatur figura, quam vocant Græci συνωνυμίαν. quippe vni rei multa sunt cõmunia nomina, sicuti modò dicebamus. Multa posſumus exẽpla dare. sic in vltima Ecloga Virgilius quum dixisset, *Omnes vnde amor iste rogant*: statim subnectit, *Galle quid insanis?* Est enim amor insania. sic haud paulò pòst,

Certè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunque furor; id est, alia puella quam amarem. Hac sanè figura fit ποικιλία, Varietas, quæ contraria est ταυτότητι, siue ταυτολογίᾳ. sicut etiam quum vel diuersa vel contraria apponuntur.

QVÆ EX POSITIONE Similium. CAPVT XXXIII.

Alluſio, Inuersio, Παρονομασία.

ALlusionem Græcè quo diceremus modo, quærebamus. παρανομάζειν dicunt illi, quod nos præ me fero. Verba igitur similis soni quæ sunt, mutuò se præferunt. παρανόμασον igitur fingam. Non placet hanc figuram locis grauibus adiungere. Gallis frequenti in vsu est: quam vocant ipsi Æquiuocationẽ: conficiũtq; aut ex diuisione, aut ex cõpositione. ex diuisione ludent in eo verbo, Osculũ. ex cõpositione, ludẽt in illis, *Achaica castra*. Ibi meli⁹, *Perdita mens, Perdit amens.*

Itali

Ita li corrupta voce dicunt bisquisitum, *Bisquizzo*: tametsi vt deserant signa Latinitatis, dixerunt Sacramentum: quò quàm maximè posint, alienent scripturam à Latinis. Fit autem mutatione elemẽtorum: sic, Orator pãgit carmina: Arator pungit crimina. Conueniunt Epigrãmati, Satyro, & Comœdiæ. præsertim inuersio, vt si seruus oret peculium & libertatem, atque aiat, Cedo hæc munera: Herus respõdeat, Doce hæc: numera: ostendẽs pecuniam. per transpositionem fiunt hæc, item per ablationem, aut appositionem. Bolus, olus. Plautus, cæterique prisci illi etiam inuitas voces sub hasce leges coegere,

A Græci παρεδιαπόφωνον ideireo nominarũt quasi dicas appositã explicationẽ. Talia sunt Epitheta multa, quæ videntur superflua: itẽ instrumenta. Epithetorũ exẽpla longè plurima, *Nigra hirundo*: Omnis enim, aiunt, hirundo nigra. haud tamen ita est. ripariæ nánque hirundines non sunt nigræ. *Ferreus ensis.* Quis enim alia ex materia vidit vllum? at ponitur ad efficaciam. Sic, *Vastum æquor, Gelidum Boream*, & eiusmodi. Instrumenta quoque aut B loca pro instrumentis, vt Pectore suspirare, ire pedibus, ore loqui. Est & alia ratio appositionum: veluti quum dicit, *Ast ego quæ diuûm incedo Regina. Vos ô miserescite venti.* Hanc ἐμφασιν, id est ostensionem dixere Græci. Sic, *Vidi egomet*: & *, Hisce auribus hausi*. Interdum Expletionis causa: vt in quarto Georgic. *Epitasis*

Septem illum totos perlibent ex ordine menses.

Et in Menæchmis, *Aliquot viginti dies.* ἐμφασιν Democritus dicebat esse, cautam visionis: Expressionem potes dicere, ex libro Aristotelis De sensu & sensili.

Παρέφρασις, Μετωνυμία.

CAPVT XXXV.

VOltum affert ornamenti παρέφρασις, quum rem vnam multis designamus verbis. Valde nánque abhorret à communi vsu loquendi. Equus fortis, *Fortis equi vis*. Canes sagaces, *Odora canum vis*. Cuius quoque naturæ μετωνυμία est. vt *-Cereremque canistris Expediunt*. &, *Implentur veteris Bacchi*: Bacchi enim nomen cum vini nomine communicamus. *-laticémque Lyæum*, Laticum honorem. Eiusdẽ modi ea quoque quam Appositionem vocant Grammatici: Periphrasis enim quædam est, *Troas, reliquias Danaum*. Africa terra, pro Afri: aut est Metonymia, aut Periphrasis: vt sit illa, plus placet.

Ἀλλοίωσις, Ἀλλαγὴ, Μεταβολὴ, Ὑποβολή.

CAPVT XXXVI.

DIuersitas aut est totius, aut partiũ. quare vt est verbum à verbo diuersum, sic est idem propter alium flexum diuersum à seipso. Atque hoc quidem caput ad qualitatem debuit referri. quod satis sit monuisse. Non enim est aliud verbum, Sum, quàm Fui: sed aliusmodi. Cæterùm non temerè hîc posuimus, potius quàm in capite Qualitatis. Fit enim mutatio substantialis quoties posito nomine, aut verbo, participium apponitur. aut pro nomine supponitur aduerbium. Mutationum igitur modos, siue species videamus. Fit ἀντίπτωσις, quum pars pro parte: cuiusmodi multa obseruauit apud Thucydidem Halicarnasseus. Vnum exemplum satis erit: propterea quòd in libris, De causis, dictum est satis. Aduerbium pro præpositione.

Ita li corrupta voce dicunt bisquisitum, *Bisquizzo*: tametsi vt deserant signa Latinitatis, dixerunt Sacramentum: quò quàm maximè posint, alienent scripturam à Latinis. Fit autem mutatione elemẽtorum: sic, Orator pãgit carmina: Arator pungit crimina. Conueniunt Epigrãmati, Satyro, & Comœdiæ. præsertim inuersio, vt si seruus oret peculium & libertatem, atque aiat, Cedo hæc munera: Herus respõdeat, Doce hæc: numera: ostendẽs pecuniam. per transpositionem fiunt hæc, item per ablationem, aut appositionem. Bolus, olus. Plautus, cæterique prisci illi etiam inuitas voces sub hasce leges coegere,

Quanta sumini absumedo, quanta labes lardo.

Venustior est illa Allusio quæ elicitur è cõtrario: quemadmodm apud eundem poetam Saturio parasitus cùm suo nomine appellaretur: Mẽtris, inquit, neque enim Saturio veni, sed Esurio. Et sanè faceta vox cùm audis quempiam appellari, Esurionẽ. Inuersionem Græcè dixerim ὑποφορὰν. quæ non solùm fiat, vt diximus, per elementorũ aut syllabarum transmutationem: sed etiam per corruptionẽ: vt Plautinus seruus, qui se ex Chrysalo Crucisalum futurũ metuit. Sic ad genus nominum allusit in Amphitruone alius. cùm Mercurius quatuor homines sese cecidisse iactaret: Meruo, inquit, ne il le mihi commutet nomen: &, Quintus fiant ex Sosia. Hoc Græci gen⁹ vniuersum παρονομασίαν nominarunt: quòd præter primam verámque dictionem, aliam subdamus.

C

QVÆ EX DIVERSIS.

CAPVT XXXIIII.

Πλεονασμὸς, Περισσολογία, Ἔμφασις.

REdũdantiã voco πλεονασμὸν. quippe cùm plus est verborum, quàm quãtum exigat sententia. Atque hoc quidem vitium est in diuersis vocibus: sicut erat παλιλλογία in iisdem. Fit autem apud Grammaticos, quod ab illis nondum est declaratũ: vbi additur pars, sine qua oratio est tolerabilior. Etenim instrumẽtum in sexto casu sine præpositione ritè ponitur: quare in illo versu Ouidiano pleonasmus est,

Hæc modò verrebat raro cum pectine terram.

Tametsi alii legunt, *Verrebat fultam tibicine villam*: sed non placet. Eodem modo atque iisdem D legibus, Roma, potius quàm è Roma venio. quare illa præpositio redundabit. sic in sexto redundat pronomen,

At pater omnipotens media inter nubila telum
Contorsit: non ille faces, neque fumea tedis
Lumina.

Elegantiæ tamen causa toleratur, & fit figura: qualis apud Comicos frequens, apud quos inuenias sæpe pronomen Is & Id, sine vlla necessitate. Quædam tamen adduntur ad explanationem: atque ita euadit figura, quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

-Factique hîc sine quieuit. hîc pro in his. aut impositio his tine, nullus enim in narratione locus, nisi per metaphorã. Fiunt & aliæ mutationes atque suppositiones. Sic enim cõmodius explicatur vsus ille. Subiiciuntur enim alia pro aliis: quare esto ἀντίληψις. veluti quum verbale ponimus pro primigenio, *Regnatorem Asiæ*, pro Rege. Est enim Rex prima vox: inde verbum Rego, vnde Rector: & Regno, vnde Regnator. Hîc nulla est ἀλλοίωσις: Non enim vox ipsa, *Rex*, est alterata: sed pro illa alia supposita. Fit autem ἀλλοίωσις, quum genus verbi mutatur. *Fabricor*, pro fabrico. *Populantur*, populant. Et coniugatio. *Feruео*, feruo: *Lauo lauas*, lauis: *Deuſare*, deuſere. Sic declinationes: *Orphei* enim est tertius casus, sicut *Lino*: non secundus, *Orphei Caliopea*, *Lino formoſus Apollo*. Sicut contrà: *Vlyſſi*, secundus non tertius, pro Vlyssis, ab *Vlyſſeus*, *Vlyſſei*: quo & Horatius vsus est. Hoc latinum ab alio recto, sicut Vlysis ab Vlysses. At illud Græcũ Ὀ ῥοῦ. Græcis etiam alibi, *Androgeo* pro Androgei: *Diomede* pro Diomedem. *Duo*, pro duos, δύω. Eodem modo casum pro casu, Græca item non, vt aiunt, figura: sed consuetudine. ‖ *Mixérue laborum*: id est, labores. &, ‖ *-cui me Fortuna precari*: pro quem. hîc est μετάλαξις, Permutatio. Illa verò μετωνυμία quæ sit quũ posito verbo, aliud in alio membro dicitur: est δασύτης potius. ‖ *Quis furor ô ciues? quæ tanta insania? qualis Est animus? quantæ scelerata ad prælia vires?* Adumbrat aliquo modo vim τῆς συνωνυμίας. Proprium autem Historicorum Græcorum vti μετωνυμίᾳ. ἵππον, *equum*, pro equitatu. Et in eo mutare genus, τὸν ἵππον: quoniam equæ patientiores laborum: quibus iccirco ad prælia barbari vterentur. etiã de quibus cibum capiunt ac potum Scythæ. Præterea tum illorum, tum nostrorum consuetudo mutare tempora, atque præsenti tempore deducere narrationes. sic & Poeta: ‖ *-quem dat Sidonia Dido*: quod alibi, ‖ *Dido Esse suí dederat monumentum & pignus amoris*. Sexus: ‖ *Nec dextræ erranti deus abſuit*: id est, Furia.

QVÆ EX CONTRARIOrum positione. Caput xxxvii.

Ἀντίθεσις, Ἀντιμετάθεσις, Ἀντιμεταβολὴ, Συσχεσις, Πλοκὴ, Ἀντιστροφὴ.

Contrapositionem posuere inter figuras dictionis: mihi videtur ad sententiam potius pertinere. Fit autem duobus modis: aut nuda, aut opulẽta. Nuda est apud Demosthenẽ aduersus Æschinem, σὺ μὲν ἐξέπιες, ἐγὼ δ' ἐσυνέπιον. Quæ itẽ duplex. Aut enim est sensu nõ penitus contrario, vt hîc: Excidere enĩ memoria in scena: & Exibilare, nõ sunt contraria. Quin alterũ ex altero oritur: atq; simul sunt. Aut est verè contrarius sensus. vt apud eundem: ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων. & clarius, ἐτίλεις, ἐγὼ δ' ἐπελούμην. Opulẽta est quoties rem quampiam fictum ve ponimus, cui obiicimus tantundẽ multis oneratum verbis. Id quod fit in omni aduersatiua. vbi est, *sed*, aut *tamen*. (thor

Nec tibi Diua parens generis, nec Dardanus auPerfide: sed duris genuit te Caucasus horrens Rupibus: Hyrcanæque admorunt vbera Tigres.

Etiam sine nota aduersationis. veluti quum in vna conquestione dixisset Dido,

-eiectum littore, egentem
Excepi: & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, sociosque à morte reduxi.

In alia dicit, *-eu dextra fidésque,*
Quem secum patrios aiunt portare Penates:
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.

An verò putemus esse ἀντίθεσιν quãpiam in verbis? Sanè nullam censeo, nisi aliquã præ se ferat illa figura, quam dicebamus Allusionẽ, veluti si dicam: tu honoratus, ego oneratus. Cæterum cùm verba sint quantitates quædam: & quantitati nihil sit contrarium: non erit ἀντίθεσις in verbis, sed in sensu: contrà, quàm dixere. Elegãtissimam verò orationem, quæ posita similitudine subinfert contrarium, per quod nihilominus concludit simile. quale nostrũ illud. ἐλεήσατ' ἐλεήσαντες, δότε δεδυκότι, ἀνάσχετε ἀνασχεῖν, ἢ πίνειν πλούσιοι. Tria priora similia sunt: misereri misericordis, dare liberali, principẽ principi: quartũ posterius duo mẽbra inter se contraria habet: quorũ tamen sensus refert priora. pauperi nanque æquũ est dare diuitẽ. Eiusdem naturæ est ἀντιμετάθεσις: verùm non sine verborum affectione: quã etiam ad situm trãsferre liceat. est enim contrarietas sensus cum verborum trãspositione, vt in nostro illo Iambico, *Tibi imperare me decet, non te mihi*. Huic simílis, sed operosior est ἀντιμεταβολὴ, quum positum quippiam retorquemus in contrarium. Qualis illa rotundissima sententia Demosthenis: cuius elegantia, atque argutia merita est, vt hîc quoque inter Poetica referatur: σὺ δὲ μὴ λέγε, ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις: ἀλλ' ὡς οὐτὸ πεποίηκε μέλλειν. οὐ γὰρ εἴπ πώποτε μὴ χρὴ πεὸ νόμους ἐπορεῖν: σὺ δὲ τοῦτο ἐμεμίσησε: δεῖ δὲ τοῦτο ἀποφύγειν αὐ δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀλίσκειο. ὥσπερ γὰρ εἴπε ἰάλω, σὺ παῦτα ἐκ αὖ ἔγραψας· οὕτως αὖ σὺ νῦν ἁλῶς, ἀλλ' οὐ γράψει. Quam sententiam & acutiorem, & suaui fecit verborum dispositione, quum eam laxiorem à præceptore Isocrate accepisset. εἰ γὸ ἀδικημάτων οὐ μέγιστον ἀρεῖν, ὃ μήπω πεπραχεν γεγενημένον. πεὸ δ' ἐρ' ἑκάστοις αὐτῶν ἀλλοκοτρίοις μηδὲν ἀρείμεθα δεινὸν ποιεῖν, ὅταν ἅπερει παῦτα φαίνωνται δικαιοπραγοῦσι· πῶς ὃν αὖ ἢ τις ἀπολογίας ἄκαιρι ἐφθίατ πείθειεν ἡμᾶς, ἢ τοῖς βουλομένοις ἢ) πονηρεῖν &c. Similis respõsio Romuli, quũ in cõuiuio perparum bibisset: eique dixisset quidam: Romule, si isthuc omnes homines faciant: vinum vilius sit: Imò verò, inquit, carum: si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi, quãtum volui. Nec absimilia ἀντιστρόφοις: quæ vel reciproca, vel altera ex parte respondentia latinè dicimus. posita enim διλήμματα sic soluimus, Si bonus, pauper: si malus, miser: semper ergo miser. ἀντιμεταβολὴ mutat in cõtrarium, Si malus, non pauper: si bonus non miser: nunquam ergo miser. Has vtrasq; ἀντιμεταθέσεις, ἢ ἀντιμεταβολὰς quare συγχύσεις appellarint Rhetores, sanè non declararunt. Fortasse, quia vtriusque partis tam proponentis, quàm refellentis æquè communis vsus est. Non temerè verò πλοκὰς etiam dixêre. Plexus enim sententiarum quidam est. ἀντιστροφὴ, autem est contrarii intellectio per negationem. *non inferiora sequuntur*, id est, parem Hectori Æneam, non contemnenda belli parẽ: i. virtortis: Aduersatio Latinè figura hęc dici potest.

QVÆ SECVNDVM SItum. Caput xxxviii.

Τὸ ἑξῆς, Παρεμβολὴ, Παρένθεσις, Συναπτὸν, Ζεῦγμα, Χιασμός.

Distrahitur oratio cùm differuntur verba post verborum tractum. Itaque ἑξῆς ὸν libenter dixerim distractionem. duo maxima sunt apud Virgilium: vnũ quod suprà posuimus ex IIII. Georgic. alterũ quod est in XII. diuini operis,

Interea Reges,
Procedunt castris. Illa verò omnia inter hæc,
-Ingenti mole Latinus
Quadrijugo inuehitur curru: cui tempora circum
Aurati bissex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro:
Hinc pater Æneas Romanæ stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ.

Græci itaque nomine eo affecerunt hanc figuram quòd significaret Transilitionem: propterea quòd verbum, sicuti dicebamus ad calcem vsque trãsferretur. Quòd si qua oratio in orationis medio interponitur: Interiectio, & Interpositio dici potest à nobis: quam παρεμβολὴν & παρένθεσιν Græci vocauere. vtriusque natura vna est, modi non vnus. Quæ enim simplex est, totáque materia aliena, Parenthesis dicitur: vt *Fatebor enim*. Reor, Opinor. Aiunt. *Mirabile dictu. Si credere dignum est. Fama est obscurior annis*. & eiusmodi: quæ omnibus materiis, atque argumentis conuenire possunt. Alia est παρεμβολὴ socia, atque affinis τῆς ἀντιβολῆς, tum nomine tum natura. quoties aliquam ex circunstãtiis, quæ post orationem afferenda fuit, rei ipsi inferimus, quale illud,

Tum Bitiam ardentem oculis, animísque frementem.
Non iaculo: neque enim iaculo vir ille dedisset:
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo.

Debebat enim coniungere instrumentum cum vulnere, ac postea dicere, quæ interposuit, sic,

Tum Meropem, atq; Erymam iaculo, iaculoq; & AAt Bitiam stridens contorta phalarica, diri (phidnt
Fulminis acta modo, clypei per taurea terga

Loricámque horrentem hamis, ferroque trilicem.
Non iaculo, neque enim iaculo vir ille dedisset.

Sic & paulò antè,

Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti.

Postposita oportuit, ad hunc modum:

Et primum Antiphaten, sobolem Sarpedonis alti
Matre nothum Thebana: is enim se primus agebat. Quæ equidem ita discerpsi, non vt meliora facerem: sed vt ostenderem figuram. Nam quanto venustius?

Et primum Antiphaten: statim, primum quia primus: quàm si distuliſſet. Vbi verò partes orationis certo ordine disponuntur, ita vt aliquibus aliquæ reddantur, vt aliam formam, ita aliud nomen inuenere. Duobus autem modis consueuere: aut enim fit recũrsus in ipsa redditione, qualis erat in Epanodo: aut à prima incipit redditio ac desinit in posteriorem. Ponam orationes duas simplices, quas deinde figurabo. Vna erit hæc: Ego nobilis, & probus: caluus caprimulgus, & nequam. Disiungam, atque retribuam suum cuique, sed recurrendo, sic: Ego nobilis, caluus caprimulgus. caluus nequam, ego probus. Hanc appellauerunt συναπτὸν: id est occursionem. cùm enim videretur oratio processura: quasi cõsistere eam fecimus, atque occurrimus, à fine incipientes. Quod si positis fiat ordine, quo cœptũ est, retributio, Zeugma dixerunt, id est coniunctionem: veluti si sic dicas: Cæsar, & Caluus eadem in vrbe agũt: Cæsar Philosophus, Caluus Asinarius. Coniunxisti cum Cæsare Philosophiam, cum Caluo fœtorem. Iugationem hanc nomino, vtriusque exemplum dabo ex diuino Poeta. Occursionis illud,

Vos etiam gemini Rutilis cecidistis in aruis
Daucia Laride, Thymberque simillima proles
Indiscreta suis, gratúsque parentibus error.
At nunc dira dedit vobis discrimina Pallas.
Nam tibi Thymbre caput Euandri abstulit ensis:
Te decisa suum Laride dextera quærit. Priorem posuerat Laridem, posteriorem nominat. Alterum exemplum in Bucolicis, (vnum,

Compulerantque greges Corydon, & Thyrsis in vnum
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.

Iugationis autem decorem auxit in eodem libro, geminatione,

Non me carminibus vincat, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. (adsit,

Nam & matrem reddidit secundo versu Orpheo, in tertio matris nomen, Lino patrem in secundo, patris nomen in tertio. Quod verò in vndecimo legitur,

Munera portantes, eboríque, auríque talenta:

Quidam à vulgata expositione ad hãsce figuras traducere voluerunt. Vulgata sanè lectio est hæc. *Munera portantes.* quænam? talenta auri, & eboris, & sellam, & sceptrum. Illi autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

malunt sic: *Munera portantes aurique eboris-que talenta: Et sedem*. id est, auri talenta, & eboris sellam. Iccirco transpositæ voces. Verùm vt sit, quod volunt, nulla transpositione opus est. Erit enim ἀπὸ κοινοῦ. Cæterùm quū etiam tertium sit munus, Trabea: non placet ista κακοστομία. præsertim Latini orationem oportuit esse peripicuā. tum autē minus cōuenit loquutio, sellam eboris, talenta auri. Postremò etiam nunc, vt olim, tum ebur, tum ebenum pondo æstimabatur. Quòd verò non sit opus transpositione, etiam ex Hermogene manifestum est: qui nostrā ἀπὸ κοινοῦ vocat χιασμὸν: propterea quòd cùm primo quartum, tecūdo tertiū redditur, excitatur forma decussationis ad hunc modum,

Eboris — Auri
Talenta — Sellam

QVÆ EX QVANTITATE.

Πέσσον. Caput. xxxix.

Pæsson, siue πεσσοῦσα, Latinè Exæquatio. quoties totidem vocibus, iisque æqualibus complentur partes orationis. Haud sanè magna virtus: aliquādo etiam vitium. Isocrates & Gorgias in hac multus. de Homeri versu diximus. In Elegis sæpe inueniūtur membra paria. vt in illo, quem adducebamus, *Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua*. Accurati quoq; in altero, cui imaginē expressit vir bonus, *Semideūmque virum, semiviriumque deum*.

Συνθετον, Τμῆμα. Caput. xl.

Patitur quantitas vel cum ex duobus verbis vnum conflatur: qualia multa dithyrambica. Compositio appellatur hæc, non minus figura, quàm cæteræ. Est enim dictionis facies præter morem vulgi. *Antemalorum. Semperflorentis*, apud Lucretium. Contraria huic, sectio: τμῆμα Græci nominant, *Quæ me cunque vocant terræ*: nam vulgo dicimus: Quæcunque.

QVÆ EX QVALITATE.

Ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον. Caput xli.

Latini duas Græcorū figuras ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον ita sunt interpretati, Similiter cadens, Similiter desinens. Verùm neque Græcorum admiror supernacuam sedulitatē: neq; Latinorū probo securitatē. Græci sanè cùm haberent excogitatam vocem ὁμοιοτέλευτον: cuius finis in pluribus membris eundem sonum ederet: quid noui in eo, quod ὁμοιόπτωτον nominant, quæsiuere? nonne est in hoc ὁμοιοτέλευτον? Idem nánque est in dictione & πτῶσις, & τελευτή. Quòd si πτῶσιν aliud intellexere: id scilicet, quod nominum tantùm esset, atque participiorum proprium: sanè aliarum quoque partium nomen certum ad illarum desinentiam inuentum oportuit. Igitur in verbis ὁμοιόχρονον statuēdum: In aduerbiis verò quid? etiam personæ & numeri non negligendi. ὁμοιοτέλευτον enim dicūt illud: ἐγὼ τάδ' εἶπε κοὐκέτ' ἔστιν, ἐγὼ δ' ἀδύνων ἀπέστην. hoc autem ὁμοιόπτωτον: ὦ παῖ τῶν πολιτῶν ἀρχηγέτα, ἐγὼ παίτων ἀνθρώπων δυσμορώτατε. Quòd si iccirco fecerunt, quia aliud sit desinere eodē sono, aliud eodem casu: quia non semper iisdem casibus idem sonus sit, iam illa non erit figura. Exempli gratia *Δεινὸς πρὸ λόγου, καὶ ἀγαθὸς τὰ πολιτικά* quāobrem ne Latini quidē, vti dicebamus, rectē. Vox enim illa, similiter cadēs, neutiquam nominū tantùm desinentiam significat. Æquè enim cadere dicem⁹ Latinè, Fugit, & dicit: hodie, & postridie. quare vna tantū nobis esto figura, ὁμοιοτέλευτον omnem comprehēdens desinentiam. cuius exempla frequentia apud Poetā: verùm vnius tātùm modi. videlicet in participio actiuo, cóque casu quarto tātùm. in eodem versu, *Tollentémq; minas, & sibila colla tumentem*. In pluribus, *Sed neque currentem, neque se cognoscit euntem, Tollentémue manu saxúmq; immane mouentem*. Alia ὁμοιόπτωτον, & τὰ rariora: vt in xi, *Ad terram misere, aut ignibus ægra dedere*. &, *Vincla recusantum & sera sub nocte rudentum*. Stultè verò irridet in Thucydide ὁμοιόπτωτον Dionys. Halicarnasseus: haud enim ferè quisquam est vel Oratorū, vel Historicorum, vel Poetarum, apud quem non inueniās. Quin ipse quoque Demosthenes cùm alibi, tū hisce verbis non esse vituperandū demonstrauit: τῷ τε πόλει βουλεῦσαι σύμφορα δεῖν, καὶ δίκαια καθ' ἑαυτὸν λαβεῖν: τοῦτο κἀγὼ πᾶσι μάρτυρα παρέξομαι τοῦτον. Quid Aristoteles? cuius orationis castitatem potius quàm licentiā carpis. omitto proœmiū in Rhetoricis ad Alexandrum: at in iii. de Anima, de πάθειαν, & ὁμοιοτέλευτον edidit. ἀκολουθεῖ δ' ὅπως σημαίνει τι ἑκάτερον· Γλαῦκον δ' ὅπως σημαίνει τι ἑτέρου. In libro verò De sensu & sensili adeò probauit, vt non solùm eandem desinentiam, sed in eodem casu idē nomen reposuerit. εἰ μὲν τελευτῶν εἰς τὰ αὐτὰ ἑκατέρους, οὐδὲν ἐν τῷ αὐτῷ φύσεως ἄρχοντα αὐτὰ ἑκατέρου. sic & in eodem, εἰ οὖν μὴ ἐκεῖνα καλῶς, μηδ' αὖτα καλῶς. Cæterùm est & alius modus eius similitudinis, quæ est in sono. non enim est in diuersis mēbris orationis, sed in fine eiusdē membri, quū syllaba vel dictio syllabæ vel dictionis antecedentis, eundē sonum reddit. neque verò in fine solùm, sed etiam in quacunque parte. Quod quū quasi vitiū obiiceret Erasmus Ciceroni, meritus est vt à nobis in priore aduersus eum oratione doceretur. Ibi igitur & Terētii dixisse sese, & Horatii pares res, & Homeri ἰσόθεον δῖον, affirmabamus: quib⁹ Ciceronis Fortunatā natā toleraremus. & nunc ex Aristotele addimus φιλοπτικὸν ὄν, sdque non semel. & ex Thucydide, σαφῆ μία ταῖς, quorum authoritate figura illa commendari possit.

INTERROGATIO, PERcontatio. Caput xlii.

Quærebamus, essétne figura Interrogatio. quibusdā enim non videtur. ac ne nobis quidē, si eius natura cō sideretur. Nemo enim non etiā fine

rte arte interrogat. at omnis figura ab arte. Non igitur natura sua figura est, sed vsu. quædam enim rectā oratione quæ dici solent, si flectantur ad interrogationem, figuram committent: quēadmodū & exclamatio. quod igitur ad genus, ex iis quę suprà posita sunt, referetur? Ad genus id, quod adiungit diuersam vocem. Esto enim oratio hæc, *- ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere*. addita negatione, *Nonne ego?* efficitur interrogatio. Sēper autem exercetur affectibus, admiratione,

Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras
Atque superba pati fastidia? Indignatione,
-& quisquam numen Iunonis adoret? Desperatione, *Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?* Aliquando ad scisciteandum, *Quone teneris iter?* cuiusmodi maxima pars est. Interrogatio enim est à dubitatione: nemo enim quod aut habet aut scit (scire enim habere quoddam est) rogat: nisi per simulationem, aut quū quod scimus, ab aliis vel negatur vel dissimulatur,

Nonne ego sum magni Therami dæ filius Alcon?

Interrogationem à percontatione qui distinguunt, subtilitati student. Interrogatio enim genus est: Percōtatio species. Percontatio illa est,

Sed vos, qui tandem, quibus aut venistis ab oris?

quū petimus quod nescimus, aut fingimus nescire. Interrogatio verò & hæc & alia, etiā quū scimus: sed interrogamus, vt à negante exprimamus confessionem,

Nósne tibi Phrygiæ fluxas res vertere fundo
Conamur? Etiā alio modo, quum quærimus causam quam tamen reddi nolumus:
-quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?

Interrogatio, ἐρώτησις, Percontatio, ἐξέτασις, Exquisitio.

FIGVRARVM VSVS.

Caput xliii.

Quid esset figura, quótque earum genera possent statui: itémque generū species, quoad fieri potuit, breuiter dictum est. nunc quæ cuique generi dicendi conueniat, declarandum. Quanquam igitur ex ipsis exemplis, vnde sumpta sunt, intelligere potes quibus quæq; formis aptari queāt: tamen strictim de his aliquid dicendū est. Figuras omnes infimus Character admittere solitus est. non omnes sublimis. aut verecundè, veluti μεγεθοποιίαν. semel enim & parcè,

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges. Sic neque πάθειαν, neque inuersionem, neque αὐτοπαθολογίαν, neque ἀπὸ κοινοῦ. Hæ nánque Epigrammati, & Satyro ac humilibus Scenis sunt familiares. Altiloqui autem maximè peculiaris Periphrasis, & Metonymia, & μεταβολή: cæteræ omnes, vt res tulit. Mediocris autem Character, quòd ad figuras attinet, ad Magniloquum frequentius ac propius accedit, quemadmodum & numeris: de quibus iam scribendum est.

NVMERVS. Caput xliiii.

Ἀριθμὸς, sicut alibi quoque declaratum est, id significat quod designat discretam quantitatem. Numerum Latini dixerūt à distributione: hoc est enim τὸ νέμειν, vnde & νόμος. Huic Numero Musicus quū addidit sonū: suū fecit, atq; ῥυθμὸν appellauit. Maiores nostri, qui in armis nati, serò Græcas artes excoluere, quum aliam eō modiorem non inuenirent, communi cū priori voce appellauere. tum postea translatum ad Poesim, sic definiemus: Numerus est concinnitas orationis, apta rei quæ significatur. Intelligo rem, aut quæ est, aut quæ esse fingitur. Nam Poeta ex persona sua ita loquetur, vt est: vbi verò duas introducet inter se altercantes, non necessariò dabit orationem secundum rem: sed ex animo loquentis. Magna erat res, *Nuncius a Ioue*: paruam eam facit Dido. iccirco vtitur humili oratione, *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat*. nam & dactylis vsa est, & vocalibus exilibus. Quin ne ex Poetæ quidem persona: sed ex stili natura. Tenues enim res grandiore oratione describet altiloquus: vt in mediocri fecit Poeta. Quum *apum gentem* dixit: & *sub mœnibus vrbis aquantur: & paruosque Quirites*. In septimo verò diuini operis, vide quibus verbis humilem pingat comparationem, *- magno veluti quum flamma sonore Virgea suggeritur costis undantis aheni*. Oritur autem ex partium quantitate, qualitate, dispositione. Quātitas duplex, in corpore & in tempore. Corpus appello, dictionis extensionem: Tempus, tractum pronunciationis. Qualitas in tenore & in sono. Tenorem intelligo elationem vocis, aut depressionē. Sonum, aeris verberationem qualemcunque. Concinnitatē, quemadmodū alibi dicebamus, non à cinno, sed à canendo nūc ducimus. adeò vt quod ambigua voce dixerunt Numerū veteres (nobis liceat) Canorem appellemus. Quid ni? veluti à rubendo rubor, à sapiendo sapor, ab ardendo ardor, à sudando sudor: sic à canendo canor. Est quippe Numerus in oratione cōcentus quidā. Dispositio cōprehendit locū, sitū, ordinē: de quibus omnibus iā dicendū est.

EX DICTIONVM Quantitate. Caput xlv.

Numerum efficit Quantitas duplex, continua & discreta: Continua, quū dictio prolixa spiritū exhaurit. hic totum solidum est. Discreta, quum solidorum breuitatem compensat frequentia interuallorum. exempli gratia,

Nimborum dominum tempestatúmque potentem.

Hic sunt verba quatuor, quæ Solida appello. quatuor, inquam, si Donato credimus, qui encliticas particulas vnam esse facit dictionem cum antecedente. sic enim apud Terentium in Adelphis ait esse vocem illā, *Immisericorditerq;*, octo syllabarū. quatuor ergo hoc in versu ple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na sunt, tria vacua, quæ διαστήματα, siue interual A la voco. sic enim & Musici. Vnũquodque continuum discernatur siue discriminetur in minutiores voces, tũc interualla defectui tractuũ pro supplemento erunt: exempli gratia, *Imperat & nimbis & densis turbinis auris.* Totidem in vtroque syllabæ, in hoc plura interualla, quæ plenitudinem explent superioris. eodẽ modo numerorum auspicia Pythagoras ex fabrilium malleorum ictibus deprehendisse. nec id ignorauit Virgilius: quid enim antiquitatis ignorauit ille? Sed pudenter, vt semper, adũbrauit illo adverbio, Innumerum: VIII. libr. diuini operis, *Illi inter sese multa vi brachia tollunt Innumerum.* i. per vices non sine ordine. Quod Callimachus quoque dixit in Dianæ hymno, ἀμβολαδὶς πεπονῆσθαι. quare numerus non solùm consistet in pl[illegible]is, sed etiam cõflabitur è vacuis. Operosius enim dicitur in hoc carmine, *multa vi*, quàm si dixisset, *mutantes*, vno verbo. Vtriusq; igitur legis tam pleni quàm vacui obseruationes ab exemplis petendæ sunt.

PLENI, ET VACVI obseruationes. CAPVT XLVI.

PLenitudinem non vna ratione fieri animaduerto, vel quum verborũ tractus longi sunt, vt *Tempestatum, contemplator, armentarius, lamentabile, illacrabile, irremeabilis, intractabile, ignipotens, æripedem, componere, conticuere, saturnia, versicoloribus, Ionio, circumspexit, pernicibus, inexorabile, Phlegethontis, propugnacula, antemalorum, centumgeminus, tricorporis,* & alia eiusmodi, quorũ tractus rei ipsius, cuius notæ sunt, aut dilationem, C aut difficultatem, aut moram, aut vim pingũt. hæc est prima pleni ratio. Altera quum verba carpuntur à verbis, vt ex ipsis partibus pes fiat. cuiusmodi versus ille est in XI,

Extulerat lucem, referens opera atque labores. & *Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.* & *Romanoq; foro & lautis mugire carinis.* Vacui autem lex obseruatur, aut ex natura ipsius, aut ex frequentia & raritate. Naturam intelligo formam modúmue, quo verbum à verbo absistit. veluti differt interuallum horum duorum, *qui primus*, ab interuallo illorum duorum, *Littora multum.* Itaq; aut vocalis excipit vocalẽ, vt *Insulæ Ionio.* aut consonans consonantem, vt *sub pectore.* aut consonantem vocalis, *Ibant obscuri.* aut è cõtrario, consonans vocalẽ, *numine læso.* quorũ omniũ multa variáq; ad constituendũ numerũ vis est. Quinetiam ipsa vacua modo alio considerantur: non quo pedẽ, sed quo verbum claudunt. quorum frequentia interuallorum hoc in genere affectum auget in sententia. Nánque vt plus soni reddit tractus prolixioris, ita plus exhauritur spiritꝰ in vocis resumptione. ergo interdum prætulit Poeta cõpositum simplici, vt rei tractum vocis prolixitate referret. interdum minutioribus conferit versum vocibus. Exemplum prioris consilii, *-lato quam circumamplectitur auro.* non, circumplectitur. Hoc enim est illo simplicius. neque veritus est elisionem, sed potius affectauit ob sonum. In illa igitur mora (auditur enim aliquid, quo intelligimus ibi fuisse illam prępositionẽ, sicut scripsit Quintilianus) designatur ambitus illius amplexionis. sic & attollere potius quàm tollere,

Hortor amare focos arcemque attollere tectis.

Opera enim multa eget arcis ædificatio. Iccirco plus etiã operæ positum est in *Attollere* quàm in tollere posuisset. De his autem etiã inter Soni obseruationes dictum est. Breuiorum autem verborum laus atque vtilitas ad comparandam maiestatẽ vel ex vno illo versu constare potest, B & illo,

Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

Cum quibus si comparentur ii qui ex prolixis constituuntur, facilè intelligentur vtrum genus ad altiloquam dicendi formam sit accommodatius,

Iasius Imbracides Icetaoniusq; Thymætes. & Phyllirides Chiron Amithaoniusq; Melampus. Ledæam Hermionem Lacedæmoniosq; Hymenæos.

Cęterùm vocabulorum breuitate etiam ad celeritatem vtimur. dum molitur consilium, miscuit prolixiora. dum exequitur, expedit minutioribus verbis,

Ergo age chare pater cervici imponere nostræ: Ipse subibo humeris: nec me labor iste gravabit. Quo res cunq; cadent, vnum & cõmune periclum, Vna salus ambobus erit: mihi paruus Iulus Sit comes, & longè servet vestigia coniunx. Sic mox, *Tu genitor cape sacra manu.* Cõtinua porrò bissyllaba, *-dextræ se paruus Iulus Implicuit.* Verbum hoc lõgius implicationẽ designat ipsam, *Ponè subit coniunx*: expedita.

Adhuc verò expeditiora,

Et me quem dudum non vlla iniecta mouebant Tela, neque aduerso glomerati ex agmine Graii, Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis.

Nec minore arte, *-subitò quum creber ad aures Visus adesse pedum sonitus.* & *Vlicet ignis edax summa ad fastigia vento Voluitur.* Tum subiecit verbum *exuperans*, D alia, propterea quod flamma quoque exuperabat, *Exuperant flammæ, furit æstus ad auras.* Quid illis verbis celerius?

Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Aut illis?

Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras.

Quid illis lentius atque adhærescens magis?

Ante & Trinacria tentandus remus in vnda.

Cunctabundus rem quam exhorrescebat Æneas, dicit illo versu,

Nec tu mensarum morsus horresce futuros.

Vbi quum hactenus de mole ac corpore dictionum præceptum est: obseruetur etiam temporis tractus, quod erat secundum membrum quantitatis. Spondęis enim vtitur in ipsis commorationibus: Dactylis autem in expeditionibus. nam quod professi sunt, Trochæos seruorum diligentiæ conuenire in Scenis, satis est in Epinomide à nobis refutatum. Id quod ex Tragicorum quoque iudicio clarius constat: qui choros suos etiam in stataria materia è puris Trochæis sæpenumero edidere. Poeta igitur quum Æneam à Troianis oris in Italiam deduceret, dactylis vsus est: iter enim facit. quum verò ipso in itinere multis cunctabundum iactationibus canit, detinet spondæis:

Arma virúmque cano, Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus Lauinaq; venit Littora. Hactenus processus. nunc obiectio impedimentorum: *-multum ille & terris iactatus & alto.* Sic discessum recentem Troianorum, qui penè etiam in ipso essent conspectu,

Vix è conspectu Siculæ telluris. Cunctatur enim oratio, & in spondæo & in monosyllabis. sanè vix illud fit. Audis etiam in illo id quod in re atque opere est,

Et leues ocreas lento ducunt argento.

Motus igitur ipsos, ac motuum variationem pingit. nam ob pondus subsistit: deinde impe- C tum dat, quum dicit,

-versant que tenaci forcipe ferrum. Talis vis est in ipso dactylo, vt post collectas vires faciat impressionem. Id quod subiicitur oculis, non solùm auribus in verbo *Impulit, impetus, incita, obuius, igneus.* Contrà, Anapęstus aptior ad luctam. Mouetur enim celeritate sua in hostem: deinde conferto prælio perstat. Neque verò temerè proceleumaticus admissus est ab eodem. Nonne vides ictuum crebritatem atque celeritatem? *-labat ariete crebro Ianua.* Item aliam celeritatem,

Hærent parietibus scalæ. Sunt etenim verba quædam quæ secum connatos habent pedes ad eas quantitates quæ sunt in re manifestæ: vt Statim, Citó. nam & curta sunt ipsa tota, & earum partes minimum habent temporis. Illico etiam, & Protinus, & Ocyus, cum promisso motu præ se ferunt per initia moram quandam: qua continuatio fiat cum superioribus: sic Velociter & Perniciter, primarum syllabarum tractum totidem celeribus rependunt. Celeriter, longè fidelius. nam tametsi multimembris est D vox, persoluit tamen quam debet in significato celeritatem. Non sic in *extemplò*, & in *actutum*: in *continuò* mediocrius. Ne adducaris in eam sententiam, quæ censet nomina verbáque naturalia esse, sicut est res. Quod quum Plato senserit à Pythagoricis, repudiauerit Aristoteles: huius odio potius, quàm quod quæ dicebat intelligeret, Erasmus, vt alia multa, stolidissimè profiteri ausus est. Cæterùm & in libris περὶ ἐμμελείας, & in nostris De causis, acutissimè contra eos est disputatum. Nec minus hoc loco illorum vel tarditas, vel pertinacia, vel impudentia deprehendi potest, quum & longæ & breues dictiones sint notæ celeritatis, vt, citus, celer, velox, pernix, quæ tibi eligendæ erunt.

Ad vtramque verò consequendam quantitatem aliquando additur, vt dicebamus: interdum eximitur elementum. Certè in hac dictione, *Compositus*, motus est: quare Poeta cùm quietem demonstrare vellet: elisit vnam è vocalibus, quæ motoriam vocem faciebat, atque vt esset stataria, effecit,

Nunc placida compostus pace quiescit. Poterat enim sine carminis iactura sic, *compositus placida nũc pace quiescit.* Sic propiꝰ accedit: *accestis*, quàm accessistis. Potuit enim, *vitastis*: aut tale quid. Et celerius est: *iusso*: quàm iussero. Et in: *extinxti*: est extinctio quædam decurtata voce. Sed de quãtitate satis dictum est. horum enim vestigiis cętera omnia poteris indagare: nunc ad qualitatẽ ipsam transeamus.

EX DICTIONVM QVALITATE. CAPVT XLVII.

ATC quantitas quidem ad materiæ rationẽ propiꝰ accedere videtur. qualitas formæ naturam magis sapit. videtur enim Numeri anima, sonus: Corpus autem, dictio. Est autem sonus, quemadmodũ dicebamus, duplex. Alter sanè qualiscunque vel in vocalibus, vel in consonantibus, vel singulis, vel cohærentibus, vel coniunctis, vel commistis. Alter est soni potius modus, de quo in libris de causis acutissimè disputatũ est. Accentum dixere veteres soni moderationem in tollenda, premendáque voce. ita enim loquebãtur, vt canere viderẽtur. id quod multis etiámnum peculiare nationibus est. Taurini Ligures soli Italorum accinunt loquutionibus. In Gallia Aruerni. Non temerè factum puto, quod ab iis, qui Latinè loquuntur, desitum sit. Quid enim risum maiorem mouere queat, quàm si ita pronuncies.



Quod quoniam à nullo accepimus præceptore: voluimus hîc explicari, ne alios quoque vel lateret, vel falleret: ficuti diu nos quoq; fefellit. Cæterùm, cùm tenorẽ (is enim tenor est) à quantitate non distinguant: atque barbarè penè omnia pronuntient: omnia enim producunt Itali: omnia corripiunt ita Vascones, vt deuorare videãtur: quibus temporibus quoque antiqui pronuntiarent, pictum dedimus,



Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cùm igitur huiusmodi qualitas iam vsu abolita sit: ad aliam, quæ luculentissimam constituit speciem orationis transeundum est. Eam sic agnoscebamus, in vocalibus, in consonantibus, singulis, cohærentibus, coniunctis, commissis.

A Igitur Vocales grandisonæ sunt, A, & O. Obscurum, V. obscurius Y. Exile I. Mediocre, E. In A, latitudo. In I, longitudo. In E, profunditas. In O, coartatio. In V, & Y, natura quædam affinis ipsi I. In verbo igitur, *cano*, vtraque illustris: plus enim ibi audis, quàm si dicas: Canus. Sic, *alto*, quàm Altus: *Lato*, quàm Latus: aut, Canis, Latis, Altis: Mediocrem autem aut fusum sonum in, Cane, Late, Alte. I, multum potest ad animi suspensionem, quæ in Voto, in Religione: præsertim cùm producitur: vt dii: etiam cùm corripitur: Pii. Et ad tractum omnem denique designãdum, Litora, Lites, Lituus, It, Ira, Mitis, Dines, Ciere, Dicere, Diripiũt. Status enim in principio, motus deinde. Hæ per se singulæ vocales. Cohærentes autem similibus similes augent sonum. Græci geminant A, & O, λααῶν, βοῶσιν. Latini O. Coorta, Coopertum, Cohortatus. Item aliis, in quibus eiusdem efficaciæ sonus exultat. Deæ, Deprehendo, Vehemens, Deero, Deerro. Dii, Pii, It: nõ sine manifestissima spiritus profectione. Lituus, non sine soni, quem significat, similitudine. Ex vocalium commistione diphtongi fiunt. quorum sonus cùm & desierit, & si restituatur, distortus sit: in eorũ præceptionibus non laborabo. Non coniunguntur autẽ vocales, quemadmodum consonantes in eadem
C syllaba nisi commistione, vt diximus: aut mutatione: quod facit I, & V. de quibus alibi. Exempla verò aliquot huc adducenda sunt. Granditatis illa: *Arma virumq; cano.* Missa illa. In itinere quod appetit: *Italiam*. Necessitas itineris in vasta voce, *Fato*. Vastitas in vasta voce, *Vastos volumt*. obscurum in ipsa voce hoc significante. Quid enim illis obscurius? *Ibant obscuri. Inuadunt vrbem. Tuq; inuade viam*. Illa verò proposita, explicata, diffusa, quæ egent consultatione,

Consulere atq; omnes metuentem exponere casus.

Est enim decies, E, positum. sic,

D *Et petiêre sibi, & voluere adiungere gentes.*

Manifesta verò dat exempla humilitatis, & grandiloquentiæ initio diuini operis. Tenuissimum enim,

Ille ego qui. Deinde cùm dicit: *& egressus syluis vicina*. latiore sono vtitur, atque sanè egreditur, ac vestigia ponit in grandiore.

Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis. tandem persistit,
At nunc horrentia Martis, Arma cano.

Sic, *olli*, potius, quàm illi. *Coorta, Collucent, Apparent, Illætabile murmur*. Sanè obscurum. Etiam illud,

Crisaq; tegit galea aurea rubra.

Quod potuit, *crista rubra*. At Seruius ausus est recensere inter pessimos versus. Similis ille,

Cui triplici crinita iuba galea alta chimæram
Sustinet. Tantum interest inter Grammaticum & Poetam. Eiusdem maiestatis: *Verbena temporavincti*, non, verbenis. & *Latera ardua iunxit. &, capita alta ferentes. &,*
Accipite Æneam, & tandem arcete periclis.
Exemplum de O.
Ionio in magno. Neptuno Ægæo. Inoo Melicerta. Apud Senecam, *Arctoo gelu, Bootes, Oriona*. Apud Catullum, *Oarion*,

Hiatus autem sæpe quæsitus,

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
Sub Ilio alto, præsertim cùm repræsentandus est, vel conatus, vel difficultas. Ter sunt conati
B *imponere Pelion Ossæ*. Equidem etiam alio auxissem *Pelio Ossam*. Sicut & illud Ouidianum,
Iactari quos cernis in Ionio immenso:
Fecissem, *Quos cernis iactari in Ionio*. Admirantis superciliosus hiatus ibi:
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error!
Aliquando variationis, ac decoris tantùm gratia, *Dardanio Anchisæ. Neptuno Ægæo*.

Consonantibus autem sonus vt non integer sine vocalibus, ita cum ipsis talis, vt eas faciat plentiores. Inter quarum naturam natura media est ipsius aspirationis. Cuius pronuntiationem tametsi viro graui indignam semper existimaui: est enim corui gutture canere: & quasi vomere videntur, qui ita loquuntur: tamen quia veteres eam admisere: vsus priscus tenuit, nou' recuperauit. de ea tantùm dicemus: multum possе in animi affectibus. Quare Interiectionibus addita est. Adiuuat rem sanè. *Paucis turbatus vocibus hisco. clamor frustratur hiantes*: Ahena. quod cùm sine aspiratione scriptum esset in Codice Virgiliano, superinductam noua manu vidisse se scribit Gellius.

In Consonantibus est, Sonus, & Spiritus. Spiritus continet stridorem: sonus, vibrationẽ, asperitatem, tinnitum, mugitum. Spirituosum F, tãtum abest vt, quemadmodum dixere, sit muta. per se enim flatũ habet. magis etiámnum S. Stridor in, Z. Vibratio & asperitas in R. Tinnitus in N, & L. Obscuræ pressíque soni, B, P, T, C, G. paulò hilarior, D. Arabes verò ipsum etiã aspirant. Contrà, Galli in fine attenuant ac pro T, pronunciãt. M, seipsum, quid velit, prodit. est igitur F, affine adeo aspirationi, vt Fistula, & Fiscus, ab hiatu deducta sint. Neque abest ab ea vi digãma Æolicũ. Quare, & in voce hac, Flatus, spiritus est ex ore exiens: & in Fluo, ac Fluctus, additum est robur aspirationis: cùm esset, Pluo, Græcum vetus: quod addita consonante, πλύω, dicunt. Est enim &, Flatus, Græcum æquè, φλαῦ & πφλάζειν. Ritè igitur rem ipsam pinxit Poeta cùm dicebat,

Ferunt sua flamina classem. &, freta feruida. &, fracta

fracta remurmurat vnda. &, fractasq; ferunt ad littora voces. Eadem proportione digamma Æolicum, *-vastos voluunt ad littora fluctus*. S, autem sibilum edidit clariorem: *-sale saxa sonabant*. vtrunque coniunxit in ventis, *-loca fœta furentibus austris*. poterat enim dicere, Plena: sed quæsiuit F. Stridorem in Z, etiam Quintilianus notauit, apud Græcos quærenda: nam Latini cum ea suam vocem habent nullam. Asperitas in R, repræsentatur ex ipsa voce statim, præsertim quũ gemina tur. solum,

Asper acerba tuens. Geminatum,

-Studijsq; asperrima belli. -acerrimus armis. -miserrima Dido. Ære, fertum, robur, fortis, rũpo: sunt tamen, quemadmodum dicebamus, etiam voces aliæ mollissimæ per eam literam demonstratæ. Quid enim lenius Risu? quid æquabilius Ratione? quid minus aspernabile quàm B Res? Illa autem meritò: Ira, rictus, ringor, horreo, terreo, & eiusmodi. Festiuissimo verò Epigrãmate ciuis noster Nicolaus Arci comes perstrinxit Quintianum. is enim heroicam literam vocabat R. quare ea differciebat versus suos. Ille igitur post aliquot versus Quintianicos plenissimos illius elementi, tandem,

Quintianus. *Errat siquid vult dicere Quintianus*. Audis autem in *Ætna ruinam, Eruigit eructans*. Sibilum ibi, *cum sonitu*: Flatum ibi, *-fundoq; exæstuat*. N, tremula est litera: ne pronunties more nostrorũ popularium, ex quorum prolatione minimè agnoscas eiusmodi elementum, quum est in fine dictionis. Illius concinitatem audis in hac ipsa voce, Concinitas. teneritudinẽ in Tenero: & in Flamina, leuamen. est tinnitus in Nomen. Mollior L, quod & audis in ipso Molli. Semper quæritur in facilitate & volubilitate: quarũ vtranque audis in vtraque harum vocum. Itaque locum abhorrentem à Tartaro rectissimè illis verbis indicauit, *Concilia Elisumq; colo*. Illud verò mollissimum, quod etiam à Quintiliano animaduersum est,

Mollia luteola pingit vacinia caltha.

Vdum carmen Vdũ ipsum carmen est, ex ea litera quam vdam & liquidam appellarunt. Non ineptè illam in lingua ad palatum expressit Persius,

Phyllidas, Hypsipylas, vatum & plorabile fiquid
Eliquat, & tenero supplantat verba palato.

Talia sunt, Illætabile, lamentabile, vlulare, *-vocemq; per ampla volutant Atria*. Vtranque miscuit, & asperam & mollem liquidam in motu & ruina. *-ruere omnia visa repente, Liminaq; laurusq;*. M, sicuti dicebamus, quem ad vsum eligendum sit, ipsummet ostendit. sonum enim & crassum & plenum edit: quem non est oblitus Poeta, *Immugit Ætna cauernis. Mussant patres*. & ibi maximè, *Muta metu primo*. B, C, G, P, haud valde mutant orationem sola: coniuncta verò multùm, vt videbimus. D, aliquid vult: etenim audio nonnihil in Deorum, dii, dea. Aliter enim afficit me illud, *Nate dea*, quàm *Nate meæ*
A *vires*. & Dominus quàm Cominus. P, tamen quandam quærit firmitatem. Agnosco enim in Piget, pudet, pœnitet, pax, pugna, pes, paruus, pono, pauor, piger, aliquam fictionem. *Parce metu*, constantiam quandam insinuat. & Pastor, plenius quàm Castor. sic Plenum ipsum, & Purũ, Posco, & alia eiusmodi. T, verò plurimùm sese ostentat. Est enim litera sonitus explicatrix: sit nánque sonus aut per S, aut per R, aut per T. Tuba, tonitru, tundo: sed in fine, tametsi maximam verborum claudit apud Latinos partem: tamen in iis quæ sonum afferunt, affert ipsum quoque soni non minus. Rupit, enim plus rumpit, quam Rumpo.

Atque hæc quidem natura vsúsque consonantium est singularium: quæ quum inter se cohærent, aut coniunguntur, aut commiscentur, rem ipsam longè faciunt expressiorem. Cohærent igitur aut eędem, aut diuersæ: ae geminantur quidem in eodem verbo, vt Flamma. In diuersis autem non cohærent per geminationem, sed dicuntur subire. Neque tantum edunt soni, vt, *Ore reiectantem, missosque in sanguine, &c.* Cohęrent autem diuersæ, quum in diuersis syllabis aliam alia subit: vt *Italiam fato*. & in eadem voce, Imber. Coniunguntur autem quum in eadem syllaba sunt: vt Crepo, clamor, scopulus, statio, sponte, Mnasylus, macto, apto, & eiusmodi. Quarum coniugationes efficaciores sunt, CT, & TR, & SC. In cohæsione autem
C R, præcedens C, multum edit soni: Parco, arcus, Orcus: maiorem quum antecedit T, Artus, partus, Martis. Ante P, non frequenter inuenias, Arpi, Harpyiæ. Ante B, sæpius: & validum sonat: Vrbem, orbem, absorbet. Ante V, consonantem nobilis est, Curuus. Ante M, valida est: Arma, firmus. Ante alias non tantùm valet. Arbor, arduus. M, & N, ante B, Vmbo: P, Impia: F, Infandum: D, Vnda: T, Pontus, plenissimæ sunt. præsertim quum verbum claudunt: Terrent, ducunt. Ante G, maximi soni sunt, Plangunt. Ante C, non tanti, Anchora. L, ante M. mollis, Alma, palma. ante T. plenior, Alta, caltha. qui sonus non displicuit summo Poetæ, *Alta mente. Ilio alto. Domus alta. Decora alta. Mœnibus altis. Alta tellure. Alta nubila. Altum mare.*
D G, ante M, concinnum, Agmen, fragmine. Cætera siqua sunt, per te considerabis: vt B, ante N, Obnixus: multum moræ trahit, & vim notat. Quare vides exempla varia ipsius Poetæ, Incendit, Ineensa. Humentem, non Humidam: Intentant, non Intendunt: Prensant, non Prendunt. Coniunctarum autem soni molles, CL, Vinclis: PL, Placidus. FL, propter F, plusculum requirit, Flatus, Fluctus, Fletus. GL, est vt CL. F, cum R, acrior, Fremitus, fragor, frigus. MN, mollis coniugatio, Omnis. ST, figit ac cohibet, Stare. Itaque ST, apud Comicos Plautum & Terentium silentii nota est. Stupor quoque satis id ostendit, & Stipes. præ-

t.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sertim quū subnectitur R. Equestris: *Strata viarum*, stragula, astra, transtra. Tres iugationes, quas suprà statuebamus, ponendæ sunt in exemplis. TR, violentiam: traho, contra, trans: præsertim si N, antecedat: Antrum. tanto magis si sit sibilus, Transtrum. Castra quoque eiusdem erit observationis. CT, penitus sonum ponit ante oculos, Macto, ictus, flictus. haud lōgè ab ea, PT, Aptum, captum. Cæterùm SC, valde expetita est à diuino Poeta, Coruscus, Hethrusci, crebresco, madescunt, patescit, filescit, rubescebat, compescere, poscūt, albescere, miserescite, elarescūt, tremisco, crudescere, euanescere, & si qua alia. Commiscentur apud Græcos consonātes tres, C, P, T, aliquando cum aspiratione, aliquando cum sibilo. Apud Latinos F, officium facit ipsius P aspirati: cuius vices gerit. de qua diximus suis. Cum sibilo vnam tātùm coniunximus, C: ex quibus facta est nostra duplex, X. Cum P, noluimus. cum T, neque nos omnino, neque illi penitus: sed eius loco D, posuerunt: vnde Z, conflata fit, vt sit SD. cuius qui probarunt duplicationem, vt ita scriberent, Mezentius: sanè nusquam fuerunt Grammaticiores, id est ineptiores. Verùm de hoc in Exercitationibus nostris. Ipsum ergo. X, multum ponit moræ, tum propter duplicitatem, tum propter naturam tum C, tum S. Igitur vixi, & vixet: & dixit, & tinxit, multum attollunt orationem. Monosyllabum quoque ipsum, Vix, admodum firmum est, *Vix è conspectu. Sidonia vix vrbe reuelli. Vix Tityre duco. Vix illam Phegeus Sagarisq; ferebant.* Hæ atque similes sunt consonantium coniunctiones: quæ pro suis qualitatibus si affines sibi vocales nactæ sint, non est dubitandum quin admirabilem efficiant orationem. Illud præceptūm non in postremis habendum, Consonantes additas interdum addere sonum, interdum adimere. Est enim sonorum magis ac grandius, Pecu, quàm Pecus. quare etiam producit vltimā, quam corripit pecus. Addit autem, quia Pluton plenius est quàm Pluto: & plus sonat A quàm Ab. Iccirco præter Grammaticorum leges dixit,

-regnumq; à sede Latini: non ab. Contrà in vndecimo, *-pacem Troiano ab rege petendam*. Verùm satis de qualitate, nunc de dispositione agendum est.

EX DISPOSITIONE.

CAPVT XLVIII.

DIspositio verborum, est collocatio apta ad efficiendum concinitatem æqualem rei. Quare quum iidem pedes eodem in versu constare possint: aliam sæpenumero inimus collocandi rationem: quam existimamus accommodatiorem ad sententiam explicandā. neque enim satis est hoc id rei verbo significari: neque sic eas cōiungi dictiones, vt ipsa rei conditio expleatur: sed vt is vocum ordo instituatur, vt ex earum sono res ipsa quasi elidatur, atque eliciatur. Iccirco & in principio sententiarum legimus paucisyllabas dictiones, à quibus ad productiores fiat gradus: quo simul cum re ipsa crescat oratio.

Fluctus vti primo cœpit quum albescere:

Ecce quomodo primores motus breuibus dictionibus sensim deduxit ad habitum ipsum, quem longiore designauit, *Albescere*. sic, quum etiamnum essent in principio nauigationis: mo nosyllabis egit,

Vix é conspectu. Sic minutis voculis primùm,

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu:
Vtq; acres concussit equos, vtq; impulit arma.

Tum in ipso tumultu voces explicat productiores,

Extemplo turbati animi: simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, sæuitq; iuuentus
Effera. Ductores primi Messapus, & Vfens,
Contemptorque deūm Mezentius. Itaque eodē iure arcessimus μονοσυλλαζοντάλεκτα, non sine tumultu Grammaticorum. qui quum paucæ lectionis, pauciorum artium, paucissimi sint iudicii, præscribere audent diuina ingenia febriculosis trepidísque anguſtiis suarum præceptionum. Ergo maximus Poetarum, in quinto, quum incomparabilem versum illum fecisset, *Grammaticorū angustiæ.*

Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos:

impudentissimè Seruius, Pessimus, inquit, versus in monosyllabam desinens. Vtrum enim malis? húncne, an

Sternitur, exanimisq; tremens bos corruit ictu.

Quis igitur illum quoque Grammaticorum interpolabit nobis, ne sit monosyllabum?

Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Quem versum quare non appellauit pessimum, sicut & congenerem illum alterum? aut quare distulit iudicium monosyllaborum à primo ad quintum librum? Atqui potuerat sic,

Insequitur tumidis mons incitus undis.

Verùm vt corruit Taurus, vt cōfluxit in vnum montem mare: ita corruit versus in monosyllabum, copia multarum syllabarum in vnam syllabam coacta est. sicut & in illo,

-ruit Oceano nox. Quid illo acrius?

-en hæc promissa fides est? Nihil enim aptius indignationi, quàm oratio desinens in monosyllabū. Vel euolue Demosthenis orationes: quótnam eius modi periodos inuenies? Inuerte modò, nihil frigidius. Horatius quoque quū è magnis cœptis futile poema exiturum stomacharetur, ex prolixis vocibus eduxit finem monosyllabum,

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Sic Poeta valido monosyllabo sustentauit procedentem ac mobilem versum,

Massyliq; ruunt equites, & odora canum vis.

Quam vocem si transmittas aliò, totus pereat decor. in illo quoque auertit deæ mentē, vt postea figat in pertinacia, *-auersa deæ mens*. Hanc dispositionem cùm apud Ennium, atque Lucretium inuenisset: dixerant enim, *& fortis equi vis*. nō putauit amittendā occasionē, qua illā in suos numeros trāsferre posset. Pauci enim in aliis Poeseos legibus, nullus hac in parte cum Virgilio comparari dignus est. Itaque omnibus locis adeò studiosus fuit collocationis, vt si quid tātillum mutes, deterius facias. ergo illud quoque quod à præceptoribus nostris animaduersum est, videamus. Aiebant enim melius sic esse,

moremq; imponere paci, quàm, pacíq; imponere morem. Hoc vt, meo iudicio, rectè: ita nō rectè, quādo causam non docerent, præsertim cùm in hac voce, *morem*, grauior, & (ita dicam) corpulentior sonus sit. Sanè vocales in causa fuere, qua vox huic illa præferretur. Tum autem ne vltima dictio percedentis sonum sono suo imitaretur. nō enim multum distant, *onere, orem*. Quare verò ille bis positus?

Quot prius æratæ fleterant ad littora proræ.

Enimuerò insuauior versus est. quia Naues, noluit, Puppes, non potuit, neque enim puppes æratæ sunt. Potuit & illum sic,

-truncumq; reliquit Singultantem animam,

At maluit, *Sanguine singultantem*. vides enim dactylum quo vna sanguinis eiectio facta est, mox moram exitus alterius in spōdæo, & in sono cohærētium consonantium, & in tractu reliquiarum dictionis,

Hortor amare focos, arcemq; attollere tectis:

Minore opere licebat, *atque arcem tollere*, Efficacia conatus in attollendo periisset, vt suprà monebamus.

Vada dura lego, saxis Lilybeia cæcis:

Maluit, quàm, *cæcis Lilybeia saxis*, propterea quòd haud ita pridem versum clauserat eadem voce, *viuo præteruehor ostia saxo*. Vbi nos doceat quantum operæ ponendum sit in varietate. quam præferamus aliquando vel sono vel elegantię. Par consilium in illo, *-& vinclis innaret Chlœlia ruptis*. cōsilium, inquam, quia posuit adiectiuum in fine. Ratio dispar, nimis enim frequēter, L, impingeretur, *chlœlia vinclis*, & vox illa, *ruptis*, cùm versum clauāit, sanè rumpit vincula. Sed & illud obseruatū postea inuenimus à Pontano, quod nos quoque pridem mouerat ad iudicandum. est enim eius versus facies à vulgari diuersa, *Curru iungit Halesus equos*, potius quàm, *Iungit Halesus equos curru*. Id quod plebeius quispiam Poeta fecisset. Spondæus enim disiunctus à subsequente dictione, quæ Dactylum instituit facere, moram iugandi equos nondum iunctos connotat, *& fatis Regem se dicere posci*, potius quàm *posci se dicere Regem*, quia & elegantius, & numerosius. Cōcurreret enim syllaba eadem. *dicere Regem, & posci*, habet coniunctas cōsonantes ad sonum.

Nunc nunc ô liceat, crudelem abrumpere vitam,

Maluit, quàm, *nunc ô nunc*, ob celeritatem. Affectus maior in, *Nunc ô nunc*. In illo impetus manifestior. Mirum verò quantum afferat vel affectus, vel ornamenti vox, quæ in principio carminis ponitur post expletam sententiam, quæ vox illi tamen apposita apponit & sensum, *crudelis*

Tunc illa senectæ
Serameæ requies, potuisti linquere solam?
Crudelis. Neque enim post, crudelis, punctum, siue notā interrogationis libet apponere, sed post sententiam, quæ finitur illo nomine, solam. Enimverò plus placuit additamentum illud illius vocis, Crudelis, gestu sustineri. Idem in IIII,

Et medijs properas Aquilonibus ire per altum:
Crudelis. sic in secundo, *infelix*,
Et genet auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat,
Infelix. Est enim tanquam elogium, quemadmodum: Bellatrix, Venatrix, & alia.
Dederatq; comam diffundere ventis,
Venatrix, & in XI, æquè, *Captiuo siue vt se ferret in auro: Venatrix*, Et in I.
Aurea subnectens, exerta cingula mamma
Bellatrix. Ne à Græcis quidem ignoratus dicendi modus, γλαυκῶπις, ῥοδόπηχυς. Quam equidem figuram si velis dicere, appellare ausim expressionem,

Inimicus & hauserit ensis, Hoc magis probauit, quàm, *inimicusq; hauserit*, vt expediret rem simul cum dactylo: non est veritus postponere coniūctionem, cuius natura est præponi. Licet enim Poetæ contrà, tum leges, tum consuetudinē loqui. Arcessere præterea voces alias ab iis, quę in communi vsu sunt. Nihil enim maiorem comparat gratiam, quàm nouitas. Quare cùm Plautus, authore Festo, patulos dixerit boues, quibus supra vulgarem modum cornua panderentur, maluit Poeta dicere, patulam fagum: cornua verò nouo epitheto insignire.

Camuris sub cornibus aures. In quinto autem Æneidos, & nauis moram spondęis æquauit, & rupis extensionem, cum dactylo simul extendit,

Infœlix saxis in procurrentibus hæsit:

Alia sanè ratione atque cùm adhæresceit in vallium depressione, & depressas conualles. quē admodum illius flexione,

Et longos vbi circumflectere cursus.

Probauit etiam quosdam numeros, eadē forma, eadémque quantitate,

Pilthabita coluisse Samo. Hic illius arma.
Concilia, Elysiumq; colo. Hic ceſta Sibylla.
Et vera incessu patuit dea. Ille vbi matrem.

Amat etiam, coiunctionem illam, ac, pro, &. Sic, atque. Et haud pro non: grandiores enim sunt,

Filius ardentes haud secius æquore campi
Exercebat equos.

Postponere etiam præpositiones Attici consueuere: Plato enī ferè postponit, τὸν θεόν. sic noster,

Transtra per, & remos. &, quos intermedius venit furor? Quare non dixit, Phrygiæ, sed *Troiæ qui primus ab oris*, nec, *Italiam profugus fato*.

Abruptis etiam, & Abrumpit: pro simplicibus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interdum quoque elegantiæ causa præponitur adiectiuum substantiuo: quòd si postponitur, fit ad efficaciam, *Atque apibus quanta experientia parcis*, nouum enim est, ac propterea mirum, in tam bruto animaliculo inesse parsimoniæ virtutem. Sic, *Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto*: quia refert cuiusmodi toro sederet. Sed & continuare duas, aut plures voces ab eodem elemẽto incipientes, mos veterum fuit: sæpe enim in Plauto, atque Ennio deprehendas. etiam Ouidius non neglexit: Virgilius verò non sine ratione vnquam posuit, *Arma amens capio*: est enim anhelitus in iterata vocalis vastitate. sic, *Sale saxa fossa labant, Saua sedens super arma.* ‖ Quare, *Ni faciat maris, ac terras*, potius quàm &, aut, Mare cum terris. Illa quoque sunt exempla quibus res ipsa verbis exprimitur. Seiunctis enim verbis & pedibus simul, multa quoque similia indicantur. ibi enim desinunt verba, *-sed tu desine velle*. Et ibi labor impenditur: fit enim aggressio ad opus faciundum, *-Scilicet omnibus est labor impendendus*. Præsertim cùm post accelerationem fit mora in ipso opere, cùm impenditur, per spondæum. ‖ *Morianur*, iam expeditũ est: tum autem breuisyllabis, ac paucisyllabis: *& in media arma ruamus.* ‖ In illo autẽ est expeditio primùm: mox applicatio ad vsum, *Experiuntur & in medio quæsita reponunt.* ‖ Poterat sic, *Numina magna deûm si ueneramur*: maluit, *Iussi numina magna deûm*, vt iussionis atque obtẽperationis antecessionẽ ostenderet. Cùm autem pedes sese ingerant temerè: magnoperè studendũ est, ne tres versus eadẽ pedũ collocatione cõtinuẽtur. putãt esse genero sum ex primo & quinto dactylo, cæteris Spondæis. Alternatis molliusculum fieri. Spondiacũ temerè veteres præsertim Græci: etiam Catullus paulo frequentior. Virgilius suo more, i. prudẽter, in re quippe fixa, vt in secundo, *Phrygia agmina circumspexit*. fixis quippe vestigiis oculos circuntulit. Et in nixu,

Cornua velatarum obuertimus antemnarum

Turrium quoque firmitatem, & Apœnini, & Hellesponti tractum eadem clausione meriti sunt,

Turrigeræ Antemnæ.
Sic *Cosam longo subduxeris Apœnino,*
Producitur Hellespontus

Rariores disiunctis vocibus,

Quod fieri ferro, liquidoue potest electro.

Multodurius si monosyllaba sit in fine, vt apud Homerum non semel. Rarissimi Latinis terni in fine, vt apud Catullum,

Phasidas ad fluctus, & fines Æeteos.

Ex omnibus spondæis fortasse apud Græcos inuenias. Nunc nullius nobis in mentem venit, Ennii & Lucretii vnum & alterũ descripsimus alibi. Aristophanes in Auib. septem spondiacos tetrametros continuauit.

Illud de dispositione animaduertẽdum est Græcos Heroicos, atque Elegiacos abusos esse licentia hiatuum vt vbi libitum esset, diphthõgos, vocalésq; longas ante alias vocales vel producerent, vel corriperent. Tragicos Comicosq; vel nunquam vel raro. Apud Aristophanem enim vix alium reperias vocalium occursum, quàm τὴ ἀθηναίᾱ; Apud omnes idem inuenias, neque enim elidi potest, sine formæ interitu. Omnibus quoque commune est, cùm dicunt, ὦ ἄνθρωπε, nõ numerare notam interrogationis inter syllabas, quibus pedes constituuntur. In Prometheo Æschylus hiatum admisit & alibi,

Ἀλλ' οὔ κατ' ἴχνιον, οὐδὲ σφηκὸς τὸ κατόπτιον
χρὴ, βλέπουσ' ὅπου ποδὸς βαστάζουσι κρατῆρες.

Pindaro quoque rarissimus hiatus: veluti in Olympionica Epharmosto,

Ὀτοτοῖ ὀτοτοῖ ὠραῖ᾽ ἰών.

Sed licuit ob aspirationem. Isocrates nusquam, Aristoteles rarò & Demosthenes. Ille etiam in præcepta retulit cautionẽ hanc tertio Rhetoricorum. Hesiodus contrà omnem & legẽ & morem excusit, ι, ex fine τῶν casus, βασιλεύσ᾽ pro βασιλεῦσι. quod dixim⁹ de ὦ ἄνθρωπε, eodẽ modo de μὴ ἄ. Vocum autem multiplicationem etiam ex illo potes animaduertere. Nam cùm posset, nec ineptè quidem *Multa etiam bello passus.*

Arrisit clarius, *Multa quoque & bello.* ne à geminatione quidem coniunctionis deterritus.

Vis etiam in aliis videre tractum ipsum moræ sub oculis?

Stabant orantes primi transmittere cursum.

Cum illis enim versus quoque stat: longè diuersus ab illius leuitate, qui cum igni stipulam peruadit,

Atq; leuem stipulam crepitantibus urere flammis.

Aut legumina legit,

Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem.

Sed parem lentitudinem & stuporem in periculo,

Extemplò Æneę soluuntur frigore membra.

In eadem quoque oratione pro rei natura numeri diuersi,

Et mulcere dedit fluctus:

Hic est liquida iterata: vocales autem vel mediocres, vel exiles, vel obscuræ omnes. Tum verò vbi contrarium introducit, contrariis vtitur numeris, *& tollere vento*. Varietas verò, quod toties monuimus, poeticarum omnium virtutum maxima est. Quamobrem incompta illa (dissita enim sunt) condimenti atque intinctus loco habenda erunt,

-Omnium egenos. -Sicuam fore bello. -Ille vbi matrem. -Hector vbi ingens. -Iunonis ob iram.
Ille autem expirans, non me quicunque es inulto
Victor nec longum lætabere. Te quoque fata.

Ac de his quidem satis. Non enim tanquã præco aut scriba censoris, nomina sunt nobis omnia describenda, sed præcepta modò stabiliẽda, quæ proponebamus ad animos excitandos: quos ad hæc studia natura deduxit: qua duce leges ex his non tam accipiant, quàm emendent, si opus sit.

DE PEDVM CONSTITVTIONE ex iuncturis verborum & eorum quantitatibus. CAPVT XLIX.

ET si superiore opera satis multa scripta videntur de collocatione, qua numerorum concinnitas cõficiatur: tamen vt nequid hîc desideretur, quod explere iudicium poetæ posit, adiungemus iis hanc quoque diligentiam, quæ spectat ad iuncturas quantitatẽsque verborum, quibus numeri conficiantur. Nam quod monebamus ita disponenda esse epitheta, ne ad supplementum pedum addita viderentur, alia res est. nõ enim hinc oritur numerus. at hoc loco structura nostra, quemadmodũ in parietibus ipsis, cõsideranda. Nam sicuti maiore firmitate opus est in muris, vbi alterna serie saxa, aut lateres ita constituuntur, vt vnius ordinis iuncta capita, & substituantur mediis superioribus, & imponantur mediis inferioribus: ita quorum pedum pars prioris vocis finem cum posterioris initio coniunxerit, aptiorem auribus excitabit cõnexionem: vt in illo,

Vrbs antiqua fuit: Tyrij tenuêre coloni.

Quanquam vt lex hæc perpetuò debet esse, nõ tamen esse decet perpetuam, id est, vt minimè abolendam, ita minimè in omnibus obseruandã, tum quia discluderetur hac tam rigida necessitate poeta à nobilissimis sententiis: tũ quia varietas, tot à nobis nominibus, tot locis decãtata verissimus intinctus est poeticorum obsoniorum. Dissitas igitur esse partes, & licet interdũ, & confert, & necesse est. Primùm enim sententiæ: secundaria opera coeuntibus consulendum. Non est autem in quouis genere versuum ratio eadem. Quare in aliis Lyricis laxior lex, in Adonio parcius committẽdum, vt vniea voce constet: aut duabus, quarum prima sit monosyllaba, aut vt monosyllabâ finiatur. Exempla, *Belligerantes, Pax repetita, Arcadiæ lux.* In Sapphico minus sæpe illa. Si prima trisyllaba, secunda quoq;, vt, *Otium Catulle tibi molestum est.* Siue omnino tres primæ syllabæ pluribus vocibus constẽt, vt, *Priscus, & neglecta redire virtus.* siue sit prima disyllaba, sequente quadrisyllaba, vt, *Lenis Ilithyia tuêre matres.*

In senario dactylico, nũquã aut rarò secũda voce secundus pes finiatur, si priore prim⁹, aut prioribus, vt, *Da mihi fallere: da, sanctum iussumque videri.* Etiam si sint duæ voces in secundo: vt, *Vestiam prætor, is intestabilis, & sacer esto.* Item si pedis initium sit in prioribus, vt,

Et Tyrias dare circum illota toralia vestes.

Quòd si monosyllaba vox consequatur, emolliet, quia sistet, vt ibi,

Iam satis est, at tu quantumuis tolle benignè. &,
Est opus hac, ait: & valeas, me sylua, canusque.

Manifestò in illo, *Scilcet vt tibi se laudare, & tradere coner.* Si enim substituas sic, *Scilicet vndique se laudare, & tradere coner*, insuauior fiet: & adhuc magis sic, *Scilicet vt tibi collaudare*. Quòd si etiam cum his tertius pes tertia voce claudatur, iam non est ferendus. Alia ratio est, si duo primi pedes vnica voce cohibeantur, vt, *Armentarius Afer agit, tectumq; laremq.* Est enim vetustissimus næuus. Illius autem trisyllabi proportionem, quam in Sapphico indicabamus, obtinet senarius, vt, *Sulcos, & vineta crepat mera, præparat vlmos.* Præcedente verò Dactylo melior, an insuauior? vt in hoc, *Hæc ego si compellor imagine: cuncta resigno.* & translato dactylo, vt ibi, *Multa mole docendus, aprico parcere campo.* Atque hæc quidem sic, propterea quòd sequuntur multi syllabæ dictiones illæ, *imagine, aprico.* quòd si ita struas, concinnius sonabit, *Hæc ego si compellor aquis potare venenum.* de aquis Tolosanis. &, *Multa mole docendus erit iam parcere prato.* Huiusce modi aptationes, atque disiunctiones verborũ in Hendecasyllabis minus periculosæ, in Iambicis religiosius obseruandæ. Optimus enim ille, *Tecum ludere sicut ipsa possem.* nihilo deterior eo, qui vbique connexus est, *Cui dono lepidum, nouum libellum.* Iambici verò dissiti, pessimi, quales apud Augurellum haud pauci, & Æschylum, nisi complectantur distributionem, quæ partibus debeatur, sicuti fecimus nos in Scazonte. Cùm enim negaremus ambire nos xenia plebeia, cõstituimus in tribus distributionem, in orexi, in siti, in somno: quippe in oluis, in perna, in crustulo papauerato, quæ missilia olim erant Saturnalibus, *Non Lusitanis turgidam cadis Orchin, Non Cantabrorum viniforbulam pernam: Nolo Turundam quam papauer aspergit.* Complexi sunt rationem trium, tribus commatibus, *Sat est famis, sat est sitis, sat est somni.* Quod etiam in acriore incitatione fiet, propter asyndeta, vt si cum vocum seiunctione, sit etiam pedum asyndesis: vehemẽtior fiat impressio, *Abi, mane: veni, late: clama, tace.* In Elego pẽtametro libertas cuiuscunque modi: cuius exempla comperies omnis generis.

Hæc de collocatione. Nunc videndum de monosyllabis & polysyllabis. In Heroici fine rarius castigatiores duos pedes vna voce coercuerunt, *Deiopeam*. Græci, & prisci Latini sine modo, vt sese ingessere. lepidior si sit Spondiacus versus, Catullo frequens: apud Græcos vsque ad fastidium. Ionicus à minore haud multo frequentior, *Adhibenda Elephanto*. in Pentametris affectauit primùm Propertius, mox consilium mutauit ex populi studio. Ouid. infrequentior in polysyllabis. molliusculi tamẽ sunt. Sic & Iambici. Trisyllabis finiti teneriores: quadrisyllabis fluxi: bisyllabis torosiores. Polysyllaba in Phalecis multò sunt ob eandẽ rationem iucundissima. mollitudinis enim sunt alumni.

Cùm igitur inuenta, his adornauerimus præceptionibus, erit opus omne absolutum.

LIBRI QVARTI FINIS.

Criticus

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

POETICES LIBER QVINTVS,

QVI ET

CRITICVS.

DE IMITATIONE ET IVDICIO.

CAPVT PRIMVM.

POETICÆ partes A omnes rectè, vt spero, atque exactè satis exequuti sumus. Reliquum est, vt ex his præceptis Poetã perficiamus: idq; duplici via ac ratione: imitatione scilicet, ac iudicio. Quæ duo suapte natura diuisa, necesse est in ipso coniungi. Neque enim aut imitandũ sibi proponet quẽpiam, aut imitationis inibit rationẽ: nisi & Poetam elegerit, & imitandi speciem probarit. Ac tametsi non est imitatio necessaria: non enim primi quem sequerentur, habuêre: nostrum tamen maximæ parti expetenda videtur: qui tẽpestatum iniuria in lingua patria peregrini sumus. Barbari verò cùm Ciceronis imitationẽ odiosè sustulissent: paria sanè fecêre, vt qui nos ab illius imitatione dehortarentur: effecerint, vt ne se dignos quidẽ putauerit quispiam, quos imitaretur. Alii verò, inter quos Horat. cùm vniuersam irriderent imitationem: sine illa non multũ videntur potuisse. Ipse enim, qui seruum pecus imitatores appellasset: in iis pedẽ locis posuit, è quibus vestigia sustulerat Lucilius. Epistolas quoque Græcorum more, Phocyllidæ, atque Theognidis scripsit: præceptis philosophiæ diuulsis, miniméque inter se cohærentibus. In Lyricis verò quot ab illis suffuratus sit loca: haud facilè dicere possumus, cùm illa interière. Extant tamen non pauca, quorũ C nonnulla suo loco recitabuntur. Iudicium igitur duplex adhibendum est: Primum, quo optima quæque seligamus ad imitandum: alterum quo ea, quæ à nobis confecta fuerint, quasi peregrina perpendamus, atque etiam exagitem⁹. Hoc enim præstat nostra ĥeri opera, vt perfectionem inuictam consequantur: quàm pati, vt cùm à morosis insectatoribus id effectum fuerit: ex eorum iudiciis nostri nosmet ipsos desertores fuisse videamus. Horum igitur iudiciorũ vt & vsum habere, & ex eo fructum cõsequi possimus, duo maxima atque ingentia facinora in re literaria aggressi sumus: vnum hoc libro, vt Poetarum loca, qui eadẽ de re scripserint, cõferamus: alterum in sequẽti, desperato penè periculo, vt quod ab antiquis dictũ, an melius dici queat, dispiciamus.

GRÆCI cum Latinis. CAPVT II.

PRimùm igitur Græcos Latinósque inter se cõferemus. ac primùm quidem primos, Homerum, atque Virgilium: ex quorum comparatione cuiusmodi iudicium de aliis faciendum sit, cõstabit facilius. Duo igitur cùm sint, quibus cõstat Poesis, Res, & Verba, de rebus primùm videamus. Homeri ingenium maximum: ars eiusmodi, vt eam potius inuenisse, quàm excoluisse videatur. Quare neque mirãdum est, si in eo naturæ Idea quædam, non ars extare dicatur. Neque censura hæc pro calumnia accipienda. Virgilius verò artem ab eo rudem acceptam lectioris naturæ studiis, atque iudicio ad summũ extulit fastigium perfectionis. Quódque perpaucis datum est, multa detrahendo fecit auctiorem. Neque enim in mole, frequentiáue orationis, sed in castitate, atq; frugalitate magnitudo constituta est. Rerum quoque delectum eiusmodi habuit, è quarum splendore luculentus ille nitor suis Poematibus adiungeretur. nã quẽadmodũ in ambitu ipso vitæ nostræ multa sunt, pauca delectant, pauciora pariunt admirationem: ita in Poetę pectus multa sese insinuãt: non omnia sunt admittenda. Ille verò qui cum Marone faciat, malit profectò etiã boni quippiam tollere, quod placere possit, quàm aliquid relinquere, quod vel solam suspicionem afferre queat offensionis. Equidem vnum illum censeo sciuisse, quid esset, non ineptire. Vnum esse inter

ter omnes vnicum, singulis autẽ instar omniũ. Fudit Homerus, hic collegit, ille sparsit, hic cõposuit. Homerus ergo cùm vitæ nostræ duas instituerit rationes, ciuilem prudentiam in Vlyssea, militarem in Iliade, eásque tanquam duas species in duobus viris ostendisset, in vno vtranque Ænea composuit Maro, cui etiam sicut alibi diximus, addiderit pietatem. quòd si, vt solent iactabundi propterea prætulerint Homerum, quia fuerit inuentor argumenti, quid aliud faciant, quàm vt didicisse, nos fateamur? illi præceptorem à nobis superatum consiteãtur. Neque verò obtrectandum nobis, cùm ab illo acceperim⁹, quod ille ab aniculis didicisset. quæ enim vel in Iliade, vel in Vlyssea fabulæ narrãtur, caue putes ab ipso excogitata, sed per ora vulgi sanè multò antea ab ipso circumlata. B Quòd si ei datur id laudi, quòd rectè concinnéque disposuit, non id illi inuidemus, sed inuidentibus barbaris extorquendam esse nostram gloriæ partem curamus, hac ipsa in parte, qua nos cõpositiores sumus. Deniq; quãtũ à plebeia ineptaq; mulierecula matrona distat, tantum summus ille vir à diuino viro nostro superatur. Quòd si antiquiorum extarent monumẽta Poetarum, fortasse aliquis inueniretur, qui vt argumenti magnitudine cederet, ita cultu, atque prudentia orationis priorem sibi locum vindicare conaretur. Arbitror enim ego Musæi stilũ longè esse Homerico politiorem atque comptiorem, quod vt clarius pateat, aliquot versus adducere coactus sum. Nam quemadmodũ omnes sunt incomparabiles, solíque è Græcanicis Virgilio digni, ita nonnulli adeò compositi vt ab eius gentis nullo alio quàm à Musæo dici potuisse videantur. quare neque Homerum, neque Orpheum, sed Musæum fecit ille principẽ Elysiacarum cantionũ illo igitur versu quid rotundius, elegantius, ornatius, numerosius?

Αὐτὸς ἰὼν ὑρήτης, αὐτόσυλ@-, αὐτόματος γῆις.

Neque putes hunc solum esse, multi enim alii sunt,

Η' μὲν φῶς πιύειν, ὁ δ' κύματα μακρὰ πρῆσται.

quid illis suauius?

Λύχνον ἔχοντες ἅλαλμα. τὸν ὤρσεν αἰθέρι@- ζειὸ
Ε'γγύθεν μετ' ἄεθλον ἄγειν ἐς ὁμήγυειν ἄστρων.

Et illud,

Μαρμαρυγὴ χαλκοῖο τε διαπρὰ δόμους ἔπεσκε.

Vide & id,

-ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Ε'λκ@- ἐλιδνύει, χ' ὑπ' φρένας αἰδρὸς ὀδύσσ.

Et illud,

Κυπρίδιον τὸ ἔρον ἀυτάγγελοί εἶσιν ἀπειλαί.

Nequeo verò satis admirari,

Κύπρι φίλη μῦ κύπριν, ἀθύμαίν μετ' ἀθύμοις.

Et illud audiri meretur ob sententiam,

-πρὸ θυγατρὸς δὲ
Πειθομένης τοῦ λίκτρον ὑπὸ χροὸς ἔδυ σιωπῇ.

Grauius id, & memoria cõmendandum,

Γλῶσσα γὰρ αἰθρώπων φιλοκέρτομος. ἐν δὲ σιωπῇ

Ε'ρχον, ὅ θ' πλέϊστ', ὑπὸ πειθόμενον ἀκούει.

Illorum autem numeris atque sententia nihil plenius,

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ
Καὶ πάλιν αὖ ἔγχος ἔλκος ἀκάχοι πεπ. οἷσι δ' αὐάσσει
Αὐτὸς ὁ παντοδαπὸς πατὴρ βουληφόρος ἔξετ βερτοῖσι.

Cum illorum verò gratia, atque numeris nulla alia carmina sunt comparanda,

Δαπὸς ἔρχος, χ' πόντος ἀμείλιχος. ἀλλὰ θαλάσσης
Ε'ξ ὑδωρ. τὸ δ' ἔρχετος ἰμερόφλοιβος ἐνδομυχον πῦρ.
Λάζιο πῦρ κραδίη. μοὶ δείδια δινήεντον ὕδωρ.
Δεῦρε μοι εἰς φιλότητα. τὶ δὲ ῥηδίην ἀλεγίζεις.
Α'ρνύσεσθ', ὅτι κύματος ἄπτερος ἔξετ θαλάσσης:
Καὶ κρατέει πόντοιο, χ' ἠμιτέρην ὀδυάων.

In quibus nullam vides licentiam, omnia castigata. Nam & rarissimum admittit hiatum & lectis vtitur verbis, & versus claudit bisyllabis trisyllabísue maxima ex parte, vt si & hi versus Homeri sint, in Vlyssea discere incepisse, in Iliade profecisse, in hisce seipsum perfecisse dicam. Quòd si Musæus ea, quæ Homerus scripsit, scripsisset: longè melius eum scripturum fuisse iudicemus. Nam cùm à Musæo accepisset illa, munda simul & acuta,

Κύπρις φίλη μῦ Κύπριν, ἀθύμαίν μετ' ἀθύμοις,
Οὐ γὰρ ὑπ χθονίοισιν ἴσην κλέος σι χαριεσσιν:
Α'λλά σι θυγατέρι σοι δίδε χρονίων@- ἔσκω.
Ο'λβι@- ὅς σ' ἐφύτευσε, χ' ὀλβίη τέκε μήτηρ.
Γαστέρ' ἔ σ' ἐλόχευσε μακαρτάτη. ἀλλὰ λιτοίων
Η' μετέρων ὑπάκουε. -

C Hæc cùm accepisset, multo leuiore sono, abiectioribus, laxioribúsque numeris ita reddidit,

Τουτάκις σε ἄναστα· θεὸς νύ πε, ἢ βροτός ἐστ·
Εἰ μέντοι θεός ἐστι, τοι οὐρανὸν ἐμμεν ἔχουσι,
Α'ρτέμιδι σε ἔοικε διὸς κούρῃ μεγάλοιο
Εἶδός τε, μεγέθός τε, φύην τ' ἐγκέφαλόν τε ἔπικε.
Εἰ δ' πε ἐστὶ γεγωνὸς, τοι ὑπ' χθονὶ ναιετάουσι,
Τεισιμάκαρες μεν σύγε πατὴρ, χ' πότνια μήτηρ.

Iratum autem mare, atque fluctuabundũ, quibus vterque scripserit versibus, videamus. Homeri illa non contemnenda,

Ὡ ς εἰπὼν σιμάχιον νεφέλας, ὑπὸ ἔκθορε δ' πόντον
Χερσὶ πεσσαμεν ἐλὼν, πάσας δ' ὀρθωσεν ἀέλλας
Παντοίων ἀνέμων, σκὺ δὲ πρήνισε κλυδωνα
Γαῖαν ὁμοῦ, χ' πόντον. ὀκρύοεις δ' ἐφανὲν δυν νύξ.

D Omnia pulchra, plena, grauia: verùm è quibus maris motum nullum videam. Sed in quinto motum ipsum frigidè admodum,

Ὧρσε δ' ὑπ μέγα κῦμα πανετδέων ἐνοσίχθων
Δεινόν τ' ἀργαλέον τε κατηρεφές.

At Musæus quibus gratiis, quibus Musis?

Α'λλ' ὅτε αὐχήσειε ὑπὸ δὲ ῥεῖματος ὦρη,
Φεῖα καλὰς δονέουσα πολὺ ῥοφάλιγγας ἀέλλας,
Βόνθια δ' ἀσπερκέα, χ' ὑγρὰ θάμιθλα θαλάσσης
Χειμέριοι πνείοντες ἀεὶ ζυφέλιζον ἄυτμι,
Λαίλαπι μαστίζοντες ὅλιω ἄλα. τῷ πεμένης δὲ
Η' δυνῆα μέλαιναν ἀπήλυσε δι' χθαδὶ χέρσου
Χειμερίῳ, χ' ἄπιστον ἀλυσκάζων ἄλα ναύτης.

Præter hæc verò etiam illa, ne prioribus Ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mericis illis inferior sit,

Η' δη κύμασι κῦμα κυλίνδετο, σὺν δ' ὄχθῳ
Αἰθὲρ μίσγετο πόντος, ἀνίσχετο πᾶσα θάλασσα
Μαρναμένων ἀνέμων, ζεφύρῳ δ' ἀντέπνεον Εὖροι,
Καὶ Νότος ἠδ' Εὐρῳ μεγάλας ἀρίνετον ἀπειλάς,
Καὶ κῦτος ἰὼν ἁλίηος ἐειμένος ἐξόλεσθαι.

Vtinam igitur alia quoque extarent monumenta priscorum: non enim dubito quin iudicium meum præferretur. Neque verò temerè multi docti, sanæque eruditionis viri extitêre, qui meritò notarint quædam, à quibus nos iuberent abstinere. Nam quæ ille de suis diis infamia, infandáque prodidit? Adulteria, incestus odia inter se. Quòd si allegorias trahũt ad Physicam: nunquam quicquam comminisci queant, quo Venus atq; Mercurius à Vulcano in natura rerum comprehendantur. Quæ sit Leucothea, quæ inuito Neptuno rege suo Vlyssem seruare audeat? Quis putet non esse puerile illud? Solis boues interficiunt Vlyssis socii, ac vorant: hoc Sol ipse nonnisi per nuntium resciscit. & nisi dixisset Lampetie, etiam nunc ignoraret ille: misellæ boues inultæ errarent in Elysiis. Aſt alibi sanè rectè dictum est,

Η' ἰθῦ, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει.

Saltem cùm torrerent eas, nidore Solem oportuit expergefactum, si in Oriente noctu dormiebat. De portu verò in Ithaca, quot nugas Porphyrius? nam si ibi res aut physicæ, aut cælestes sunt: quid erit ipsa Ithaca, quæ fatum ipsum cõtineat? Minatur Iupiter in Solis vltionem sese Vlyssis naues fulmine combusturum: eas obiectis mox obruit tempestatibus. Venus à mortali manu vulnerata. Esto. at Martem, quis ferat? etiam gementem, atque vociferãtem facit. hoc turpius, ac fœdius, quàm vapulare. orationes in præliis adeò longæ, vt dies deficiat nugãtes. Hector plusquàm dormit, Diomede plusquã bene rẽ gerente. Loquax Achilles in concione minas perfert deterioris. flet etiam apud matrẽ. atq; hic est, à quo virum fortissimum Hectorem interfectum credi vult? Putidum præterea mendacium illud,

Πάντες δ' ἠπόοντο κλαυτμῷ Κρηίοντι
Οὔνεκ' ἄρα πρώτοισιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι.

Partiebãtur enim inter se operas factionũ, partim pro Græcis, partim pro Troianis. quare nõ potuere omnes Ioui Troianas opes sustinenti succensere, qui aliis versibus se ad sese omnia tracturum minatur. Nihil putidius Hectoris morte: nihil illis ineptis epicediis. Priamus, qui iam annos decem de muris prælia spectarat, iã tum demùm quærit quisnam sit hic, aut ille. milites inter se colloquuntur, atque nomine appellant, quasi fuerint familiares. Vlysses interficit arcu procos, inter quos & ipsum tãtillum esset interualli: quare omnes simul in eum impetum non fecerunt? Achillis equi loquuntur. quid præterea expectamus? Vlysis nauis in saxum mutatur à Neptuno: vt immortalem faciat, quam odio habere debuit. Queritur Antilochum filium Nestor ad Troiam interẽptum, at is in certamine curruli viuit, ac vincit Menelaum. Porrò Hectore occiso, nihil præterea præliorum commissum est. Iterum flet Achilles non sine maxima causa. queritur enim apud matrem, quòd Patrocli vulnera muscę vorent. Non habuit seruulum trinumo conductũ qui illi ventulum faceret, quo vulnilingæ illæ ganeicolę abigerentur.

Etiam in x, Iliados Iouem fulgurare facit vbi ningit. nunquam hoc vidimus. Tripodas fabricat Vulcanus sponte sua mobiles. quare non & lebetes fecit sponte coquentes obsonia? Iam fine arte vlla vmbrarum euocatio. Alio enim apparatu vtitur Lucanus ad vnam tantùm eliciendam. Risum verò cui non moueat? cùm ait ensem illas, & vulnera metuisse. Quanto sapiẽtius noster,

-frustra ferro diuerberet vmbras.

In xi, Iliadis tum primùm Agamemnonis describit thoracem. At in secundo debuit: vbi enim exercitus catalogus, ibi & armorum. Demodocus deorum fœditates in Alcinoi canit conuiuio. noster Iopas res Rege dignas: Sirenum verba ne potuisset. Sententiæ, molles, vulgares, futiles: quæ ne cocum quidem meum, opinor, mouerent ad choreas: nedum vt Vlyssem traherẽt ad manifesta pericula. Id quoque scire peruelim vbinam esset ambrosia illa in quinto Iliad. qua Iunonis equi vescerentur. Hæc, atq; alia quàm plurima sunt, quibus Homeri res, re Virgiliana longè minor est. Nunc quæ ad Phrasin, numerósque pertinent, videamus.

HOMERI ET VIRGILII LOCA.

Caput III.

HOmeri epitheta sæpè frigida, aut puerilia, aut locis inepta. Quid enim cõuenit Achilli flenti, *πόδας ὠκύς*. quòd si noster Poeta patrem vocat Æneã multis in locis: id eo modo facit, quo dictum est cognomen Ioui: quippe Iouem patrem sunt venerati: propterea quòd (vt ait Porphyrius) ad eum omnes familiæ referrentur, sic Æneam patrem vocat: qui Romanorum principium esset: quod & manifestius:

At pater Æneas Romanæ stirpis origo.

Præterea cùm in Augusti gratiam conderet illud opus: voluit eius quoque acta attingere. Iccireo in clypeo multa: & in i, & in vi. & in iii, illud,

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

At cum scimus eiusmodi cognomen asciuisse sibi. Legimus enim etiam in Numismate quod habemus. AVGVSTVS PATER. verùm ad certa loca, quorum aliqua à Macrobio obseruata, pessimóque iudicio lancinata sunt. Ex Vlyssęę v, illa sunt, quæ & suprà, scripsimus,

Τυνῶμαι σε ἄγαμαι· θεὸς ῥ' οὐ τοι, ἢ θεός ἐσσι·

Εἰ μέν τις θεός ἐσσι, σὺ ἱερήτερον ὀρμὴν ἔχρισον.
Ἀρτέμιδί σε ἔγωγε δύο κούρη μεγάλοιο
Εἴδος τε, μέγεθός τε, φυὴν τ' ἐγγεσιλέσσω.

Quanto cum maiore decore noster? cum ea primùm dubitatione, deinde assertione,

O quam te memorem virgo? -est etiam *ἀθετικὸ* oratio. Etiam dubitationis causam affert, *namq; haud tibi vultus Mortalis.* hoc ex aspectu. Illud efficacius, *nec vox hominem sonat.* Tum assertio per repetitionem, *ô dea certè.* Adiungit etiam religionem, ne offendat numina, & cum modestia distribuendo dubitationem,

An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna.

Nefas enim erat deũ deámue alio, quàm suo nomine appellare, neque obtinebant vota. Itaque euocata legas numina apud Liu. Et ea de causa numinis illius, cuiꝰ in tutela Roma esset, nomẽ tacitum & arcanum. Postremò Dianæ similem dixit ille, hîc expressè sororem Phœbi.

Dij nomine proprio appellandi.

In xiiii, Iliadis Iuno Somnum orat, vt Iouem sopitum reddat. Quod vt faciat, promittit ei sedem, in qua quiescat comessabũdus. Miserum somnum, quem ad illud vsque tempus oportuit stantem cibum capere more militum:

Τ' ἀπὸ αὖλιξ πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων.

Iam hîc nullam *φύσιν* Physici isti commentabuntur. Quis enim dicat primum motorem dormire? at enim, inquit, *πάντων θεῶν*. & sanè cũ somnus datus sit rebus materiatis ad virium reparationem: dii Homerici si dormiunt, etiam pereunt. Verùm de illis ipse, quod aiunt Græci *ὑδὲν ὑγιές*. Subdit autem,

Ἀλλ' ἴθ' ἐγὼ καίτοι χαρίεσσαν μίαν ὑποστρεφέουσαν
Δώσω ὀπιμάδιον, ᾧ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν,
Παντοίην, ἧς αὖχεν ἐμείρεσθαι ἤματα πάντα.

Neque placet, Gratias Somno in matrimoniũ dari. nunquam enim oportet gratiam dormire. Et vsus est impudica voce in ore Iunonis, *ὀπιμάδιον*. *ὀπυίειν* sanè actum ipsum venereum aliquã do significat. vt in viii, Iliadis de matre Gorgythionis. Quod melius noster,

ὀπυίειν

Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Non solam pollicetur oblectationem, quod bestiarum est: sed & prolem, cuius gratia matrimonium est institutum. Præterea cùm ille nuda & plebeia proposuerit,

Ἦ μὲν τοι ποτ' ἐμὸν ἦπαρ ἔπειθες ἠδ' ἔτι καὶ νῦν
Πείθοις, ἐγὼ δὲ τοι αὖθις ἀμείψομαι ἤματα πάντα.

Longè excellentius elicuit animum Æoli nõstra Iuno, cùm eius captat beneuolentiam, & ostendit potestatem,

Namq; tibi diuûm pater, atq; hominum Rex,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

Respondet Somnus Homericæ Iunoni, Æolus Virgilianæ.

Ἦ ῥα πρόσβη θεὰ ὑψηπετὲς μεγάλου Κρήτου,
Νῆσα, ἵνα φρουρεῖς, πελάσσει δὲ μιν ὄφρα τάχιστα,
Εἰ δώσειν πελάσσει γε, ἢ εἰ πτερὸς ἐμβήσεται ὠκύ.

Plebeia sanè omnia, atq; quouis ingenio parabilia: at non nostra:

-tuus ô Regina, quid optes,
Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.

Quia vis est hominum, fas deorum, quorum numen fata condit. Tua enim iussa sunt fata. quanta elegantia, qua maiestate, illa simplicia: Tuum iubere est, parere meum. *Vis. Fas.*

Tempestas in v, Vlyssęę, cuius versus suprà quoque posuimus, luculentis sanè verbis descripta est. Cæterùm nihil ad nostram, *Tempestatis relatio.*

Ὡς εἰπὼν σιώπησε νεφέλας, ἠέρα ἔξεσε δὲ πόντον
Χερσὶ τελαμῶνα ἔχων, πάσας δ' ὀρέστειον θυέλλας
Παντοίων ἀνέμων, σὺν δ' νεφέλας κάλυψε
Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ἐφόρεε δ' οὐρανόθεν νύξ.
Σὺν δ', Εὖρός τε, Νότος τ' ἴσαν, Ζέφυρός τε δυσαὴς,
Καὶ βορέας αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Diuina, inquam, oratio, sed ad tempestatem declarãdam inchoata tantùm. Illa verò, & hæc, & eorum perfectionem,

-ac venti velut agmine facto,
Quâ data porta- (audis portam in tot vocalibus)
--ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totum q; à sedibus imis
Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & vastos volunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; virûm, stridorq; rudentum:
Eripiunt subito nubes cælumq; diemq;
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

Ibi *ἔπαρσιν* tantùm motum significat. hîc etiam occupationem, quod ille *ἐπάραξε*. hîc *totumq; à sedibus imis* subruunt. Ibi *νεφέλας κάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον. Eripiũt subito nubes, cælumq;, diemq; Teucrorum ex oculis.* Præterea Zephyrus non est violentus, vt mereatur *δυσαὴς* appellari, præsertim apud Græcos. adhæc malè positum epithetum, *αἰθρηγενέτης* eodem in loco vbi, *νεφέλας κάλυψε*. quòd vt defendas, multa interpolatione opus est. Tamẽsi est sidus Aquilo, tamen tunc in Vlyssis pernitiem nubiferum fuisse. sanè minus placet. quod verò addidit, cõsummat opus, *Intonuêre poli*, nõ dixit, *intonuit cælum*. deinde nõne vides fulgura in ipsis verbis simul cùm crepitu, *crebris micat ignibus æther?* Vocalis enim repetita exilitas illa hiatum aeris ostendit. Postremò quod *πάσας*, quæ efficacia (*omnia*) & *præsentem?* & frequentatiuum, *intentant*, & qui sonus: Poterant Homero satis hæc esse: cui pauciora, quoque fuerant satis: at nõ illi diuino viro, qui hanc quasi quandam vniuersitatem particularibus casibus discriminauit. Addit ventũ, quem omiserat, *-Stridens Aquilone procella*
Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sydera tollit.
Franguntur remi, tum prora auertit, & vndis
Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Habẽs velum, remos, proram, latus, fluctum decumanum: quem circunscripsit Poeta montis appellatione, non nominauit, vt alii nostri latini palãm profitẽtes eruditionem. Cætera adhuc variis picturis.

Aquæ mons

Hi summo in fluctu pendent, his nuda debiscens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terram inter fluctus aperit. quare in eundem locum reuerti conatur, Iccirco, *furit æstus arenis*. Non ponam totam tempestatem hîc, sed in proxima opera, vbi eius partes cum aliarum partib⁹ comparantur. Habuit quoque loci rationem. agitur enim res in Syrtibus.

Sequitur tempestatem Vlyssis conquestio,

Καὶ τὸν Ὀ δυσσῆ λύτο γούατα καὶ φίλον ἦτορ,
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Quanto melius expressit orationem, quę ad deos conuerteretur, & affectum addidit, & gestu appositio animatam, viuámque effecit orationẽ,

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas.

Sic illa quoque magnificentiora,

Ὁ τερπ, ὁ μάκαρες θανοὶ, καὶ τετράκις οἳ πρὸ Ἴλιον
Τρώων ὑπὸ πύργον ἀρείῃ ἀσπιδιώτῃ φίσαντες.

Ὄφελ' ὄλεσσα ἐγὼ ὀϊστεύσασα καὶ πρότερον δαμῆναι
Ἢ μιαιφόνῳ ὅτῳ μοι πλοῦτοι χαλκήρεα δοῦρα
Τρῶων ὑπὲρ ὤμων ἆσαι πεπάλοιμι θυόντα.
Τῷ κ' ἔλαχον κτερίων, καὶ μοὶ κλέος ἦεν ἀρωγοί.
Νῦν δὲ μοι λυγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι.

Mollia omnia. At nostri affectus? *Ante ora patrũ & contigit*, ponit igitur etiam mihi. Et Apostrophe cum Elogio ad Tydidem. & amplificatio cum maiestate,

Saxus vbi Æacidæ telo iacet Hector. tum qui versus? *vbi ingens,*
Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virûm, galeasq;, & fortia corpora voluit.

Nam quæ sequuntur, non mirum est, in his à Virgilio fuisse superatum. Est enim Vlysses hîc & solus & in rate. sed in aliis quoque tempestatibus pari obseruatione opus est. Tenuiter enim in nono,

Αἱ μὲν ἔπειτ' ἄφερεν πεπάρπασι ἰσὸν δὲ σφι
Τεῖχός τε τέτμαχ' ὑπτε διήρεινε δὲ μῆμος.

Et in x i i, vbi leuissima, tenuissimáque vtitur narratione,

Ἦ δ' ἴδεν οὐ μάλα πολλὸν ὑπὸ χθόνα. αἶψα γὰρ ἦλθε
Κελεύθου ζάφερος μεγάλη σιὼ λαίλαπι δύων.
Τρῶας δὲ πρηῢνας ἴδρηξ' ἀείμενος θύελλα,
Ἀμφοτέρωσε ἰόντ' ὀπίσω πόντον, ὅπλα τε πάντα
Εἰς ἀβλὰν κατέκυθ'. ὁδ' ἄρα φρὴν ἐνὶ νηῒ
Πλῆξε κυβερνήτεω κεφαλῇ, σιὼ δ' ὀτέ' ἄρξεν
Πρὶν' ἄμυδις κεφαλῆς. ὁ δ' ἄρ' ἀρνευτῆρι ἐοικὼς
Κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν, λίπε δ' ὄρεα θυμὸς ἀγήνωρ.

& mox post fulmen.,

-Πέσον δ' ἐκ νηὸς ἑταῖροι
Οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν
Κύμασιν ἐμφορέοντο.

Qualia verò illa, quibus numeris,

Ipsius ante oculos, ingens a vertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronusq; magister,
Volvitur in caput. quam autem facit cõmorationem in ossibus gubernatoris: Poeta noster aliter, *Ast illum ter fluctus ibidem,*
Torquet agẽs circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Tum illam cornicularium comparationem omisit, tanquam ineptam. Ieiuna verò illa, κύμασιν ἐμφορέοντο.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Dixit raros, & contrà, *in vasto gurgite*: qua voce indicauit maris impetum. Neque enim verũ est, quod ait Seruius hîc esse Tapinosim: id est rei ingentis humilem descriptionem. Atque iccirco addidisse: *vasto*, qui gurges aquam pusillam significet, non ita est: sed gurges quancunque aquæ cuiuscunque celeritatem designat, γοργόν. Numerus verò Spondiacus pingit ipsam natandi difficultatem.

Sunt in v i. Vlyssęæ illa, quæ etiam in x i i i, repetuntur.

Αἴ μοι ἐγὼ τέων αὖτε βεβοτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω,
Ἦ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί γε, καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
Ἦ φιλόξεινοι, καί σφι νόος ἔνδον ἀέθλει θεοσδής.

Ὥστε κε κουρέων ἁρπάλυδε θῆλυς αὐτὴ
Νυμφάων. Hæc parcius. diuersa nánque occasio. suauissimè tamen,

Vt primùm lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos, quas vento accesserit oras.
Qui teneant, nam inculta videt, hominẽne, feræne,
Quærere constituit, sociisq; exacta referre.

Atque hæc, atque ea, quæ in decimo sunt, cõferre licet. Capit enim arcum Æneas, Vlysses autem,

Καὶ τὸν ἐγὼν ὑμῖν ἔγχος ἐλὼν, καὶ φάσγανον ὀξὺ,
Καρπαλίμως ἆλτο νηὸς αἰόλου ἐς πεφιδωτὴν
Εἶπος ἔργα ἴδοιμι βεβοτῶν ἐνοπάοντε πυθοίμην.

Atque ibi ceruum interficit. Æneas ceruos. tam illa nitore superans Homerica, quàm numero prædæ. & illud,

Ô socij, neque enim ignari sumus ante malorum.

In eodem nánque,

Ὦ φίλοι, οὐχ ἅπαξ γε κατηδυσάμεθ' ἀχνύμενοί περ
Εἰς ἄϊδρεϊ δόμῳ, πρὶν μόρσιμον ἦμαρ ἐπελθεῖν.
Ἀλλ' ἄγετ' ὅππῃ ἐγὼ νηῦς βεβοότε πόντε πέτηται
Μητιόωμαι βεβοτῆς μηδὲ τυχώμεθα λοιμοῦ.

Sed in x i i, aptiora sunt sententiæ Virgilianæ:

Ὦ φίλοι, ἦ γάρ πω κακῶν ἀδαήμονες εἰμὲν,
Οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν, ἢ ὅτε κύκλωψ
Εἴλει ἐοὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι.

Maiore noster & mole, & ornatu. Multo plura enumerat. Sed illa pulcherrima, *Reuocate animos*, & spem,

Durate, & vosmet rebus seruate secundis:
Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Vt etiam ex periculis proponat voluptatem. Nihil enim iucundius ea memoria, quæ periculorum euasionem, victoriámque recordatione repræsentat. Epulantium quoque modus noster & hic, & in i i i, & in v i i, cum iis quæ in x, atque in x i i, Vlyssęæ posita sunt. Itémque in i, Iliados, & in nono, si comparentur, fusior, & laxior Homerus inuenietur. Pictior noster, atque numeris astrictior, καὶ ἀμφ' ὀφθαλμοῖσι τανύσσαι. *Verbis, tremendia figunt*. quinetiã diuino iudicio, in inter illa minuta, *Tergora diripiunt costis*: vlranã interserit orationem illam, *tum victu reuocant vires*. Nec nore assurgi laude, in illorum imitatione,

tione, quæ in nono est Vlyssęæ,

Εἰμ' ὀδυσεὺς λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισι
Ἀνθρώποισι μέλω: καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Sum pius Æneas: monet statim. hæc est θεότητος. illa autem παρασκευὴ: *raptos qui ex hoste penates*
Classe veho mecum. non temerè suas laudes effutit. est enim & pietas, & fortitudo. Ex hoste rapuisse, virtutis est: vehere, constantiæ: classe, pru dentiæ militaris. Putidi verò Grammatici cùm accusãt Virgilium illius laudis: *Fama super æthera notus*: damnare prius Homerum debuere: καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει. præsertim cum ambiguum sit: an doli quempiam ad cælum vsque euehere fama possint. At nostri, qui deos penates à seruitute vindicasset, seruaret, fatalia ad loca deorum iussu atque oraculis transferret, meritò fama inter deorum sedes nota esset.

Virgilius

Illa quoque vix sustinent comparationem. Non enim dici potest, quàm Virgilio sit peculiare, semper augustum esse. Homeri superficies est in v i i. Vlyssęæ,

Ἀργαλέον βασίλεια διιωνίσιν ἀρρητῦσαι
Κήδε' ἅπερ μοι πολλὰ δέδασται Διοὶ οὐρανίωνες

Super quam noster illam fabricauit,

O dea si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborem,
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

διιωνίσιν: prima ab origine. & addidit: vacet. & πολλὰ κήδεα, quibus verbis? *annales nostrorum audire laborem*. Et verbum illud, ἀργαλέον, luculẽtissimo versu circunscripsit, *Ante diem*, &c. Difficultas propter tractum rerum. In illis quoque eundem longè post se reliquit. In nono sunt Vlyssęæ,

Σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπισπάσετο στενάχοντα
Εἵρειθ' ὅφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενός περ ἀναλύω.
Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;
Κήδε' ἐπὶ μοι πολλὰ δέδασται Διὸς οὐρανίωνες.

Ille autem diuina, & immutabilia,

Infandum Regina iubes renouare dolorem:
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai; Ita semina ponit in procœmio eorum, quæ dicturus erat in narratione. κήδεα igitur non sua solùm: sed cùm præposuit vniuersa, subdidit & sua. Proposita igitur miseria præ oculis: addit rationes. *regnum lamentabile*: *eruerunt*, neque statim, vt ille, confugit ad aram communẽ: Deos malorum autores. sed: *quæ vidi*: & quidem *miserrima*. Non solùm autẽ vidi, sed & fui pars, & passus sum. Et quidem magna pars. Deinde per interrogationem πάθος explicat. Quando ne hostes quidem sine miseratione denarrare posse profiteatur. A temporis quoque incommoditate auget difficultatem narrationis. Omnia sanè non sine illa sua diuinitate. vt non tam imitatus Homerum, quàm nos docuisse, quomodo ille ea dicere debuisset, videatur.

Sunt in v i i, Vlyssęæ illa,

Καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς ὦρτο πολύνδ' ἰδὼν ἀμφὶς Ἀθήνη
Πολλὼ ἥδεϊ χεῦε φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆϊ,

Μῆτις Φαιήκων μεγαθύμων αὖτε κολήσας
Κερτομέων τ' ἐπέεσσι, καὶ ἐξερέων, τίς εἶη;

Longè maiore sono Virgilius,

At Venus obscuro gradientes aere sepsit:

Semel contentus à Punica perfidia Æneam tegere hoc commento. Neque enim ineptit repetendo, vt ille,

Τὸν δ' ἀρα φαίηκες ναυσίκλυτοι ἔκ ῥ' ἐὺσσουν
Ἐρχόμενον καθ' ὁδὸν διὰ σφέας. αὐτὰρ ὃ θάμβει
Εἶα ἐὺπλόκαμος, διὰ δὴ θεὸς: ἤρατο δ' αὐτοὶ
Θεσπεσίῃσι καταίσχυνε φίλα φρονέουσ' ἐνὶ θυμῷ:

Sed continuauit circunseptionem simul, & materiam,

Et multum nebulæ circum dea fudit amictu,

Qui solus versus deterreat Græcos ab ea sententia, qua suum contendunt præferendum. Como modus sanè, atque vt ita dicam, rasilis versus ille -κερτομέων τ' ἐπέεσσι, &c. Verùm cum hoc nostro nõ est conferendus,

Molirique moram, & veniendi quærere causas.

Sicut neque ille,

Καὶ τότε δὴ ῥ' αὐτοῖο πάλιν δύτο θέσφατος ἀὴρ:

cum hoc -*cum circumfusa repente*
Scindit se nubes. Duinum verò illud additamentum, -*& in aera purgat apertum*.

Sic longè excellentiore suauitate:

Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Parísue lapis circundatur auro.

Quòd ille dixerat in sexto Vlyssęæ, & repetierat in penultimo,

Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύσεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
Ἴδρις. Quanto enim elegantius, *manus*, quã vir, & *addunt ebori decus*.

In eodem libro versus sunt illi, qui lancinãtur à critico Gelliano. quos equidem ostendam à Magistro. Homericos verò à discipulo confectos,

Οἵη Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεα ἰοχέαιρα
Ἢ κὰτ' ἠὐγέτην Μαιήνιον ἢ ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃσ ἐλάφοισι:
Τῇσδε δ' ἅμα κοῦραι οὔρεσι δῖος κὰζήκει
Ἀγρόμενοι πολέῃσι γένηδε δέ τε φρένα λητώ,
Πασάων δ' ὑπὲρ ἦγε κάρη ἔχει, ἰδὲ μέτωπα.
Ῥεῖα δ' ἀείγνωτοι πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Hunc locum sic exagitant Grammatici, Aptius comparasse Homerum Dianæ Naufican in locis solis. deinde, Elisæ non conuenire, media in vrbe incessu serio instanti operis, venatricis Dianæ similitudinem. Tertiò, Homerum studia venationis expressisse. Virgilium *pharetram* tantùm, tanquam onus ac farcinam nominasse: Præterea Probo authore Homericam Latonã genuinum gaudere gaudium: Virgilianæ verò pectora pertentari tantùm gaudio, quasi leui, & pigro, & in superficie natanti, sic enim loquũtur. Huiusmodi iudicatio tametsi est à doctis explosa, atque ab omnibus excussa: nobis tamen, quæ dicerem⁹, nõ pauca, cáq; optima reliquêre. Principiò cùm personæ comparantur: earũ status, mores, studia exprimenda, non loca, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius Homeri doceamur authoritate. Idomeneum in campo comparat apro, qui sit in montibus. Igni, qui est in montis vertice, armorũ fulgorem in campo. Humanæ cogitationi, quæ in cerebro, aut in corde est, Iunonis motum. Leoni in stabulis, Diomedem in acie. Muscis in stabulo circum mulctras, Græcos & Troianos circũ Sarpedonis cadauer. & Aiacẽ cedentem fortissimè, asino obstinatæ lentitudinis. Pantheræ, quæ in syluis esset, extra syluas Agenorem. Postremò Penelopen quoque comparat Dianæ: quam tametsi non statuit in venatione nunquam tamẽ alibi intelligitur à poetis. Præterea quanquam est Nausicaa in agro: non tamen in montibus, nõ tamẽ cum arcu, aut pharetra. Quod aiunt ferium Eliæ incessum esse longè diuersum ab incessu Dianę: finxerunt Diana Bacchanal quodpiam. quasi Nausicaa non moderatè incederet. Neque enim cursum vllum ibi exprimit Homerus: nullam venandi actionẽ, sed περιπάτον. Quare ne tertia quidem obiectio quicquam est. nam neque Homerus posuit, neque Virgilius addidit venationem: sed insignia tantùm, sed chori tantùm exercitationem. Cuiusmodi verò sit illud gaudium genuinum sanè nescio: nisi putarint, C φρένα aliud esse à Latona. Multo verò efficacius est, percurri pectus gaudio (metaphora sumpta à citharœdis) quàm simpliciter gaudere: omnes enim partes occupantur. Longè etiam valentius est, detineri: idque in frequentatiuo: & addita, per: nam & omnes, vt dicebam, designat partes: & perfectionem vltimam. Quemadmodum igitur illa in montibus: ita hæc in vrbe. Illa inter Nymphas: hæc inter matronas. Illa instans venatibus, hæc operi. Quæ isti Argotyphli scire noluerunt. Pharetræ futiles calumniatores. est enim ibi Epitheti loco. Qualia multa apud Homerum. nam etiam inter epulas Apollo ἀργυρότοξος. Achilles vel dormiens, ποδώκης ἀχιλλεύς. Et quod isti ignorarunt, ex diuini Poetæ verbis ediscant. Neque enim temerè appendit humeris Pharetram. Soli enim Dianæ & Apollini id licebat. Nymphæ ad latus gerebant. sicuti soli dii ἀμφηρεφέα: alii verò non, sed detectã. Quod si omnia vngue tentare licet: quæram ego quoque vicissim: an Latona ibi sit. neque enim sequitur Dianam. Tum autem quomodo ludant Nymphæ, si sunt in venatu. Nihil enim venatori detestabilius, quàm fabulę, & lusus inter venandũ. puratur enim à nobis infelix futura venatio. Præterea si extat capite, qua ratione frõtem addidit? Postremò longè consultius dilatum gaudium illud in Epiphonema. Est enim Latona tota extra totam materiam: eúmque ordinem magis equidem probarem.

Πάσαι μὲν κλαγγαὶ, ἀυτὴ δ' ἔβαινε διείρουσα, τῆσιν δὲ χαρὴ ἔνδον ἔθηκε φίλον.

Ex v i, Vlyssææ, & penultimo illa sunt,

Τὸν μὲν Ὀδυσσῆος θοὸς ἔκτανε δῖος ὀιστὸς
Μείζονα τ' εἰσιδέειν ἠδὲ πάσσονα· κὰδ δὲ κάρητος

οὖλας ἦκε κόμας ὑακινθίνῳ ἀνθεῖ ὁμοίας.

Superat enim multis modis Virgilius illum. *Os, humerosq; deo similis*, longè luculentius est, quàm maiorem, & crassiorem efficere. Hoc enim bonum est. Et, Cæsaries: est verbum militare. Quo non contentus addidit: decoram. Homerus autem, οὖλας, pessimè. Crispitudo nánque pusilli animi nota est, aut leuitatis. Iccirco leones crispi, minus animosi existimãtur. Illa verò penè supra humanum captum *-lumenq; iuuentæ Purpureum.* B Et illa non minus, *Lætos oculis afflarat honores.*

Versibus, qui de equo scripti sunt in v i i i, Vlyssęæ longè sunt ciuiliores nostri,

Ὡ̓ς ὁ μὲν ἐνθάδε κεῖτο, τοὶ δ' ἄκριτα πολλὰ μόρσιμον ἀμφ' αὐτῷ. τείχεα δὲ σφίσιν λύδνατο βουλὴ:
Ἡ ῥ' ἔβαλ' ἐμπάσαι κοίλον δόρυ νηλεῖ χαλκῷ:
Ἡ' κτ' πετράων βαλέειν ἐρύσαντες ἐπ' ἄκρης:
Ἡ' ἴδαζε μεγ' ἄχαλμα θεῶν θελκτήριον ἔμμεν.

Noluit nugari in diuisione consiliorũ: sed pars stupet: & mirantur: & *iussa Thymœtæ*. Alii in pelagus præcipitẽ dari. Nam quorsum, aut quibus viribus subuectio in summas rupes montiũ? Præterea, quod facile factu fuerat, vrere. Postremò explorare, quid intus tegeretur. solus ille versus palmam posc*i*t,

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

At cætera quibus verbis? vel cùm dixit: *tentare latebras*, signat*i*ssimo verbo vsus est in tenebris, & re dubia.

Quænam verò differẽtia inter illa ex i i. Vlyssęę,

Δύσετο δ' ἱππι, σεύοντο τε, πῶσαι ἀγυιαί.

Et nostra hæc,

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox
Inuoluens vmbra magna, terramq; polumq;.

Qui locus ne eruditionis quidem indigens est. sed pudicæ illius, atque Virgilianæ. Illius enĩ viri profunda rerum scientia, cum eius versibus declaranda est, pari cum verecundia ita certat, vt neque ipsi cedat illa, & ab ea simul cõdiatur. Est enim terræ vmbra nox, atque ita magna: vt etiam Cæli conuexa prohibeat Sole illustrari.

Necessario verò addito affectu facta est oratio grandior in illis,

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaũm Phrygios iaculatus puppibus ignes.

quàm in x x i i, Iliadis,

Ὢ̓ πόποι, ἦ μάλα δὴ μαλακόφρονες ἀμφαφάασθε
Ἐ̓κτωρ, ἦ ὅτε νῆας ἐνίφησιν πυρὶ κηλέῳ.

Ex x i i i, verò simplicissimè transtulit,

-iuenisq; Corœbus,
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore.
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat.

Quæ sic Homerus,

Ὅ̓ς ῥα νέον πολέμοιο μὲν κλέος ἠλιτόμηδες.
ἦτοι δὴ Πριάμοιο θυγατρὸς εἶδος ἀείσας
Κασσάνδρης κεκλῆ φάμεναι· ἦλυθε δὲ μακρὸν ὄρυμα.
Ἐ̓κ Φρύγας ἀίκωτας ἀποστίβων ὕπας ἀγαυῶν.

Noluit enim in suũ Corœbum transferre: indo-

P'ηξας ἔασιν ὥμος ἐν ἀσπίδι· ἔγχεα δὲ πάντες,
Τ'ψι τ' ἀναδρόσκων πίπτεται, κυπτίες δὲ θ' ὑπ' αὐτῶ
Τ'λη, ὀδ' ἀσφαλέως ὄβριμον ἔμπεδον ὄφρ' ἀν' ἵκηται
Ἰ'σόπεδον, τότε δ' οὔτι κυλινδεται ἰσοφαρίζων.

Vbi est vis fluuii & saxi, aptissimè ei comparans Hectoris impetum repressum legionibus. Est & in x i,

Ὡ̓ς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι
Χειμάρροις κατ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος διὸς ὄμβρῳ,
Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δὲ τε πεύκας
Εἰσφέρεται, πολλὸν δὲ τ' ἀφύσγητον εἰς ἅλα βάλλει.

In nostra igitur impetus: quippe ruptis aggeribus, & euictis molibus oppositis. & verbum *fertur*. & *furens*. &, *cumulo*. Sic enim vidimus. Est autẽ vox ignota Grammaticis. vnde enim proprium κῦμα.

Illam verò i i i i, Iliados, Virgilius in x i i, sic expressit vt duplicarit,

Ac veluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes: & in æquora currunt
Quisque suum populatus iter. Longè feliciore cantu hisce Turnum atque Æneam comparauit, quàm duobus messoribus Homerus in x i, Iliados non enim est in illis impetus,

-ἴδ' ὡς ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισι,
Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἀρουρὴν
Πυρῶν, ἠ κριθῶν, τὰ δὲ δράγματα παρφὶ πίπτει.

Præter casum enĩ segetis nulla vis est in re ipsa. Quæ verò est in x i i i, Virgilius in suo x i i, hisce illustrauit,

Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Cum ruit auulsum vento: seu turbidus imber
*Proluit, aut annis solui*t *sublata vetustas*. vides enĩ quot causas, quã tam varietatem. & quæ sequũtur,

Fertur in abruptum magno mons improbus ictu.

Improbum, quod erat αἰνομόρος, longè melius. Duriuscula enim metaphora est, si lapidem appelles impudentem: improbum tamen potes. etenim malefacit. Sic in eodem, *perfidus ensis*. &, melius est, *in abruptum*, quàm ὄφρα ἵκηται ἰσόπεδον. Expressior quoq; est imago maleficii ex hisce,

-syluas, armenta, viros q; Inuoluens secum, quàm κυπτίες δ' ὑπ' αὐτῶ ὕλη. Ibi enim sonum tantùm audis: hîc autem & impetum, & opus.

D Quas verò duas dedit Maro de amnibus, & de igni: cõiunxit ex duabus Homeri separatis: quarum altera suprà scripta est ex i i i i, Iliad. ὡς δ' ὅτε χειμάρροι, &c. Altera

Ἡ' ὅτε πῦρ ἄϊδηλον ὑποφλέγει ἄσπετον ὕλην
Οὔρεος ἐν κορυφῆς, ἔκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.

Sed & alibi quanto magnificentiore apparatu?

In segetem veluti cùm flamma furentibus austris
Incidit: aut rapidus montano vertice torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores:
Præcipitesq; trahit syluas. stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Et in x i, Iliad.

Ὡ̓ς δ' ὅτε πῦρ ἄϊδηλον ὑπ' ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ

tatam. Minuitur enim viri vehemẽter dignitas. A Satis fuit, *incensum amore*, neque voluit illum stolidum facere: qui sese vniuersæ Priami potentiæ anteferret. nam quos per nouem annos nõ potuerant illi: quomodo solus, nisi stultè profiteretur. E tertio quoque Iliad. videda illa comparatio,

Ὡ̓ς δ' ὅτε τὶς δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπίστη
Οὔρεσι ἐν βήσσης, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
Ἀ̓ψ δ' ἀνεχώρησεν, ὠχρὸς τε μιν εἶλε παρειάς·

Simplex sanè & munda. nostra verò magnifica, *Improuisum aspris veluti qui sentibus anguẽ Pressit humi nitens*, Multa magni momenti: *Pressisse*, est pl° quàm videre. & *improuisum* pot°. &, *trepidus*, æquat illud, ἔμπαλιν. &, cũ addit, *repente*, sanè resilitẽtẽ animũ designat. Tertius autẽ versus mira pictura splendet: vbi non solùm niter eloquutio & numerus, sed etiam pauoris redditur ratio,

Attollentem iras, & fibila colla tumentem. Equidẽ B ex anguis visu non abscedam: sed si *improuisum* pede presserim. παλίνορσος autem, & ἀνεχώρησεν, idem est.

Draconis comparatio. In x x i i, Iliados, alia draconis comparatio,

Ὡ̓ς δ' ὅτε δράκων ὀδὸν χειῖν ὀρέξηται ἀνδρα μέσσον
Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ὃν δέ τε μὺν χόλος αἰνὸς
Σμερδαλέον δὲ δι' ὄρχεα ὑλακόμῳ ἐπὶ χειῖ.

Noster autem φυσικώτερος, pascitur enim, vt aiunt, malas herbas serpens, vbi delituit. iccirco,

Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat:
Nunc positis nouus exuuiis, nitidusq; iuuenta
Lubrica conuoluit sublato pectore terga.

Solis appetentem, atque apricantem, etiam *arduus ad Solem*. Erigit enim se, ac vibrantem linguã exerit. Proinde ait, *linguis micat ore trisulcis*. Obtutum tantùm torui Homerus, optimè. Nihil enim illo acrius. Præterea cubilis sui propugnationem, à quo nõ discedit. iccirco dixit, ἑλισσόμῳ ἀεὶ χειῖ, quò etiam propius tutum habeat receptum. Perpendes, *tumidam*.

Fluminum comparatio. Fluminum multas fecit Homerus comparationes: noster semel tantùm, illis omnibus vnã anteponendam,

Non sic aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exit: oppositasq; eluit gurgite moles:
Fertur in arua furens cumulo: camposq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

Huic tamen illa similior in v, Iliados,

Θοῶν γὰρ ἀμπαύσειν ποταμῶν πλήθοντι ἐοικὼς
Χειμάρρῳ, ὃς τ' ἄκρηα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας
Τὸν δ' οὔτ' ἄρτι γεφύραι ἐέρσαι μέμβλωσιν ἰοχέαιρα
Οὔτ' ἄρα ἔρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐειδομέων.
Ἐ̓λθόντ' ἐξαπίνης ὅτ' ὀπαδήσῃσι διὸς ὄμβρος
Πολλὰ δ' ὑπ' αὐτῷ ἔργα κατήσκηπε καλ' ἀίζηῶν.

Alia verò in i i i i, Iliados,

Ὡ̓ς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Εἰς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄμβρεΐῳ ὕδατι
Κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔντοσθε χαράδρης
Τῶν δ' τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.

Et in x i i i, -ὡς δὲ πάτηξης
Ὅ̓ντε κτ' σεφανῆς ποταμὸς χειμάῤῥοος ὄσσῃ

P'ηξας ἔασιν ὥμος ἐν ἀσπίδι· ἔγχεα δὲ πάντες,
Τ'ψι τ' ἀναδρόσκων πίπτεται, κυπτίες δὲ θ' ὑπ' αὐτῶ
Τ'λη, ὀδ' ἀσφαλέως ὄβριμον ἔμπεδον ὄφρ' ἀν' ἵκηται
Ἰ'σόπεδον, τότε δ' οὔτι κυλινδεται ἰσοφαρίζων.

Vbi est vis fluuii & saxi, aptissimè ei comparans Hectoris impetum repressum legionibus. Est & in x i,

Ὡ̓ς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι
Χειμάρροις κατ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος διὸς ὄμβρῳ,
Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δὲ τε πεύκας
Εἰσφέρεται, πολλὸν δὲ τ' ἀφύσγητον εἰς ἅλα βάλλει.

In nostra igitur impetus: quippe ruptis aggeribus, & euictis molibus oppositis. & verbum *fertur*. & *furens*. &, *cumulo*. Sic enim vidimus. Est autẽ vox ignota Grammaticis. vnde enim proprium κῦμα.

Illam verò i i i i, Iliados, Virgilius in x i i, sic expressit vt duplicarit,

Ac veluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes: & in æquora currunt
Quisque suum populatus iter. Longè feliciore cantu hisce Turnum atque Æneam comparauit, quàm duobus messoribus Homerus in x i, Iliados non enim est in illis impetus,

-ἴδ' ὡς ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισι,
Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἀρουρὴν
Πυρῶν, ἠ κριθῶν, τὰ δὲ δράγματα παρφὶ πίπτει.

Præter casum enĩ segetis nulla vis est in re ipsa. Quæ verò est in x i i i, Virgilius in suo x i i, hisce illustrauit,

Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Cum ruit auulsum vento: seu turbidus imber
*Proluit, aut annis solui*t *sublata vetustas*. vides enĩ C quot causas, quã tam varietatem. & quæ sequũtur,

Fertur in abruptum magno mons improbus ictu.

Improbum, quod erat αἰνομόρος, longè melius. Duriuscula enim metaphora est, si lapidem appelles impudentem: improbum tamen potes. etenim malefacit. Sic in eodem, *perfidus ensis*. &, melius est, *in abruptum*, quàm ὄφρα ἵκηται ἰσόπεδον. Expressior quoq; est imago maleficii ex hisce,

-syluas, armenta, viros q; Inuoluens secum, quàm κυπτίες δ' ὑπ' αὐτῶ ὕλη. Ibi enim sonum tantùm audis: hîc autem & impetum, & opus.

D Quas verò duas dedit Maro de amnibus, & de igni: cõiunxit ex duabus Homeri separatis: quarum altera suprà scripta est ex i i i i, Iliad. ὡς δ' ὅτε χειμάρροι, &c. Altera

Ἡ' ὅτε πῦρ ἄϊδηλον ὑποφλέγει ἄσπετον ὕλην
Οὔρεος ἐν κορυφῆς, ἔκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.

Sed & alibi quanto magnificentiore apparatu?

In segetem veluti cùm flamma furentibus austris
Incidit: aut rapidus montano vertice torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores:
Præcipitesq; trahit syluas. stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Et in x i, Iliad.

Ὡ̓ς δ' ὅτε πῦρ ἄϊδηλον ὑπ' ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Παῦτα τ' ἀϊλυφόων ἄνεμος φέρει οἰ δὲ πεσόμενοι
Πρῶρίζοι πεπόνηνται ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ.

Duas itaque noster etiam Poeta fecit,

At velut optato ventis aflate coortis,
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Coreptis subitò mediis extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ouantes.

Sed & alia in x x,

Ὣς δ' ἀναμαιμάει βαθὺ ἄγκεα θεσπεσίοις πῦρ
Οὔρεος· ἀζαλέῃσι, βαθεῖα δὲ κήεται ὕλη.
Παῦτα δὲ κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει.

Conclusit etiam rotundius ex libr. x 1, Vlyssea,

Τεὶς μὲν ἰφορμήθω, ἐλέειν δέ με θυμὸς ἀνώγει,
τρὶς δέ μοι ὦκα χαλκῷ σκιῇ ἴκελον, ἢ καὶ ὀνείρῳ
Ἔπληντο. Tribus enim versibus comprehendit commodissimis,

Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucrique, simillima somno.

Neque præcidit sententiam in mutilo versu. ad hæc Homerus impetum tantùm dicit: hic autẽ conatum, & *brachia*. Et apposuit: *frustra*. Vmbram verò vertit in ventos: non vt addictus interpres, sed vt liber iudex. Eadem dexteritate ex libr. Vlyssea.

Ψυχὴ δὲ κατὰ γαῖαν ὑπὸ κνυζηθμῷ ὤχετο τετριγυῖα.
& tenues fugit, seu fumus in auras. Efficacior est oratio: *fugit*. Quòd autem stridorem dat Homerus: eodem iure potest, quo & vocem. quare clamorẽ cùm ademerit vmbris Virgilius: ex philosophię veritate loquutus est in v 1, *clamor frustratur hiantes*. Castigatior autem penè vbique est: iccirco ex 1111. Vlyssea quæ accepit,

-δώσω δέ τοι ἀγλαὰ δῶρα,
Τρῆς ἴωπας, ἃς δίῳ ἐϋζώνῳ τέκε πότνια
Δώσω καλὸν ἄλεισον, ἵνα σπένδωσθα θεοῖσι
Ἀθανάτοις, ἐμὸν δῶ μεμνημένος· ὕμνα τε πάντα:

ita moderatus est,

Accipe & hæc manuum tibi quę monumẽta mearum.
Sint puer, & longum Andromaches testentur amorem.

Et addit πάντα,

Cõiugis Hectoreæ, & auxit, *cape dona extrema tuorũ*.

Diffluentia quoque coercuit duobus mirificis versibus,

Tendunt vela noti, fugimus spumantibus vndis,
Qua cursum ventusq́, gubernatorq́ vocabant:

quæ in primo Iliadis, & secundo Vlyssea,

Ἔπρησεν δ' ἄνεμος μέσον ἱστίον· ἀμφὶ δὲ κῦμα
Στύρε πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε νηὸς ἰούσης.
Ἡ δ' ἴθυσε κέλευθον, ἀνὰ κρείουσα κελεύθους.

Melius *spumantibus*, quàm clamantibus. præsertim cùm nauicula parua esset Homerica. Et diuinus versus ille, qui dat classem & vẽto & gubernatori. Iste verò totus in fluctibus, adeò vt etiam iteret. Elpenoris quoque tumulus Græcus cum Misẽi Latino, ne est quidem conferẽdus. in x 1, Vlyssea ita scriptum est,

Ὑγρῇσι δ' ἀΐλα τιμάοντες, ὅθ' ἀκροτάτη περίχ' ἀκτή:
Θάπτομέν θ' ἁχνύμενοι ἅλαδε ξὺν κτέρεϊ χέοντες
Κυτὶ ἐπὶ τετράορι· ἐκτὰ δὲ γαῖα φαείνῃ.

Τύμβον χεύαντες ἀϊδὶ πόλλ' ἐφύσσομεν
Πρίξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐήρες ἐρετμόν.

At diuinus vir quantus hoc loco?

Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipuè pius Æneas. Fremebant indigna peremptum morte. -*Tum iussa Sibyllæ,*
Haud mora festinant flentes: aramq́, sepulcri
Congerere arboribus, cœloq́, educere certant.

Non humilibus φετρῶις, non nudum tumulum sine ara. Deinde quæ distributio illius vocis *arboribus*, & qui ingressus ad distributionem. Tũ autem quæ varietas,

Itur in antiquam syluam: stabula alta ferarum.
Procumbunt picææ: sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq́, trabes: cuneis & fissile robur
Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.

Præterea quod dixit: præcipuè pium Æneam fremere: non vocem tantùm & promissa, sed & operam attribuit,

Nec non Æneas opera inter talia primus
Hortatur socios, nec satis, paribusq́, accingitur armis. deinde quòd iucundior esset narratio, neque occuparet Æneam maiora animo agitantem: interponit quæ sequũtur. Tũ concludit, -*& cineri ingrato suprema ferebant*: & quæ sequũtur ad tumulum vsque: qui erigitur minimè vulgaris, sed dignus socio Æneæ, -*ingenti mole sepulchro*
Imponit, suaq́, arma viro, remumq́, tubamq́, Monte sub aerio. Iusta verò quę facit ille Patroclo, hic Pallanti, si collata cõsideres: videas in illo materiam, in hoc formam: in illo congeriem, in hoc dispositionem. illum satis habere, si narret: hunc rem ipsam formare verbis: neque tam verba ex rebus, quàm res ipsas excutere è verbis. expressit etiam longè exactius Scyllam & Charibdin ex x11, Vly. Ἔνθεν μὲν γὰρ σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις

Δεινὸν ἀναρροιβδήσῃσι θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Ἤ τοι ὅτ' ἐξεμέσσειε λέβης ὡς ἐν πυρὶ πολλῷ
Πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη· ὑψόσε δ' ἄχνη
Ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπ' ἀμφοτέρῃσιν ἔπιπτε
Ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ
Πᾶσ' ἔντοσθε φάνεσκε κυκωμένη· ἀμφὶ δὲ πέτρη
Δεινὸν ἐβρύχετο· ὑπὸ δ' ἐψάμαθος φάνεσκε
Ψάμμῳ κυανέῃ.-

Principiò exactius, vt dicebam. nam hìc ἔνθεν, ἐτέρωθι. at noster designauit: *Dextrum Scylla latus, lęuum impacata Charybdis*. quãto verò melius *impacata*: quàm δῖα? quid enim diuinũ in mõstro? & verbum obsidet: scilicet spatiũ nauigationis. &, *sorbet in abruptum*. &, *erigit alternos*. Scyllæ verò fabulosum raptum, atque ridiculum summa verecundia dissimulauit. Illud verò impudens, ne deum quidem sine animi iactura occurrere posse. Verùm Homerici dii tales sũt: inter quos cit, nec ipse Neptun⁹ ex vorticib⁹ Charybdis Vlyssẽ seruare posset. sed illa multo decoro affe-

Τεὶς μὲν γὰρ αὖτοι ἐνήματι, τεὶς δ' ἀναροῖς δῖ
Δεινόν, Subiicit enim oculis, atque aurium nostrarum dominus est,

Ter scopuli clamorem inter cana saxa dedere
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

Quæ de Telemacho dicuntur ab Homero, lõgè maiore efficacia ab Ascanio.

Κείνου γὰρ τοῖοι δὲ πόδες, τοῖαι δέ τε χεῖρες
Ὀφθαλμοὶ δὲ βολαί, κεφαλὴς δ' ἐξύφαντον χαίτην.
O mihi sola mei super Astyanactis imago!

Mater enim loquitur orba filio: id quod Helena non poterat. Excusandus ille, laudandus hic. & diuina illa,

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Quanquam Græcus ὀφθαλμοὶ δὲ βολαί, mirificè dixit. Non potuit Latinè noster. At alio verbo alibi compensauit. Gestum enim apposuit: cùm dixit, *ferebat*. Et mirum quod addit,

Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.

Vt augeat affectum memoriæ: ex repræsentatione rei, quæ non est, & esset.

In x 1, Iliad. est illa comparatio,

-ὡσεί τε δαφοινὸν δῶκε ὄρεσφι
Ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν ἢ κημῶσ', ὅτῳ τ' ἔβαλ' αἶψα
Ἰὼν ἀπὸ νευρῆς, τὸν μὲν τ' ἄλυξε πόδεσσι,
Φεύγων, ὄφρ' αἷμα λιασθῇ, καὶ γούνατ' ἀέρθῃ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε δαμάσσατο ὠκέα ἰὸς·
Ἦ μοφάγοι μιν δῶκε ἐν οὔρεσι δεξιδίησιν
Ἐννυμένη σκυλάξι· ἐπεὶ δ' λιν ἤγαγε δαίμων
Σύντλα, δῶκε μὴ τε δινήσασθαι αὐτάρ ὁ δάπτει.

Hunc locum non esse sequutũ Virgilium, quẽ admodum quidam dixerunt, ex ipsis versibus cõstabit: qui ceruam tantùm continent,

-qualis coniecta cerua sagitta
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis: liquitq́, volatile ferrum
Nescius. illa fuga saltus syluasq́, peragrat
Dictæos. Hæret lateri lethalis arundo.

Nihil hìc simile nisi cerua & sagitta. omnia sua. At Homerus pessimè. Vlyssem vulneratum ceruæ percussæ, sanè. Thoas cum Troianis, bene. at Aiacem superuenientem, vt non malè leoni quem Thoes, id est, Troiani formidarent: ita nõ bene, cùm Vlyssi venit auxilio. Leo autẽ in perniciem ceruæ. Ait enim αὐτὰρ ὁ δάπτει,

Certaminum verò loca conferenda quidẽ, non apponenda tamen censeo ob prolixitatem. Tanto verò noster prior est suauitate, grauitate, varietate, quanto tempore posterior. Nã qui locus à Grammaticis de cursoribus examinat⁹ est, hìc discutietur. Est in penultimo Iliad. versus ille cum hemistichio,

-αὐτὰρ ὅπισθεν

Ἴκρια πύπτε πόδεσσι, πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι.
Καδδ' ἄρα οἱ κεφαλῆς ἀπὸ μὲν τρυφάλεια δῦ· Ὀ δυσπὶς

Hoc Virgilium negant assecutum,

Ecce volat, calcemq́, terit iam calce Diores.

At Vlysses, inquiunt, tanta subsequitur celeritate vt in Antilochi vestigiis ante ponat pedes, quàm puluere obducãtur. Sanè felicitas orationis non vulgaris: quam in suam maiestatem flectere qui non posset, more suo modum commẽtus est, quo vel idem, vel etiam potiora diceret. Id quod istos congelatos Criticos latuit. Ait enim Poeta, *calce calcem terere*. Hoc quì fieri po-

A tuit, si subsequatur? In cursu igitur pari, æquata linea vtriusq; calcibus ita dirigebatur, vt calces inter se attererẽt. Ac sanè cùm currimus certatim, nunquam quenquam sequimur: neque enim vllum antecedentem præcurrere aut superare possemus, si in eius vestigia pedes poneremus: sed à latere cursum continuamus: quemadmodum ipsis in carceribus cõstiteramus. neq; si par sit in duobus celeritas, alter alterius occupare cursus lineam audeat, sic enim ex curua linea plus spatii faciendum sumeret, non sine periculo suo magno. Quamobrem Homerus quoque dixit: ταὶ δὲ μετοτροχέι. In x 1 1, aliter, -*trepidiq́, pedem pede feruidus urget*. Grandior etiam in oratione Palinuri, quam exceperat ex x 1, Vlyss.

Ναῶ δὲ σὺ ἦλθ' ὅπιθεν τομόω ζομαι ἠμενίοντων
Πρὸς τ' ἀλέξου, καὶ πατρὸς, ὃς ἔστερε πλοῦτον ἅπαντα
Τηλέμαχον, τὸν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπε:
Οἶδα γὰρ ὡς ἐνθάδε κιὼν δόμον εἰς ἀΐδαο
Νῶιν τε αἰσίμην ὁμοῦ ἐρύρομαι ἠδὲ σ' ἔπειτα
Εὖ δα σ' ἔπειτα αὖθι κέλομαι μνήσασθαι ἐμεῖο.
Μή μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον ἰὼν ὅπιθεν κατάλειπιν
Νόσφιδεις, μή ποι τι θεῶν μίνυνθα χόωμαι.
Ἀλλά με κατκῦσαι σὺ πύρσην ἄσπε μετ' ὀστᾶ.
Σῆμα τ' ἐμοὶ χεῦαι πολιῆς ἐπὶ δῖνι θαλάσσης.
Ἀνδρὸς δυστήνοιο, καὶ ὀψιγόροισι πυθέσθαι.
Ταῦτα τί μοι τελέσαι, πῆξαι τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμόν.
Τῷ κἠγὼ ἔρεσσον ἰὼν μετ' ἐμοῖς ἑτάροισι.

Fatalis Græcorũ nugacitas. quę diuino viro nobisq; ęquè inuisa. Itaq; sine loquacitate, sine ambitione. *Eripe me his inuicte malis*. neque minatur

C μὴ τι θεῶν μίνυνθα χόωμαι. & illa malorum suauissima deprecatio: cum à mortuo excitatur apud viuum vitæ memoria: *quod te per cęli lumen*: & addidit *iucundum*. neque ambitiosam petiit sepulturam: *sed aut tu mihi terram Injice: & namq́, potes*. Omnia precantis excusit loca. Ex v. autem attexuit, quæ Vlysis erant, Palinuri narrationi,

Ἔνθα δύ' εὐκτύπτοις, δύο τ' ἤματα κύματι πηχῶ
Πλάζετο. πολλὰ δὲ οἱ κραδίη φρεσὶ φώσατ' ὀλέσθαι·
Ἀλλ' ὅτε δὴ τέτατο ἤματ' ἐϋσσόμενος τέλος ἦλθε,
Καὶ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, νὴ δὲ γαλήνη
Ἔπλετο νεκμαίρων. ὁ δ' ὄρεα σχεδὸν εἴσιδε γαίης
Ὀξὺ μάλα σπερχθεὶς μεγάλου ὑπὸ κύματος ἀρθείς.

Quanto simplicius,

Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua. vix lumine quarto
Prospexi Italiam summa sublimis ab vnda.

D Quanto autem barbara Polyphemi persona inferior est Regia maiestate, tanto versus nostri Græcis compositiores. In 1x Vlyss. sic sunt,

Ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἦ πῃ χ' ἐμπορίην, ἢ μαψιδίως ἁλάλησθε;
Οἷά τε λῃστῆρες ὑπεὶρ ἅλα, πάντ' ἀλόωντες
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.

Videamus nostros, *Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentes Littus ad Ausonium tot per vada cærula vexit? Siue errore viæ seu tempestatibus actis: Qualia multa mari, nautæ patiuntur in alto.* Sic rectè primùm: quare venerint, hoc est, *Quid*

Universidad de Deusto
Biblioteca

petitis: Deinde ipsemet venatur causas: Necessarium, vetle, fortuitum. Signatè omnia illa: *multa*, &: *patiuntur*, &: *alto*. Nulla enim spes ibi, nisi à Fortuna.

Admiscet etiã ornatui eruditionem: sicut in illis,

Vt cecidit Æneas, simul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

Duplex enim modus erat sacrificiorum. aut enim concidebant: vt ὠμοῖλιν τ' ἄρεψ τ' ἄλλα. Aut integra victima apponebatur, quod erat holocaustum. Iccirco dixit, *per petui tergo bouis*. Ex libris autem pontificum dixit, *lustralibus*. Bidentes enim erant oues in bimatu. Tauri autẽ perfecti, quinquennes. Iccirco pontificale quoque verbum addidit: *extis*. Hanc igitur maiestatem cum illis compara quæ sunt in VII, Iliad.

Τῶν δ' βοῶν ἱέρευσε σύας ἀδρὰς ἀγελαίους
Κρατερὸν πενταέτηρον ὑφορβιὰ κρείουσι,
Νώτοισιν δ' Ἀίγανθα διωκέσιον ἐλέσθαι.

Quanto item post se reliquit in Tityi historia: quæ illi est in XI, Vlyssea:

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐευσσέλμοιο ἐόντα,
Κείμενον ἐν Ἐυβοίῃ, ἐδ' ἰντία κεῖτο πάλιγκρα,
Γῦπε δέμυν ἑκάτερθε παρημένω ἠπαρ ἔκειρον
Δίρητον ἐσπερχοντε, δὲ' ἐκ σπλάγχνα χερσὶν
Δήτω γὰρ ἤλκητο Διὸς κυδρὴν ἀλόκοιτιν.

Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis vultur adunco
Immortale iecur tondens.

Iam hinc apparet victoria. quid enim ἰσοθέοντε δέμας, cum illis: *immortale*, &, *tondens*, & *fœcundaq; pœnis viscera*, & *Rimaturq; epulis, habitatq; sub alto Pectore*. Illa verò quæ? *nec fibris requies datur vlla renatis*.

Non minore successu illa,

Hinc exaudiri gemitus, iraq; Leonum
Vincla recusantium, & sera sub nocte rudentum.
Setigerique sues, atq; in præsepibus vrsi.
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum.
Quos hominum è facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

Quæ sunt in X. Vlyssea valdè exilia.

Εὗρεν δ' ἐν βλωμῷ τετυγμένα δώματα Κίρκης
Ξεστοῖσι λάεσσι ἀρημένα περὶ χῶρον
Ἀμφὶ δὲ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι, ἰδὲ λέοντες,
Τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπὶ κακὰ φάρμακ' ἰδοῦσα.

Omitto circumscriptiones: quibus nihil accommodatius ad Heroicam maiestatem, vt, *iræ leonum*, & naturam, *vincla recusantium*. At versus illi duo dimmi vltimi. homines enim adhuc erant, facie tantùm mutata. Iccirco non lupos, sed *formas*, hoc est figuras luporum dixit vir incomparabilis. Similis ornatus, & in pictura Mercurii, quæ accepta est ex V, Vlyssea.

Ὣς ἔφατ' οὐδ' ἀπίθησε διάκτορος Ἀργειφόντης
Κουρὴ κ' ἐπειθ' ὑπὸ πασσὰλὶ δῆσατο καλὰ πέδιλα
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐπ' ὑγρὴν
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.

Εἵλετο δ' ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
Τὴν μὲν χερσὶν ἑλὼν πέτετο κρατὺς Ἀργειφόντης.

Nos sic,

Dixerat ille patris magni parere parabat
Imperio. Parabat igitur cùm apparatum induebat ad mandata exequenda,
-& primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis sive æquora supra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit. hac animas ille euocat orco
Pallentes. Hoc omisit Homerus, sicut & illa, *alias sub tristia tartara mittit*. Nec solùm euocat animas. sed etiam reducit in corpora. *-& lumina morte resignat.* & simpliciter ille, τὴν μὲ γε πάντα τέτυκτο. At Virgilius, *illa fretus agit ventos*. Sanè re ctè. nam si non adsint venti: quomodo ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο? Iccirco *Vade age, nate, voca Zephyros*.

Quod autem non animaduerterunt, hîc quoque dicendum est. Cùm dixit, *sublimem*, & nõ sublimem, sed supra terram: indicare Mercurium tum in eccentrico, qui oualẽ ambitũ designat. Nusquã verò, vbi tempora, dies, nox, describitur: dignus est Homerus, qui cum Marone conferatur. Neque solùm vbi ipse de suo dicit: diuina enim ex humilibus facit: veluti quod, sumpsit ex XI, Iliadis,

Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
Ὄρνυτ' ἰν' ἀθανάτοισι φόως φέρῃ ἠδὲ βροτοῖσι:

Attollit enim sic,

Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Neque voluit dicere fatua illa: Auroram diis immortalibus afferre lucem. miseri illi nisi semper lucant.

Fateor illa in II, Iliad. esse plenissima nectaris,

Τῶν δ' ὡς ὁρίδων πιτνόντων ἰθέα πολλὰ
Χιόνος, ἢ γιγάντεον, ἢ κύντερον ἀνέμοιο,
Ἀίσσῃ τε λευκῶν ἀμφὶ ῥεέθρα
Ἐν δὲ, καὶ ἐν πάντων τε ἀγαλλόμενα πλήθουσι
Κλαγγηδὸν φεύγοντα, ἀτειρέα δὲ τε λειμών.

Haud omnino tamen probo comparationem, ludentium auium sine ordinibus: & exercitus, cùm sua quisque in acie atque in procinctu est. Circumspectius igitur diuinus Poeta, tum ordinem, tum cantum,

Ibant æquati numero, Regemq; canebant.
Ceu quondam niues liquida inter nubila cycni,
Cùm sese è pastu referunt: & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis & Asia longè
Pulsa palus. Non enim ludunt inconditis motibus, sed è pastu redeunt in ea loca, in quibus sõnum capere consueuere. Quo tempore ordinem non rumpunt. Felicius quoque *-canoros*
Dant per colla modos, quàm κλαγγηδὸν. In X, Iliad. disparem facit similitudinem,

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Niuem superant, ventos æquant. nostri verò vtrobique præstantiores,

Qui candore niues anteirent cursibus auras.

Et cùm

Et cùm metaphora fit in candoris excessu: primum significatum erit in cursu, cùm dicis, *anteirent*.

Par felicitas super illis ex libr. XX, Iliados,

Ἀτὰρ δ' ὅτε βῶν σκιρτῶσιν δῶ ζείδωρον ἄεσυραν:
Ἄκρον ἐπ' αὐχενίων καρπῶν θέον, οὐδὲ κατέκλων.
Ἄλλοθε δὲ σκιρτῶσι ἐπ' ἄρμενα γῶτα θαλάσσης
Ἄκρον δῶ ῥηγμῖνι· ἁλὸς πολιοῦ θέοντος.

Quod hic deest, suppleuit noster,

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plantas. cũ dixissem, ὠδὲ κατέκλων in primo cursu super Antherici: in secundo qui erat super dorso maris, non addidit similem euasionem. Id quod fecit noster, *nec tingeret æquore plantas*. Et quod ille, curreret: noster, volaret. Vero nánque similius est volantem non incuruare aristas, quàm currentem. Præterea Asphodelus, cuius Anthericus flos est, non exit adeò frequens atque confertus, vt super ipsum possit exerceri cursus: at in segete potest. Ad hæc familiarior res, quàm Anthericus. Tum autem leuior, quæ super re teneriore. Et auxit: *intactas*. & quæ adhuc essent, *gramina*: id est teneræ. Nec parum adiungit gratiæ: *suspensa*: cuius cursu ne tumor quidẽ deprimatur. quippe, *nec tingeret*: quod respondet priori cursui: in quo essent segetes intactæ.

Anthericus flos Asphodeli.

Sunt in XVII, Iliad. illi versus de Antilocho,

Ἀλλ' οὐ μὰρ ἔτρισε θεὸς κακὸν ἤξατο ἔοικὼς
Ὅς τε κύνα κτείνας ἢ βουκόλον ἀμφὶ βόεσσι,
Φεύγει, πρὶν ὅμιλον ἀολλισθῆμεναι ἀνδρῶν.

Virgilius autem,

Ac velut ille prius, quàm tela inimica sequantur
Continuo in montes se se auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnone iuuenco,
Conscius audacis facti, caudam q; remulcens
Subiecit pauitantem vtero: sylnasq; petiuit:

In quibus tanta est differentia, quanta inter discipulum meditantem, & præceptorẽ suũ consilium atque operam apponentem. Nã quid dicam tibi de verbis illis? *Conscius audacis facti*? Tum autem bestiæ ἦθος: est enim pauoris signũ caudam demittere. Et verbum signatum, *remulcens*: id est, retrahens. Quod Grammatici partim dissimularunt, partim dixerunt præ gaudio gestum eo verbo indicari. Vbi notabis etiam loquendi modum. Nam cùm lupus pauitaret: & versus ferret, vt diceret: *pauitans*, visus est felici attributione: propterea quod videretur pauitare cauda: quippe quæ se occultaret. Ac præterea numerum auxit: cùm accentus è prima illius: pauitans: in tertiam illius pauitantẽ translatus est.

Lupi pauitantis expressio

Neque de sceptro disputandum: vter numerosius aut elegantius sit loquutus. In I, Iliad.

De sceptro.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα, καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει, περὶ γὰρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
Φύλλα τε, καὶ φλοιόν· νῦν δ' αὖτε μιν υἱες Ἀχαιῶν

Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται.

Vt sceptrum hoc (sceptrum dextra nam forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta neq; vmbram.

A loco, & ab officio. A loco: quia de commissura virgultum exit. Ab officio: quia frondes vmbram efficiunt:

Cùm semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret: Quid potuit suauius? cùm dixit Matrem. At ille, πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. Quemadmodum verbum quoque, ἔρεψε: longè elegantius: *posuitq; comas, & brachia ferro* perstat in metaphora, postquam dixit, *matre*. Mirifica verò illa repetitio, & verè Virgiliana. *olim arbos*, tota narratio duabus vocibus comprehensa est. Artẽ deinde addit, quam ille subticuit,

-nunc artificis manus æra decoro
Inclusit.

Et circumscriptio, *manus artificis*, pro artifex, & Antonymia: non enim dixit, faber. Illam quoque πωντολογίαν, δικασπόλος, οἵ τε θέμιστας εἰρύαται: non ære, vt ille delibrauit: sed auro hoc inclusit,

-patribus q; dedit gestare Latinis.

Quod verò iactant Græculi vno comprehensũ versu, quod apud nos indigeat circũlocutione. sanè idẽ est, atque in saltatione si quis edat motum simplicem: eundem alter compositum veris certisque flexibus. In III, igitur Iliados versus ille est,

Νευρὴν μὲν μαζῷ πάλασεν, τόξῳ δὲ σιδήρεον.

Diuinus verò vir, totum arcus tractum, curuationem, coniunctionem extremorum. Ad hæc manuum æquale officium simul, & diuersum. Simul cum læua ferrum solùm, cũ dextra & neruo papillam. Hæc sunt crimina huiusce circunductionis. quam si ab Homero potius caperet, quàm promeret de suo: non sic dixisset, sed quasi pædagogi supercilium, metuens puer, ineptè sic, *Arcu coniunxit ferrum, neruoq; papillam*, vel sic,

Et læuæ ferrum applicuit, dextram q; papillæ, vel
Adduxit neruum ad mammam ferrum apposuit arcu.

Plebeia hæc omnia, quæ tantùm à Virgilianis superantur, quantùm pastorum dapes regias ferculis. Vtrobique certus est, & capreolus, & hœdus. at hîc, aurum, pompa, intinctus, condimẽta. denique Homerus moles quidem, sed vt ait, Ouid. *rudis indigestaq;*: Virgilius autẽ eiusdẽ poetæ, *deus, & melior natura*. Valeant igitur febricitosi grammatici cum Græculis suis: qui putant diuinũ Poetã: imò verò poetarũ vnicum non iudicio elegisse, quæ dixerit, sed necessitate, atque ingenii angustiis abductũ ab iis, quæ nõ dixerit. quasi non potuerit quod volebat: imò verò qui noluerit, quod potuit. Quam verò idẽ aliter meliore breuioréque orationis gyro coercuerit, apparet in IX, eo versu, *neruoq; obuersus equino Contendit telum, diuersa q; brachia ducens*. Illud ex V. Vlyssea diuersa ratione multo expressit efficacius,

Τὸν δ' ἐφορεῖ μέγα κῦμα κατ' ἰθὺς ἰὸν καὶ ἐπ' ἰθύν

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nã ῥόος fluxus directus est.quonam igitur modo ἔνθα καὶ ἔνθα? Igitur noster aliter,

Curuata in molis faciem circunfletit vnda.

Illud enim, ἔνθα καὶ ἔνθα, expressit per, circum: & μόλα per, molis:

Quid de portu? Videamus ex x III, Vlyssea particulatim,

Φόρκυνος δ' ἔντε λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
Ἔνδυμος Ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐπ' αὐτῷ
Ἄκται ἀπορρῶγες λιμενόσδε πεποτήαται·
Αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσήνεον μένος αὔτμη

Ἔντοθεν. Principio portus tũ natura, tum cõmoditas longè melius explicatur,

Est in secessu longo locus. Iam est secessus: iam longus. *Insula portum Efficit.* Rationem reddit quomodo efficiat. *obiectu laterum: quibus omnis ab alto Frangitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos.* Necesse est, trãquillũ intus esse mare: quod iam fractum, iam tectum atq; abductum ab instantibus fluctibus: qui item franguntur antè, quàm impetum faciant. Nam tametsi Homericum circunstant rupes: aditus tamẽ nihilo secius vento expositus fluctus excipit integros. aditum propterea muniuit noster insulæ obiectu. Nunc autem latera, sicut ille,

Hinc, atq; hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
In cælum scopuli. Necesse est altas esse, non solùm præruptas, vt ille dicebat. Nam prærupta nõ omnia excelsa. ex alto igitur ingruentes ventos arcent nostræ. Et cùm ille diceret.

Ἔνθεν δ' αὖτε λιμὴν εὐήνεμος ἠδ' ἀκύμων
Νῆας ἐΰσταμεναι. Non apposuit causam. At apposuit noster, *Æquora tuta silent.* Mira verba. Deinceps ornatus vtrique,

Αὐτὰρ ὅπ' ἀκρότατος λιμὴν εὐδένδρεος ἐλαίαις.
Ἄγχοθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἀμιξάτου ἠερόεντος
Ἱερὸν νυμφάων, αἱ Νηϊάδες καλέονται.
Ἔνθ' ἐν κρητῆρες, ἠδ' ἀμφιφορῆες ἔασι
Λάϊνοι ἔνθα δ' ἄνθετα πάντα τιθεῖσ' ἐύοσσα μέλισσαι.

Humilia, & humiliter. Noster verò grandiora, & magnificè,

-tum syluis scena coruscis,
Desuper horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.

Quid enim sola oliua: quam etiam falsò πανύφυλλον vocauit. folia nánque gerit breuia, tametsi non rotunda. Sed Palma est πανύφυλλος & Hemionitis, & Arundo. Tum autem descriptió antri figura necessaria: *scopulis pendentibus.* Deinde versus ipsis aquis dulcior,

Intus aquæ dulces, viuoq; sedilia saxo.

Postea cùm dixit: *Nymphārum domus*: non egit Grammaticum, vt ille, αἱ Νηϊάδες καλέονται. Quanquam potius Nereides esse oportuit. non enim potuit intus dulces aquas, quemadmodũ noster. cùm tamen & Crateres, & Amphoras nominaret. Quanquam earum vsum ad apum thesauros, non ad potum deduxit. Maro autem post integram descriptionem, vsum docuit. non autẽ eo narrationẽ interrumpit, sicut ille, ἔντοθεν δ' ἄνευ, &c. ornatũ verò adauxit: *fessas*, ergo, *non vincula naues, Vlla tenent.* scilicet ad litus aut ad saxa, ἀφημένα intelligit: quæ à prora nominant Adriatici, non à puppi. Alterum deinde retinẽdi nauigia modum- *-vllo non alligat anchora morsu:* Omitto Periphrasin, *morsus anchoræ.* sicut & alibi, dentem appellat. Splendor quoq; ex geminatione, vlla, vllo.

Neque vnum ex hisce commutarim;

Armipotens belli præses Tritonia virgo
Frange manu Phrygij telum prædonis: & ipsum
Pronum sterne solo, portisq; effunde sub altis:

cum illis omnibus, qui sunt in v I, Iliad.

Πότνι' Ἀθηναίη, ἰρυσὶ πόλιν, δία θεάων.

Nihil noui: vulgaria omnia,

Ἄξον δὴ ἔγχος Δρομάδη καὶ ἶδε ἑ αὐτὸν
Ἱρωϊκὸν δὸς ποσὶν σκαιὰν ἀσπίδα δῦναι πυλάων.

Nuda hæc quoq;. At ibi *telum Phrygij prædonis.*

Explicatiora quoque ea, quæ de ventis ac de quercu noster ait,

Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant. It stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes.

Hactenus pares. sic enim in x v I, Iliados,

Ὡς δ' Εὖρός τε, Νότος τ' ἐδυσάτην ἀλλήλοισιν
Οὔρεος ἐν βήσσῃσι Θρῃκίῃ πολυμιξέρεμνον ὕλην,
Φηγόν τε, Μελίην τε, παχύφλοιόν τε κράνειαν·
Ἄσσα τε πρὸς ἀλλήλας ἴδμενα τανυπέπλους ὄζους
Ἠχῇ θεσπεσίῃ, πάταγος δέ τε ἀζηχὲς ὀρνυμένων.

Verùm comparatio minus apta videtur hîc. nã de sylua pugnant venti, vt fieri nant. At Græci & Troiani, vt Cebrione potiantur. nam quæ erit sylua: si Græci sint Eurus, Troiani Notus? Ridiculum verò ad meridiem vsque totis vtrinque viribus pugnari: Hectorem verò capite, Patroclum pede prehensum, Cebriona trahere nec pugnare. Verùm puerilia multa huiusce generis apud Homerũ, qui prælia ad cyathum formabat: quæ ipse vidisset nulla. Lõgè meliore iudicio Poeta: qui Æneæ constantiam ab Elisa, & Anna oppugnari declarabat. Proïde hæc addit,

Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in Tartara tendit.

In eandem sententiam duas eodem filo fecit comparationes: vnam de Mezentii fortitudine,

Ille velut rupes, vastum quæ prodit in æquor
Obuia ventorum furijs, expostaq; ponto
Vim cunctam, atq; minas perfert, cæliq; minaq;
Ipsa immota manet. Alteram de constantia Latini, - *ille velut rupes immota resistit:*
Vt pelagi rupes magno veniente fragore
Quæ sese multis circumlatrantibus vndis
Mole tenet scopuli: nequicquam spumea circum
Saxa fremunt: laterig; illisa refunditur alga.

Sic & Homerus duas: vnam in mari, in x v. Ilia.

-λῦτο πόντος
Ἠλίβατον μεγάλη, πολλῇσ ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα·
Ἠΰτε βόμβεῖ λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα,
Κύματά τε ῥήγνυσι, πάτῃ σφετερῃσιν ἐνεικαῖα αὐτῇ.

Pessimo

Pessimo tamen consilio Græcos saxo comparat, qui sunt multi. Hectorem verò fluctibus, qui est vnus. In decimoseptimo autem in flumine,

-ὥστε ποταμὸς βαθυδίνης χεύματι ὕδωρ
Τὸν λίθους πάσσοι διαφύσιον τετυγμένους
Οἵτε οἱ ἰφθίμων ποταμῶν ἁλεείνουσι ῥέεθρα
Ἴσχει, ἄφαρ δέ τε πᾶσιν ὁμοῦ ῥόον ποσσὶν ἔτυψεν
Πολλάζων· ὐδὲ μιν ἔσχεν ἐρίσθενος ἱέμενον περ.

Quæ verò apud Gellium nugantur Grammatici de Eride Homerica, & Fama Virgiliana, valde ridicula sunt. De Contentione ille in quarto Iliadis,

Ἦ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται· αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἵσταται εἰσέτι κρῆθον, καὶ δὰ γθονὶ βαίνει.

Clamant quòd Maro de Fama dixit, eam inter nubila caput condere: quum tamen Homerus, vnde ipse accepit, in cælo caput Eridis constituat. Iam tibi pro me respondeo: Non sum imitatus. Nolo imitari. Non placet. Nõ est verum, Contentionem ponere caput in cælo. Ridiculũ est. Fatuum est. Homericum est. Græculum est. Virgilianum non est. Romanum non est. Præterea latet eos vis iudicii Maroniani. Abscondit enim Famæ caput nubibus: propterea quòd Famæ caput, id est author rumorum ferè incertus est. & dixit Nubila, non cælum: quia ad nubes vsque peruenire à terra clamor potest.

Vicit etiàm illa in vndecimo Iliadis,

Τερπετο δ' ὃν κέρσεσιν ἔχων δεδοˆ ἀγλαὰ δῶρα.
Ille deæ donis, & tanto lætus honore,
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit:
Miratur q; manus & brachia versat.

Si perpendas omnia, Quòd nõ expleatur, quòd oculos in cuncta intendat, quòd miretur & versetur: magnum opus, magnum Æneam, magnum Virgilium intelliges.

Sunt & hęc è mediis tracta castris in poesim,

Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parari.

Ille autem quasi præco,

Νῦν δ' ἐρχῷ· δὴ δεῦτε, ἵνα σπεύσωμεν ἄρηα.

Nec minus ex vicesimosecundo Iliadis,

Οἵη δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἑσπερος, ὃς κάλλιστος ἔβη κατὰ οὐρανὸν ἵστατο δ' ἀστὴρ.

Vincuntur à nostris,

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cælo, tenebrasq; resoluit.

Profectò ne ambrosia quidem dulcior est. Neque si superioribus addas ea quæ in quinto canuntur ab Homero, possis æquare Virgilianorum suauitatem,

Ἀμφὶ δ' ὀπωρινῷ ἔναλίγκιον ὥστε μάλιστα
Λαμπρὸν παμφαίνοι λευκοῦ ἁλὸς ἀκλυστοῖο.

Tetigit autem antiquorum opinionem, qui dicebant humore ali siderum splendorem. Iccirco Luciferum perfundit vnda. Quanquam equidẽ arbitror horum versuum fulgore clariorem illum futurum, quàm quauis vnda etiam ipsius Hippocrenes. vel quum ait, *os sacrum.* &, *astrorum ignes.* &, *Venus amat Luciferum*: quæ eadem cũ illo existimatur. Verùm optimus Philosophus, Luciferum intellexit globum, & corpus ipsum: Venerem autem numen illud, quam Intelligentiam vocant Metaphysici: cuius sola ac simplici intellectione orbis ipsius rotatio perpetuatur. Resoluit autem tenebras iccirco, quia siderum omnium Lucifer solus tantum iacit luminis, vt obiecta corpora vmbram reddant: quemadmodum & ad Solem, & ad Lunam. Talis tantúsque Poeta noster est supra omnem captum Grammaticorum.

Efficacissima quoque in illis εὐοπτοποιΐα atque politia,

Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;
Prosequitur votis. nec non & pulcher Iulus: & quæ sequuntur. Apud Homerum in decimo Iliadis nuda omnia,

Τὼ δ' ἐπεὶ οὖν ἔσαλτο ἕκαστος ἐὸν διὰ δίφρον ἰόντω
Βαῖν' ἠϊθέων πρόσθεν δ' ἅρμ' αὐτοῦ πάντας ἄριστος.

Quid enim est: liquerunt optimos? omnino languet: neque πάντας placet. quasi non essent ipsi ἄριστοι. Sic quæ mox sequuntur multo etiam meliora. Quippe illis iter tantùm, & percontatio primùm. Mox de Rheso pauca, nuda, rudia, infelicia. Nostra diuina omnia, numerosa, varia, inexpectata: quæ sibi quisque eligat pro excellentissimis.

Neque audeant illa comparare: quæque ex vndecimo Iliados,

Ζωγρεῖτ' οὐτάμεν δὲ μετ' ἀργείοισι μάχεσθε.
Πολλὰ δ' ὑπ' ἀφρεσύνῃσι πάϊς χειμάλια κεῖται
Χερσί τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.

quæque ex decimo,

Ζωγρεῖτ' αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὰ λύσομαι· ἔστι γὰρ ἔνδον
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος
Τῶν κ' ὔμμιν χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,
Εἴκοσιν ἠμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ὀπὶ νηυσὶν ἀχαιῶν.

Quæ ille, vt fuit castigatæ verecũdię atque prudentiæ, in vnum collegit. nam tametsi in prælijs id sæpe contigit: tamen historici id narrare: non repetere, veri poetæ est. In vnum itaque redegit, & quidem cum obsecratione. Hoc enim modo citius quàm donorum oblatione virum fortem flectimus,

Per patrios manes, & spes surgentis Iuli
Te precor, hanc animam serues natoq; patriq;.

Mirabilis contextus: Obtestatur per Anchisem, quia ipse haberet etiamnum patrem. Per Iulum, quia esset vterque pater. tum deo simile est, seruare. Est enim Iouis cognomentum, σωτὴρ. deinde promissa: eáque non sine specie atque argumentis veritatis: *Est domus alta.* Nisi esset alta, putaret Æneas non esse diuitem. Reliqua verba simul cum puritate veteri Romana, nouam atque excogitatam maiestatem coniunxere,

-iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera facti
Infecti q; mihi. Neque hic sistit orationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed impetum addit à fine,

-non hîc victoria Teucrûm
Vertitur: aut anima vna dabit discrimina tanta.

Sic audias vulgares Homeri obseruationes, sine arte, sine affectu. Vnam pro illis cunctis nobilem Virgilii. Iam vt quæ dicit Agamemnon, cũ illis conferantur,

-iampridem belli commercia Turnus Sustulit, & quę sequuntur.

Non semel luporum comparationem adducit. In quarto Iliados per collationem simplicẽ, λύκοι ὡς, nulla addita narratione. In vndecimo autem eodem modo, verbum tantùm addidit, λύκοι ὡς θύνον. Hanc εἰκασίαν locupletauit comparatione in decimosexto,

-οἵ δὲ λύκοι ὡς
Ὠμοφάγοι, τοῖσί τε ἀεὶ φρένας ἄασεν ἀτὴ:
Οἵτ' ἔβαφον κεφαλὰς μέγαν ὄρεσι δι᾽ώσαντες
Δάσκιον. πᾶσιν δὲ παρὴϊον αἵματι φοινὸν
Καίτ' ἀγελαδὸν ἰάσιν ἀπὸ χρῶτος μελανύδρου
Λάψαντες γλώσσῃσιν ἀρ' ἄσπετα μάλα υδωρ
Κρατὸς ὑφαζόμενοι φόνον αἵματος· οὐδέ τε θυμὸς
Στῆθεσιν ἀτρεμέως ἔδει: ἀλλ᾽ἐνὶ τοῖσι δὲ ζαχρὴ.

Inter hanc vbertatem & illam breuitatem, media est diuini Poetæ comparatio,

-lupi ceu
Raptores, atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies. Efficacius est *Raptores*, quàm ὠμοφάγοι. Sunt genera canum, ὠμοφάγα: non tamen raptores canes Melitæi. Et locus, *atra in nebula*: & modus dicendi, *rabies improba ventris*, plus quàm fames. & *exegit*. & *cæcos*, id est securos cuiuscunque periculi. Pulchrum verò Epiphonema, *-catulíq; relicti Faucibus expectant siccis.* quorum recordatione parentum rabies acuatur. Quod verò ait Homerus, Linguis bibere: falsum est. morsu enim bibunt lupi: non autem λάπτειν. neque lingua imbuta cruore potuit rectè dici, ἁψαὶ.

Sed & alia hac non inferior,

Ac veluti plena lupus insidiatus ouili,
Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres,
Nocte super media: tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira,
Sæuit in absentes. collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.

De Sirio & aliis sideribus multas fecit Homerus comparationes. In vndecimo Iliados,

Οἵ δ᾽ ὡς τε πρῆσιν ἀναφαίνετον ἀστέρι ἀστὴρ
Παμφαίνων: ὅτε δ᾽ αὖτις ἐδὺ νέφεα σκιόεντα.

Et eam quã suprà posuimus ex quinto Iliados,

Δαῖε δ᾽ ἐν κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ
Ἀστέρ᾽ ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον: ὅς τε μάλιστα
Λαμπρὸς παμφαίνῃσι λελουμένος ὠκεανοῖο.

Et in vicesimosecundo,

Παμφαίνων δ᾽ ὡς τε ἀστὴρ ἐπισύρεται πολέσιν
Ὅς ῥα τ᾽ ὀπώρης εἶσιν: ἀφίδηλος δὲ οἱ αὐτὸς
Φαίνεται, πολλῇσι μετ᾽ ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ.
Ὅν τε κύν᾽ Ὠρίωνος ὀνόμακλητον καλέουσι.

Quartam non omittam his similimam. comparat enim igni clypei fulgorem in vndeuicesimo,

Ὡς δ᾽ ὅταν ὀκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείῃ
Καιομένου πυρός. τὸ δὲ καίεται ὑψόθ᾽ ὀρέσφι
Σταθμῶν ἐν οἰνοπόλῳ. πολὺ δ᾽ ἀκ ἐθέλοντας ἀέλλαι
Πόντον ἐπ᾽ ἰχθυόεντα φίλων ἀπονόσφι θέρεσσιν.

Quæ omnia noster sparsa verecundè composuit illo gyro,

Ardet apex capiti, crinítíq; à vertice flamma
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes.

Sanè fulgor è nitido tumidóque loco videtur euomi. inde duplicauit comparationem,

Non secus ac liquida squando in nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent. Nusquam toto in Homero tantam verborum inuenies efficaciã. Aut *Sirius ardor*, quanto grandius quàm ὀπωρινὸς ἀστήρ? Ad hæc, natura & ἐνδελεχόμενα cætera,

Ille situm morbosq; ferens mortalibus ægris
Nascitur, & leuem contristat lumine cælum.

Quod & ille,

Lamentisque tuis hoc ortum accipe malum
Quę te premit, nullæ sunt hominis tibi opitulandi vires.

Talis Æneas designabat tunc, & ex igne illo, & ex fatis perniciem.

Haud longè ab his est quod habetur in nono: cuius minima laus maximã Homeri superat,

Continuò nouus lux oculis effulsit, & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeíq; micantia fulgura mittit.

Cum quibus collata, plebeia illa sint ex duodeuicesimo Iliadis,

Ἠΰτε δ᾽ ἀστὴρ ἔπλησε, ἐπεὶ λίθον ὀφθαλμοῖσι
Δεινὸν ὑφ᾽ κεφαλῆς μεγαθύμου πηλείωνος
Δαιόμενον. τὸ δ᾽ ἔδαιε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη.

Sic de Chimeræ in vertice galeæ Turni. quod Grammatici damnãt: primùm, quia vtrique attributus ignis, Turno & Æneæ. deinde quòd Æneas nondum in prælio, sed è naui. Cæterùm illorum stoliditas maior est quauis reprehensione. Semper enim in eorum stupida arrogantia supereſt, quod castiges. nánque hoc sanè horrendum, quum vel ex nauibus perterrefaceret. vtrique autem dat fulgorem: quia vtrique arma. Quid ais ad hoc? Turnum tollit, vt vincentem extollat. Quid? nonne & Diomedis & Achillis galeæ imponit Homerus ignem? Quanto prudentius noster duos hostes aliis inuictos, multis virtutibus pares fecit, quàm Homerus duos eiusdem exercitus?

Chimeræ comparatio.

Longè illustrior est atque accuratior effictio Euandri, quàm Agamemnonis in 11. Iliados,

Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma.

Nonne hoc melius quàm Ἕζετο δ᾽ ἀρ᾽ ἐπὶ θρόνου ἔστο? Illã verò suauitatem,

Et matutini volucrum sub culmine cantus.

& illa (vt ego solitus sum iocari) κατὰ κόκκον,

Consurgit senior, tunicaq; inducitur artus:
Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis,
Tum lateri atq; humeris Tegeæum subligat ensem.
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.

quibus illa non sunt paria,

-μαλακὸν δ᾽ ὑπένιθεν χιτῶνα
Καλὸν νηγάτεον: σκέπε δ᾽ οὖ μέγα βάλλετο φάρος.
Ποσσὶ δ᾽ ὑπὸ λιπαρείοιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

& illa inferiora,

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισι βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.

Illis quoque superatus est,

Necnon & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressúmq; canes comitantur herilem.

Quid enim?

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρα δοιὼ δύο κύνες ἀρηϊφίλοιο.

Nec minore felicitate Turnum armat,

Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus.
Iamq; adeò Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squammis: surasq; incluserat auro.
Tempora nudus adhuc, lateríq; accinxerat ensem:
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.

Rudiora illa in vndecimo Iliados,

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνημῖσιν ἔθηκαν
Καλὰς ἀργυρέοισιν ἔδησάν τε ἀκρησίας.
Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσιν ἔδυνεν.
Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισι βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
Χάλκεον. αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Εἵλετο. τῷδ᾽ ἀπαλὸν δὲ κάρη ἐρύσαντο κόρυθες.

Castigandus quoque in decimo Iliados propter illa,

Τυδείδῃ μὲν ἔδωκαν ἐρύσσιπποι θρασυμήδεα
Φάσγανον ἄμπνευμα. τὸ δ᾽ ἦν πατρὸς νηυσὶ λέλειπτο.

Diomedes ergo si reuiuiscat, animaduertat ab Homero hanc iniuriam, qui se sine ense exire fecit è tentoriis. Contrà Virgilius etiam habenti donat,

-humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Cnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Vbi etiam Grammaticum agit idem: ait enim,

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρα κνημῖδας κεφαλῆφιν ἔθηκεν
Τευκρείῳ, ἀφαλόν τι, ἑὸν ἄλοφον, ἣ τε κατεῖπεν

Κόρυθα. Positũ enim oportuit galeæ nomen sine verbo κόρυθα. quod & suprà emendabamus in expositione portus Ithacensis.

Leonis comparationes

Nestor verò in primo Iliados loquax, in septimo non minus: in quarto odiosus: in vndecimo obtundit: in penultimo etiam nugatur. Vndecimi sanè locum non apposui: libri nánque integri instar est. Audent tamen Grammatici conferre illum cum Euandri oratione. Numerat ille boum & caprarum capita: hic regem Herilium, & sortem & fatali vita:

Ter, inquit, herbo Hernendus erat. Ad hæc,

-primam aciem Prænestè sub ipsa
Strauit, scutorumq; incendi victor acernos.

Leonis comparationes non pauciores, quàm astrorum aut fluuiorum. In decimo breuis,

Βαῖν᾽ ῥ᾽ ἴμεν ὥστε λέοντε δύω ἐξὸς νύκτα μέλαιναν.

Similis in vndecimo, λέοντ᾽ ὡς. Paulò amplior in decimooctauo,

Ὡς δ᾽ ὅτε τὸν σίμβλοιο βοὸς λέοντ᾽ ἀΐδηλα δύοντα
Ποιμένες ἀγραύλοι μέγα πτώσσοντα δίεσθε.

& in vndecimo locupletior,

Βόες ὡς:

Ἅς τε λέον ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ
Πάσας: τῇ δὲ τ᾽ ἔπι αὐχὴν ἔαξε λαβὼν κρατερῇσιν ὀδοῦσι
Πρῶτον: ἔπειτα δὲ θ᾽ αἷμα, ἠδὲ σπλάγχν᾽ πάντα λαφύσσει.

In eodem fusior adhuc,

Ὡς δ᾽ αἴθωνα λέοντα βοῶν ἀπὸ μεσταύλοιο
Ἑπόμενοι κύνες τε, καὶ ἄνδρες ἀγρομῶνται:
Οἵ τε μὰν ἂς εἶσαι βοῶν ἐκ πάρ ἔβησαν·
Πάννυχοι ἐγρήσσοντες: ὁ δὲ κρειῶν ἐρατεινῶν
Γεύεται: ἀλλ᾽ οὔτε σφήσιν: δαμασσὶς γὰρ ἔχοντες
Ἀντίον ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν:
Καιόμεναί τε δῆτα: τάς τε σχεδὸν ἰοῦσθαι ἀφύσσει:
Ἠῶθεν δ᾽ ἄπο νίσσεται ἔξω τεταπὼς θυμῷ.

& in eodem alia non minor,

Ὡς δὲ λέων ὑψαύχην μηκέτι νήπια τέκνα
Ἐν νήεσσι βαθείῃς λαβὼν κρατερῇσιν ὀδοῦσιν
Ἐλθὼν ἐς ἀλωὴν ἀνάλυε: δὴ σφ᾽ ὕπνος ἀπούρας.

Ἠ δὲ εἰσαΐσσει μάλα ἀγρύζει, οὐδ᾽ ἀμύνασθαι σφε
Χρείοισιν: αὐτὰρ μιν ἀπὸ σταθμοῖο δίωκεν.
Καρπαλίμως δ᾽ ἤϊξε διὰ δρυμὰ πυκνὰ, καὶ ὕλην,
Σπεύδουσ᾽ ἰδρύουσα κρατερὸν θηρὸς ὑφ᾽ ὁρμῆς.

Alia luculenta in decimoseptimo,

Ὡς δ᾽ ὅτε τὸν λέοντ᾽ ἀμφὶς σχόμενοι ἀγροιῶται
Βουσὶν ἀπ᾽ εὐρυμετώπων βοῦν ἀρπάξοντα δάσωνται
Τοῦ δ᾽ ἐξ αὐχέν᾽ ἔαξε λαβὼν κρατερῇσιν ὀδοῦσι
Πρῶτον: ἔπειτα δὲ θ᾽ αἷμα, ἠδὲ σπλάγχν᾽ πάντα λαφύσσει.
Δῃῶν. ἀμφὶ δὲ τὸν γε κύνες τ᾽ ἀνδρές τε νομῆες
Πολλὰ μάλ᾽ ἰύζουσιν ἀπόπρο θεν: οὐδ᾽ ἐθέλουσιν
Ἀντίον ᾠδήσας: μάλα γὰρ χλωρὸν δέος αἱρεῖ.

Illa quoque in sextodecimo,

Ἠΰτε παῦρον ὑπὲρ φ λέων ἀγέλην περι μηλῶν
Αἰθωνα μεγάθυμον ἐν εἰλιπόδεσσι βρέσσει,
Ὧλεσε τε ῥινάχων τοῦ χαμφηλῆσι λέοντος.

& in tertio vna,

Ὡς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ δὴ σώματι κύρσας
Νεβρὸν, ἢ ἔλαφον κερόεσσαν, ἅ οἱ πρόσθεν ἄγρης
Πεινάων· μάλα γάρ τ᾽ ἔδεται, εἰσάν κε δύνηται
Σὺς ἀγρίοιο πάρος τε κύνες, δαλοὶ τε φέρωσι.

Tot congeries verborum, tot iterationes congessit Poeta noster: atque hanc quidem vltimã sic expleuit,

Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
(Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
Conspexit capreã, aut surgentem in cornua cerum:
Gaudet hians immane, comasq; erexit, & hæret
Visceribus superaccumbens. lauit improba teter
Ora cruor. Ecce quomodo dixit, πεινάων. *Impastus*. In vtroque verbo moles est. Cæterùm ornamenta sunt maxima: *fugacem capream cerunm in cornua surgentem*: κερόεσσαν. & πεινάων: *vesana fames*. amentes enim famelici sunt etiam homines, atque efferantur. vnde Lucanus, *-nescit plebs iciuna timere.* Notabis etiam verbum, *Suadet*. facetum est: non dixit, Cogit. Superauit hisce: superauit illis, *Gaudet hians immane.* &, *comas arrexit*. Illud autem, μάλα γ᾽ ἐδέτην: impensius, *hæret Visceribus superaccumbens*. In cauea enim hoc vidimus: quanto magis vrgebatur pertica, tanto acrì premebat vitulũ. Nõne est generosior oratio, quã μάλα κατεδάϊσε? Epiphonema pulcherrimũ: sic enim lauat os sanguine, vt diu pòst lãbat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est & altera in decimoseptimo, quum leoni comparat Menelaum inuitum relinquentē Patrocli cadauer,

Αὐτὰρ ὁ τ' ἀζηχέτοιο ἀκηχέμενος λέοντι,
Ὅν τε βαλόντες ἀπ' ἀγρότεραι καὶ ἀγρευταὶ
Ἐξέσσαν, κρατερὴν δὲ περὶ φρεσὶν ἔκλεμεν ἀλκήν·
Πάντῃ μέν τε διώκουσ', ἀτὰρ ἀπρήκτους ἀπὸ πυκνῶν
Ἄρκυων ἐλάσασι· λέων δ' ἀπάνευθε θορὼν
Ἄσπετον ἐν μήλοισι κορύσσεται, ἀμφὶ δὲ τε σφὼ
Ἀμφὶ νεκρῷ ἐρύουσι μάλα κρατερὸν περ ἐόντα.

quam in Turni maiore facinore superauit,

-ceu sæuum turba leonem
Cum telis premit infestis: at territus ille
Asper, acerba tuens retrò redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contra:
Ille quidem hoc cupiēs, potis est per tela, per hostes.

Nudis illis adiecit amictum incomparabilem, *Asper, acerba tuens.* & quum miscet virtutem cū periculo: & timorem cum auiditate. Tertia quoque illam è sextodecimo sic delet,

-vtq; leo specula quam vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat. Excitat magis animum hæc aggressio, quàm illa pugna impar, πάμπαν ἔπιφρα λέοντ. &, ὥλετο γενάχων. Quartæ multus decor, multus affectus, multus impetus. referens illam quæ simili materia est in decimo Iliadis,

Ὡς δὲ λέων μήλοισιν ἀσπιδιώτισιν ἐπλήδην
Ἄγχιστ' ἢ οἰῶν κεφαλὴν ἢ φρένα δύσῃ.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans:
(Suadet enim vesana fames) manditq; trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu. fremit ore cruento.

vt præterquam quod vorat, etiam trahit. Sanè quum iratus est, quod ore apprehendit, succutit, atque inter mandendum fremit. Quæ plus pingunt quàm αἷμα ἑλίσσατο λαφύσσειν. Quod autem ait, μαχέσ' ἴαχε: sanè non repugno: sed nares, rictúmque potius comprehendit ore leo. Credo anima sua graui illius animam vt suffocet aut hauriat. Sæpe enim hoc vidimus.

Quinta quoque magnifica est, & tota sua,

-Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comantes
Excutiens cernice toros: fixumq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Apud Homerum verò multas præterea videbis: duas valde vicinas in quinto. & in eodem libro tertiam, duorum leonum: & in sextodecimo duas: in quarum altera est hemistichium, ἰὰ πέμπον ὀλοιὸν ἀλκήν. Simile illi, ἀλωσεῖν δέ ἑ ἔκτα, in simili comparatione. & tertia haud multo pòst. & in decimoseptimo alia ab ea quam descripsimus. & in vicesimo vna magnifica admodum. & duorum capram ferentium in tertiodecimo.

Illa quoque à Criticis & comparata, & perpensa sunt,

Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atque auribus aera captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cælo:
Arctumque, pluuiasq; Hyadas, geminosq; triones:
Armatumq; auro circumspicit Orionā. Artem atque intentum animum simul notauit per verbum, *Circumspicit*. Altè Arcturum ad dextram, alia ex parte Orionem. sed & aerem, id est, auras ipsas ventum prænuentes, miro modo dixit, Λιπαροὺς captare. Homerus autem sine vllo apparatu more suo fluit,

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήεντως
Ἧμενος· οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐπῆπτο
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δυόντα βοώτην
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι:
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.

Similes in decimoseptimo Iliadis.

Nuda item illa ex Iliados secundo,

Ἡ ὕστ' ἴδριες εἶσι μελισσάων ἀδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀεὶ νέον ἐρχομένάων.
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.
Αἱ μὲν τ' ἔνθα ἅλις ποτέονται, αἱ δέ τε ἔνθα.

Quæ diuinus vir ita descripsit, vt oppresserit,

Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor: quum gentis adultos
Educunt fœtus, aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Fernet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

Eius partes si velim recēsere, opera me deficiat, Rei naturam, varietatem, figuras, carminis rotūditatem, neruos suauiloquentiæ.

Simillimam huic hìc ponere suadet par materia, æqualis victoria,

ὀρειδεσῶν.

Ἡ ὕτε πῦρ κλαδεῶν μεγάλην ἀνὰ πίλεϊ οὔρεος ὕλην
Αἴθ' ἐπὶ οὐδὲ χερείονα τύμβον, καὶ ἀέσσατον ὄμβρῳ
Κλαδεῶν πάσῃ πίτνοντα ἐπ' ἀκλυσίῃ ῥοάων.
Ἀνδράσι πυρσαίοισι φόνον, καὶ κῆρα φέρουσιν.
Ἠΐεται δ' ἄρα πάσῃ κακὴν ἐπιδὺς ἀσφίγγοντι.

Omissa fabula Pygmæorum, quæ sanè Græcula est: rem ipsam breui, plena, mira narratione complexus est,

-aut ad terram gurgite ab alto
Quam multæ glomerantur aues: vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Quantò elegantius, *frigidus annus Trans pontum fugat aues*, quàm, Aues hyemem fugiunt? Sed & expresius,

-quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntq; notos clamore secundo.

Tantum verò præstitit in illa Mnesthei increpatione: vt non videatur desumpsisse ex Iliados tertiodecimo. vbi res maximi momenti languidissimè scripta est,

Νυὶ δ' ἴκαθεν πόλιος καίηρ δῆϊν ἐνισὸ μάχοντο
Ἠμὲν ὁμάδος κακόντη, μεθημοσύνῃσί τε λαῶν.
Οἱ κάτω ἑείσαντες ἀμυνέμεν ἠδ' ἀλέασθαι
Νῶϊν ὀκνηρότερον ἀλλὰ κτεινόμενοι ἀν' ἀστυ.

Alius quippe sonus, alius ardor,

Quos alias muros, quæ tam vltrà mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris, ô ciues, undique septus
Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ, vetumq; deorum,

Et magni Æneæ, segnes, miserétque pudétque?

Increpatio altera Agamemnonis, qua Troianos acuit in quarto Iliadis,

Ἀργεῖοι ἰώμορροι, ἐλεγχέες, οὐ νυ σινῶδες;
Τίφθ' οὕτως ἕστητε τετληότες, οὔτε νεμεσσᾷ;
Αἴ τ' ὀΐεαι ἐμεῖο πόλεος πεδίοιο θόωσαι
Ἐκτὸς ἰὼν δὴ ἄρα τις σοι μετὰ φρεσὶ γίγνεται ἀλκή.

Pudet his subiicere quę pari affectu dicit Pallas,

Quo fugitis socij? per vos & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen: & quæ sequuntur.

Et tertia in eodem libro, qua Mnesthea & Vlyssem carpit,

Τίπτε καταπαύσοντες ἀρίστατε μίμνετε δ' ἄλλους
Σφωΐτερόν τ' ἐπίοντα μετὰ πρώτοισιν ἰόντας
Ἐξαῦθι, δὴ μάχης κρυεροῖο κατολοίσθιοι.
Πρόσθεν δὲ ἀλλήλους ἀνοΐζετε θυμὸν ἐμεῖο.
Ὀππότε δὴ τὸ γέρεσσιν ἐπιζώομεν ἀχαιοῖς.
Ἔνθα φίλ' ὀπάλεια κρέα ἔδμεναι, δὴ κύπελλα
Οἴνου πιέμεναι μελιηδέος, ὄφρ' ἐθέλητον.

Haud absimilia quæ in octauo,

Αἰδὼς ἀργεῖοι, κακὰ ἐλέγχεα, εἴδωλα ἀκοιτοί.
Πῶς ἔτ' ἀνὴρ ἀγχοῦ τε μάχῃ καὶ ὀβριμοεργῷ
Αἴσιοι.
Ἀλλ' ὁπότ' ἐν λήμῳ κανέωμεν ἔργα ὑπερφιάλων·
Ἔνθα δοῦναι κρέα πολλὰ βοῶν ἐρδικραιράων·
Πίνοντες κρητῆρας ὑπεκρεμάσασθε οἴνοιο
Τεύχεα αὐθ' ἑκάτων δυνκοσίων τε ἕκαστος
Στήσειθ' ἐν πολέμῳ· νῦν δ' οὐδενὸς ἄξιοι εἰμέν.
Ἦ κτεφεὶς ὃς ἄρα νῶϊν ἐυαφέος πυρὸς κηλῖ.

Tarchontis autem oratio non minorem præ se fert animum, quàm pugna,

Quis metus? ô nunquam doliturī! ô semper inertes
Tyrrheni: quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina pallantes agit? atque hæc agmina vertit?
Quo ferrum? quid ve hæc geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnáque bella:
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi
Expectate dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hæc studium: dū sacra secundus aruspex
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

Arboris quoque casum haud facilem operoso carmine descripsit Maro: Tantóque ornatu rerum naturam ambiunt, atque euenta ipsa: vt illa Homeri proposita, quæpiam hypothesis videatur. sunt autem in quarto Iliadis: sicut de fraxino in XII: de quercu fulminata in XIIII,

Ὡς δ' ἐν κονίῃσι χαμαὶ πίσυρ αἴγειρος ὀρθὴ,
Ἣ ῥα τ' ἐν ἑλαδίῃ ἴλιος μεγάλοιο πεφύκει
Λείη· ἀτὰρ τῇ οἱ ὄζοι ὑπ' ἀκροτάτῃ πεφύασιν,
Τῶν ῥ' ἀμαιμακέτης αὐὴρ αἰθέρι σὺν δόρυ πρὸ
Ἔξέτεμ' ἀφρ' ἵππων κλιτὺν πεπαλών· ἡ δὲ πρόσθεν.

Non multò maior opera posita est in hac narratione, quàm in credenda populo fecerit Carpentarius. At in nostro musa loquitur,

Ac veluti summis antiquam montibus ornum
Quam ferro accisam, crebríque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim. Illa vsque minatur,
Et treme facta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta supremum
Ingemuit: traxítque iugis auulsa ruinam.

Non si ipse Iupiter poeta fiat, melius loquatur. In sextodecimo Iliadis huic similis est: alia à superiore, quam ex quartodecimo recitabamus,

Ἦ εἰπὼν δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤειπτο ἢ ἀχερωΐς,
Ἢ ἢ πίτυς βλωθρὴ· τῷ τ' εὖρια τέκτονες ἀνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νήκεστον νέῦον ἔξ).

Quam diuinus vir obruit sua imitatione,

Concidit: vt quondam caua concidit, aut Erimanthi,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

Versus quoque præcedens hosce, par est illi Homerico in XVI Iliados, de Cebrione,

Κῆτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος· ἱππεσύνάων.

Sic ille,

Ipse grauis grauitérque ad terram pondere vasto.

Nisi velis illum huic apponere,

Flebant ingentem, atque ingenti vulnere victum.

In hoc est sententia par, in illo numerus.

Antiquam igitur *ornum* cum antiqua Troia. Accisam ferro illam, hanc longinquo bello attenuatam. Agricolæ, Græci sunt. Naturam verò spectа ipsius arboris. *Illa minatur*: sed *vsque*, & *vsque*. &, *tremefacta*: &, *nutat*. *Paulatim euicta*. Addidit & attributionem, *Congemuit*. Nam ictibus sanè respondet arbor sonitu. Et, *traxit ruinam* secum: sicut Ilii euersio traxit secum Æneæ opes, & Antenoris, & Heleni, & aliorum. Quòd autem populi ramos non fecerit etiam imæ partis participes: falsus est. *Imus* verò si est, vt interpretantur, rotæ curuatura: pessima quidem fiat è populo, nam & facillimè atteritur: & minus fideliter tenet ferrum, si eo incrustetur.

In vndecimo Vlyssęæ,

Ἁλμυρὸν βεβρὸν αἰπὺ ὑπὲρ ὑμηλοῦ μελάθρου.

Quod noster tanto maiore cultu,

Informis leti vastum trahe nectit ab alta.

Etenim tam atrox res aliquo verborum ambitu studiosius comprehendenda fuit.

Milites quoque repræsentat Virgilius animosos, non vulgares. Quippe Pandarus & Bitias vltro etiam portas recludunt. Rectè igitur turribus assimilat, quæ sanè ad mœniorum defensionem constituuntur. Comparat autem roboribus versibus diuinis,

Portam, quæ imperio ducis est cōmissa, recludunt
Freti armis. quid potuit generosius? Deinde addit quod perterreat animos plebeios,

-vltroque inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra, ac læua pro turribus astant,
Armati ferro, & crystis capita alta coruscis.
Quales aeriæ liquentia flumina circum
Siue Padi ripis Athesim, seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus: intonsáque cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Homerus autem minore opera,

Ἐν δὲ πύλῃσι δύω αἰζηὼ ὑψοῦ ἀείρω
Τίας ὑβριμόμους λαπιδάων αἰχμητάων.
Ἑστασαν, ὡς ὅτε δρῦες ἐν οὔρεσιν ὑψικάρηνοι,
Αἵτ' ἀέμοισι μίμνουσι καὶ ὄμβρῳ τετράπι πυκνά,
Ῥίζῃσι μεγάλῃσι διηνεκέϊ ἀρηρυῖαι.
Ὣς ἄρα τὼ πρὸ χείρεσσι πεποιθότε, δὴν βίηφι
Μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν ἄσπον, οὐδὲ φέβεσθον.

Quæ in decimonono scribuntur, longè post se reliquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Τῶν δ' ἀφαάρετο πέρα κλυτὰ τεύχεα Ἥφ
Καλὰ μάλα, οἳ ἄνωπτε ἄνηρ ὤμασιν φόρησεν.

Ille autem,

En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera? nec mox aut Laurentes nate superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.

Tota quoque clypei descriptio multò est apud nos aptior vniuerso argumento. Homeri autem clypeus, friuola & puerilia cõtinet. Quinetiam sigillorum quæ in eo sculpta sunt, motum quomodo repræsentare queat, nescio. nisi quòd ille ait, *Stultitiam patiuntur opes*: ad Homeri poemata accomodari possit. In illa enim verborum opulentia, licuit ei ineptire. Ait ibi,

Οἳ δ' ἴσαν, ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

Esto, gestus cuntium effingi potest. at subdit,

Οἳ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανον, ὅθι σφίσιν εἶχε λοχῆσαι
Ἐν ποταμῷ, ὅθι τ' ἀφθιτος ἄλετο πᾶσιν βοτοῖσι:
Ἔνθ' ἄρα τοὶ γ' ἷζοντ' ἐλαμπόμενοι ἀϊδηλοι χαλκῷ.

Quomodo eunt, vt perueniant, ac deinde considant? alia quoque eiusmodi. Sed & ridiculum illud, Citharœdũ statuit: sané. & καθάπερ: bene. manus enim ad Citharam sunt. At quum ait,

-λίγον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε: procedat. os enim apertum dabit Vulcanus. illud verò λεπταλέην φωνὴν quis ferat? dicet parum apertum. At mugitus etiam ore clauso. & parum aperto grauissimus sonus cantoribus. Præterea in cælo facit Vulcani officinam, quo nihil stultius esse potest. At prudentissimus vir,

Insula Sicanium iuxta latus, Æoliámque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnæa tonant: validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum: stridórque cauernis
Strictúræ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Vbi & rerũ naturam sequutus, & verbis signatis loquutus est. Cæterùm Virgiliana officina cælestis potius: diuinis enim verbis descripta est. Homerica autem plebeiis,

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat: toto genitor quæ plurima cælo
Deiicit in terras: pars imperfecta manebat.
Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant, rutili tres ignis, & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitúmque metúmque
Miscebant operi, flammísque sequacibus iras.
Parte alia Marti currumq́, rotasq́, volucres
Instabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes:
Ægidaq́, horrificam, turbatæ Palladis arma
Certatim squamis serpentum, auroq́, polibant:
Contexosq́, angues, ipsamq́ in pectore diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Homericam domum Vulcani videamus in decimooctauo Iliadis,

Ἡφαίστου δ' ἵκανε δόμον πολυπάμονα χαλκεόφρονα
Ἀφθιτον ἀστερόεντα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,

Χάλκεον: ὃν ῥ' αὐτὸς ποιήσατο κυλλοποδίων.

Nunc autem officinam & opera,

Τείποδας δ' ἐνέηκαν ἐείκοσι πάντας ἅπαντας
Ἑστάμεναι περὶ τοῖχον ἰῦσι θέσφατα μεδέων.
Χρύσεια δέ σφ' ἕκατον κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν.
Ὅφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δύσοιντο ἀγῶνα,
Ἠδ' αὖτις οἶκόνδε νεοίατο θαῦμα ἰδέσθαι.
Οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος: ἐκ δὲ τὰ μὲν ἤπυε,
Δαιδάλεα φρεσὶν ᾔδεε, τά ῥ' ἤρτυε, κόσμῳ δὲ δέσμευε.

Nugæ hæ anicularum. Ille autem cum poesi adiunxit philosophiam. Tria nánque attribuit fulmini pro substantia: imbrem, nubem, ignem, id est aquam, aerem, ignem. Non enim excuti potest nisi à frigido & humido fulmen, quod calidum & siccum est. Neque sine impetu erit & loco. iccirco aerem dedit. Addit præterea, τὰ ἴδια, Fulgores, id est ἀστραπάς: eósque terrificos. & quæ sequuntur. Instrumentorum quoque & materiarum narratio alterius aurea, alterius verò plumbea,

Φύσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων,
Παντοίῃ εὐαρμοσταὶ ἐϋτμήτῳ ἐξανιεῖσαι
Ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρέμμεναι: ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὅσσα πόνος ἔφαινε γ' ἔδε λοι, καὶ ἔργον ἄνωτο.
Χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλον ἀτειρέα, κασσίτερόν τε
Καὶ χρυσὸν τιμῆντε, καὶ ἀργύρεον. αὐτὰρ ἔπειτα
Θέντ' ἐν ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα. χέρσι δὲ χειρὶ
Ρ' αἰπὺν κρατερὸν, ἑτέρῃσι δὲ ῥάβδον ἐρέχθεν.

Audi nunc verum poetam, non autẽ foraneum narratorem. Etenim quum ad arma faciẽda χαλκεύσειν miscet: equidem videre videor nostrorũ medicorum scripturas: in quibus vt multa scire videantur, tota prata, integras impinsunt officinas. -at illi

Ocyus incubuere omnes: pariterq́, laborem
Sortiti. fluit æs riuis, auriq́, metallum:
Vulnificusq́, chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum: septenosq́, orbibus orbes
Impediunt. alii ventosis follibus auras
Accipiunt, reddúntq́: alij fluidentia tingunt
Æra lacu. gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum: versantq́, tenaci forcipe massam.

Atque hic quidem præcedit narrationem. Non autem quemadmodum fecit ille, prosequutus est opus: sed distulit tanquam in Theatrum, ad narrationem. Quid illa? quibus est verbis Virgilius exequutus,

Τοῦ δ' ἄρα οἱ ὑπόρνυ φαεινότατον πυρὸς αὐγῆς.
Τοῦ δὲ δὶ οἱ κνήμῃσι βαλέσθην ἠρτύσατο ἀμφὶς
Καλὼ, δαιδαλέω: δοῦνε δ' ἔχεσθον λόφον ὄμπνα.
Τοῦ δὲ δι' οἱ κνημὶ δῦν ἑαυτοῦ κλυτοτέχνου.

Terribilem cristis galeam, flammasq́, vomentem,
Fatiferumq́, ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis quum cærula nubes
Solis inardescit radijs, longeq́, refulget.
Tum leues ocreas electro auroq́, recocto.

Profectò nihil potuit aptius, quum cæruleant nubem impleuit splẽdore. Idem nánque in ferro polito est.

Sic

Sic etiam in militari prudentia fuit excellentior Maro. Hector nánque multò citius ac facilius armatum Patrocli cadauer auferre poterat, cuius exuuiis postea potiretur, quàm otiosè medio in prælio exuere, atque relinquere cadauer, pro quo etiamnum Troiani essent pugnaturi. Eo, inquam, in loco spoliare otiosè, quò ex loco cadauer ipsũ auferre nequiuerit: sanè pauca vel opera vel tempore indigebat ad cadauer ipsum tollendum. Non sine labore verò mortuum exarmare possumus. Et Iuno ibi clam Ioue demittit Irim ad Achillem: cui etiam profitetur sese Ioue inscio ab Iunone missam. Pulchrum verò Iouem, si deus omnium, Irim non videat: quum Thetis è profundo maris audit flentem in tentoriis Achillẽ. harũ ineptiarũ apud nostrũ nihil inuenias. Aristæũ nánq; ad caput Penei fluuii, qui perexiguus est, flentẽ audire potuit Cyrene.

Apud Gellium quoq; illud animaduersum est, à Virgilio additam vim nutritionis: id quod ab Homero sit omissum in sextodecimo Iliados,

-νὺξ ἀμφὶ στίχας πατρὸς ἐλθοῦσα πολεμίζειν,
Οὐδὲ θοὸς πάτηρ, γλαυκὴν δ' ἐς τάρτα τάλασσα,
Πίσχεθ' ἁλιάπνοιόν τοι νόον ἐνὶ στήθεσσιν.

Virgilius autem postquam dixit,

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus: addidit, Hyrcanæq́, admorunt vbera Tigres. Neque enim satis est, bonis prognatum esse: sed primis alimentis augeri, aut immutari infantium naturam. Propterea quòd & ætas est propè principia, atq; in ipsis principiis: & lac haud ita multùm abest à seminis natura. est enim sanguis discoct⁹, alter in mammillis, alter in testiculis.

Conferatur Andromachæ fletus ab interitu mariti, cum Euryali matre. In vicesimo secundo ita scriptum est,

Τῇ δ' ἀλεγεινὴ γόος ἔλαβε μέλεα δὲ οἱ ἔκπαγλα χάρις.

Virgilius, -*miseræ calor ossa reliquit.*

Excussi manibus radij, reuolutaq́, pensa. Videor videre illa exurgente pẽsa reuoluta. Cætera quæ sequuntur, vtrobique optima. nánque Andromache, -δίσσοντο μεμαυῖαι ἴσαι Πανδρόμῃ καὶ Ἕκτορι. Et mox, maritum vbi trahi vidit,

Τὴν δ' ἀρ' ὀξὺς ἵμερος ἐπέδραμε γυῖα λῦσαι.
Ἧκεν δ' ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπὸ ψυχὴν ἐκάπυσε.

Euryali verò mater non cecidit, neq; animo defecta est, sicuti neque Hecuba. satis igitur si

-euolat infelix, & fœmineo vlulatu
Scissa comam, muros amens, atque agmina cursu
Prima petit: non illa virum, non illa pericli
Telorumq́, memor. Ecce animum amentis, qui non concidit. Homerus autem in re atroci temerè lasciuit. velum quod Andromachæ decideret, Veneris fuisse munus: déque nuptiis ibi primis, sanè intempestiuè & inepté. Quæ verò sequuntur, sapiunt Græcæ luxuriam orationis. quæ tota quidem cõtugis sit: sed non tota Andromaches. olet enim plebeiam mulierculã magis quàm primariã fœminã. Et illud ridiculum,

Ἀστυάναξ, ὃν ποῦος ὀδὰξ ἐλόνησεν καλύκων. Quid enim ad rem? quem nunc vult docere? ficut è Theologis nostris vnus, qui in oratione ad Dominum Iesum disputat, quot sunt genera charitatis: quasi eum docturus, quem exoratum velit tanquam omniscientẽ omnipotentémque. Anus autẽ nostræ Virgilianę cõquestio adeò sublimis est, adeò rara, vt sapientibus sustulerit audaciam imitãdi,

Hunc ego te Euryale aspicio? & quæ sequuntur. Affectus tot, tanti, tam frequentes, vt excutiat animum potius quàm lacrymas mihi. *Potuisti linquere solam? Crudelis, quæ sum tecum, mariq́, secuta.* Nec id dedisti mihi, vt te extremum alloquerer. Hęc, postquã dixit senectæ requies, & serarum laces præda canib⁹. in terra ignota. Quod vulgò datur parẽtibus, saltem funera curassem. Pro patria extinctus est: gaudeo. at, *vulnera non tuli.* Cui posui ergo operam in veste? cui festina fui? Hæc tela solata sum curas meas, quæ illas auctura fuerit? vbinam es? vbi te quærar? Quo te sequar? integer ne saltem es? an discurrendum mihi vt discerpta membra colligam? At verò nullum esse hostium telũ quod me tibi possit adungere? Et si cessant illi, tu qui pius es veræ vitę pater Iupiter, abstinebis ab eius teli iactu, quo me potes efficere beatam? Ita nihil omissum cælesti viro illi: nihil addendum, nisi ab ineptis: nihil immutandum, nisi ab impudentibus. Omnia signatè, ex natura, ex arte, ex eruditione: sententiæ, numeri, figuræ, simplicitas, candor, ornatus, incõparabilia: atque vno vt absoluam, Virgilii.

Pulcherrima Homeri in eodẽ libro duo carmina, & spectatæ simplicitatis,

Δὶς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύνατο φρένας ἀμφιγυήεις
Οὔτ' ἄρ' ὁ γ' ἐν δώμασι τετιημένον οὔθ' ὁ δάκνειν.

Virgilius grandior, cultior,

Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies: nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur: & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires: nec vox, nec verba sequuntur.

Vbi etiam numerus nobis notandus est. Extendit enim, aut extẽdere conatur cursum accẽtus medius in verbo illo, *videmur*. In aliis enĩ versib⁹ ferè est cæsura. hîc autẽ supereſt adhuc vna syllaba. Perpẽde verò amplificationẽ. Haud multò procul his illa ex eadẽ cura, & studio, & felicitate,

Purpureus veluti quum flos succisus aratro
Languescit moriens. lasso papauera collo
Demisere caput, pluuia quum forte grauantur.

Illi autem verbula nuda & sicca, in VIII. Iliad.

Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν: ἣ τ' ἐνὶ κήπῳ
Καρπῷ βεβριθυῖα νοτίῃσί τε εἰαρινῇσι.

Ineptum faciũt Phidiam garruli Græci. Etenim dixisse se, Iouem olympium quum fingeret, ex tribus Homeri verbis maiestatem collegisse. quippe de supercilijs, & crinibus in I. Iliadis,

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Sanè aut ludũt Phidiam, aut nos ludit Phidias. Etiam sine Homero puto illum scisse Iouẽ non

Universidad de Deusto
Biblioteca

carere supercilijs & cæsarie. Fortasse verò etiam A
ridicula facies illa nobis esset, si extaret. Itaque
Virgilius quum parum tutam in hisce minutu-
lis rebus suy carminis esse crederet maiestatem:
dixit simplicissimè,

Annuit: & totum nutu tremefecit olympum.

Poterat enim non sine periculo grandiloquen-
tiæ, ponere crinium defluxionem.

Ex vicesimo tertio Iliadis transtulit versus il-
los in comparationem,

Μάστιγι δ' ἀείρει ἴλαπτε κατὰ μαδάρωσι Νεῖσθαι τ'
Τ'ψόσ' ἀειρόμεναι ῥίμφα φέρουσι κέλευθον.

ἐχνολογία multa.at in nostro animata oratio,

Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruunt, effusi carcere currus:
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere iugis, pronique in verbera pendent.

Cum virtutibus horum carminum nō est con-
ferenda ieiuna illa humilitas, audent præferre
tamen Grammatici temerarii. Principiò, nihil
infelicius quàm μάστιγι αἰνὶ ἴλαπτε. Nam cōtinua-
tio & equorum diminuit opinionem, & cōtem-
ptum facit verberum. Frequentibus interuallis
stimuli plus proficiunt. Quod verò admirantur
Græculi, pessimum est, ὑψόσ' ἀειρόμεναι. Extento
nánque, &, vt mulites loquuntur, clausō cursu
non subsiliente opus est. Quare diuinus vir, *un-
dantia lora*: hoc enim pro flagro. &, *præcipites*. &,
Corripuere campum. idq; in præterito, ad celerita-
tem. Et, *ruunt*, quasi in deuexa, adeò celeres sunt.
Illa verò supra omnem Homerum, *proni in ver-
bera pendent*.

C At verò ne illa quidem ex xv. cum his con-
ferre audeas,

Ὥς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι καλὸν ἐζευγμένα εἰδώς,
Ὅς τ' ἐπὶ δεκὰς πολέων πίσυρας σὺν ἀγείρεται ἵππους,
Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα εἶσω δῶμα θεοῖο
Λαοφόρον καθ' ὁδὸν: πόληες δ' ἠθήσαντο
Ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες: ὁ δ' ἔμπεδον ἄσπαλὶς αἰεὶ
Θρῴσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δ' ἅμα πάντες.

Vbi etiā desultorios equos videas apud Homer.

Locus ille valde ambiguus est, vtrū faciat su-
periorē. sic enim legimus in duodecimo Iliadis,

Ὥς δ' ὅταν ἔντε κύνεσσι, καὶ ἀγροτῆρσι θηρῶσιν
Κάπριος ἢ λέων ῥίψαντε σθένεϊ βλεμεαίνων.
Οἱ δ' ἄρα πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀμφιβάντες
Ἀντίοι ἑστᾶσι καὶ ἀκοντίζεσι θαμειάς
Λίχμας δ' οὐκ ἐρεῶν, τῶ δ' οὔποτε κυδάλιμον κῆρ
Ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται: ἀταλαιπωρίη δέ μιν ἴσχει.
Ταρφέα τε ῥίψεσθαι σφέας αὐτοὺς πειρήσων
Ὅππῃ τ' ἰόασι, τῇ τ' εἴκασι σφέας αὐτοὺς.

Cæterùm antequam ponamus Virgilianam, al-
tera quoque illa ex vndecimo videnda est,

Ὥς δ' ὅτε κάπριον ἀμφὶ κύνες, θαλεροῦ τ' αἰζηοὶ
Σεύωνται. ὁδὸν δ' εἶη βαθείης ὀξυλόχοιο,
Θύων λάκνὸν ὀδόντα μὲν γναμπτῆσι γένυσιν.
Ἀμφὶ δέ τ' ἀκεσσονται. τὸν αἰ δέ τε κάμπτος ὀδόντων
Γίγνεται: οἱ δ' ὠδύσαντο ἄφαρ δεινόν περ ἐόντα.

Priori autem potius respondet hæc,

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper: multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq; palus Laurentia, sylua
Pastq; arundine: postquam intra vetia ventum est:
Substitit; infremuitq; ferox, & inhorruit armis:
Nec cuiquam irasci, propiusq; accedere virtus:
Sed iaculis, tutisq; procul clamoribus instant.

Principiò illum in medio collocat Homerus: no
ster adducit, *canum morsu actus*. Neque πυργηδὸν
cōuenit: sed πίσυρας coronā venatorū alibi di-
xit Poeta. Turritim igitur non possunt circūsi-
stere. Illa verò omnia sunt potiora Græcis, *Ve-
sulus defendit*: &, *Laurētia palus*: &, cùm *multos an-
nos*: ergo ingens aper est. Præterea natura, *sylua
Pastus arundine*: quales in paludibus Adriæ. Et
illa, εὖ παρεῖν: *substitit*: certè pictura verissima.
Hoc enim agit, & quasi quid sit acturus medita-
tur. deinde infremit, tū inhorrescit. Quod au-
B tem ait, τῷ δ' εἴκασι σίχας αὐθι ἑῶν, non est verum. Im
mò verò vnusquisque optat vt ad se accedat, at-
que in venabulum sese induat. Nimis nos igna-
uos faciūt isti Critici. Aliud est esse Homerum
aut Grammaticum, qui fugiat aprum impres-
sionem facere tentantem. Ergo si cedunt, quare
non abit? Etenim si tentat frequēter, non cedūt:
si cedunt, ea qua cedunt parte abit, non tentat.
Quare huic illam quoque & cōferre & præferre
audebimus, contra Græculorū opinionem, qui
Homericam putant meliorem,

Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit: seseq; haud nescia mortis
Injicit, & saltu supra venabula fertur.

Iam enim hoc est aliud quàm σίχας πειρήσων. &
C plus est, *haud nescia se morti* dat. Sicut Helenor.
Homerus autem ineptè ibi cōparat Hectorem
Leoni, Græcos venatoribus. nā venatores vrgēt
leonem in comparatione: in prælio verò contrà,
Græcos Hector. Iccirco leo στιφρόθυμος impetum
reprimit. at miseri Græci ibi ne mouentur qui-
dem, pauore torpentes,

Νεῖσθαι δὲ γλαφυρῆσιν ἐλιξάμενοι ἰξάνοντα
Ἔ κτορα δυσθύμοντες κρατερὴν μήσεσθαι φόβοιο.

Secundā verò cōparationem nō tā imitatus est,
quàm de natura ipsa expressam superauit lectis-
simis illis tum verbis, tū numeris, in III. Georg.

Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas:
D *Atque hinc atq; illinc humeros ad vulnera durat.*

Orat in sextodecimo Iliadis Iouē Achilles pro
Patroclo: eius vota sic diuidit Homerus,

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀέσιν δῶκε,
Νεῶν μὲν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε, μάχην τε
Δῶκε, σόον δ' ἀέσιν μάχες ἐξαπολέσθαι.

De Aruntis voto ille,

Audit: & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit: partem volucres dispersit in auras.
Sterneret vt subita turbatam morte Camillam
Annuit oranti: reducem vt patria alta videret
Non dedit, inq; Notos vocem vertēre procellæ.

Hīc litigant iidem: nam vbi quippiam est fuisse
dictū, à nostro breui gyro collecti dolent. Accu-
sam aiūt orationē. vbi cōtrà, in Latinā maiestatē
quæ non possunt collecta venire, hilariore am-
bitu

bitu explicat: rursus fremunt. At ô boni, quod a- A
Jibi diximus, hīc quoque vobis æquo animo au-
diendum est: Acceptam materiam semper face-
re volumus meliorem: Nego tibi Grammatice,
tam rotūdam esse Homericam illam dictionem,
quàm nobis videatur: nempe verbum δῦκε, est
extra orbem illorum mēbrorum: & in alio qui-
dem versu. In primo versu, membra duo sunt op-
timè proposita. Vbi igitur vox illa superflua
atque otiosa, μάχλω: verbum δῦκε positum opor-
tuit. nam secundum membrum distributum
in tertio versu, curtum est: primum membrum
in secundo versu, vastum. Nostra verò membra
paria sunt. Et repetitum verbum, *dedit*, atque af-
fectum negatione, est elegantissimæ loquutionis
author. Quòd autem crepant verba illa vltima,
-inq; notos vocem vertēre procellæ, esse παρήλκον &
affectatum: non vident pene iisdem verbis super- B
iorem sensum instaurari. Idem nánq; est: *par-
tem volucres dispersit in auras: &, in notos vocem ver-
tēre procellæ*. Sic verò describi vota irrita à Lati-
nis, iam & triuiis notum est: quemadmodum &
omnia verba,

Demophoon ventis & verba & vela dedisti. &,
Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Æolios illa referre notos.

Quòd grauatè ferēti Sarpedonis interitum Io-
ui, Iuno ridiculè dicit: quid enim sapientiorem
Iunonem, quàm Iouem facit vecors ille? sanè ad-
mittimus,

Ἄνδρα δυνατὸν ἐόντα πάλαι πεπρωμένον αἶσῃ
Λυσέμεν ἐκ δεινοῖο μάχης ἐξαλύσασα:

Longè maiore maiestate nostra,

Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus C
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. Neque conuersus est ad il-
las nugas,

Ἀλλ' εἶσι φίλον δή: δεῖ γὰρ δὴ ὀλοφύρεται ἦτορ,
Ἤ τοι μὲν ἔνεσον ἐνὶ κραδίῃ ὑσμίνην
Χερσὶ δαμῆ πολεμιστάδι δαμήμεναι.

Si eum tantopere amas, permitte ipsum interfi-
ci. Pulchrū. sed consolatur mox sepulchro. quā-
si verò non & id πεπρωμένον. At noster, mortem
ait non esse finem hominis, sed vitæ terminum:
πέρας, non τέλος. finem autem esse virtutem. Le-
gerat enim Aristotelem vir doctissimus hæc ea-
dem dicentem. Deinde exemplis agit,

D *-Troiæ sub mœnibus altis*
Tot nati cecidere deûm, quin occidit mà
Sarpedon mea progenies. Et quod manet etiam
interfectorem, *-etiam sua Turnum*
Fata manent: metasq; dati peruenit ad æui.

In eodem libro moriens Sarpedon, Glaucū mo-
net ne se permittat mortuum spoliari: néve pa-
tiatur Græcos suo cadauere potiri. Longè præ-
stantiore animo Camilla Accæ iubet, det ope-
ram vt Turnus prælium redintegret: de suo ca-
dauere nihil. Qualem vocem excellentiorem at-
tribuas Paulo aut Marcello? & illa quanti est?

Hactenus Acca soror potui. &, Iamq; vale.

Sarcasmos est Æneæ,

Isthic nunc metuende iace. Non te optima mater
Condet humo: patriove onerabit membra sepulchro.
Alitibus linquēre feris: aut gurgite mersum
Vnda feret: pisces q; impasti vulnera lambent.

Quorum similia sunt in vndecimo Iliados. Cæ-
terùm longè aridissima,

Ὅσσοι τοι Τρῶες καὶ Δαρδάνιοι κεχάρησαν, σεῦ περ ὑπαλυξαι.
Αἴ δειλ': οὐ μὰν σοί γε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ
Ὅσσοι κατθανέουσιν Δαναοῖς περ. ἀλλ' οἰωνοὶ
Ὠμησταὶ ἐρύσουσι θοὰς πέρι νηυσὶ βοήσαντες.

Coegit autem in vrum & aues & pisces Virgi-
lius. nam in XXI. de piscibus, in alia huic simili
oratione, -Σκάμανδρε

Oisti diuersi ruam ad altos æquora colles
Obuertunt pelagi nimbi & spumea circum
Saxa fremunt: laticesq; natat vomit ater arenas.
Ignibus ecce tuis elatus adurere campum
Phœbeumq; parat flammis implere cadauer.

Obiiciunt & illud: Homericus Iupiter in primo
statim Iliados nutu cōcutit Olympum. id quod
aliis quoque locis vbi nutat, intelligi debeat sine
repetitione. At Virgilianus annuit in primo &
in quarto, neque concutit. In decimo tandem
eius nutus & concussio describitur: quasi alius
fit. Primùm huic obiectioni alteram obiiciam.
deinde quod sentio, dicam. Videamus quoties
armatus prodierit in aciem Agamemnon, ante-
quam venerit in vndecimum Iliados librum: in
quo solo tandem armatur, non sine prolixa ar-
maturæ descriptione. Hoc habet. deinde non
animaduertunt isti, nunquam antea in concilio
esse loquutum Iouem. in quo solo cælum nuta-
tione concutiebatur. Quanquam quum lege-
rent illa carmina isti solifugę: eos oportebat ad-
miratione mutos esse, potius quàm Poetam in-
cusare, quòd non semper repetierit perpetua re-
petitione digna, quàm quòd distulerit. Ascri-
bam igitur tanquam Gorgona illis,

Insit: eo dicente deûm domus alta silescit:
Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther:
Tum Zephyri posuere: premit placida æquora pont⁹.

Videant Iouem alibi sæpe loquutum: nunquam
tamen sua maiestate vsum in conciliis, quapro-
pter hæc quæ hīc dicuntur, euenirent. sic de nu-
tu quoque dicendum est,

-vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virûm, galeasq;, & fortia corpora volvit.

Et melius dixit, & aptius collocauit quàm Ho- D
merus in duodecimo Iliados. Ibi enim quum e-
numerat fluuios, quorum impetu vsi sint Neptu
nus & Apollo ad diruendum Græcorū murum,
annumerat & Simoenta his versibus,

Καὶ σφώ γε, ὅθι πολλὰ βόες ἀκτὰς ἀμφὶς ἕλικας
Κάπρεσσιν ἐν κονίῃσι, καὶ ἡμιθέοις ἤλασαν αὐτῶν.

Quid enim ad fluuios, si in pulucrem illa cecī-
dere? At noster ait, à Simoentis flumine volui.

Nihilo feliciore iudicio vexant illa quæ Vir-
gilius accepit ex vicesimo secundo Iliadis,

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐπετείνατο πάλαντα
Ἐν δ' ἑτίθει δύο κῆρε τανηλεγέε θανάτοιο,
Τλῶ μὲν Ἀχιλλῆος, τὼ δ' ἴκτην ἱππόδαμοιο.
Ἕλκε δ' μέσα παλάμῃσιν ἀνὴρ ἕκτορος αἶσιμον ἦμαρ
Ὤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο, λίπεν δὲ Φοῖβος ἀπόλλων.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vituperant verò, propterea quòd, inquiũt, Homericus Iupiter Achillis atque Hectoris fatum perpendit, quod nondum constabat: Turni verò fatum iam prædixerat Iuno, quũ apud Virgilium explorat lancibus illéne an Æneas victoriam consequatur. Iunonis verba,

Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarumq́, dies, & lux inimica propinquat.

Quibus sic fatagentibus respondemus, Poetarũ deos, Homero primo omnium insaniẽte, omnes simul omnia & scire & posse: futura verò solas Parcas in suis libris arcana habere. Quinetiam Platonici diis præesse imperio ac vi dixere Necessitatem. Iuno igitur ex Parcis quod dicebat, didicerat iam: Iupiter nondum habebat notum. An verò si id sciuisset Iupiter, è lancibus præscientiam illam elicere conatus fuisset? Sanè lances illas ipsa fuisse Fata intelligas: quæ tunc Iupiter consuleret. Neque Ioui dixerat id Iuno, sed Iuturnæ. Sic Hectoris quoque interitum Patroclus prædixit: quod quum è summo cælo Iupiter audisset, pensione illa explorauit an verum esset. Vides quemadmodum Homeri impiæ ineptiæ nos cogãt ineptire. Cæterùm quod nostra interest, loquutionem & numeros ipsos videamus,

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet: & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor: & quo vergat pondere lethum.

Vbi præter dictionis ac numerorum nobilitatem, illa quoque vsus est prudentia poetica: qui nõ addidit quod præceps Homerus fecit, euentum rei. Maxima enim virtus hæc est Poetæ, vt auditorem ad vltimum vsque verbum suspensum teneat. Particula autem illa, *Quem damnet labor*, omnibus illis Homericis anteponenda est. A quo, scilicet, labor frustra suscipiatur. Lancium verò harum nugas exceptas arbitror ex Ægyptiorũ superstitionibus, quæ attributæ sunt Necepso ac Petosiri. Circulum faciunt, quem in quadrantes diuidunt: in iis vacuis victorias & mortes ex nominibus pugnantium venantur.

Non sunt autem ferẽdi, quum augurium ex duodecimo Iliados, negant rectè translatum ad comparationem. Est autem hoc,

Ὀρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε Διὸς ἀγγελος αἰπὺς
Αἰητὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐόργων
Φοινήεσσα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
Ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὔπω λήθετο μάχης.
Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατ' αὐχένα δειρὴν ὀπίσω
Ἰθὺς ἐπισσεύοντα· ὀδὰξ ἄπο θῦνε δὲ χαμάζε
Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐν κήδεϊ θυμὸν
Λυτὸς δ' κλάξας πάντοσε πρυῖς ἀΐξασ.

Comparatio autem hæc,

Vtq́, volans altè raptum quem fulua draconem
Fert aquila: implicuit q́, pedes, atque vnguib⁹ hæsit.
Saucius at serpens sinuosa volumina versat:
Arrectusq́, horret squammis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus vrget obunco
Luctantem rostro: simul æthera verberat alis.

Ponam Barbarorum verba: vt maiorem ex illis fidem eorum iudicium cõsequatur. A Virgilio solam aquilæ prædam referri. eum minimè aduertisse omen Homericæ aquilæ: quæ sinistrâ veniens, vincẽtium prohibebat accessum. & accepto à captiuo serpente morsu, prædam dolore deiecit. Hæc est diuina oratio nostrorũ Grãmaticorum Latinè balbutientiũ. qui ne omen quidem sciũt quid differat ab augurio. Et pulcherrimum argumentum: Noluit transferre in auguria suæ: ergo ignorauit cuiusmodi esset omen. quum tamen etiam primæ literaturæ adolescentes, augurii vim explicantem Polydamanta intelligant. Adde mira illorum verba: Ab aquila aiunt factum tripudium solistimum, cum clamore præteruolante. Quid? in aere fieri potest terræ pauium? nonne hoc fuit ita in libris augurum? At quomodo audiuit quispiam vel ab vncunguibus alitibus, vel sine ossa tripudium fieri solistimũ? Proinde non mirũ si ita clausertit iudicium suum. his prętermissis, quæ animam parabolæ dabãt, velut exanime in Latinis versibus corpus remansit. At comparationis anima est æquatio rerum comparatarum: quæ vt constet, iam ponemus res ipsas. Venulum corripit Tarchon hisce illius verbis,

Direptumq́, ab equo dextra complectitur hostem:
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.

Nonne illis paria sunt?

-raptum quem fulua draconem
Fert aquila: implicuit q́, pedes, atque vnguib⁹ hæsit.

Deinde sicut hîc,

-simul æthera verberat alis: sic ibi, *-volat igneus æquore Tarchon Arma virumq́, ferens*. & sicut ibi, *-tum summa ipsius ab hasta Defringit ferrum, & partes rimatur apertas, Qua vulnus letale ferat*: sic in his, *-illa haud minus vrget obunco Luctantem rostro*. ac quemadmodum ille, *Saucius serpens sinuosa volumina versat: Arrectusq́, horret squammis, Arduus insurgens*: ita & Venulus contrà repugnãs sustinet à iugulo dextram. Quid hîc augurii quæris Græcule? vísne draconem ab aquila proiici, si Venulus non est proiectus? vis à dracone illam nostrã percuti, si Tarchõ à Venulo non est vulneratus? Quanta verò argutia simul & grauitas in illis? *-& vim viribus exit*. Cętera quoq; phrasis Regia est, & ipsius Apollinis ore digna. Efficacia quoque, vt in aliis item semper, longè maior est. neque enim solùm fert, vt illa Græca: sed *implicuit pedes*, vt implicatio significet vnguium vncitatem: præpositio autem, ingressum illorum aut in spiras, aut etiã in corpus ipsum. Animaduertes etiam serpentis conatus: Vides in sinuosis voluminibus euasionẽ: vertit enim ea, vt sese nexu soluat. Quid? quanto expressius est, *Luctantem*, quàm palpitantẽ? hoc enim est ἀσπαίροντα. quod conueniret ei qui κόψε. Illud quoque media è natura sumptum est, *Arduus insurgens*: sic enim pugnant dracones. Ne verò putes nobis ignota esse auguria: & illius memineris in primo diuini operis,

Aspice

Aspice bissenos lætantes agmine Cycnos: Et quæ sequuntur. Tum lege in duodecimo alterum, vtrumque verò de nostro penti,

Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in Æthra
Litoreas agitabat aues, turbamq́, sonantem
Agminis aligeri: subitò quum lapsus ad vndas
Cycnum excellentẽ pedibus rapit improbus vncis.

Vt igitur augurium transtulit in comparationem ita in hoc augurium comparationem illam ex quintodecimo,

Ἀλλ' ὡς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰὲν ὅδων
Ἐσθ' ὁτε ἰφθίμων πετεηνῶν σμήνεα πολλὰ
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων.

Vt iam taceant ignaui isti, qui diuini viri liberum ingenium atque iudicium intra Homericæ inuentionis cancellos seruire voluerunt. Haud ita fit, sed à natura proposita Homero argumenta, quasi dictata discipulo emendat Virgilius tanquam magister.

Falluntur enim Græci, si alio animo putent nos ab illis accepisse sua, quàm vt meliora faceremus. Nam quæ illi à natura, quæ ante ipsos erat, mutuati sunt: ab ipsis nos eadem de causa mutuatos esse par est. Quippe si illi non dixissent, ea nos dicturos fuisse. nunc quum dixerint: nos quoque dicendi rationem iniisse.

Igitur cùm aptissimè augurii imaginẽ transtulerimus in nostrã comparationem: videamus an alias aquilarum comparationes æquali felicitate assequuti simus. Est in vicesimo secundo Iliados illa, cui non solùm sonum & maiestatem, sed etiam animam addidit,

Aquilarum comparationes.

Οἷμωγῇ δ' ἀλαλητῷ τ' ἀνὴρ ὑπεπτήσσεν,
Οἷά τ' ἐν αἰθέρι μεσηγὺ πετήεις ἰρηκάων
Ἀρπάζων, ἢ ἀρν' ἀμαλὸν, ἢ πτῶκα λαγωόν.
Qualis vbi leporem, aut candenti corpore cycnum
Sustulit, alta petens pedibus Iouis armiger vncis.

Hactenus fortasse pares: neque enim assentiri me patitur diuinorum sonus numerorum. tum autem quia non probo comparationem. Neque enim similitudo est inter Hectorem aduersus Achillem, & aquilam aduersus leporem. Quod verò addidit, nulli Græcorum imitabile est,

Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus.

Est & in nono alia aquilæ comparatio.

Sed est alia quoque in xv i. Iliados,

-ὥς τ' αἰετὸς ὄρεα τε φασιν
Ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν.
Οὔτε κε νὺξ ὑφύδῃ δόρπα πόδας ταχὺς ἀκὰ λαβοῦσα πόδῃς,
Θάμβεϊ κὰρ ἀμερσίῳ κε πτηξείμονος δηρὸν ἐπ' αὐτῷ
Ἐσσυτο· κεἰ τι μιν ὦκα λαθὼν ἐξείλετο θυμόν.

Si calumniatorũ ineptiis assentiamur: qui Virgilianæ Dianæ damnabãt comparationem, quicum in syluis Dido otiosa conferretur: laceretur suorum patronorum iudicio hîc Homerus: qui aquilæ despectanti ac rapienti leporem, comparauit Menelaum circunspicientem an videret Antilochum: cuius opem & consilium quæreret. Illud magis vrget. nemo enim paulò in natura exercitatior nescit, Aquilam quæ leporem in fruticeto viderit, nunquam irruituram: leporem qui in fruticeto sit, imminẽte aquila nunquam exiturum.

Illâ quoque in secundo Iliados, tametsi sunt magnifica, tamen ad nostrorum magnitudinem non attingunt,

Ἔστασαν τῷ μὲν μύριαι ὁλκάσι δῶμα' ἔχουσαι·
Τῶν μὲν δὴ σταθμοὶ ἔσαν, πρῶιραί τε, ἴστοί τε πάντα,
Ἠϊόνες δὲ κλίσιαι ἀκτάων· οὐδὲ γὰρ ἦμὲν
Οἵ πάντες νηυσὶν Δαναοὶ, ἀλλ' ἄλλοθι πολλοὶ
Πλησθὼ δ' ἀκὰ λιγέα μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω·
Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δ' στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄρρηκτος & χάλκεον ἦτορ ἐμοὶ ἔνη ἐνείη·
Εἰ μὴ Ὀλυμπιάδες μοῦσαι Διὸς αἰγιόχοιο
Θυγατέρες μνησαίαθ' ὅσοι ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον.

Pandite nunc Helicona deæ, cantusq́, mouete:
Qui bello exciti Reges: quæ quemque secutæ
Complerint campos acies: quibus Italia tum
Floruerit terra alma viris: quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

Quo in loco ferream vocem illam noluit optare, sed ad rem potius atrocem trãstulit in sexto, de tartareis suppliciis,

Non mihi si linguæ centum sint, oraq́, centum,
Ferrea vox: omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

Cætera verò quantò magnificentius? nam illud quantum, *bello exciti Reges*? Maius & illud, *-quæ quémque secutæ Complerint campos acies*. & quàm iucundum? *Et meministis enim diuæ, & memorare potestis*. Illud verò trepidum atque humile: ἀμφὶ δὲ κλόος ἦεν ἀκαχόμβῳ, quibus asperserit floribus: *Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura*. vbi tum singula seorsum, tum simul verba omnia sunt cõsideranda. Id quod toto in Catalogo tibi faciendum est: atque vtroque quidem. Quibus in locis tanto excedit Homeri tumultuariam illam narrationẽ: quantò excedit meam orationem omnium hominum cogitatio. Verùm ne nos egere putes imitatione: animaduertas etiam in sua illa grandiorem,

Nunc age, qui Reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antique fuerit status: aduena classem
Cùm primùm Ausonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu vatem, tu diua mone. Dicam horrida bella,
Dicam acies, actosq́, animis in funera Reges.
Tyrrhenamq́, manum, totamq́, sub arma coactam
Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo.

Icti quoque fœderis versus vtrique sunt describendi. quorum Homerici in terra, Virgiliani inter musas à Phœbo facti videri queant. Primùm igitur apparatus: qui sanè est apud Homerum sine apparatu,

Icti describendi comparationum

-ἰκέλω δ' ἴτην ἐπὶ ἔργον
Ἴππους ζευγνύμενοι· τοὶ δ' ὀτρηρῶς ὑπέδυνον.
Ἀνδ' ἄρ' ἔλυσε φέριμος, χαῖτ' ἀμφὶ λιὶ τεῦχε ὀπίσω.
Πᾶς δ' ἑὸν αὐτήνωρ ἔχε χαλκὸν βήσετο δ' ἅρμα,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Τὼ δ' ἐξ ἀκαμάων πεδίονδ' ἴχορ ἀκέας ἵππους.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκοντο μετ' ἴπνια καὶ ἀκάμαντα,
Ἐξ ἵππων ἀπόβαντε δαΐφρονα πολυδέγμονε,
Ἐν μέσσοις θρῴων, καὶ ἀκαμάων ἔδραμοντο.
Αὐτίκα τοῖσι γέρων ἐπεπείθετο καὶ ἀγόρευε
Νέστωρ Νηληιάδης πολύμητις.

Videtur aniculæ cuiusdam narratio: at illa,

Interea Reges: ingenti mole Latinus
Quadriiugo inuehitur curru: cui tempora circũ
Aurati bilices radii fulgentia cingunt
Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Æneas Romanæ stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis:
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris. NVNC SACRIFICIA,
-puráque in veste sacerdos
Setigeræ fœtum suis, intonsãmque bidentem
Attulit: admouitque pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina solem
Dant fruges manibus salsas: & tempora ferro
Sũma notant pecudũ: paterissque altaria libant.

HAEC Romano ritu: ille suo,

-ἀπὸ κείρονας ἀλφοὶ
Οὖρεα πᾶσι θεῶν συλήσαντες ἑκηβόλῳ
Μίσγον· ἀκὴν βασιλῆϊ ὕδωρ δᾶϊ χεῖας ἐχέησαν.
Ἀτρεΐδης δὲ ἑρυσσάμενος ξίφος ἠμὲν ἔπειτα
Ἡ οἱ παρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄορτο,
Ἀρνῶν ὃν κεφαλῆσιν πάμπρωτα πεπίτνα
Κήρυκας τρώων, καὶ ἀκαμάων νεῖμεν ἀείσας.

Orationes deinceps nullo modo pares,

Τοῖσι δ' ἀτερπέα μακρὰ θεὸς τεύχησε γέρας αἰανῆσιν.
Ζεῦ πάτερ, ἰδαῖον μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις,
Καὶ ποταμοί, καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας
Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅς τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ:
Τμεῖς μάρτυροί ἔστε: φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά.
Εἰ μέν κεν μελίλαον ἀλέξανδρον κατὰ φῶτα,
Αὐτὸς ὑπὸ ἰλίῳ ἐλθὼν ἐνάριζε μενοινῇ,
Τρῶας ὑπειδ' Ἑλένην, καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,
Τιμὴν δ' ἀρχείοις ἀποτινέμεν ὅσσ' ἐπιοικεν·
Ἢν τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέλωται.
Εἰ δ' αὖ ἐμοὶ ἡμὲν φίλιος, ἁρπάμενος τε παῖδας
Τίνειν ἀφ' ἑλκήσειν ἀλεξάνδρειος ποσὶν ὠκὺς:
Αὖθι γὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα μαχήσομαι εἵνεκα ποινῆς
Αὖθι μένων, εἵως κε τέλος πολέμοιο κιχείω.

Solum facit Agamemnonem promittentem. At enimuerò Græcorum ille ritus qualis, si non vtrinque stipulentur? Nos igitur sic,

Tum pius Æneas stricto sic ense precatur,
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti:
Quam propter tantos potui perferre labores.
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iã melior, iã diua precor: túq; inclyte Mauors,
Cũcta tuo qui bella pater sub numine torques:
Fontésq; fluuiósque voco: quæque ætheris alti
Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem.

A Cedet Iulus agris: nec pòst arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferróve hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nostrũ victoria Martem:
Vt potius reor, & potius dii numine firment:
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo:
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.
Sacra, deósq; dabo: socer arma Latinus habeto:
Imperium solenne socer. mihi mœnia Teucri
Constituent: vrbíque dabit Lauinia nomen.

Nam quòd omisit, πολὺ ὑπέρτερα καμόντας ἀνθρώπους πτύσθον: rectè quidẽ. Agamemnon enim vult vlcisci Paridis iniurias: Æneas nihil nisi Lauiniam petit. Terrã quoque aptius inuocat quàm Agamemnon. addítque rationẽ: propter quam, inquit, tot ærumnas executus sum. Præterea Iunonem, vt mala deprecetur. Martem belli nũmen: quod non sine reprehensione reliquit Agamemnon. Tum addit omnes cælites illa diuina periphrasi, -*quæque æthereus alti Religio*, id est, dii qui in æthere colũtur. Præterea neque κτίσιν, neque καταπίφυσκε: sed, *Cesserit victoria Turno.* & addidit, *fors*: vt sit fortuna, non virtus. Mox, *annuerit nostrum victoria Martem*. sic puto loqui deorum proceres in conciliis cælestibus. Cæterorum carminum virtutes à nobis alibi sunt explicatæ. quæ verò dixerit Latinus, sunt quauis imitatione potiora,

Sic prior Æneas: sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens cælum, tendítque ad sidera dextram,

Hæc eadem Æneæ cælum, mare, sidera iuro,
Latonæque genus duplex, Ianúmque bifrõtem,
Vímque deũm infernam, & diri sacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediósque ignes, & numina testor,
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rũperit,
Quo res cunque cadet: nec me vis vlla volentem
Auertet: non si tellurem effundat in vndas,
Diluuio miscens, cælúmve in Tartara soluat.

Vbi animaduertas eadem aliis verbis, alióque orationis ambitu collecta. *Cælum, mare*, cælites. quæ auxit addita patria religione, *Iani & Ditis*, propter Auernum. Deinde ritus, *Tango aras*: sicut in quarto, -*aras*q; *tenebat*. Ansulas enim habebant aræ: quod etiam in antiquis videmus monumentis. Quinque versus, quibus vterque pugnæ declarabatur euentus, tribus colligit verbulis, *Quo res cunque cadet*. Nota: *vis vlla volentem Auertet*. Neque ipse volens faciam: neque me vis vlla velle faciet: ne Iupiter ipse quidem. Quinetiam nullis terroribus, nullis rerũ monstris mutabor.

Iliados primo, versus est in quo aiunt epitheta ditare ventum, quæ in nostro nulla sint,

Τοῖσι δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος ἀπόλλων.

Noster autem ille,

Prosequitur surgens à puppi uentus euntes.

Primùm, quæ epitheta? equidem vnum tantùm video, idq; languidũ. quid enim aliud est ἴκμενον, quàm veniens? At omnis ventus veniens est, vnde & Latinis vox. In Virgiliano versu verò qui

qui negat epithetum: ipse quid sit epitheti nescit. Neque enim vnico tantùm verbo clauditur omne epithetum, sed interdum pluribus. Plurima apud Horatium exempla, *Verris obliquum meditantis ictum*. Et grandiores sunt loquutiones periphrasticæ. Igitur quod οὖρος Græcis, quasi ad caudam: Maroni fuit, *in puppi*, & *surgens*: sanè signatè, qui antea non esset.

Est in v. Iliad. & alibi non semel versus ille,

Ἔνθα πίτνα ἀσπίδων, πίτνα δ' ὑσσάνον ἐξανέειξε
Ἔγκος. Quod semel tantùm Virgilius, additáque apostrophe ad interrogationẽ: quo nihil esse potest suauius,

Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Deiecit? aut quod lumi morientia corpora fundis?

B Verba quoque Hectoris moribundi, prædicentis Achilli mortem, longè sunt languidiora illis quæ dicit Orodes Mezentio,

-non me quicunque es inulto,
Victor, nec longum lætabere. Te quoque fata
Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.

Ille autem sic in x x i ϛ, Iliad.

Φράζεο νῦν μάλα πού τι θεῶν μήνιμα ἠλύσκω,
Ἦμαρ τόν, ὅτε κέν σε σὺν ἐγχείῃ ἐνὶ δουρὶ
Ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐμοὶ ὑπαλύξαντα πύλησιν.

Item responsio,

Τὸν δ' ἠβαιὸν ὑπέρτε προσηύδα δῖος ἀχιλλεύς.
Τέθνασι, κῆρες δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεῦς ἐθέλῃ τελέσαι, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.

Quanto plus spirat militis ille,

Ad quem subridens, mista Mezentius ira,
Nunc morere, ait de me diuum pater atq; hominum Rex
Videbit. Vbi sui poematis indignum putasse Homericum verbum animaduertas. quod enim ille σαρδόνιον γέλασε dixit: hic *subridens ira mista*. Et cùm Orodes nondum esset mortuus: rectè, & quidem cũ aduerbio, *Nunc morere*. quare cùm expirasset Hector, non decuit Achillem verbũ πέδησε. Id quoque memineris à Virgilio semel positam, ab Homero bis huiusce modi diuinationem, quippe in x v i i, tantundem prædicit Patroclus,

Οὐ θάνατός σ' οὐδ' αἶσα δυσηχὴς ἐφέπει, ἀλλά τις ἄδη
Ἀγχὶ παρίσταται δαίφρων καὶ μοῖρα κραταιή,
Χερσὶ δαμεὶς Αἰακίδαο.

Vbi simpliciter Homerus, βίῃ: Maro autem amplius, *inulto*. & elegantius, *-te quoq; fata Prospectant paria*.

Profectò pulcherrima sunt loca, quæ videas in vtroque authore: vbi duo confligunt exercitus. in i i i i, Iliados,

Οἱ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἐς χῶρον ἵνα ξυμίσταντες ἴκοντο,
Σάκε' ἔβαλον ῥινοῖσι, σὺν δ' ἔγχεα, καὶ βόες ἀνδρῶν
Χαλκεοθωρήκων, ἀπὰρ ἀσπίδες ὁμφαλόεσσαι,
Ἔπλητ' ἀλλήλοισι, πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.
Ἔνθα δ' ἄμ' οἰμωγή τε, καὶ ἀλκὴ ἔπλετ' ἀνδρῶν,
Ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων, ῥέε δ' αἵματι γαῖα.

Quæ iisdem verbis etiam in v i i i, repositurus noster autem tãto impetu, vt videar non inter poeticas delicias, sed in medio Marte versari,

A Ar manus interea muris Troiana propinquat:
Hethrusci sq; duces, equitúmq; exercitus omnis,
Compositi numero in turmas. Fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Huc obuersus & huc. tum latè ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardẽt.
Nec non Messapus contrà, celeréque Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ,
Aduersi campo apparent: hastáque reductis
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:
Aduentúsque virũm, fremitúsque ardescit equorum.

15 progressus. Vide congressum,

Iámque intra iactum teli progressus vterque
B Substiterat. subitò erumpunt clamore, fremẽtésque
Exhortantur equos: fundunt simul vndiq; tela
Crebra, niuis ritu, cælúmque obtexitur vmbra.
Continuò aduersis Tyrrhenus, & acer Acœtes
Connixi incurrunt hastis, primíque ruinam
Dant sonitu ingenti, prætractáque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt.

DEINDE interponit varias vicissitudines impressionum: tandem verò insurgit,

Tertia sed postquã congressi in prælia, totas
Implicuere inter se acies, legístque virum vir:
Tum verò & gemitus morientum, & sanguine in alto
Armáque, corporáque, & permisti cæde virorũ
C Semianimes voluũtur equi, pugna aspera surgit.

QVI versus à Lucillio irridebatur:

-Hastis horret ager: eum fecerat Ennius ex Homeri x i i i, Iliadis,

Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισήνορι ἑστὼς ἰόντων

Qui verò duo versus in x i i i, sunt Iliados, fatemur ex Græcæ linguæ commoditate nobis esse aptiores ad laudandum, quàm ad imitãdum,

Φρίξαντες δόρε δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ
Ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυθ', ἀνέρ δ' ἀνήρ.

Cæterùm qui sunt in agminibus exercitati (vtinam id ignotum esset nobis) verborũ tum successionem, tum cohærionem probent: rem quæ indicatur, rideant. Fac hastæ hastam hærere posse: quod nisi cancellatum fiat, esse nequit: hoc autem neque ab Homero declaratum est: neq; per
D verbum φρίσσειν explicari quit. Item, clypeum clypeo cõferri: hoc enim est testudo priscorum. quónam modo galeæ galeæ cohærebit? Præterea cùm dixit σάκος σάκεϊ: quid erit ἀσπὶς δ' ἀσπίδ'? quare diuinus vir cùm ἄνδρα animaduerteret, contentus fuit illis quæ fieri solent, *Hæret pede pes, denſusque viro vir*. Quàm verò inepta futura fuerit ea imitatio, si expleretur: ex his patebit,

Confertæ hastæ hastis, tum pes pede, scutaq; scutis,
Atq; humeris humeri, galeæ galea, atq; viro vir.

Quos sanè versus propino etiã Lucillio irridẽdos: tametsi sunt illis Homericis φαλαγγικώτερα. Verùm græculi grammatici quid sit Virgilium esse, nesciunt.

Illa minoris controuersiæ, facilioris assen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionis quæ sunt ex Iliados 1 x,

Ὡ ς δ' ὅτε πρῶτον δύο πόντιον ὀρνίτον ἰχθύοντα
Βορέης ἀϊξας Ζέφυρος κατὰ θῖνα φέρησιν,
Ἐκ Θρῄκης ἐλάσας, ἅμοθις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἄλα φῦκος ἔχυσαν.

Magnificēti⁹ & signati⁹, vt omnia sæpe, noster,

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusq; Notusq;, & lætus Eois
Eurus equis, stridunt syluæ, sæuitq; tridente
Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.

Aduersos fecit: quibus esset vnda cumulatior, ac non sine causa καρδούμενον. Addit violentiam, Ruptus turbo. Et illius simplicitas vehementer opprimitur iucundissima illa circunscriptione, *& lætus Eois Eurus equis.* In cæteris quis non videt hîc magistrum qui didicerit, illic discipulū qui docuerit? Vt omittamus Zephyrum Thracium. Quis enim hoc defendat? Porphyrius opinor: qui ait Zephyrum è Thracia flare in Græciam, turpi sanè aut inscitia aut impudentia. est enim Græciæ Thracia Septētrionalis, non Occidentalis. Quòd si dicat Homerum Iliadē scribere: cuius loci situs ventorum quoque situ doceat: ac propterea Zephyrum Occidētalem vētum per Thraciam flare in eam partem Asiæ, vbi fuit Ilium: hoc quoque falsum est. Argestes enim potius is est quàm Zephyrus. Zephyrus autem per Græciam in Troianos cāpos transmittit, quanquam ne sic quidem. non enim obliquè spirat, sed rectà ἰθυπρῶρες sub circulo æquatore. Præterea non potest absolui, cùm Zephyrum & Boream ex iisdem cæli segmentis fecerit proficisci. Si Troianis igitur mittet Zephyrū Thracia, iis nullo modo Boreas indidem mitti conuenit. Ne verò sine iudiciis semper iudicemus: quod fecimus modò in Græcis, vt Latina faceremus: in Latinis quoque censuimus faciundū, vt facta Græca demonstrent cuiusmodi Homerica illa fieri potuerint. quæ tamen non gloriæ gratiā nunc à nobis posita arroganter putes: sed animi causa potius: vt imitationis viam hac quoque in parte muniamus. Sūto igitur sic, sanè extempore: & in mediæ noctis fusa vigiliis, fessō iā animo, ac cœnaturienti,

Ἡ ὕτε ῥηγνυμένοιο πυρὸς μέγα κῦμα θαλάσσης
Κύματα εἰς αὐλμῶν, Ζεφύρου τε, καὶ Βορέαο
Ἴδ' ὑφ' ὕδατος πώεσθεν πόντου τ' ἀπειρέσιον ἄλμη.

Apponemus huic & hanc propter affinitatem: quæ sanè est magnifica, & Virgilio digna. Posita verò est in lib. Iliad.

Ὡ ς δ' ὅτ' ἐπαιγίσῃσι Ζεφύρου ὑποκινήσαντος
Πόντου μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Χέρσου ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἀκτὴ
Κυρτὸν ἰὸν κορυφοῦται, ἀπὸ πτύει δ' ἁλὸς ἀχνήν.

Magnifica inquam, & plena, & nobilis. Aiunt igitur diuite narratione expolitum maris motū, motúsque incrementa. Virgilium verò (sic enim loquuntur) peruolasse tantùm,

Fluctus vbi primo cœpit cùm albescere ponto,
Paulatim sese tollit mare, & altius vndas
Erigit: inde imo consurgit ad æthera fundo.

Sanè exuperat Græcos potius, quàm superat. Sonum enim audis: prudentiam desidero. nánque ait incipere attolli in litore. & statim ait in pōto cumulari primùm, deinde frangi in litore. tū autem postquam fregit ipsum fluctum in litore, quid redit ad curuationem? postremò non est verum tunc sordes expui, sed postea id fit. Quæ vidēs Poeta, nihil repetiuit: sed vno tractu processum fluctuationis aptissimè descripsit. Ante igitur motum, qui animaduersione dignus sit, albescit maris superficies, crispata enim fulget. deinde paulatim sese tollit. tum altiores vndæ contumescunt. Postremò subuertitur à fundo ipso. Illud etiam addas animaduersionibus: non esse maiores fluctus in alto mari cùm quatitur tempestate, quàm vbi minus est profundū. Quēadmodum in hoc nostro Britannico videmus. Potes &, *primo ponto*, interpretari in litore. Verū ibi semper albescit: semper enim frangitur.

Quàm verò generosè dixerit illa ex x 1, Vlyssea,

Ὣ ρα μὲν πολίου μύθων, ὄρνυ δὲ πᾶσιν ὕπνου:

-suadentq; cadentia sidera somnos. nonnisi nobilia ingenia possunt comprehendere.

In x 1 Vlyss. metitur Homerus Oti & Ephialtæ corpora,

Τοὺς δὲ μετὰ σφίσι εἶδος ἐείδεσαν ἄρσενες ἄνδρες
Καὶ πολὺ κάλλιστος μετὰ γε κλυτὸν Ὠρίωνα·
Ἐννῆμαρ γὰρ τοίγε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἄτε μῆκος γε θαλασσίῃ ἐννεόργυιοι.
Οἵ ῥ' ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν ὀλύμπῳ
Φυλοπίδα στήσειν πολυάικος πολέμοιο·
Οὔρεσι δ' ἐν σκιόεντι μέγαθος αὐτὰρ ἐπ' ὄσσην
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη.

Admirātur Græculi pueriles mensuras: aiúntque esse δυσμόρου ἀκείδεσιν: ignauéque esse omissum à Virgilio. Nimis sæpe cogor exclamare, aliud esse Græculum circulatorē, aliud regiæ orationis authorē. Indigna censuit sua maiestate Virgilius hanc minutam superstitionem. Nā quod ad montium congestionem attinet, nemo Græcorum ad illorum numerorū artem accessit: de qua suo loco,

-ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
Scilicet, atq; Ossæ frondosum involuere Olympum.

Satis igitur habuit dicere: *immania corpora*. & plus dixit quàm Homerus. Ille enim ἀπειλήτην: nos autem,

-manibus magnum rescindere cælum
Aggressi, superosq; Iouem detrudere regnis.

Admirabilē verò proportionem hanc dimetiamur. Quadruplam deberi aiunt proceritatem crassitudini. Homerus dixit latos ἐννεαπήχεας longos ἐννεόργυιους. Passus quartam partem esse cubitum. Sanè cùm sui quisque passus æquet longitudinem: quartam partem sui, cubitum habet. Itaque etiam plicatis ad pectus brachiis, summitatibus suis medii digiti sese contingunt. Cæterùm

rùm neutiquam verum est, eiusmodi esse hominis symmetriā. Cùm enim iustæ homo magnitudinis, octonûm sit palmorum, pectus esset palmorum duûm. qua constitutione nihil esse potest deformi⁹. In viro forti tres octauas ferè partes suæ lōgitudinis à pectore capi cōuenit: ab humeris tantundem cum semisse.

Parthenias noster pari vsus est verecundia, cùm Polyphemi ingluuiem narraret, atque crudelitatem,

Vidi egomet duo de numero cùm corpora nostro
Prensa manu magna, medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum. Quæ Homerus, quasi diceret apud iudicem causam, atrocissimis atque immundissimis verbis vsus est,

Σὼ δὲ δύο μάρψας, ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ
Κόπτ', ὦν δ' ἐκχέφαλος ῥαμάδις ῥέει, σὺν δὲ γαῖαν
Τοῖς δ' δεσμεύσιος πασῶν ἀπολείπετο δόρπος.
Ἤδη δ' ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν
Ἔγκατά τε, σάρκάς τε καὶ ὀστέα μυελόεντα

Quæ ille paucis, atque insignibus,

Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

Neque enim repræsentare voluit teterrimā carnificinam, quę non deceret heroicam maiestatē, sed oleret potius satyricam licentiam,

Quæ ex v, Vlyssea transtulit ad suam Circen, longè sunt excellentiora,

-ᾧ οἱ νύμφη
Ναΐων ἐϋπλόκαμος. τὼ δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν.
Πῦρ μὲν ἐπ' ἰφθίμοιν μέγα κήετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀΐδηλον ὀδμὴν
Δαιομένων. ἡ δ' ἔνδον ἀείδεσκεν ὀπὶ καλῇ
Ἱστὸν ἐπιστορέσσι χρυσείῃ κερκίδ' ὑφαίνων.

Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas,

Vides enim Heroicam phrasin, *resonat lucos cantu.* & *arguto pectine* melius, quàm aureo.

Cùm Elisæ diris, direq; Polyphemi nullam habent proportionem maiestatis,

Δὸς, μοὶ Ὀδυσῆα πολυπράδιον εἰσαφικέσθαι.
Ἀλλ' οἱ μοῖρ' ὄφρ' φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι,
Οἶκον εὖ κτήμενον, καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν
Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι ὀλέσας ἀπὸ πάντας ἑταίρους
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὑρεῖ δ' ἐν πήματα οἶκῳ:

Omitto coactam & insuauem dictionem, ἐν πήματα οἴκῳ: nam penitus est barbara hæc figura: si euenit quod precatur, id quoque in fatis fuit. quomodo si est μοῖρα ἰκέσθαι: nō sit μοῖρα sic quoq; ἱκέσθαι. quare noluerim plerisq; in locis, hîc & alibi Homerum tam placuisse Poetæ nostro. sed loquutiones atque sententiæ comparentur,

-si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est:
Et sic fata Iouis poscunt: hic terminus hæret.
At bello audacis populi vexatus & armis
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli
Auxilium imploret, videatq; indigna suorum
Funera: nec quum se legis sub pacis inique
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.

Vbi etiam historiam tetigit Virgilius. Etenim memoriæ proditum est, Æneam cum Mezentio pugnantem in Numici fluminis ripa nusquam comparuisse.

Similem immiscuit illis eruditionem,

Mœonio regi, quem seruia Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis.

Quos cùm confecisset ad illorum normam, quæ in 11, Iliados scripta sunt,

Οὓς τέκεν ἀστυάνακτι δόμῳ ἄκτορος ἀζείδης
Παῖδ' ἐυτ' αὐδήν, ὑφ' ἁρπάλιον εἰσαβαῖνε
Ἀγνιὴ καπετῷ, ὁ δέ οἱ παρελέξατο λάθρῃ:

Condiuit legum militarium scientia. Neque enim licebat seruis militare: iccirco vetita dixit arma.

Exanguia illa quoque ex Iliados x x 1,

Ὡ ς δὲ λίβυς ζείῃ εὐδθ' ὑπὸ μυρίου ὄμβρου πυκὶ πολλῷ
Κίνησι μελλόμενος ἀκαλοσχεδίῃ σὺν αὐλῷ
Παίπαλον ἀμφὶ λαδὸν, ὥστε δὲ ξύλα πήχεα καίτυξ

ita animauit,

-magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exultantq; æstu latices, fuit intus aquai
Fumidus, atque alte spumis exuberat amnis.
Nec iam se capit vnda: volat vapor ater ad auras.

Nam quid attinebat, porcinas intus carnes ponere? & καίτυξ, emortua vox est: illa viua, *suggeritur*, vt ne ignis deficiat. Subinde nánq; materia fouēdus ignis qui è virgis fit. adeò pingit omnia diuinus vir. Et sanè sonitus maior ex eo igni, quàm ex ligno maiore aut crassiore. Neque verò aut deest, aut latet nos causa. Multum enim aeris d nulli in ipsis ramalibus. Ahenū quoque grandior vox, quàm lebes. Itaque alibi adornauit epitheto, *Dodonæosq; lebetes.* Omitto quod videre videor, ignem ipsum, aquam bullantem, fumi globum, qui à diuino viro χαείνυσι dictus est: *vapor ater.* Diuina sanè illa, *Nec iam se capit vnda*. fit enim seipsa maior. Nihil verò puerilius quàm quod ibi ab Homero dictum est, Xanthi aquas vri igni. Sanè Xanthum Vulcanus fortasse possit vrere: sicut Martem vulnerare Diomedes: at aquas igni vri in fluuio, quis credat? Potius ac citius, si qua vrūtur, ea aquis ab incendio vindicari. Est & altera sententia contra naturam,

Ζείς δ' ὕδωρ οὐδ' ἤθελε κεραΐσαι:

Nihil futilius. tunc enim maximè mouetur aqua vbi feruet. Quin liquores ignem perinde atque vastatorem fugiunt. Si olei aliquātum super tabulam mittatur, atque in medio eius carbo accensus imponatur: videbis illico diffugere oleum, diffunderéque sese, atque dilatare.

Quæ verò qualiáque addidit ornamenta illi ex x 1, Iliados?

Ὡ ς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

In eodem posuit versus luculentissimos, quos etiam repetiuit in x x,

Universidad de Deusto
Biblioteca

-αἴχματ' ἄξων
Νίφετον ἅπαν πεπάλακτο, καὶ αὔτυγες αἰὲν ἀΐσσον,
Λᾶες ἀνὰφ' ἑπτάποιον ὑπείροχον ἀμφαδὰ μηγες ἐβαλλον
Ἀσπίδ' ἀπ' ὀμοπλάτων.

Huic splendorem addidit grandiloquentiæ,

Aspergit rapida vngula voces
Sanguineos, mistaq; cruor calcatur arena.

Par rotunditas & in illis,

Tum caput orantis nequicquam ac multa parantis
Dicere, deturbat terræ: truncumq; repente
Prouoluens. Astricto nanq; ambitu numerorum expediuit facti celeritatem: atq; aures preuenit, sicut ille anteuerterat preces. Homerica verò sunt longa & laxa,

Η' καὶ ὁμῶς μὲν ἔμελλε γυιοῦν χειρὶ παχείῃ
Λᾶαν ὀφρύων κεῖσθαι, ὁ δ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε
Φασγάνῳ ἀίξας, ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε,
Φθίγγοντος δ' ἔρεπε τῦφε κόρυς κονίῃσιν ἐμίγδην.

Falsum præterea est, à pulmone caput auulsum loqui posse. & durum est, Caput mistum puluere. non enim miscetur quod apparet & extat.

Similem & probauit & exercuit celeritatē in prælio, vbi copiam & frequentiam ingruentium telorū sic descripsit: *crebra niuis ritu*: neq; admittere voluit Homeri prolixitatem, quæ est in x i i, Iliados,

Τῶν δ' ὥς τε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαὶ
Ἠ μαν χειμερίῃ, ὅτε τ' ὦρτο μητίετα Ζεὺς
Νιφάδα δὲ θρῴσκουσι πεφυκόμεν' ἀνθρώποισι,
Κοιμήσας δ' ἀνέμους χέει ὄμπνιον ὄρεα κατ' ἄκρα
Τ' ἠλιβάτων ὀρέων κορυφὰς, καὶ ἠγαθέους ἀκρωρείας,
Καὶ πεδία λωτοῦντα, καὶ ἀνδρῶν πίονα ἔργα,
Καὶ τ' ἐπ' ἀλὸς πολιῆς κέχυται λιμέσι τε καὶ ἀκταῖς
Κύμα δέ μιν προσπελάζον ἐρύκεται, ἄλλα τε πάντα
Εἰλύαται καθύπερθε, ὅτ' ὄμβρηισιν βαρὺς οὐρανὸς ἔρχει.

Detestatus est Poeta noster more suo loquacitatem, & quid est, τὰ ἄ κηλα? Tempestatem intelligit. Sanè nix non vastat, vt fulmen, aut grando, aut imber. & πωτολογία, κορυφαὶ, ἄκρους. In mari verò quis vidit niuē? sanè id præter modum. Neque scio quorsum κῦμα ἐρύκεται, id est, κατέχει χέναι, vt interpretantur: sed arcet. Neque ὄμβρηισ, rectè. & haud ita multò antè eiusdem niuis similis comparatio non sine reprehensione,

Οἱ δ' ὡς χερμαδίοισιν ἐϋδμήτοισ ἀπὸ πύργων
Βάλλον ἀμυνόμενοι σφῶν τ' αὐτῶν, καὶ κλισιάων,
Νῶιν δ' ὀκυπόρων ῥιφάδες δ' ὡς πίπτον ἐρεζε
Κὰτ' αὖεμος ζαὴς νέφεα σκιόεντα δονήσας
Ταρφειὰς κατέχευεν ὅτε χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Quāto aptius missilia grādini assimilasset, quēadmodum Poeta verus,

Ac velut effusi quando grandine nimbi
Præcipitant: omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi
Dum pluit in terris: vt possit Sole reducto
Exercere diem. Aliam verò strigosiorem ponit in x v, Ω' δ' ὅταν ὀκ νεφέων πίπτωσι νιφάδες, ἢὲ χάλαζα
Ψυχῇ ὑπαὶ ῥιπῆς ἀδρηκύλου ἐοφέσαο.

Vbi non puduit cadenti grandini descendentē de cælo Irim comparare. nihil enim infelicius.

A Hæ igitur comparationes oppressionum. Res autem ipsa, vt hic Æneæ ita in nono describitur super Turno, & super Aiace in x v i, Iliados,

Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantùm
Nec dextra valet. iniectis sic undique telis
Obruitur. strepit assiduo cana tempora circum
Tinnitu galea: & saxis solida ara fatiscunt:
Discussæq; iubæ capiti: nec sufficit vmbo
Ictibus, ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus. Tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit. fessos quatit æger anhelitus artus.

Αἴας δ' οὐκ ἔτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ Ζελείωσι.
B Δάμασε μὲν ζωοὺς τρεῖς, καὶ πρῶτα ἀγαυὸν,
Βάλλοντες, Δηΐονα δὲ μέσσον ἐμβάλετο δουρὶ
Πήληξ βαλλομένη κεφαλῇ· ἔγχος βάλετο δ' αἰεὶ
Κάππελα ῥῆξεν ὀπίνθ', ὁ δ' ἀεικέα μῶνυξε κεφαλὴν
Ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον, οὐδὲ δύναντο
Ἀμφ' ὤμῳ πολεμίξαι, ἰρηίδοντες Ζελείωσι.
Αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθμαιν. κὰδ δὲ οἱ ἱδρὼς
Πάντοθεν ἐκ μελέων πολιὴν ῥέε, οὐδέ ποθ' ἕζεν
Ἀμπνύσαι, πάσσυδον δὲ κακὸν κακῷ ἐσσύμενον.

Pulcherrima est equi comparatio in x v, Iliad.

Ὡ̓ς δ' ὅτε τὸν κατὰ ἵππος ἀκουήσας ὀδὶ ᾖσιν,
Δεσμὸν ὀρῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖ Ὠκεανοῖο
Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὦμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαϊηφὶ πεποιθώς
C Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα, καὶ νόμον ἵππων.

Non pauca hìc animaduertēda. Primùm, an omnia exusserit Poeta noster. nam quod verbū habuit Latinū, quo diceret illud κατὸν, *Stabulatitium* dicunt Itali voce felicissima, longéque euidentiore, quàm Græci. κατὸν etiam alibi quā in stabulo intelligam. Sanè Poeta illo aduerbio designauit, *Tandem liber equus*, id est, multo pòst tempore, quàm non est solutus. ἀκοντίσας præteriit noster. nos in hymno Rochi sic expressimus Saturum ad præsepe. Alterum quod perpendamus, est: longè melius à nostro partes collocatas. Nam otiosus ille versus,

Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖ Ὠκεανοῖο,

Si non it ad fluuium. vadit enim ἐς ἤθεα καὶ νόμον ἵππων. Quare multo melius diuisit ac distribuit Maro, aut in pastus, aut ad fluuium. Tertio loco non est prætereundum: pessimos esse equos, qui aquis gaudent, vt abluantur. neque sitis, neque laboris esse patientes. Qui se puluerant libenter, ærumnarum tolerātiores sunt, & dominis fideliores. Quartò meminerimus in sexto Iliados, huic item equo Paridem totidem, iisdém que verbis comparatum. quo nihil esse potest turpius. Dantur enim comparationes duabus de causis: ob efficaciam, & ob decorem. quorū vtrumque si repetantur, amittitur. postremò σόλοικον: πεπωδὼς, sine verbo, rectus est, & subdit ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει.

Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus: campoq; potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentaq; tendit equarum,
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto

Emicat,

Emicat, arrectisq; fremit cervicibus altè
Luxurians, ludumq; iubæ per colla, per armos.

Est etiam plus, *fremit*, quàm καὶ ἰδίων. & *luxurians* quàm ἀγλαϊηφὶ πεποιθὼς. & *ludum*, felicius quàm ἐϋῤῥεῖ: modò huc scilicet, modò illuc. & verius *per colla, per armos*, quàm ὦμοις tantùm.

Nec verò coarctat sèper effusam Homeri dictionem. intetdū enim ditat: vt illud in x x i, Iliados,

-λίθον ἄλετο χειρὶ παχείῃ
Κείμενον ὀχμαδίῳ, μάλα, πηχύν τε, μίαν τε·
Τὸν ῥ' αἴδρες περίτεροι θέσαν ἔμμορε εὔεργε ἀρούρης.
-saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Plus ad rem facit, *antiquum*, quàm nigrum: declarat enim magnitudinem: quia à nullo emotum est, & verosimilius est, non esse asperum: si pro termino positum fuerat. Hæc melius. Illa ampliora, Campus, ager, aruum. Campus planiciem dicit. Ager tractum terræ. Aruum agri partem. etiam ἔπμον intendit summa illa eruditione. Lis enim à linitibus. Limes à diuisione, qui solueret dominium, & possessionem, mutata Græca vocali in Latinam tenuiorem. sed hæc opulentius in libris Originum. Etiam illud notare possumus, *Saxum antiquum* aptè designare verba illa: αἴδρες περίτεροι.

Etiam illis vicit: quæ sunt ex eodem libro,

-φύγεν: ὥστε πέλεια
Η' ῥά θ' ὑφ' ἱρηκος κοίλην εἰσέπτατο πέτρην
Χήρεμον: οὐδὲ μένει· πῆρα δὲ οἱ ἔμπεδος ἁρπάξαι αἶσιμον ἦεν.

In hac salua est columba. Cuius etiam, si diis placet, Fatum curam gerit, οὐ γὰρ αἴσιμον, inquit. in altera verò, quæ est in sequenti libro fuga,

Η' ὔτε κίρκος ὀρεσφὶν ἐλαφρότατος πετεηνῶν
Ῥῃΐδιως εἶμησι μετὰ τρήρωνα πέλειαν
Η' δεῦθ' ὑπαιθα φοβεῖται, ὁ δ' ἐγγὺς ὀξὺ κεκληγὼς
Τάρφε' ἰαπτόμενος, ἐλέειν δέ ἑ θυμὸς ἀνώγει.

In nostra, præda,

Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam:
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis:
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

Haud dici potest, quàm sit tabernaria illa oratio in i i, Iliados, quam etiam tædet posuisse,

Εἴθαρ γάρ γ' ἐθέλοιμθ' ἀχαιοί τε τρωές τε
Ὅρκια πιστὰ ταμόντες ἀεὶθ μαχησόμενοι ἅμεφω,
Τεῦχαι μοῦ λέξασθαι ἐφίστορι ὄσσοι ἔασιν,
Η' μεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμθ' ἀχαιοὶ,
Τρώων δ' αὖθ' ἑκάστοις ἀλοιήθεα εἰνοχοεύειν,
Πολλαί κεν δέκαδες δ' ἀνίαο εἰνοχοοῖο.

Sanè bellum orationis ductum, vel militarem, vel etiam Imperatorium, magno Atrida dignū. at nostra Iuturna verè Virgiliano ore loquitur,

-en omnes, & Troes, & Arcades hìc sunt,
Fatalisq; manus, infensa Hetruria Turno.
Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus.

Aiacis sunt verba modica in x i i i, Iliadis,

Κ̓φαρ δέ τι καὶ μετόπισθε μενοινήσει καὶ ἐπιῦσι.

A Quæ noster Pallas melius,

Mortales totidem nobis animæq; manusq;.

Fugit Hector in x x i i, Iliad. fugit & Turnus: quæ loca, qui voluerit, poterit comparare: duo tamen hic ponam,

-ἐπεὶ οὐκ ἐπὶ βοῦν γε δὴ Ζεύς
Ἀῤῥύδην, ἅτε που ἀΐθλια γίνεται αὐδρῶν,
Ἀλλὰ σεῦ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.

Quod castigatissimè noster,

-neq; enim lenia, aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant.

Alter locus est eiusdem modi, sed disparis sententiæ: Achilles nutu vetat suis, nequis telo missili impetat Hectorē: sanè loqui eum quis prohibebat? Currens quomodo abnuere intelligebatur?

Λαοῖσι δ' αὖτ' ἔνευε κατὰ στόμα δῖος ἀχιλλεύς,
Οὐδ' εἴα ἰέμθαι δοὺ Ἕκτορι πικρὰ βέλεμνα,
Μήτις κύδος ἄρηι τε βαλὼν, ὁ δὲ σύστερος ἔλθοι.

Æneas autem hostibus, qui præsentes erant: non enim Troiani illic circum Hectorem,

Æneas mortem contrà, præsensq; minatur
Exitium, si quisquam adeat: terretq; trementes,
Excisurum vrbem minitans.

In secundo Iliad.

Γαῖα δ' ὑπεσμύχετο, ὅτι ὥς τε πυκνὰ ῥοάων
Καμθὼν, ὅστε τ' ἄμφὶ τυφὼτι γαῖαν ἰμάσσῃ
Εἴν ἀείμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἐμμεναι ἄνακ.

Grandiores numeri nostri,

C *Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile*
Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo.

Vbi cùm disputant vnicúmne tantùm sit verbum εἴν ἀείμοις apud Homerum, an duo: nihil ad nos. Inepti enim sint, qui putent à Virgilio ignoratum quemadmodum appellaretur locus ille: à quo cùm ea scriberet tantum distabat, quantum Neapolis vel Roma, à Baiano sinu.

In x v i i, Iliad. est Tauri comparatio,

Ὡ̓ς δ' ὅταν ἐξαῦ ἴσχων πλεκτὴν αἰζηὸς ἀνὴρ
Κόλπος ἐξοπίσω κεφαλῆς ὦκεος ἀκοντίοιο,
Ἵνα τάμῃ ἐξ ἄκρης, ὁ δὲ φερτέρων ἐείσατο.

Tātum abest vt nostræ æquet magnitudinem, vt etiam vituperari possit. nam quid est, ἐξ ἄκρης? interpretantur, κατ' ἄκραν φλέβα, & si percussit: hoc enim est κόλπος: quomodo περιδρομὴν, præD nit ictum saltu? nisi dicas, τὸ περὶ, significare progressionem, non autem prægressionem. Longè est nostra excellentior,

Quales mugitus fugit cùm saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.

Vel illa vrbanitas, cùm ad aram statuit. & quæ verba, *incertam excussit securim.*

Ob Pallantis interitum Æneæ iram non lacrymis, aut obtutu furioso, aut dentium concussione declarauit Poeta noster, sed verborum suppressione, & animi impetu. nam statim accepto nuncio sine verbis,

Proxima quæque metit gladio, latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro: & quæ sequuntur diuina: *Pallas, Euander in ipsis Omnia sunt oculis.* Mox oranti Mago, quæ dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

-belli commercia Turnus
Sustulit ille prior, iam tum Pallante peremptor.

Dixit *commercia*, quia vitam auro atque argento mercabatur. Achilles autem simpliciter,

Ὣς εἰπὼν ἀπέληγε θοὸς πόδας ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Τέρπετο μὲν φόρμιγγι λιγείῃ φίλ' ἀείδων
Τεύχεα, τὰ κλυτὰ ἔθλα ἀπ' Αἰακίδαο πάροιθεν.
Νῶϊ δ' ἐκ ἴσθ' ὅστις διάκτορον φύγῃ.

Ex Iliad. I, & X X, ponamus hic comparationem,

Ὡς δ' ὅτ' ἀὴρ ὄρχηστὸς ἀπὸ κρύπτης μεγαλώνδε
Ἀμφυτπὴ κνῆστις ὑδατος ῥόον ἠερίσυσεν
Χερσὶ μαλ' ἀλλάων ἴσχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα πάλλων
Τοῦ αὖθί τε σπερέοντος ὑπὸ ψιφίδες ἅπασαι
Ὀχλίζωσι, τό δ' ἄκρ' ἀμφὶ κύτει δόμον κελαρίζει
Χώρῳ ἐνὶ σφαλερῷ, φθάνει δ' ὅτε κ' ἄλλον ἱκάνῃ.

Quorum optima quæque eo spatio inclusit Poeta, vt omnes sanos deterruerit ab eiusdem rei descriptione,

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.

Vbi neque olitoris, neque fœnisecæ ligonẽ aut marram habes. & σφαλερῷ respondet cliuositas: & ἀγείρουσι, *elicit*. Rectè tamen pingit Homerus rusticum præpurgantem viam aquæ, sublatis glebis aut cespitibus ex alueolo. quem signatissimo verbo atque à Grammaticis prætermisso Poeta declarauit, *Elicit*. Illices enim appellantur fossiculæ in aruis.

Fugit Dolon in X, Iliad. fugientem insequuntur Diomedes & Vlysses: quos duobus comparat canibus feram sequentibus,

Ὡς δ' ὅτε κερκεδόνε δύο κύνε εἰδότε δῆριν,
Ἠὲ λαμὸν ἢ λαγὼν ἐπίσσυτον ἠὲ δορκάδ' αἰεί,
Χώρῳ ἀν' ὑλήεντ', ὀλολύζετον· ἀμφὶ δέ τε σφὼ
Μαιμώωντε.

Longè excellentius describitur Æneas Turno instans,

Incluſum veluti ſi quando in flumine paſtor
Cervum, aut puniceæ ſeptum formidine pennæ,
Venator curſu canis, & latratibus inſtat:
Ille autem inſidijs, & ripa territus alta
Mille fugit, refugitq; vias, at vimidus Vmber
Hæret hians, iam iamq; tenet, ſimilisq; tenenti
Increpuit malis morſuq; eluſus inani eſt.

Cuius exacta, venusta, grandis, efficax, numerosa, florida loquutio cuiuscunque theatri expectationem superat.

Æneæ impetum nimbo cõparat Poeta verbis ac numeris eiusmodi, vt multis Homeris opus sit ad assequendam illius magnitudinem. Igitur vnam ponemus ex Iliad. X I I I,

Qualis vbi ad terras abrupto ſidere nimbus
It mare per medium, miſeris heu præſcia longè
Horreſcunt corda agricolis, dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragemq; ſatis: ruet omnia late:
Anteuolant, ſonitumq; ferunt ad littora venti.

Quomodo nimbum *anteuolant venti*, si illum impellunt? quia nimbus crassior aer est. Itaque ventus, & pòst, & antè, & cum illo. Homerica autem admodum misera est,

Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων αἰόλων ἀνέρχεται ἄλλα,

Η' μαπ τῷ, ὅτε τε πλείσι κόνις ἀμφὶ κεκεύθει,
Οἵτ' ὄμνυδις κονίης μεγάλῳ ἰαχῶν ὁμίχλῳ.

Et in subsidijs alteram ex eodem libro. Cæterũ ne sic quidem vincemur. Est autem hæc vehemens, & magnifica,

Οἵ δ' ἴσαν ἀρχαλέων ἀνέμων ἀπὸ λαῖτμα τοσοι ἀέλλη
Η' ῥα θ' ὑπὸ ζεφύρου πεφύξεται ὀξέι πίδητι,
Θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ ἁλὶ μάρψασα τὸ δὲ τε πολλὰ
Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Κυρτὰ φαληριόωντα, πρὸ μὲν τ' ἄλλα ἴωσι ἐπ' ἄλλα.

Veniat suppetias ex X V I,

Ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλᾶς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο
Κινήσει πυκινὴν πρόφλωσ πέτρην ἐπιπροχαρίζων
Ἐκ τ' ἴφανον πᾶσαι σκοπιαὶ, καὶ πρέσσουσε ἄκρει
Καί τέ πῃ, οὐρεσιδρεφὲς δ' ἀφ' ὕλη ἤρεψε πάσασα αἰθήν.

Astrictior in eodem,

Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' αὐλύμπου νέφος ἔρχεται ἐρσενὸν ὕδωρ
Αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε ζεὺς κάλλιπε τύνει.

B Sanè paruo negotio sic magnus liber, vt ait Martialis, fieri potest,

Quod verò vix summis attigit labris de Marte in X V, Iliadis,

-μάστακι δ' ὡς τ' ἄρης ἐγγύθεν ἠὲ θοάων:

Longè alio apparatu videas apud nostrum,

Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri,
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furentes
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos, Zephyrumque volant, gemit vltima pulſu
Thraca peſtum, circumq; atræ formidinis ora,
Iræq; inſidiæq; dei comitatus aguntur.

Toties in rebus argumentisque similibus maximos hosce duos viros comparauimus: libet verò tum animi, tum etiam eruditionis gratia contraria loca adducere. Sunt in quadrantibus Lunæ singulis bini dies, in quibus mare nõ mouetur. Calma, dicitur ab Adriaticis languida quies illa: à veteribus Romanis Græca voce, Malacia. Eius descriptionem traxit Homerus in X I I I I, ad comparationem. Quòd si quis putat non eã immobilitatem, sed otium à ventis tantùm esse, quod scribit, non laboro:

Ὡς δ' ὅτε πορφύρη πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ,
Οὐδ' ὀνόμβνον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
Αὔτως, οὐδ' ἄρα τε πρῶτα κυλίνδεται, οὐδὲ τέρωσε,
Πρίν τινα κακμήσον κατάξεμεν ἐκ Διὸς οὖρον.

D Contrarium huic, inquam, locum illum censeo, in quo æstum maris describit Maro. Non quod hoc motu careat in ipsa Malacia: sed quia ibi quies, hic motus pingitur. Videamus igitur vter melius. sunt enim diuina,

Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,
Nunc ruit ad terras, ſcopuloſq; ſuperiacit vndam:
Spumeus, extremamq; ſinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atq; eſtu reuoluta reſorbens,
Saxa fugit, littusq; vado labente relinquit.

Mirificè sanè Homerus surdum fluctum dicit. & colorem tantùm assignat mari purpureum. Non autem μέλαινυται, aut φλοίσβον, aut σφαραγεῖται, vt alibi. & dixit, αὔτως: Latinè dicas eleganter, Tantùm. i, nihil præterea. Hic autem farcit

cit oculos tã exacta descriptione, vt in hisce versibus plus videã illius motus, quàm ipso in mari.

Hæc sunt quæ multo labore descripta, maiore iudicii periculo in medium adducta sunt: alia quoque inueniantur, quæ hisce addi possunt. Verùm satis hæc putauimus esse ad imitantium vtilitatem. cuius exemplum, regula, principiũ, finis esse debet nobis Maro. Nam quemadmodum Antonius apud Ciceronem de Poetis, Vidẽtur enim ipsi alia lingua, quàm Latina loquuti: ita à nobis de Virgilio dici solet: cæteri alia lingua quàm poetica mihi vsi videntur. vnum tibi vt excellens sis, proponendum est: electionẽ summam esse in poeta virtutem, & sui fastidiũ. *Electio summa virtus in poeta.*

B Mulierem Aristoteles suapte natura μεμψίμοιρον vocat. talem te esse oportet, vt etiã expetas plus quàm possis. Homericam fuge licentiam, & laxũ dicendi genus. nihil non probat ille, quod semel meditatus est. Excutere potes aliquot etiãnum loca, vt teipsum acuas, atque adeò incendas ad iudicandum.

Totus aditus fabulæ Aristæi sumptus est ex Iliad. X V I I I: vbi & moderatio, & numeri, & rerum prudentia maior Virgilio. nimius est in recensendis Nereidibus Homerus: perinde atque caneret Genealogiam. Prudẽtiæ fuit illud, quod alibi quoque diximus: Aristæum in Penei ripis statuere, vt à matre exaudiretur. nam de profũdo maris Achilles flens in tentoriis, qui possit? præsertim cùm dii Homerici nihil audiant aut sciãt, nisi per nuncios, aut quæ sub oculis habeant. Agamemnon Achilli se purgaturus, inepta detinet aures oratione: Ateq; fabulam attexit. Sed & Æneam cum Achille, nõ solum irato, sed C etiam insano nugantem facit de suis maioribus, déque suis equabus, maximis mendaciis. Itaque non est mirum si pleráque mutauit Maro, plurima omisit. Neque musarum probauit comparationes neq; fabarum, quam ille ponit in decimotertio, satis humilem, atque Heroica indignã maiestate. A'deorum verò præliis canendis Deus ipse optimus maximus auertat nos. nusquam enim fuit ille Ὁ μυρίτερος. Antequam verò partem hanc absoluamus: describendum est ex V, Iliad. εἴδωλον illud Æneæ, cum quo Virgiliana vmbra conferatur.

Αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεύξ' ἀμφίγυον πτολεμόνδε ἀπόλλων
Αἰνείᾳ ἐϊκελον, καὶ τυδέος ἄλκιμον υἱόν.

Quod nudum subtegmen (dii immortales) qua diuina trama pinxerit Poeta noster, facilius intelligere atq; admirari quàm vel imitari, vel explicare possimus,

Tum dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram
In faciem Æneæ (viſu mirabile monſtrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumq; iubasq;
Diuini aſſimulat capitis, dat inania verba:
Dat ſine mente ſonum, greſſusq; effingit euntis.

Neque verò contentus hac opulẽtia, addidit etiam è medio naturę, cui cõpararet. idq; nõ vnũ.

Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.

Quo in loco etiam philosophię penum excusit A vir admirabilis. nánque & rem cõtrouersam penes authorũ fidẽ statuit: quippe de idolis rerũ anima atque vita functarum: *Fama*, inquit, *est*. & signatè, *figuras*: quippe sine corpore, tametsi figura corporis extremitas definitur. &, *volitare*: non enim mole consistunt. Par eruditio è somniis. sunt enim species sine materia, à materiatis fluentes speciebus. Nec sine maxima scientia dixit, *sopitos sensus eludi*: non enim eluduntur non sopiti. Hoc discès apud Aristotelem, sensus non falli. Sed de his alibi profundius. Possumus & id ad Poetæ gloriam facere accessionis: Commodius ab Iunone aeris numine, concreatum idolũ quàm ab Apolline: nisi addideris ipsum esse Solem. voces omnes singulatim per teipsum poteris perpendere. Iam verò quid præterea? nam Homericũ idolum nihil: nostra verò vmbra quid?

At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatq; virum telis, & voce laceſſit.

Vbi nõ pictam rem, aut mortuam poesim vides: sed rem ipsam, vt ita dicam, vegetam atque etiã viuam. Quo exemplo, quemadmodum & cæteris omnibus, non tam imitatio, quàm exploratio magnitudinis Homericæ cognominari mereatur opera Maroniana. tanti que viri studiũ atque diligentiam impolitæ illi simplicitati nõ tãtum afferre laudis, quòd sit sequuta, quàm exprobationis, quòd posteriori tẽpore, prior sit nobilitate. Atq; hæc quidem satis esse poterant etiam curiosis, nisi Macrobius alieni iudicii mãcipium, supina quadã temeritate interpellaret. negat enim in V. Saturnal. vsquã ab Homero de Paridis iudicio factam mentionem, sed à Virgilio temerè occupatã. Iam tum primùm quid nobis aut dicendũ aut suspicãdũ est? Macrobium excerpsisse potius ex aliis calũnias, quàm Homerum legisse. An Græco popularis lectionis memoriam intercidisse? an verò si Homerus aut ignorauit aut dissimulauit illius iudicii fabulã, non licuit viro omnium doctissimo ex aliorum eruditione depromptam posteritati profiteri? At enimuerò in vltimo Iliad. sic scriptum est,

Ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἐδώκατον ἤματι κῦδος
Οὐδὲ ποσειδάων' οὐδὲ γλαυκῶπις κούρη:
Ἀλλ' ἦχθ', ὡς ὅτε πρῶτον ἀπ' ἰλίου ἔσκε μάχη
Καὶ σφιν μαίμασ', ἠδὲ λαοὺς, ἀλεξέμεν ἤνεκ' ἄκοιτις,
Ὡς νείκεσε θεὰς, ὅτε οἱ μένος ἀκάμαντον ἵκοντο
Τῶν δ' ἦνθ' ἣ οἱ πόρε μαχλοσύνῳ ἀλεγεινόν.

Comparatio locorũ V I R G I L I I & aliorum Græcorum quàm Homeri, C A P V T I I I I. D

PLacuit Homeri locis in vnũ cõgestis caput, seorsũ alio iudicio cũ reliquis quoq; poetis Virgilianã excellentiã cõparare: nequid ad summã huiusce operis perfectionẽ desideretur. Ac primũ luculẽtissimã Ætnæ descriptionẽ ex Pindaro perpẽdamus. à Phauorino enim apud Gellium Maro feruidè exagitat', à Põtano fortasse non parũ frigidè cùm sit defessus, à nobis hoc loco quoad fieri poterit, ostẽdetur naturę par: Pindaro lõgè maior. Σικελία τ' αὖτε πίζει Στέρνα λαχνάεντα κίων
Δ' ὀβριμος οὐρανία

Universidad de Deusto
Biblioteca

νιφόεσσ' αὔτμῃ, πεδίοιο δ' ἐξείατο πᾶσα. A
πᾶς ἠερύγετο πᾶσι μὲν ἀπλά-
τοις μυχῶν πηγαί. πετράων δ' ἀμέρσητι μὲν αἰεὶ πέτεται ῥόος ὑδατος
αὐτων. ἀλλ' ἐν ἀφρῷ πόντος
φοίνικα κυλινδομένῳ φλοξ, ἠὲ Σαβεῖ-
ναι φέρει πόντου πλάκα σὺν σπινθῆρι.
χεῖνο δ' ἀφαίστοιο κρουνοὶ ἐρπετὸν
δεινοτάτου ἀνακτί-
ται. πίσσας μὲν δαυμάσαιο ἂν ποταμούς
δαῦμα δ' ὑμεῖν - των ἀκοῦσαι.

Calumniæ capita quatuor. Primum à Pindaro rē, vt est, descriptā: fumare interdiu, nocte flāmas edere: à Virgilio tēpora hæc cōfusa. Cui respōdem* ad hūc modū: Rectius à Marone fumū ac flammam simul altera in parte posita orationis: in altera verò, saxa liquefacta. Nam sanè & fumum & flammam fundit simul, non ex die ac noctis natura separata, aut fumū solùm incertis temporibus, etiam noctu, quemadmodū coràm nos vidimus. Quod verò in quarto loco crimnationis positum est, à Pindaro non dictum, saxa eructari: quid tum postea? Quasi verò Græculorum famuli simus, ac non emendatores. Nā quod addunt: haud ita esse, verùm pro monstro habendum: sanè pro monstris habendos ipsos ostendit: qui non viderunt pumices ipso in litore ab Ætna eiectos. sanè verò quid aliud est fauilla quàm discretus ignis vi pumex? aut quid aliud pumex, quàm futuræ fauillæ massa? Quid quod C πλάκα, lapidum cruſtam, videntur interpretari commentarii? sic enim verba illa, φλὸξ ἠὲ βαδεῖαν φέρει πόντου πλάκα, exponunt. ἢ ξανθὴ τὰ πυρὸς φλὸξ ἀπορήγνυσι τῇ ὄρεως πεῖ πίσσας ἢ τ βαδεῖαν, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸ Σαβύ. Nam alioqui φλὸξ, quid ferat? etenim, φέρει pro φέρεται non feramus nos, quibus notum est flammam in profundum ferri non posse. Quanquam ne saxa quidem profundum ipsum petūt illa, excocta sanè, quippe igni facta leuissima: sed supernatant, vt videmus. neque patiatur Philosophus, qui pro comperto habet ignita omnia, etiam metalla, ab aquis, si eò iniiciantur, resilire, nisi sint insigni grauitate. Alterum caput obtrectationis est hoc, ῥόον καπνοῦ, & ποταμόν, non rectè interpretatum voce illa, *Globos*. Quin, inquam, noluit ille interpretari· poterat enim dicere, flu D men, aut fluxum, aut eiusmodi: sed noluit. Certè si flāmarum volumina intueare, nō fluuio prolabenti compares, sed implicatarum rerum globis. Cuius profectò rei subest ratio naturalis duplex. nánque & impetus erumpentis flāmæ non potest perpetuo tenore oppositū aerem, in quē subit, scindere: conuoluitur ergo per repressionem & diuersarum inter se partium cùm sit flāma: quippe ex igni & fumo, aliam alia impedit. Itaque non quemadmodum Pontanus fecit, ad philosophos à poetis est amittendus Phauorinus, sed ab his arcendus: ab illis relegandus. Tertia impudentia est, cùm aiunt, *piceam nubem* non cohærere cum fauilla candenti. quem Pontanus locum figura quadam loquutionis defen

dere instituit: sanè vti dicebamus alibi, frigida. vt intelligatur id quod alibi: *-quirinali lituo, parua{que} fedebat Succinctus trabea*. Eadem ratione, *fumantem piceo turbine*, non autem fauilla. Ego aliter censeo, Fumum mistum fauilla. illæ nánque meræ sunt ineptiæ quas effutiunt. non proprio, sed peruulgato significatu dici, *candens*, pro feruenti, & relucenti. Nam, candens, inquiunt, à cā dore, non à calore dictū est. Principiò qui putāt, αἴθων, non rectè à Latinis exprimi per candēs, v triusque linguæ sunt ignari. Iamprimū sibiipsi contradicunt *candens* peruulgata significatione pro feruēti accipi, nō autē propria. Sanè quod vsu peruulgatū est, impropriū non est. quanquā apud Ciceronem in vtroque significato positū inuenias. Ad hęc (quemadmodum in Originib° dictum est) candens, non ab albedine, sed à luce tractum est. nam quæ opaca & obscura sunt, per meatus lumen non admittunt: vbi fenestra aut ostium patulum est, φαίνει: vnde αἴθουσαν. Itaque illustrantur intus luce, ac candida efficiūtur. Lucem autem & ignem cognata esse, multis in locis à nobis disputatum est. Quid? de fauilla ipsa si nolis illud intelligi significatum, nonne alba est? at (inquiunt) quonam igitur modo exit cum fumo ardens fauilla? Hoc exit modo illa, quo fumus ille Pindaricus αἴθων. Quippe mista hic fauilla fumo, hic flammæ fumus. Hæc de his satis. temerarias translationes acutius intueamur. Quis enim sine risū (sapientem intelligo) cæli columnam montem dicat? nihilo sanè melius, quàm in Alcorano Mahumeth Montes, palos vocat. Acutam verò niuem nemo sanus vocet. id quod neque antè ausus, neque pòst imitatus est quisquam. Humanè excusent: Quòd ita manum afficiat nix, quasi pungat. Præterea falsissimum est, ignem fundi purissimum. non igitur ἀγνότατον. Neque inuerecundè eò confugiā ἀγνότατον esse, qaia lustremur eo. Sanè verò bellū ignē lustratorium, qui ab inferis efflatur. Illud quoque reprehensione non caret quod cū ignem scripsit eructari, postea diuisit in ignem & fumum. quódque rursum repetit χεῖνο δ' ἀφαίστοιο κρουνὸς ἐρπετὸν δεινοτάτους ἀνάπτυσι. Vbi etiam fontem posuit post fluuium. Neque cum modestia dicat quisquā, ἐρπετὸν, erumpentem ignem. est enim vox illa rebus accommodata minimè sese à terra attollentibus. Et quis admittat illud, Fontes emitti? Fons enim fundit, & emittit riuos: ipse manet. Si quis verò eruditiorū more, vocabulorum causas atque origines contempletur, neutiquam vsui nominum Pindaricorum acquiescat. Nam δαῦμα, non est propriū οὖ ἀκούσαι. quippe primo suo ortu fuit, θαῦμα. & minus accuratum illud: πέφρικε δαυμάσιον μὲν, δαῦμα δὲ non enim disiungi oportuit δαῦμα & δαυμάσιον. Magis etiam patitur auditus, quàm visus. qui fulgure non expauescunt, tonitru perterrentur. Quanto ergo luculentius *horrificum* Maronianum, quàm δαῦμα Pindaricum? Certè nihil differt à sono tonitrui Ætnæ tonitru.

Itaque

Candēs vnde dicatur.

Fons.

Itaque illa quoque meliora, *Turbine*, & *Picео*: A & *fidera lambit*. Linguæ enim vibrationi flammæ motus persimilis. quod cùm isti circulatores adlatrant, non eis in mentem venit, si Pindaro Ætna columna cæli est, necesse esse flammam inde erumpentem non solùm lambere, sed etiam penetrare sidera. Quanto etiam elegantius *viscera montis*, quàm simpliciter, πλάκας, & *liquefacta saxa*: quæ desiunt io pumicis est. Allusit autē bonus Philosophus ad rerum naturam: sunt enim Platoni, & Theophrasto, & aliis lapides χυτοί, &, *cum gemitu*, maluit, quàm cum sonitu: vt ille, σὺν πατάγῳ: quia dixit, viscera. & peritus linguæ Latinæ plusquam quiuis alius, nedum vt B Gellium nominem. (nam Macrobius ad Latii cloacas haulit:) signatum potuit verbum gemitus enim ex repleto pectore: hoc nánque χύματι. & perstitit sibi naturæque constans diuinus vir in iisdem vestigiis: vt cùm dixit, *globos*, apposuerit *glomerare*. Pontanus verò non rectè adducit pro defensione illud: Æneæ narrationi non conuenisse Pindaricas metaphoras. Hyperbole nánque illa, *fidera lambit*: quauis translatione maior est. Rectè illud, Longè felicius à nostro Poeta quàm à Græco, subiectum fuisse Ætnæ Enceladum. Hac etenim parte cum hoc nostro ille ne est quidem conferendus.

Ad hunc itaque modum cum Pindaro: nūc agamus cum Claudiano. quanuis enim Latinos C inter se postea comparabimus: tamen hic locus illa exigit, ne hæc Virgiliana rursus repetantur,

Ætna giganteos nunquam tacitura triumphos,
Enceladi bustum: qui saucia membra reuinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur:
Et quoties detrectat onus cervice rebelli
In dextrum lassumq{ue}, latus, tunc insula fundo
Vellitur: & dubia nutant cum mœnibus vrbes.
Nunc monet indigenas nimbos, piceaq{ue} grauatum
Fœdat nube diem: nunc motibus astra lacessit
Terrificis: damnisq{ue} suis incendia nutrit.
Sed quamuis nimio feruens exuberet æstu,
Scit nimibus seruare fidem: pariterq{ue} fauillis
Durescat glacies tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu: flamoq{ue} fideli
Lambit contignas innoxia flamma pruinas. D

Quæ carmina tametsi bona sunt: tamen explorandum est nobis, quantum absint ab eo quem sequuntur. Duo in primis contemplanda sunt. quæ vterque dixerit, & quæ hic illi addiderit. Principiò admonitum te velim: poetas hosce qui pòst Virgilium fuere, declamatoribus similiores videri mihi: qui dum argutè dicāt aliquid nihil pensi habent, quid cuique parti maiestatis vel incommodet, vel obsecundetur. quare & numeros lædi necesse est. & periro gratiam ex affectatione. De Encelado igitur Maro,

Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac: ingentemq{ue} insuper Ætnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis.
Et fessum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.

Dixit igitur, *semiustum fulmine corpus*: bustū: sine vlla venere. sequentia verba valdè olent Grammaticum,

-qui saucia membra reuinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulfur.

Illorum quoque lucem, *-fessum quoties mutat latus*: vmbra ignaua ac languida operuit, *& quoties detrectat onus*. ac sanè melius: *latus*, quàm *cervix*. & *mutat*: perpetuatio nánque oneris, frequē tiam motionis excitat. Audis deinde tremorem Poetæ verbis, postremò, *Cælum subtexere fumo*, deprauauit illis, *& moribus astra lacessit*. neque e- B nim distinguas: motúne obscuretur cælum, an moueantur astra. omnino verò insuaue est. Quę imitatus est, hæc quæ addidit, videamus. *-nunquam tacitura triumphos*. Verborum sonitus huc eum inuitauit. non tamen dixerim Ætnam nō tacere, sicut nec loqui. Frigidum illud est, *damnis suis incendia nutrit*. si dixisset, gloriam, aut regnum, aut eiusmodi: acutum fuisset. nunc non excitat: vulgare enim est, incendia damnosa esse. Illud autem nimis acutum, *Ignem seruare fidem nimbus*: non enim hoc promisere ignes niui. quare & putidè repetit: *fumo fideli*: vbi etiam cō tra rerum naturam dixit, *Flammam lambere pruinas fumo*. Flamma enim fumo prior. leuior nánque est. Quòd si aliter vides in igne nostro: hoc fit propterea quòd flamma alitur humore ligni, à quo vbi abest, extinguitur illico. at in oris cauernarum Ætnæ, flamma viua est, & sine fumo & falsum est, in *Mongibello* niues esse qua incūbunt flammæ, tanto minus pruinæ seruantur, vbi radit eas fumus.

Quid quod omnia penè ad verbum sumpsit è Silii, XIIII, quæ vt potuit interpolauit,

Aſſi Ætna eructat tremefactis cautibus ignes,
Inclusi gemitus, pelagiq{ue} imitata furorem,
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores
Nocte die{que} simul fonte è Phlegethontis vt atro
Flammarum exundat torrens, piceaq{ue} procella
Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis.
Sed quanquam largo flammarum exæstuat intus
Tuo hinc, & assiduè subnascens profluit ignis:
Summo cana iugo colibet (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternoq{ue} rigore
Ardentes horrent scopuli. Stat vertice celsi
Collis hyems, calidaq{ue} niuem tegit atra fauilla.

Verùm hæc etiam infrà comparabuntur.

COMPARATVR CVM THEOCRITO VIRGILIVS, CAPVT V,

Missō Hesiodo, cuius vniuersa opera ne cum vno quidem versu Georgicōn sunt comparanda videamus, quæ loca Theocriti adeò Græca sūt, vt Latinam, quemadmodum aiunt, respuant venustatem. At Gellius quidem rectè iudicauit, nō omnia omnibus respōdere posse: aliqua enī

Universidad de Deusto
Biblioteca

Graiis lucem, Latinitati tenebras afferre. Interire igitur audacia suauitatem. Iccirco illud τὸ καλὸν πφιλαυθὲς, neque dixit, neque attigit prudẽtissimus poetarum, linguæ culpam dissimulãs, suam vitans. Haud tamẽ illa minus suauia, *dum redeo: & breuis est via.* in his,

Tityre, dum redeo, breuis est via, pasce capellas:
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occurrere capro, cornu ferit ille, caueto.

Ex illis,

Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πφιλαμβὲς ἔβοσκε πὲς αἶγας
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐπέρχευ
Τὸν λιβυκὸν κάπρον φυλάσσεο, μή τυ κορύσσῃ.

Non defuit igitur linguæ, sed ab ea defectus est. A
At quod suppleuit, quanta cum gratia? Nam sanè hoc ipsum: τὸ καλὸν: ne cæteræ quidem eiusdẽ Græciæ nationes sua lingua queant explicare. sed & *pastas* dixit, lõgè quàm ille efficacius: quas potũ ducat. est enim pecus minimè siticulosum. Subest præterea ex figura gratia. Est enim repetitio tecta figura altera cognata, quam Scalam dicebamus, *pasce, pastas.* Nam quod aiunt pro hirco malè positum caprum, à doctissimo Poeta: sanè ipsi sese non doctissimos ostendunt. quippe, Capra, vetus est vox. Sic mas, Caper, antequàm castrandi vsus inuentus esset. Hircus verò, peregrina, & Osca: sicut &, Hirpus, pro lupo. Quid, quod apud Gellium, κνάκον, rufus interpretatur nescio quis. at Græci commentarij, candidũ malunt, nempe à grano Cartami, quod sanè album est, & à Græcis κνῆκον appellatur.

Illis quoque nihil vrbanius. nam cùm à Theocrito dictum esset,

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἀ κλεεῖσα
Τὰς αἶγας παρτέτυπα, καὶ ἀδύ τι προσπολιάσδει.

Argutius & suauius adeò noster, vt nihil suprà,

Malo me Galatea petit lasciua puella
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.

Expressit enim lasciuiam, cùm petit malis: virginem, cùm fugit muliebre ingenium, cùm vult reperiri factum. Inepta apud illum Cissybii descriptio, & quæ in sexto libro à nobis acrius iudicatur. Noster, vt semper, sobriè. Qua licentia abusus est Græcus: qui eodem argumẽto multa: Epitaphia, Amores, Contentiones: vbique & laxus, & prolixus. Noster parcus, pressus, politus, rotundus, solidus: in his nusquam non sibi similis, in argumentis nunquam non dissimilis. Itaque & illa rotundius,

Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.

Laxius ille,

Οὐδέ τι πω ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θέκεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται
Ἄκρατον.

Rectius quoque cùm intercalare carmen non rumpit sententiam apud nos: quod audet Græcus in 1, Idyllio,

ὦ ταὶ ταὶ & reliqua: interponit, λήγετε βουκολιασταί, quod est intercalare: post quod subdit verbum, ἴυγξ. Idem committit in Bionis Epitaphio.

Quanquam autem libauit leuissimè argumentum, auspicatúsque est non dissimili interrogatione in vltima Ecloga diuinus Poeta, sicut Theocritus in prima: longè tamen post se reliquit illum. Nudum & simplex hoc, & sine affectu, ὅκα δάφνις ἐτάκετο. Apud nos vegetior oratio,

-indigne cùm Gallus amore periret. Ille,

Τίων βὸ θῶες, τίων κύνες ἀρύσαντο,
Τίων νὰν δρυμοῖς λέων ἀϋλαΐευσε δαΐτα:

Noster hæc in suũ Daphnin cùm retulisset, addita hyperbole superauit,

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse Leones
Interitum, montesq; feri, syluæq; loquuntur.

Sed & mirificis auxit numeris, B

Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ:
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mœnalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.

In illis sanè decrescit oratio,

Πολλαί οἱ μὲρ ποσὶ ζόες, πολλὶ δ' τὸ πῶρος,
Πολλοὶ δ' αἴ δάμαλοι, καὶ πόρτιες ὤδυραντο.

Nam quem Thoes lugeant, & lupi, & leones pastorum hostes: quid apponit mirum oratio, quæ addit domestici pecoris mœrorem? Quare eandem sententiam longè concinniore verborum flexu, atque etiam interpositis sententiis, quasi clauis in toga, vehementer illustrauit,

Stant & oues circum: nostri nec pœnitet illas:
Nec te pœnitet pecoris diuine Poeta:
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.

Posthæc autem nudam atque rudem enumerationem superaduẽientium Mercurii, bubulcorum, & aliorum qualibus condimentis suam fecit, hoc est diuinam? C

Ἦλθ' ἁμὰς ποξάπος ἀπ' οὔρεος. εἶπε δ': δάφνι
Τίς τυ κατεπύκει, τίν' ὤγαθε τόσσον ἔρασσαι;
Ἦλθον τοι ζῶσαι, τοὶ ποιμάνες, ὠπόλοι τε βοῦται:
Πάντες ἀνθρώπων τί πάθει κακὸν: ἐλθὲ δ' ὁρᾶσθαι
Κῆφα, δ' ἄφνι πάλαι τί τυ τάκεται; εἶπε καὶ ἄμμες
Πᾶσαι ἀπὸ χαίας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται,
Ζατεῦσα. δ' σύριός τε ἄλως, καὶ ἀμὰ χαρὰ θεοῖσι.

Audiamus nunc Apollinem ipsum loquentem. neque enim ille cùm pastor esset, iucundioribus, aut teretioribus cecinit numeris, quàm Maro noster,

Venit & opilio, tardi venere bubulci,
Vuidus hyberna venit de glande Manalcas:
Omnes, vnde amor iste, rogant. Tibi venit Apollo:
Galle, quid insanis? inquit. Tua cura Lycoris
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.

Spurca autem illa monstra Græca, potius quàm carmina, D

Ἰὼ πόλυ ὄκκ' ἐσορᾷ τὰς μυκὰς δαμάλας Ζατεῦντας,
Τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι ἁ πάρος αὐτὸς ἐβύκετο.

Penitus omisit Parthenias. nihil enim liberalibus auribus horribile magis. Vertit igitur ad illa suauissima,

Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli bacis, minioq; rubentem.

At

At quæ verba deinde?

Et quis erit modus, inquit, Amor non talia curat.
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

Sic Galli conquestio tantum superat Daphnidis responsionem, quantum humani ingenii captus fert. In quo auro illæ etiam gemmæ resplẽdescunt. Ad Arcadas oratio. votum, quo pastor optat fieri, & illa diuina, *-hic ipso tecum consumerer æuo. - nec sit mihi credere. -ah te ne frigora lædant.*

Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
-teneriq; meos incidere amores Arboribus: crescent
illæ, crescetis amores. -tanquam hæc sit nostri medicina furoris. & mutatio consilii in amante, & conclusio per sententiam, *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.* Ad quæ nemo Græcorum vnquã B aspirauit,

Quæ verò Theocritus,

Νῦν ἴα μὲν φορέοντι βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθοι,
Ἀ δὲ καλὰ γαδίοισιν ἴα ἀρκεύθινα κομάσαι.
Πάντα δ' ἄλλα γλοιπὰ, καὶ ἁ πίτυς ἔγχυα ἐνείκαι,
Δάφνες ἐπὶ δρυόκαι, καὶ πὰς κύκνος ὠλόφυρε ἰὼ καὶ:
Κἀξ ὄρεων δὲ σκόπες ἀνδόσαι γαύσαντο.

Transtulit ad Damonis Musam lõgè elegantiùs,

Mopsũ Nisa datur: quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis æuoq; sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Nunc & oues vltro fugiat lupus, aurea duræ
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ.
Certent & cycnis vlulæ. Sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.
Omnia vel medium fiant mare.

De amore verò quos versus ibi ponit, nullus mortalium æquare valeat,

Nunc scio quid sit amor. duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.

Sanè accedant illa,

Νῦν ἴγνων τὸν ἔρωτα: βαρεῖς θεόν. πρὸς κεφάλας
Μάτερ ἐγὼ δὴ λάξ, δ' ῥυμῶ τε μὲν ἔπτερφε μάτηρ,
Ὃς μὲ κατασμύχων, καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.

At illa inaccessa,

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater:
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

Pharmaceutria quoque valde illustris Theocriti poematium, longè castigatior apud nostrum, longè item prudentior. Incipit enim à cognitione efficaciæ carminum, quam subticuit ille. *Nihil*, inquit, *nisi carmina desunt.* Illius autem nationi fatalem multiloquentiam elegantissimo gyro collegit. cùm illa posset nihilominus, quæ repudiasse constat. Quanquam totam vertisse libet suspicari, quam postea Latinam ex Græca, i. ex nugaci puram fecerit. quare de Lauro nec illa quidem probauit,

-κοὐδὲ κατ' οἶδμ' ἔδομαι αὐτῆς,

cùm aut sic aut melius posset,

Quin oculos, mentemq; fugit cinis.

Anaphora quoque illa rotundior, A

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.

Non neglecta occasione duplicis significati verbi huius, Vro. quod ex Terentio & Theocrito non semel obseruare potes. Theocritus simpliciter nimis, αἴθωσεν. Amoris quoque enarrationẽ omisit noster. satisque habuit mellita illa componere, *Talis amor Daphnim*: & quæ sequuntur. Quibus autem præterea superauit illi, hæc sũt, *-nec sit mihi cura mederi.* Repetitio, *-ponto lecta venena: -nascuntur plurima ponto.* Tum autem quæ pertinent ad incãtationes, *ne respexeris. -nihil ille deos, nil carmina curat.* bonum sit. & illa, *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* Theocritus verò cùm ait, Hippomanem herbam equas agere in furorem: idem quod Hesiodus professus est. nam hoc frustra quæras ex Theophrasto, Plinio, Dioscoride.

Pari cura è pluribus vnam confecit: quippe Corydonem ex Amaryllide, Cyclope, & Bubulcis: quarum aliquot loca lepidissima videamus,

Ἦ μάν τι λευκὰ διδυμοτόκα αἶγα φυλάσσω,
Ταί μι καὶ ἁ μῖμα πολυφάμιος ἀμελγόμενον γάλα πίνει,
Νίττᾳ, καὶ δοιὰ οἱ ἐπὶ τῷ μαζὼ ἐδάσσατο τυρώ.

Quanto efficacius, lepidius, comptius, cultius,

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.

Nam quæ in Cyclope dixit similia, longè quoque inferiora sunt,

-Ἰρίφοι δί τοι ἔνδυκες τρὶς ἐρδὸς
Πάσας ἀμπορέοισ.

Ex eadem verò versus illos bonos quidem, sed immodicos, (sunt enim vndecim, quorum primus, φυγχαῖ & πολύφαμος) conclasit ille lactea simplicitate quinque illorum, *Formosum pastor*, &c. contrà, illud,

-τὶν δ' ἐμέλει, οὐ μὰ Δί' ἐγών.

Suauissimo lepore diffudit,

-nihil mea carmina curas:
Nil nostri miserere, mori me denique cogis. Quod D in alia dicebat Theocritus,

-ἀπύχεαι μὲ ποιέοντες, & illa, μὴ γόησκε γαείοισα, ita composuit,

Despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi.

Cætera verò sic expressit, vt vinceret,

-βοτὰ γάλα βόσκω
Κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρου, παρεοῦ δ' ὑπόπρηος αἰεί.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.

Et illud quomodo adornauit?

Συρίσδην δ' ὡς οὔπω ὀΐσομαι οὐδὲ κοκλώπων.
Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat
Amphion Dircæus in Actæo Aracynthо. Vbi etiã suam eruditionem prudenter professus est. sero

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim appetente diei, quasi receptui cùm canebant pastores, vt è pastu greges euocarẽt suauissimis numeris. experiebantur emereri gloriam diurnarum cantionum. Tum illa, quanto splẽdidiora?

Ω' κύκλωψ, κύκλωψ, ποῖ τοι φρένας ὤπιπό τηνες;
Αἴκα δὲ σὺν ταλάρῳ τι πλέοις, ἢ θαλλὸν ἁμάσαις
Τοῖς ἄρνεσσι φέρων, τύχα κεν πολὺ μᾶλλον ἐρᾷς νωμᾶ.
Τὰν παρθενίαν ἄμελγε, τί τὰν φεύγοντα διώκεις;
Εὑρήσεις γαλάτειαν ἴσως καλλίονα ἄλλαν.
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid satiùs potius, quorum indiget vsus,
Viminibus, mollíq; paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

E bubuleis autem illa,

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὸν δὴ τόσσον ἐχω κακὸν, ὅσσ' οὐ λίεται·
Η' γὰρ ἐμὲ ἐς πολύτιμον ἐσέβλεπεν, ἢ δὲ γαλαθὼ.
Nec sum adeò informis: nuper me in littore vidi,
Cùm placidum ventis staret mare: æquauit his.
his vicit, -non ego Daphnin
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.

Quanquam equidem in pastore non probarim potius è mari, quàm è fonte speculum. Nectarea verò illa sua tota,

Hæc ades, & quæ sequuntur. At illa diuina,
Rusticus es Corydon: nec munera curat Alexis:
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.

& illa,

-Pallas quas condidit arces
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.

Item illa,

Α' αἶξ τὸν κύπριν, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει
Ε' γὼν δ' ὅτι τυ μιμεῦμαι.-
Tortua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciua capella:
Te Corydon, ô Alexi, trahit sua quemque voluptas.

Quo loco in tertia persona nominatim, *Corydon* plus habet efficaciæ, quàm pronomẽ Ego. Sententia verò illa non solùm vellicauit criticorum calumniam, sed etiam nutantem victoriã adepta est. *trahit sua quemque voluptas.* Concludit enim vagas similitudines vulgata certáque homi num opinione. Illi verò ridiculi, qui pastoribus nolunt esse prouerbia. quid enim tritum magis quàm illud, Alia aliis placẽt? Theocritus autẽ prouerbia tum multa inculcat, tum adeò obscura nonnulla, vt diu sit eorum quæsita interpretatio. Sanè verò quid illo lepidius?

Me tamen vrit amor: quis enim modus adsit amori?

Item ex eadem Amaryllide,

Η' νὴ Δί' τοι δέκα μᾶλα φέρω τηλόθι κηδείλον
Εἴ μ' ἐκέλευε κομεῖν τις, ἢ αὔριον ἄλλα τοι οἴσω.

Posuit difficultatẽ τηλόθι, vnde iusisti: Noster autem sic: quod potui,

Quod potui puero siluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam:

Venus Latinæ munditiæ: *Altera decem*. Si plus potuisset, non esset ab eo donum in diem crastini dilatum.

Ex Idyllio, quod Pastores inscribitur, eduxit A eclogam suam Palæmonem: in quà & tractauit eadem felicius, & supposuit meliora: vt illis,

Η'' πάϊς κρύβδιν τὰ πιδάκια πάσα ἄμελγε
Infelix ô semper ouis pecus, ipse Nearam
Dum fouet: ac ne me sibi præferat illa, veretur.
Hic alienus oues custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Græcè nánque orationi tot addidit venustates quot verba,

Et ille cùm diluceret obiectum ἀπὸ τὸ ἀδυώτου, quia senex obseruaret,

Ἀλλ' ὁ γέρων ὑφίαπτε τὰ μόρα κὠὐ φυλάσσει

Iste obiectione deterret ab obiiciendo,

B *Parcius ista viris tamen obiicienda memento.*

Sequutus tamen aliunde: quippe ex octaua,

Οὐ ποτὰ τὰ κρ ἀμολγὸν ἀπὸ χαλκίδος θ'ὁ πατήρ μευ
Χ'ὰ μάτηρ, τὰ δὲ μῶλα πιδέσσομαι αὖτ' ἀεθμενύντι.

Verùm lõgè felicius, cùm pro matre *nouercam* posuit. & variauit rem nudam: vt *alter & hædos*, quippe modicum gregem: vterque verò *pecus*, cuius iacturam magno in numero quia deprehẽdi posset, maiore indigeret cura atque obseruatione.

Composuit autem cum huiusce argumenti initio modum ex Idyllio v, quod inscribitur Viatores. ex quo illa,

Τὰν πίαν ἀνεγγαύ· τὰ γὰρ πόκα δῶλε συΐσπα
Ε'κτιτον ἀνεγγαύ· τί δ' οὐκέτι σιὼ ποριδῶντι
C Ἀρχᾶ τοι κολάμας ἀμολὸν πιναπύσδετ' ἐχοντι;

Quæ ille sic longè melius,

Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? num tu in trivia indocte solebas,
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Sanè aptius *indocte*, quàm δῶλε. Multi enim serui doctissimi fuere: inter quos & sapientes, Æsopus, Epictetus, & alii: præsertim pastores, quibus otium vel maximum ad eiusce modi artes suppetit. Ac sanè tertio versu nequaquam dubium est, quin ad vnguem perfecerit quod ille rudius inchoauerat.

Illa verò longè elegantissima, neque cũ quibus Græca conferas,

-τὺ δ' ὦ κακὲ, κἠ τόθ' ἕπαχες
βασκαίνων. κἠ νῶϊ μὲν λοιδία γιμὲν ἔδηκας.
Et cùm vidisti puero donata dolebas,
Et si non aliquà nocuisses mortuus esses.

In ipsa verò pignoris depositione, Laconis altercatio de lana caprina satis inepta est. nam in contentione quæ supposuerit, satis constat esse meliora.

Ταὶ μῶσαι μ' ἐφίλευσαν πολὺ πλέον, ἢ τὸν ἀοιδὸν
Δάρδανον. ἐγὼ δ' αὐταῖς γεμάσσας δύο φᾶρε τόκ' ἔθυσα
Noster, *Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena. Ille colit terras, illi mea carmina curæ.* & alia,

Κἀγὼ μὲν δοιὼ τὰ παρθένω αὐτίκα φᾶρε
Ε'κτιὰ ἀρνειῶν κηδεσσόμενος, τηνεὶ γὰρ ἰφίονες.
Parta meæ Veneri sunt munera: namq; notaui
Ipse locum, aeriæ quò congessere palumbes.

In cæteris autem & ipse suus author est, & multò lepidiora profert, atq; venustiora. Illud verò diuinũ, *ô quoties, & quæ nobis Galatea locuta est.*

Partem

Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures. A

Prudentius quoque Maro, qui indiscussam litem relinquit, quàm Theocritus, qui Caprario palmam dat. suspensus enim etiamnum est auditor. Fortasse etiam multò melius dixisse videtur victus, quàm victor.

Neque audeat quispiam sanæ mentis æquiparare illis illa,

Δαμοίτας ἁ δύγατις ἐβωκόλ. εἰς ἕνα χῶρον
Ταὶ ἀγέλαι ποκ' ἄερσαν συνάγαγον. ἐς δὲ ἕνα τῶν
Πυῤῥὸς, ὁ δ' ἁμὸς καὶ ἀράνας δύο τὰν ἄμφω
Ε'σ δρυμὸν θέρε. μέσαν ἄμαν τιάδ' ἄειδον.
Fortè sub arguta consederat ilice Daphnis (mos:
Compulerant q; greges Chorydon & Thyrsis in vnum
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas:
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo:
Et cantare pares, & respondere parati.

Multò sunt omnia rotundiora. Et melius *greges* quàm gregem duo, vt ille, ἀγέλαι. Et Daphnim bubulcũ declarat: Damœtas, quid sit, non dicit. Quod noster distributione lepidissima castigauit. & sanè lepidius, *florentes ætatibus*, quàm πυῤῥὸς καὶ ἁμὸς. quæ ne eo quidem probes, potest enim vtrumque vterque esse. Quòd si adducas illa,

Ἄμφω τὼ γ' ἴσ' ἐφίλει μῆτέρ' ἐμὸν ἀγέλαν
Ἄμφω τυέλεσν δεδαμόλα, ἄμφω ἀείδην.

Orationis filum sanè probamus. illud verò nimis superstitiosè dictum arbitramur, Fuisse eos impuberes, quid enim cultum ab inculta illa ætate aut excitari, aut prouenire potest? Et perfectioris artis est tum seorsum cantare, tum paria prouocanti respondere, quàm vel canere, vel fistula modulari.

Alia quædam sunt haud ita magno iudicio perpendenda: quæ aliis periculum sui facere volentibus, relinquenda censuimus: vt illa,

Ταὶ γλαυκαὶ χῶ θάλασσα τὰ πὰ χθονὸς ὀρχηθῆν.
Hæc ades: insani feriant, sine, littora fluctus.

Signatius enim, *insani feriant*, quàm γλαυκαὶ χῶ. hoc enim languidum epitheton ad verbũ illud. præsertim quum vbi alliditur mari litus, aqua illa glauca siue cærulea neutiquam est. Et,

Η' ἐξ ἐμᾶς μόνα ἴσα κόρα που, ἁ τίνα κἄλεῖ τον
Η'ὖτες ἐμᾶ σὺν μητρὶ διάμπερ ὑακινθίναι φύλλα
Ε'ξ ὄρεος δρίφαδα τιθεῖσ' ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον.
Sepibus in nostris paruam te roseida mala,
Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo iam tum me ceperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.

Nam & quæ exprimit, lautè dicit: & quæ mutat, sapidiora sunt: & quæ addit, faceta ac mollicula. nonne melius, *mala*, quam folia Hyachinti? vt omittã calũniæ faciẽ. petuntur enim magis Hyachinti flores, quàm folia: & in montibus infrequentior Hyacinthus. Descriptio verò ętatis, & non vulgaris neque affectata tamen, maximéque conueniens pastori. Postremo quoque versu semel contentus fuit ibi,

Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error.

At ille non semel, ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.

Silenum verò, & Tityrum, & Pollionem, & Mœrim, totas illius esse constat, ita vt nullis locis ad eum Theocritus aspirare posse videatur. Quare pauci, corruptíque iudicii, infelicissimæ eruditionis Grammatici exuant perditam illam temeritatẽ, qua profesi sunt à Theocrito Maronem superatum.

VIRGILII LOCA EX APOLLONIO CAPVT VI.

Similis impudentia eorundem, cùm audẽt agnoscere quartum diuini operis, ex Apollonii Argonauticis deductum. Tantum enim abest vt hoc verum sit, vt penè pudeat nos illius apponere vnum aut alterum locum pro comparatione libri incomparabilis. Nam neque conuenit argumentum, nisi hoc solo, quòd amauit hospitem Medea: & vniuersæ orationis contextus longè alius est. Quæ tamen lux in nostris ex illius fumo effulgere videtur, in his extat,

Πεφρικὼς δ' ἀρ' ὀφθαλμῶν ὑπὸ οἱ ἰνδάλλετο πάντα·
Αἱ τοὶ θ' ὑπ' ὄρθιον αἰσιν τε φάρεσιν εἵπο,
Οἷά τ' ἐειδ', ὡς ἔζετ' ἐπὶ δρόνου, ὡς τε δύεσκε
Η' εἰσιδεῖν πάντ' ἄλλον ὑπερφέροντα
Ε' μβρεμὲς αὐτὰρ πῶϊ· ἐν οὔασι δ' αἰὲν ὀφείρει
Λύδιά τε μυδήσασα μελίφθογγος, οἷς ἀρόμενοι.

Sanè non contemnendi versus: verùm haud ita admirandi, si isti audiantur,

At Regina graui iamdudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multusq; recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Verbaq; nec placidam membris dat cura quietem.

C Et illa nequaquam digna quæ legantur, vbi adsunt Maroniana,

Δειλὴ ἐγὼ, ὅτιον με ἔολπεν ἐφόβεσσαν ὀνεῖραι.
Δείδια, μή μέγα δῆτα φορῇ κακὸν ἄνδρ' ἀλάλησθαι
Η' ρώων. & pauca quæ sequuntur,
Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

Et cætera diuina. Ille autem rursus,

Τοῖα κατηκόωσσα μιγησομένῳ νέον ὕπνῳ
Λεύσσα ἐνείρατα λυγρά.

Descriptio quoque noctis Græco vulgaris,

Νὺξ μὲν ἔπειθ' ὁσίη γαῖαν ἔχεν νέφεσι δὲ πάντῃ
Ναῦται εἰς ἐλίκωπα, καὶ ἀστέρες ἀείσιοι
D Ε'δραπον ἐκ νηῶν. ὕπνος δ' ἔχε τοὺς ἐδίτας
Καὶ πυλαωροὺς εἶλ' ὕπνος. καὶ πύλαι πάσαι
Μητέρα πιδύσσιον ἀδίγον οὐδὲ κάμακα κάλυπτον.
Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴν τ' ἀπὸ πόλιν· οὐ δρόμος ἦεν
Η' χῆς· σιγᾷ δ' μελανομβρίου ἰχθυόφιν.

Vulgaria inquam hæc, & plebeia oratione: illa planè Heroica,

Nox erat: & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras: syluæq; & sæua quierant
Æquora: cùm medio volumtur sidera lapsu:
Cùm tacet omnis ager: pecudes, pictæq; volucres,
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; horrida dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At non infelix animi Phœnissa, nec vnquam
Solvitur in somnos, oculisve, aut pectore noctem
Accipit: ingeminant curæ, rursusque resurgit
Sæuus amor. Æneæ quoque & Iasonis trepidatio si comparentur, quantum distent?

-οἱ δ' ἱάχησαν
Θαρσύνοντες μαιμῶντες· ὁ δ' ἔβη ἐφ- ὑπ κολεοῖο
Σπασάμενος θρ-, φρυμαξεῖα νιφὸς ἀπὸ πίσυρα ἴκοψεν.

-*vaginaque eripit ensem*
Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet: rapiuntque, ruuntque.
Littora deseruere: latet sub classibus æquor.

Hæc igitur potuerat Seruius, aliúque adducere potius aduersus se, quàm pro sua causa. Verùm quę illi ex eodem ne animaduertêre quidem, operæprecium erit ad præsentem adducere exercitationem.

Est Iopæ cantus apud Poetam in primo diuini operis: est in primo Argonauticôn apud Apollonium Orphei cantus lôgè alius, & quem potius referas ad Silenum Virgilianum,

Ἦεισεν δ' ὡς γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα
Τοιχρὶν ἐπ' ἀλλήλοισιν μιῇ συναρηρότα μορφῇ,
Νείκεος ἐξ ὁλοῆς ὅτε κρίνθεν ἀμφὶς ἕκαστα.
Ἠδ' ὡς ἠμισύδυν αἰὲν ἐν αἰθέρι τέκμαρ ἔχουσιν
Ἄρκτος, στρωφωμένη, καὶ ἠελίοιο κέλευθοι.
Οὔρεα δ' ὡς ἀνέτειλε, καὶ ὡς ποτὶ μοῦνα κελάδοντες
Αὐτῆσι νύμφῃσι, καὶ ἑρπετὰ πανθ' ὑμέναιον.

Attexit deinde fabulas.

Hoc idem argumentũ habes in primo Metamorphoseôn. In Sileno autem longè politiora & angustiora,

Namque canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas:
Iamque nouum terræ stupeant lucescere solem:
Altius atque cadant summotis nubibus imbres.
Incipiant syluæ cum primùm surgere: cumque
Rara per ignotos errent animalia montes.

Virgilii maiestatem suprà explicauimus in comparatione, qua describit apes: vbi cum Homerica conferebantur. nunc hic Apollonii quoque ars, & diligentia spectetur in primo,

Ὡς δ' ὅτε λείρια καλὰ θεοδρεπέα μάλιστα
Πέπτηχε κεκλίμενα σιμβλίδος ἀμφὶ δὲ λειμὼν
Ἐρσήεις γάνυται· πολὺ δ' γλυκὺν ἄλλοτε δ' ἄλλον
Καρπὸν ἀμέρσιον πεπότηται μέλισσα.

Est item suprà locus, in quo Vulcani officinam Virgilianam cum Homeri operis comparabamus: videndum est hic Maroniano persimile argumentum ex eodem Apollonii libro. sic enim de Cyclopibus,

Ζλωὶ κεραυνὸν ἄνακτι πονεύμενοι· ὄς τόσον ἦδη
Πεμφαίνων ἐτέτυκτο· μιῆς δ' ἔτι δεύετο μοίρης
Ἀκτῖνος, τλῳ οἷά περ ἠερίης ἐλάεσκον
Σούσιον μαλερῇσι πυρὸς ζείουσαι αὐτμαί.

Quòd hîc ait, defuisse vnũ tũc radium: diuinus Poeta, *pars imperfecta manebat.* Itaque, *Fulgores nunc terrificos, sonitumque, metumque* Miscebant operi: & alia incomparabilia. Rudia illa verba eiusdem authoris,

-κακῷ δ' ὄβριμον κώπτρον ἄλλο
Νῶτον, ἀλαμβὺν ἔρεχον ἀυχένι·

Sic expoliuit vt & deformitatem texerit,

Informis leti nodum trabe nectit ab alta.

Tantum abesse oportet Herocm ab Epigrammate. nihilo enim picti* Apollonius, quàm Ausonius quum laquecum nominauit.

Illis quoque nihilo minora addita ornamenta. Ex eodem libro primo sunt hæc,

Τεὶς ἀεὶ χαλκείους δίχα τύχαν διαδέντες
Τύμ- ἐνσκιμπείξαν·

Ex nostro vndecimo hæc,

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos: ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, vlulatusque ore dedêre.

Lepida illa, & accurata eiusdem,

Ὣς δ' ὅτε τίς τε μώνυξ τετυμμένος ἴουτο ταῦρος
Πίσεα τε σφελίπων καὶ ἰλιάσιος, οὐδὲ νομῶν
Οὔτ' ἀγέλης ἔθετο, φρένες δ' ὄδυ, ἄλλοτ' ἄπωθεν
Ἄλλοτε δ' ἰσάμενος, καὶ ἀεὶ πλατὺ αὐχέν' ἀείρων
Γνοτὸν μύκημα κακῷ βιοθλιβεῖ φ- οἴστρῳ·

Longè alia ratione contexuit in tertio absolutissimi operis,

Est lucos Silari circum, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo:
Romanum est: Oestrum Graij vertêre vocantes:
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluæque, & sicci ripa Tanagri.

Temporis quoque curriculum matutini, quum describit Poeta in octauo,

Inde, vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum: ceu fœmina primum
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi: famulasque ad lumina longo
Exercet penso: castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos:

Non multùm abest ab Apollonii cõsilio, qui simili ratione, alia opera expresit idem sub articulo vespertino,

Ἦμος δ' ἀχρεῖον εἶσι φυτοζόφ- ἠὲ τεφροτρεὺ
Ἀπαλοῖσι εἰς αὖλιν ἰλὺν, δόρπου χατίζων.
Λύτῃ δ' ἐν ποιμνῇ τετυμμένα γούατ' ἔκιμψεν
Αὐγαλέ- κοίλοισι, θεὶ πεσέειδε δ' τι χεῖρας
Εἴσοχον, καὶ πολλὰ ἰῇ ἀρήσατο χαρπί.

Nuda etiam illa ex secundo libro comparatio,

Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ κήπουσι κύνες δεδαημένοι ἄγρης
Ἠ' αἶγας κεφαλῇ, ἠὲ θοὸν ἰχνεύοντες
Θείοντ' ἐπ' ἴδον ὃ πταιόμενοι ματέωσιν
Κέρσε ἐν ῥηγμῖσι μάτῃ ἀράζοντες ὀδόντας·

Quanta illis euasit,

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cerum, aut Puniceæ saetum formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Ille autem insidijs, & ripa territus alta
Mille fugit, refugitque vias. at vimdus Vmber
Hæret hians: iam iamque tenet, similique tenenti

Increpuit

Increpuit malis, morsuque elusus inani est.

Cestuum pugnam non hîc ponam ex Marone. neque ex Apollonii secundo totam, sed illustriora, aut similiora loca tantùm, quæ doctorum iudiciis subiiciantur,

Τοῖσι δ' μεσσηγὺς θερά- πων ἀμύκητι λυκωρεὺς
Θῦνε παρεξ δε πυδῶν δοιοὺς ἰκὰ τερδεν ἰμαίτας
Ὠμιὸς, ἀζαλέους· ἀεὶ δ' οὔ γ' ἔσαν ἐγκλιδόντες.

In medium geminos immani pondere cestus
Proiecit. & mox,
Obstupuere animi tantorum ingentia septem
Terga boum: plumbo insuto, ferroque rigebant.

Οἱ δ' ἐπὶ σφίσι ἐν ἱμᾶσι διαμπερὲς ἀντίον ἦντο,
Αὐτὴν αἰ σφυρόθυμοι ῥεθέων ἐπερείδε βαρείας
Χεῖρας, ἐφ' ἀλλήλοισι μάλ- φέρον ἀντίοντες.

Et paribus palmis amborum innexti arma.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterque,
Brachiaque ad superas interritus extulit auras.

Quod hic *arrectus in digitos*: ille,

Ἐνθα δ' ἔπειτ' ἄμυκος μάλ- ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθὲς
Βύσσαντες ὦκα πάλοισι πανύσσητο. κρ- δὲ βαρεῖαι
Χεῖρ' ὀδὶ οἱ πελέμιξεν. ὁ δ' αἶξαντος ὑπείκε
Κρ- τε φ- κλίναι· ὦμω δ' αὖ ἐξέκατο σῆμα
Τυ δον. ὁ δ' ἆσχ' οὐτιδὸ παρὲκ χθονὸς ἀμείλεον
Κέν- κατὰ γλῶσσαν χαῦρ οὔατες· ὀξέα δ' εἶσω
Ῥ ξεν. ὁ δ' ἅμ' ὀδμὴ χυὸς ἤερτον.

Sunt præterea loca quædam valde affinia. Narratio nánque Heleni proximè accedit ad Phinei prædictionem, quam describit in secundo Apollonius. Vitandam Æneæ Scyllam, & Charybdim: vitandas Iasoni Symplegades. Legendæ oræ inaccessæ ferorum populorum huic cauendæ Æneæ littora Græcis occupata. Iasoni Venerem propiciandam: Iunonem placandam nostro. Nihil vero similius duobus excursibus: & eo, quem facit Æschyli Prometheus monens Io: & eo, quê Phineus Iasoni proponit. Cum Dionysio quoque in libello de situ Orbis pars hæc

A Φοίνιον. Et mox,

Μίσσης ῥιτὸς ὕ φθε καὶ ὀρύ- ἤλασε πυγμιώ.
Παῖε δ' ἀπήσυρε μέτωπον ἐς ὀφρύν.

Deinde eo ictu prostratũ permittit erigi. quod pugilum lege fiebat, ne iacens vulneraretur. vt intelligas quod apud Virgilium ignotum, pro noto prætereunt. Nam ex Entelli casu videbatur victoria Daretis. nondum tamen erat eam consequutus: nisi quum immobilis iaceret. Redintegrata deinde pugna mutuas verberationes miscet: sed in Polluce nullam signatam plagam,

Ἀλλήλους δ' ὀλίκοις στερεῆς θείνοντες ἰμᾶσι.
Ἀλλ' ὁμὸν ἐς σῆθε τε, καὶ ὄξεσχίεσι ἐνώμα
Αὐχέν- ἀρχαλέος βαιὸν δ' ἀπεκίαθε παγῶν
Πᾶν σωφρων πρὸσσω τετάνυστο πολυδίνικος.
Σάρκας δ' αἱ μὲ ἰδ ῥῶτ σωίζανον· ἀμφὶ μεγάλου
Αἰ- ὀλίζος ἠρώει αὐδ ἐών. Exitus autem hîc,
Σκαιὴ μὲ σκαιὴ πολυδίνικ- ἔλλιπε χεῖρα
Δόχμιος ἀπὸ σφυρόλοβος κλινθεὶς, ἀτίρᾳ δ' ἔπιε λαίτων
Δεξιτερῆς ἰδέσκων ἀπὸ λαγόν- πλατὺ γῆρον.
Ἀλλ' ὄγ' ὑπαὶ δὲ κεφαλῆ. σὺν ἀρᾷ δ' ἄρα χειρὶ
Πλᾶξε σπὸ σκαιὸν κρότ φον, καὶ ἐπήμπεσεν ὦμῳ.
Ἐκ δ' ἰχῶρ μὲλ ἀν αἷμα διῶς κροτάφοιο χανόντ-
Λαιῷ δ' σόμα τύ φ, πυκιοὶ δ' ἀραῖσπε ὀδόντες
Αἰνὸν δ' ἐξυτέρῳ παύλῳ δαλεῖτο σφέσωπον
Μίχει σωαλλοίνσε παρείᾳ.

Apollonius autem tametsi in vitandis ictibus Pollucem declarat artificem meliorem, æquat tamen penè pugnam verbis. Etenim post duas comparationes,

-ὣς τοῖσι παρὲκ Γ' ἀμφοτέρωθεν
Καὶ ῥῶες κτύπεον. βρυχὴ δ' ὑπετέλλε Γ' ὀδόντων
Ἄασητος· οὐδ' ἔλληξαν δαιδαλὸν οὐτάζοντες·
Ἐ τε σφ' αὐλοὺν ἄδμα καὶ ἀμφοτέρησι ἰδάμασσε.

Comparat oppugnanti castellum Dareta Virgilius. Comparat Apollonius impetenti nauem curuo fluctui Amycum. Exitus tamen pugnæ alius alii. An verò Apollonii pugna cum Theocrito conueniat, ex huiusce Idyllio videndum est. Verùm prius Bebryci pugilis immanitatem ex vtriusque descriptione intueamur. Apollonius sic,

Ἀλλ' ὁ μὲ ὁ ὁλοῇσι τυφοί- ἠὲ καὶ οὔτῃς
Γαίῃς εἰραῖ ἴκτο πέλωρ τέκος, ὅια πάρειδεν
Χωομένη Διὶ πάκτην.

Fusius ambit eius picturæ gloriam Theocritus,

Δεινὸς ἰδεῖν, ζλω- οἷα τεδλασιμβρος οὔατα πυγμαῖς.
Στήθεα δ' ἰσοφαίρωτο πελώρια, καὶ πλατὺ νῶτον,
Σαρκὶ σπαρείη, σφυρόλατος οἷα κολοσσός.
Ἐν δ μὲν ἐς στερεοῖσι βρυχάασκεν ἄκρον ὑπ- ὦμον
Ἐ σασθαι οὔτε πίσῃ ὁλοῷτρι. οὔ τε κυλίνδων
Χειμάῤῥοος πετραίος μεγαλαυχεῖ σθενεΐ δίνας.

Quãto igitur hac designatione Theocritus superat, tanto splendore & arte ab Apollonio ipsa in pugna superatur. Nullam enim plagam narrat inflictam Polluci: sed semper Amycum pulsatum. Ac primùm quidem,

-σῦ δ' ἄκρον τύ φ- ἠλιτον

Τυ δεΐδαι· ὀπάοντες. Et mox,

Ἀμφοτέρωσ- ἄμωσιν ἀμοιβαδὶς. Et statim,

Ἐ σε δ' πληγαὶς μεζόνων· ὲκ δ' ὑπέσυρεν αἷμα

C Καὶ ῥῶες κτύπεον. βρυχὴ δ' ὑπετέλλε Γ' ὀδόντων.
Ἄασητος· οὐδ' ἔλληξαν δαιδαλὸν οὐτάζοντες.
Ἐ τε σφ' αὐλοὺν ἄδμα καὶ ἀμφοτέρησι ἰδάμασσε.

Itaque etiam interponit respirationem,

Πάντε δ βαιὸν ἄποθεν ἀπημύξαντο μετώπω
Γ' ἰῤῥῶ, ἄλις κάματόν γ' αὐ Γ ῥόμα φυσίοωντες.

Committit deinde refectos altero congressu,

Αὖ δ' αὖτε συμόρουσαν ἐναντίοι, ἠΰτε ταῦροι
Φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κακοπότῳ δηϊάσειον.

Sequitur ars alia ab arte illius,

Ἦνθα δ' ἔπειτ' ἄμυκος μὲ ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθὲς
Βύσσαντος οἷα πάλοισι πανύσσητο. κρ- δὲ βαρεῖαι
Χεῖρ' ὀδὶ οἱ πελέμιξεν. ὁ δ' αἶξαντος ὑπείκε
Κρ- τε φ- κλίναι· ὦμω δ' αὖ ἐξέκατο σῆμα
Τυ δεον. ὁ δ' ἆσχ' οὐτιδὸ παρὲκ χθονὸς ἀμείλεον
Κέν- κατὰ γλῶσσαν χαῦρ οὔατες· ὀξέα δ' εἶσω
Ῥ ξεν. ὁ δ' ἅμ' ὀδμὴ χυὸς ἤερτον.

Sunt præterea loca quædam valde affinia. Narratio nánque Heleni proximè accedit ad Phinei prædictionem, quam describit in secundo Apollonius. Vitandam Æneæ Scyllam, & Charybdim: vitandas Iasoni Symplegades. Legendæ oræ inaccessæ ferorum populorum huic cauendæ Æneæ littora Græcis occupata. Iasoni Venerem propiciandam: Iunonem placandam nostro. Nihil vero similius duobus excursibus: & eo, quem facit Æschyli Prometheus monens Io: & eo, quê Phineus Iasoni proponit. Cum Dionysio quoque in libello de situ Orbis pars hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit comparandà, qua Ponti populi deſcribuntur. Fortaſſe illi palmam dederis. animi igitur gratia vnum atque alterum verſum contemplemur: Apollonii hæc de pulcherrima fabula,

Αὐτὴ δ' ἀσυχίῃσι ὑπέδραν χθονὸς ἔνθα πάγοντο
Οὐρῆες· ἀσπερχὲς δὲ διαὶ τὸ, χαὶ οἱ ὅπασε
Πορσύνειλος ζειδώρου ὑπὸ νηοκόρῳ Δολωνίδι.
Δὴ γὰρ ὁ μὲν φιλότητος ἐέλδετο· νύσσε δ' ὀϊστῷ
Δουρὶ νύμφην, ὄφρα οἱ ἔτι μᾶλλον ἐνώσεται.
Η' δ' ἐπαρθενίλωτο ὑπὸ φρένα· ἐν δὲ γυναῖκα
Ἔτραπε· τοὶ δ' ἀμφὶ σφίσιν ἔρδον ἔργα μέλοντα.

Dionyſius autem fuſius & ſuauius,

Τῶν δ' ἔπι χαλκείοις ἐνεκείρατο χαὶ ἀπονίτοις χαῖραι
Νάϊσιν, ὡς ποτὲ δηθυνόντες ἔνδια σιδήρου.
Οἵ ῥα βαρυδρόπτοισιν ἐπ' ἄκμονι τύπτοντες,
Οὔποτε παύοντο χαμάτου χὴ ὀιζύος αὐτῆς.

Verùm ad Virgilium redeamus.

Tempeſtatem Apollonius & naufragium deſcribit in ſecũdo: in quibus illa potiſsimùm extant, -ὦρσε δὲ κῦμα

Κεκληγὼς πνοιὴ. κελάρυξε δ' ὑπὸ νηὸς ἀχλὺς
Ἀμπεχάνη· οὐδέ τις ἄκρα διαμῖσαι φαίνετ' ἰδέσθαι
Ἠ' κ πεφίων: ἑκατόνετε δ' ὑπὲς ζόφος ἠερέεσσε.

E quibus videre liceat, an maximus Poetarum opus habuerit illius imitatione. nam cætera valde ſunt plebeia.

Potes animaduertere tamen haud valde eſſe diſſimilia quæ Virgilius,

Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata Sacerdos,
Heſperidum templi cuſtos: epulasq; draconi
Quæ dabat, & ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, ſoporiferumq; papauer.
Hæc ſe carminibus promiſit ſoluere mentes
Quas velit: aſt alys duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuijs, & vertere ſidera retro.
Nocturnosq; ciet manes: mugire videbis
Sub pedibus terram, & deſcendere montib⁹ ornos:

ab illis Apollonii in tertio,

Κύρη τις μεδέουσιν ὀνειρείη Τριτογένεια
Τὴν ἑκὰς ἀπείλλα θεὰ δόλῳ τεχέσασθαι
Φάρμαχ' ὅσ' ἤπιερός τε φύει, χὴ νήχυτον ὕδωρ.
Τῶσι χὴ ἀκαμάτοιο πυρὸς μειλίσσει αὐτμὴν,
Καὶ ποτιμυσὶ ἴσχει ἄφαρ κελάδοντας ἀέντας:
Ἀσπερχὲς, χὴ μᾶλλον ἰσχὺς ὑπόδυσε καλλιόπειαν.

Inter quæ iudicium tuum interpones. quemadmodum & inter illas duas comparationes,

Η' ὑλίου ὥς τε τὸ δόμος ἐκπάλλετο αἴγλη
Τ' ἄντοσε ἐξανιοῦσα: τὸ δὴ τότε νὺξ ἀλίβαντο
Η' ἔπυ ἐν γαιοῦχῳ κέχυτο: ἦ δ' ἔνδοθι χὴ ἔνδοθ
Ὠ' καὶ ἐρεφάλιγγι πιέσσατο δῖα θεουσα.

Sicut aquæ tremulum labris ex lumen aheneis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia pervolitat latè loca: iamq; ſub auras
Erigitur, ſummiq; ferit laquearia tecti.

Sanè noſter expreſsit vagam illam atque inſtabilem impreſsionem, quæ ex aquæ procedit criſpatione. qua tandem quieſcente, laquearibus ſubadhæret. Vbi in tranſcurſu libet exercere ingenia Grammaticorum. Seruius enim minus rectè ſic loquitur. *Repercuſſum*: aut vacat, Re: aut bene repercuſſum: quia primò aquam ferit: inde poſtea tendit ad tecta. Minus rectè inquam. ſed ita dicendum fuit. Malè putant quidam, Re, vacare. ſanè in alijs libris, & in Meteoris, & in ſecũdo De anima à nobis declaratum eſt: Lumen aut eſſe rectum, aut reflexum. ἀνακλασμένον vocat Ariſtoteles. Percutitur igitur aqua à lumine: deinde lumen ab aqua reflectitur. ſicut & vox in Echo. Homerus in primo Iliados expreſsit per vocem illam, παλιμπλαγχθέντε. verùm hoc planius, illud paucis ignotum. Quare dixit imaginem lunæ? nam lumen non eſt ab *imagine lunæ*, ſed à luna. imago enim eſt ſpecies rei. An diuinus vir ſciebat hoc à Philoſophis diſputari, Lumen res ne ſit quædam ſuapte natura exiſtẽs? id quod eſt: veluti color in herba viridis. an imago quædam corporis lucentis? qualis eſt viriditas in ſpeculo ex vero herbæ colore manans. Iccireo lunæ imaginem, lumen ipſum intellexit: vt ſit, Lumen in laquearibus eſſe lunæ imaginem exceptã atque repercuſſam. Libet, inquam, diuinum virum ſupra triuialia ingenia diuinitus interpretari: nuſquã enim Muſa illius mortale quicquam ſonat.

Videantur etiam eius delineamenta fabulæ, qua vterque Saturnum in equum transformat ex quo tũ Chiron natus eſt. Sic enim in ſecundo,

-ὰδ' ὀξὺ δι' αὐερύσσε

Ἑ' ωυτο χατήσιν φυλὸν ἐναλίγκιο' ἵππῳ.
Η' δ' αἰδὴ χάσσων τε χὴ ἤδεα κεῖνα λιπέσθαι
Ὠ' χεανὸς φιλύρην εἰς οὖρεα μαχρὰ πλαταγῶν
Η' λθ' ἵνα δὴ χείνοια πλώεσθον, ἄλλα μ' ἵππῳ
Κλλα δὴ ἀπάλαντον ἀμοιβαίην τίχεν ἀυτὴ.

Ille autem in tertio perfectiſsimi operis,

Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Quippe deprehenſus vt ait Græcus,

Ρ' είλιο ἐξαπίφνης παρελίξατο. πολὺ δ' ὀδὺ λίκτρειε
Τέτμε θεὰ μεσηγύς.

Polyphemi quoque celeritatem agnoſcas in Maroniana Camilla, ex primo Argonauticõn,

Τόφρα πεσεδίωνι ποδωκείστατον ἄλλων
Εὐρώπη τιτυὸν μεγαθυμέ& τιτε καύρῳ.
Κεῖν& αὖθι χὴ πόντου ὅπη γλαυκὸν θέσχον
Οἶδμα τοσ, οὐδὲ θοοῖς ἐάπτειν πεδίοισι· ἀλλ' ὅσον ἄκρεις
Γ' χειοι τεζομένοις διῆρ παρόντα κελεύσαι·
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Agnoſcas

Agnoſcas, inquam, pernicitatem, nõ celeritate, ſed grauitate ſuperatam. quemadmodum & illa Iaſonis ad matrem,

Μή μοι πλαγχλέας ἐυχὲ ἀλλοπρόσαλλος μῆτερ ἀνίαις
Ὧδε λίην, ἐπεὶ ἢ μὰλ' ἐρυπήσεις χραδίην
Δάχρυσιν, ἀλλ' ἴσπ χεν χὴ ἄλγιον ἄλγος ἄεσσι:

illis Turni ad Amatam,

Ne quæſo, ne me lacrymis, nève omine tanto
Proſequere in duri certamina Martis euntem
O mater. Traxit enim lacrymas diuinus Poeta ad augurium magna illarum, atque euentus affinitate.

In quarto quoque Æneidos ex eodem libro Argonauticõn expreſſam, auctam, ſuperatã inuenias comparationem,

Οἵ& δ' ἐν νηῒ δυώδεκ' ἔσαν ἀπὸ πλῶν
Δῖοι ἀν' ἠγαθέην, ἢ λάρον, ἢ ὀχ ἐνοδίω,
Η' λυκίλῳ ἀρεΐας ὅτε ξανθοῖο ῥοῆσι.
Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo:
Inſtauratq; choros: miſtiq; altaria circum
Cretesq; Dryopesq; fremunt, picliq; Agathyrſi.
Ipſe iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro:
Tela ſonant humeris.

Iunonis item oratio ad Iuturnam,

Scis vt te cuncti vnam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum aſcendêre cubile
Prætulerim, cæliq; libens in parte locarim:

Neque planè videtur orta ex verbis Iunonis ad Thetidem in quarto, neque ſine illa facta,

Ε'ξ ὅτε γαιήοχος αὐτὸς τείφον, ἠδὲ ἀχάμοιο
Ε'ξ ὄρεος ἀλλέων, ἀλλ' εἰς ἁλὶ ναιετάουσιν·
Οὐδέ κεν ὧδε ἕλοις ἀντὸν δόλῳ ἰεμένοιο
Λίξασθαι. Sed & ibidem Iuno ad Thetidem ſolicita metu periculorum Argonautis imminentium, videtur haud abſimilis affectibus Veneris Neptunum orantis pro Æneæ claſſe. quo in loco Poetarum princeps non illum ſolùm poſt ſe longè reliquit, ſed imitandi ſpes omnium extinxit: tantus verborum ſplendor amœniſsimæ varietati coniunctus eſt.

Spirant etiam hæc in ſecundo operis incomparabilis,

Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Scire, quot Ioniỹ veniant ad littora fluctus.

Illa ex Apollonii quarto, -ὅσσα τε πόντου

Κύματα χειμερίοιο κορύσσεται ὐξ ἀνέμοιο,
Η' ὅσα φύλλα χάμαζε πεσεικαδέ& πίσυρ ὕλης
Φυλλοχόῳ ἐνὶ μῆνι. τέ μὲ πάλε τοσσάδε χτεμέρεσσι

Cuius rei imaginem habes etiam in ſexto diuini operis,

Quàm multa in ſyluis Autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues: vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Illa Apollonii ſunt elaboratiora, noſtra ſimpliciora,

Ω' ς δ' ὁπόταν δλαφῆες ὑπὲξ ἄλὸς ὠδίσωνται

Σπερχομένῳ ἀχελωΐδι ἐλίσσοντι φέεθρα,
Ἄλλοτε μὲ φερτάεσσιν ὑφορμέωσιν, ἄλλοτ' ὀπίσσω,
Ἄλλοτε παρζολάδην: ναύτῃσι δ' χέρμα τέτυκται.
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando,
Carpathium Libycumq; ſecant: ludóq; per undas.

Epiphonema verò Apollonii haud penitus eſt tutum. Maxima enim ex parte delphines, quum ita ludunt, imminentem nunciant tempeſtatem. quare nautis nullam afferunt voluptatem.

Vnus, vt opinor, ſupereſt locus, quem cum Virgiliano comparemus. eſt autem in quarto,

Τῶν ἰδέειν, ὡς πίς τε νέῳ ἐνὶ ἤματι μέλλῃ,
Η' ἴδμεν, ἢ ἐδόκησεν ἐπαχλύουσιν ἰδέσθαι.

Quæ ille non ſolùm excellentiſsimis numeris, ſed etiam fida exactáque rotunditate illuſtrauit.

Obſcuram qualem primo qui ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam.

Atque hæc quidem hactenus ex Virgilio atque Apollonio verorum Poetarum iudicio ſubiiciebamus. Superſunt aliqua ex eodem, quæ cum aliis noſtris comparentur. In primo Argonauticõn illa ſunt,

Πάντες δ' οὐρανόθεν λεῦσσον θεοὶ ἤματι χείνῳ
Νῆα, χὴ ἡμιθέων αὐτῶν μὰ& τότ' ἄειστοι
Πόντιον ἐπαλάλησκον· ἐπ' ἀκροτάτοισι δ' ὄρεσσι
Πηλιάδες χορυφῆσιν ἐδάμασσεν εἰσορόωσαι
Ε'ρχον ἀθλιοσύνης ὑπερόπλιον, ἠδ' χὴ αὐτοὶ
Η' φεσαν χείρεσσιν ὑπερφιάλοντες ἐρετμά.

Quæ Catullus ſimpliciſsimè ſententia inuerſa,

Illaq; atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi mutato corpore Nymphas
Nutricum tenus extantes è gurgite cano.

Harpyias quoque volebam Ouidij cum Apollonianis comparare, verùm vix eas illum attigiſſe video. quare ad Poetarum metam recurrendum fuit,

Ἄλλὸς δ' ἐξ νεφέων ἄφνω πέλας ἀΐσσουσαι
Ἅρπυιαι στόματος, χειρῶν τ' ἄπο χαμφηλῆσι
Σωιτχέως ἦρ παζον· ἐλείπετο δ' ἄλλοτε φορβῆς
Οὐδ' ὅσον, ἄλλοτε πυθόν, ἵνα ζώων ἀνέχοιτο.
Καὶ δ' ὅπὶ μυδαλέῃσι δόμῳ χέον. οὐδέ τις ἔτλη
Μὴ χὴ λεχαίνειν ἢ φορεύμεν& ἀλλ' ἀπὸ πηλοῦ
Ε'ιδώς: τοῖον οἱ ἀπέπνειε λέπαια δύπτος.

Quæ non aſpernanda ſummis munditiis incluſit diuinus vir,

At ſubitò horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas:
Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immundo. Tum vox tetrum dira inter odorem.

Et iterum,

Rurſum ex diuerſo cæli, cæcisq; latebris
Turba ſonans, prædam pedibus circumvolat vncis:
Polluit ore dapes. Et mox,
Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt.

Vt ſit illud, ἄλλοτε πυθόν. quanquam hoc ex propoſito, ἵνα ζώων ἀνέχοιτο: illud vi, quippe pulſæ, pulſatæque.

Eſt & quod è Lucano excipiamus, quicum hæc ex quarto componantur,

-ὁδὲ φοίνιον ἴλκος ἄφαυστ
Θαρσαλέως, ἔτεκ' οὔ μιν ὑπόζυγιον ἕλκος ἔτειρε.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Σχέτλιος. ἦτοι ὅδ' ἔδη ὑπὸ χρῖ δύετο κῶμα
Λυσιμαλὲς: πολλὰ δ' κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς.
Λύτικα δ' κλίνας δαπέδῳ μεβαρώτατα γυῖα
Ψύχετ' ἀμηχανίῃ: τὸν δέ μιν ἀμφαγέροντο
Ἥρωες τ' ἀίσονίδαι, ἀλλήλῳ πεδαμεῖβες ἄτη.
Οὐδέ πω οὐδ' ἐπὶ τυτθὸν ὑπὸ βλεφάρων ἔβη ἰμελτὶ
Κοίτου ἐπ' ἠελίῳ: πάντα διέσχε δ' ἔνδοθι σφῆκος
Τῶν ἄφαρ μεδέοντα δ' ἀπὸ χροὸς ἔβρεε λάχνη.

Quæ non est imitatus noster, sed huic simplicitati vim attulit soni valentioris. Sunt autem in nono,

-miserique in cruce Sabelli
Sæps fletit exiguus: quem flexo dente tenacem
Anulsitq; manu, piloq; affixit aveni.
Parua modò serpens: sed qua non vlla cruentæ
Tantum mortis habet. nam plagæ proxima circum
Fugit rapta cutis, pallentiq; ossa retexit.
Iamq; sinu laxo, nudum est sine corpore vulnus:
Membra natant sanie, suræ fluxere, sine vllo
Tegmine poples erat, femorum queq; musculus o-
Liquitur: & nigra distillant inguina tabe: (mnis
Dissiluit stringens vterum membrana: fluuntq;
Viscera: nec quantum toto de corpore debet,
Effluit in terras: sæuum sed membra venenum
Decoquit: in minimum mors contrahit omnia vir°.
Vincula nervorum: & laterum textura, canumq;
Pectus, & absistum fibris vitalibus omne,
Quicquid homo est, aperit pestis: natura profana
Morte patet: manant humeri, fortesq; lacerti:
Colla caputq; fluunt: calido non ocyus austro
Nix resoluta cadit: nec solem cera sequetur.
Parua loquor: sanie corpus stillasse perustum:
Hoc & flamma potest: sed quis rogus absstulit ossa?
Hæc quoque discedunt, putresq; sequuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.

Deinde illud acutissimum epiphonema,

Cynophias inter pestes tibi palma nocendi.
Eripiunt omnes animam: tu sola cadauer.

Tam infans videtur Græcus, quàm hic nimius, si inter se conferantur. Cæterùm quanquã Vulcani officinam apud Homerum atq; Virgilium diligenter excussimus: tamen huius nostri iudicii putauimus interesse: si Homericam iterum cum Apolloniana statuamus. Accedunt igitur in tertio Argonauticôn ad Vulcani insulã Iuno ac Pallas, quemadmodum Thetis in duodeviceſimo Iliados. Illæ Venerem inueniunt. hæc Charin Vulcani vxores,

-Η' δ' ἄρ μιὴν
Ἥφαιστον δόμῳ ἔνατον ἀνὰ θρόνον ἄσπετα δυεβόων.
Ἀλκοΐη δ' ἑκάτερθε κύμας ὀπιπεύων ὤμοιε
Κόσμει χρυσείῃ δέᾳ χειρίδι. μέλλε δ' μακροὺς
Πλέξασθαι πλοκάμους. τοὺς δ' φερπέρεθεν ἰδοῦσα
Ἔρδειν, εἶσε τέ οἱ θρόνον ἑκκλεῖ, ἀπὸ θρόνου ὦρτο,
Εἶσέ τ' ἐνὶ κλισμοῖσιν. ἀπὸ μετέπεπτα δ' αὐτὴ
Ἴζανε: ἀφλαστοις δ' χερσῖν ἀνεδήσατο χαίτας.

Charis autem,

Τόφρα δ' ἰζύδεν ἔλθε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.
Τὴν δ' ἴδε πρεσβαίουσα χέρεις λιπαρῇσιν ἀμοιβοῖς,
Καλὰ, πὶ ὧπτε πέπλωτο ἀμιφιγύηεις.

In quibus vicit illam Gratiam gratiis. Quã palmam sicuti de Homero tulit illeita de eo Clau-

A dianus. In Poematio nánq; de Honorii nuptiis, de Venere sic,

Cæsariem tunc forte Venus subnixa coruſco
Fingebat ſolio: dextra lænaq; ſorores
Stabant Idaliæ. Largos hæc nectaris imbres
Irrigat: hæc morſu numeroſi dentes eburno
Multifidum diſcrimen arat: ſed tertia vetrò
Dat varios nexus, & inſto diuidit orbes
Ordine, neglectam partem ſtudioſa relinquens.
Plus error decuit. ſpeculi nec vultus egebat
Iudicio: ſimilis tecto monſtratur in omni:
Et rapitur quocunque videt. dum ſingula cernit,
Seq; probat: nati venientis proſpicit vmbram.

Quæ quum perpẽderimus, inueniemus nostros nullis numeris, nullis apparatibus cedere Græcorum inuentioni. Quare quum Valerius Faccus eandem quam Apollonius, materiam tractarit: proponenda sunt deinceps loca illa, quibus tanti viri certare videantur.

B

Ac primùm quidem, quod attinet ad situm orbis terrarum, quam Geographiam vocant, sanè quàm imperitus regionum videtur Apollonius fuisse. Quis enim dicat à Colchis tantùm distare Libyam, quãtum medium terrarum orbis ab ortu atque occasu. quibus in dimensionibus Herodotum quoque ineptissimum fuisse satis cõpertum est. De Istro verò, dii boni, quas fabulas? à Riphæis montibus labi, qui erumpit ex Occidẽtalibus nostris montibus. eum in duo scindi flumina, quorum alterum in Adriaticum erumpat: à cuius maris litoralibus montibus

C Saus & Draus nobiles fluuii in illum sese induunt, tanquam in sinum terræ depressiorem. Ex Adriatico deinde Minyas deducit in Tyrrhenum ita demum, si subeant Eridanum, per quem in Rhodanum subuehãtur. Inter quos editissimæ alpes partim imperuiæ, partim infames cadaueribus viatorum.

Quæ verò ex vtroque similia cõsiderari possunt, multa sunt sanè. Alius ordo eiusdem vel rei, vel facti. Aliæ orationes earundem personarum. Inter quas ea, qua Medea exprobrat Iasoni & merita sua, & illius fidem. Et illa qua ostenditur Æetæ animus erga Medeam fugientem. cantus Orphei. Lõgè enim aptius canit apud Flaccum Minyis, & Phryxum & Athamantẽ: quàm apud Apollonium terræ cælíque creationem. quid enim viris militaribus, cum Philosophorum vmbris? Initiũ quoque operis Flacco gratius atque numerosius. tametsi quantum probemus, in sequenti libro satis est declaratum. Toto etiam opere, quanquam est ille nostra inferior expectatione, splendidior est Apollonio. Priuatí verò aliquot loca delecta sunt de multis.

In tertio Apollonii de Iasonis beneficio, hæc Iuno,

Ἔξοχ' δὴ θεσπρῶσιν ἄλις πιθόντας ἀοιδῇσι,
Ἀνδρῶν ἀγομένῃς περιφώνῳ ἀκτίς ὁλκῷ
Θήρης ἐξανιόντ. νηφεπτὸ δ' ἐπαλώμενα πάντα
Οὖρεα, καὶ σκιεραὶ πᾶσαι ὑπεκκρεμέες δ' καθ' ἁυτῶν
Χείμαῤῥοι κραιπνοδὰ κυλινδόμεναι φορέοντο.

Γρηΐ δ' μ' ἠπεροπῆϊ δολοφρόνῃ, ἠδ μ' ἀπαείρας
Αὐτὴν ἑῆς ὠμοισι διεκπερόᾳ σὺν φορέοι ὕδωρ.

In primo Flacci Iason orans,

Omnipotens Regina, inquit, quam turbidus atro
Æthere, cæruleq; quatiret quum Iuppiter imbrem,
Ipse ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
In campos & tuta tuli: nec credere quisi
Ante deam, quam te tonitru nutuq; reposci
Contigit, & subita raptam formidine vidi.

Herculis aduentus ad Minyas,

Αὐτὸς δ' ἠΐονας παρὰ νόον ἐυρυόδῃ-
Ὣ ῥμῆδη: πολὺ καί οἱ ὕλαι κίον ἔμπλεαι ὀπάων,
Πεφθέσ(σ)ι, ἰῶν τε φορεῖ φύλακός τε βιοῦν.
Protinus Inachys vltro Tiryntbius Argis
Aduolat: Arcadio cuius armata veneno
Tela puer factlemq; humeris gaudentibus arcum
Geſtat Hylas. velut ille quidẽ. sed dextera nondum
Par oneri, lænaq; capax.

Deducunt nauem,

Νῆα δ' ὀπιπρατέως ἀῤῥου ὑπόδην μεσσήεσσιν
Ἑλκυσαν πάμπρωτον ἰῶν ῥιφῆι ὑπόδεσιν ὄπῃφι,
Τετράμυοι ἰκτῖνι θέην. ἐν δ' ἀερσίαι τρόμφοις
Δόρατα, καὶ ῥόδινοι βίλοι ἔχει αὐτόθεν ἔντε.
Σκῆπτον δ' αὖλα κατ' οὖρος, ὅσον πέλει ἄλλῃ χόρτος
Ἡ δ' χθ' ἀκρόφορα ἔσαν ἀλόες, εἰσὶ πιεῖν ἄφ'
Ἑλκομένῃ χείρεσσιν ὑπὸ ῥεμέεσθαι ἔμελλεν.
Ἀιεὶ δ' ἀστερόεν χθαμαλώτερον εἶζε κάρηνον
Στείρης. ἐνδ' ὁλκῶ ξεστὸς τρίοντο φάλαγγες:
Τὼ δ' κατάντη κλῖται δὲ ἀκρότητοι φάλαγξιν,
Ὧς κεν ὁλισθάνοσα δ' αὐτῶν φορέοντο.
Τ' ᾗ δ' ἄρ' ἔνθα, ἠδ ἔνθα μετασπεῖ-ρᾶντες ἐρετμὰ
Πηχύιον ἀπὸ χροτὸς ἀεὶ ξεστὸν μοῖραν ἔδασσε.
Τῶν δ' ἄμαθος ἐδίδοτο αὐτοῖ ἐπίσσυτον ἀμφοτέρωθεν,
Στέρνα δ' ὁμοῦ, ἠδ χεῖρας ἐπάλασσ'. ἐνδ' ἄρα πῆμις
Βάσκε δ', ἵν' ὀρθωθεὶς τέτυκ' χθ' μικρὸν ὑπέστη.
Κεκλήγων δ' ἄϋσε μάλα μέγα. τεῖ δ' παρ' ἄμων
Δῦ' κράτι ξείσαντι μιῇ συφίλιξαν ἰεχῇ.
Νηὸς δὲν ἐξίδ μιν. δὴν δ' ὑρώσαντο πόδ' ὑσσαν
Περθεσθαι ζοιδμοι. ἐδ δ' ἔφατο πλησίας αρῳ
Ῥίμφα μάλ', οἱ δ' ἐκάτερθεν ὑπ' ἀχρον αἴσσοντες.
Αἰὴ' ἀρ' ἐαὺ ὕστι δὲ σθαρῆσι τανύχροντο φάλαγγες.
Τεκ(σ)ιόμεναι: ἀεὶ δ' ὀφὶ νὺ κύκλῳ λιγυὸ
Βεῖ δοσιμῆ. κατὰ λιδὸς δ' ἔαυ ἀλόες. εἰ δ' μεν αὖδι
Ἀφ' ἀνασειομένοντες ἐχον φερτὸν ἐπ' ἔσσι κάσσαι.

Breuissimè Flaccus,

At ducis imperiis Minyæ, monituq; frequentes
Puppem humeris subeunt: & tento poplite proni
Decurrunt, intrantq; fretum: non clamor anhelis
Nauticus, aut blanda testudine defuit Orpheus.

Sic quæ Græcus prolixa narratione statuit, apparatum, sacrificium, orationem: noster paucis versibus,

Tum læti flatuunt aras, tibi rector aquarum
Summus honor: tibi cæruleis in littore vittis:
Et Zephyris, Glaucoq; bouem: Thetidiq; inuencum
Deicit Ancæus. Non illo certior alter
Pinguia lethiferæ perfringere colla bipenni.
Ipse ter æquoreo libans carchesia patri
Sic ait Æsonides. Et cætera quæ sequuntur.

quibus illa designauit, -Οἱ δ' ἀρ' ἑπτα
Χέρνιβα τ' ἀλοχότας τε περίχεθον. αὐτὰρ ἱέρευν

A Εὔχε τε κικλήσκων πατρώϊον ἀπόλλωνα.

Sequitur oratio ad Apollinem, vt illa ad Neptunum. & post orationem partitur operam in sacrificio,

Η', ἠμὲν ἀμφ' ἀχιλῆος πεφυγόντας βάλε. τὼ δ' δὴ βιοῖν
Ζακυνθίω, αἰγιαλῷ τε καὶ ἠπείρου τε.
Η'τοι ὁ μὲν ῥοπάλῳ μέσον κάρη ἀμφὶ μέτωπον
Πλῆξεν: ὁ δ' ἀῤῥῶ αὖθι πεσὼν ἐκορέσσατο γαίης.
Αἰγιαλῷ δ' ἀτέρῳ χεῖ πλατὺ ἀυχένα κόψας
Χαλκείῳ πελέκει, κρατερῇσι δίκεσσι τένοντας.

Illa quoque valde similia. hæc suprà quoq; cum Catullianis,

Παύσατε δ' ἐρεμνὸν λιῦσαν δεοὶ ἅμματα κείνῳ
Νῆα, ἠμιδίων αὐδ' ἐρώτιδι-: οἱ τοτ' ἄεισαν
Πάντον ὑπαπλόκτσκον: ἐπὶ ἀκροτάτοισι δ' ὑμφαι
Παλλάδες κορυφῆσιν ἐδαμάσσαν εἰσυφόωσαι
Ἔργον ἀθηναίης ἐπιτιλλόμεν, ἠδ' ἠ αὐτοὶ
Ἥρωες χείρεσσιν ἐπικραδάοντες ἐρετμά.
Αὐτάρ ὁ γ' ὀξὺ διάπυρ ὄρι- κίον ἄλμῃ διαλάσσας
Χείρασι φιλλυρείδης: πολλὴ δ' δὴ κύματος ἀχὴ
Τέγγε πέδας: ἠ πολλὰ βαρὺν χεῖρεϊ κελεύων,
Νίσσον ἐπιπρήμνοιεν ἀκηδέα νισομένοισι.
Σοὶ καὶ οἱ ὄφελ' κοῖτο ἐπὶ λίνεσι φορέεσθαι
Πηλείδην ἀχιλῆα φίλῳ θυέλλοντα πατρί.

Quæ coniuncta hîc, diuisit in suis Flaccus. Nam & seorsum abeuntes prosequitur Chiron. & deorum spectationem accommodat longè melius ad Solis metum,

Siderea tunc arce pater pulcherrima Graium
Cœpta tuens, tãtámque operis cõsurgere molẽ,
Lætatur: patrii neque enim probat otia regni.
Vnà omnes gaudent superi: venturáque mundo
C Tẽpora, quæq; vias cernũt sibi crescere Parcæ.
Sed non & Scychici genitor discrimine nati
Intrepidus, tales fundit Sol pectore voces.

CHIRONIS autem & Pelei affectus, infantísque ingenium longè felicius descripsit,

Iánq; aderat summio decurrens vertice Chi-
Clamãtémq; patri procul ostẽtarat Achillẽ. (ro,
Vt puer ad notas erectum Pelea voces
Vidit, & ingenti tendentem brachia passu,
Adfluit, charáque diu cervice pependit.
Illum nec valido spumantia pocula Baccho
Sollicitant, veteri nec conspicienda metallo
Signa tenẽt. stupet in ducib°, magnúmq; sonãtes
D Haurit, & Herculeo fert comminus ora leoni.
Lætus at impliciti Peleus rapit oscula nati.

DEINDE sequitur oratio cum votis.

FLACCI tempestatem mox cum Virgiliana & aliis comparabimus: ad cuius tamẽ vel nitorem vel efficaciam minimè aspirat illa Argi apud Apollonium. quippe est sanè quàm frigida: ait enim Boream à Ioue missum folia mouere: tum autem,

Νυκτὶ δ' ἴσα πόντος δὲ πλώεσι-: ὦρσε δ' κῦμα
Κυκλησὶν πνοιῇσι: κελαινὴ δ' εὐρυτὸν ἀχλὺς
Ἄμπεχε: οὐδ' πω ἄστρα διαμπερὲς φαίνετ' ἰδέσθαι
Ἐκ νεφέων: κατέῤῥηξε δ' πρὸς ζόφος ἠέρ(σ)σε. & mox,
Γίγαα δ' ἐξήραυξ' αἵματος μέθος, ἠδέ κ' αὐτως
Νῆα διανδιχ' ἔαξε πυκασμένῃ ῥοθίοισι.

Quid sit πῆφος apud Hippocratem suo loco scri-

prum est. quid τυφὼν, tum apud illum, tum in Meteoris: Venti vehementiam è terræ marísve habitu. quo vento nihil violentius. Iccirco gigantem Tartariae Telluris filium, τυφῶνα Græci nominarunt: alii πυρόεντα, nonnulli τυφοία. Quæ nomina vnius esse patet tum alibi, tum in Homericis commentariis. Igitur quum Virgiliana suprà descripserimus, non hic repetemus: sed Flacci atque Apollonii loca, è quibus Græcas intelligas vanitates. Homerus enim Inarimen ei canit impositam: Apollonius Serbonidem paludem. Sic enim scribit in secundo, de Caucasi iugo quodam,

Ἔνθα τυφάονα φασὶ διὰ κρυόεντα κεραυνῷ
Βλήμενον, ὁππότε οἱ στυγερὰς ἐπορέξατο χεῖρας
Θερμοῦ ἀπὸ κρατὸς σάξαι φόνον. ἕκτο δ' ὧπται·
Οὔρεα, καὶ πλεῖστον νοσφὶ νέμει· ἔνθ' ἔτι νωλεμὲς
Κίνυται ἰσχναύχενι σὺν βρυχηθμῷ ὕδατι λίμνη.

Flaccus autem in Sicilia ponit,

-Sicula pressus tellure Typhoeus.

Hunc profugum, & sacras venientem pectore flammas, (tum
Vt memorat, prensum ipse comis Neptunus in alAbstulit, implicitq; vadis: toriesq; cruenta
Mole resurgentem, torquentem q; anguibus vndas
Sicaniam dedit vsque fretum: cumq; vrbibus Ætnam
Intulit ora premens. (nam

Confudit igitor cum Encelado,

-Trux ille ejectat adesi
Fundamenta ingemiscit: tunc omnis anhelat
Trinacria: incensum sisso dum pectore molem
Commouet experiens, gemitumq; reponit inani.

Hæc autem etiam inter Latinos comparabūtur.

Herculis oratio, Minyas ad Lemnum genio indulgentes castigantis,

Δαιμόνιοι, πάγχυ ἠμφὶ νόον αἶψ' ἀποίργει
Ἡμέας· ἦ γάμων ὄπιδ' ἐνίσσεται ἐνδέ δ' ἕηται
Κεῖθεν ὀιομάβροι πολυκτίτους αἶψά δ' ἅλαδε
Ναίοντας λιπαρὴν ἀρέσαν λέμνιοι παῖδας,
Οὐ μὰν ἀκλειῶς γε πιὼ ὀδυσῆος γυναῖξιν
Ἐσσομένῃ· ὧδ' ἐπὶ δηρὸν ἐμεῦ ἐπιλήθεσθε καὶ ἄλλων
Αὐτίκα πολλὸν ἄμεινον ἐπὶ ἅλιον ἐνθάδ' ἀέξειν.
Γ' ὀρθὰ αἶψ' ἐπέεσσι ἔκαστον δεῦτε σαώσω. τὸν δ' ἐνὶ λίκνῳ
Τ' ψιπύλης εἴατε πωλέμενον, ἱστόκε λῶμον
Παισὶν ἐνυδρόῃσι, μεγάλῳ τεὸς βάξις ἵκηται.

O miseri, quicunque tuis accessimus actis:
Phasin, & Æeten, Scythicáq; pericula ponti
Redde, ait, Æsonide me tecum solus in æquor
Rerum traxit amor: dum spes mihi stetve meantes
Cyaneos, vigilemq; alium spoliare draconem.
Si sedet Ægæi scopulos habitare profundi
Hoc mecum Telamon peraget meus.

Hylæ raptus in primo Apollonii,

-ἀυτὴ δ' ἴαχε
Λαοὺς ἰδὼ καθύπερθεν ἐπ' ἀυχένι· αὖθι τὸ πῆχυ
Κοῦσε δεδυκυῖα πέρην σέλμα. δεξιτερῇ δὲ
Ἀΐσσων ἔπασε χειρὶ, μιῇ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ.

In tertio Flacci, -nil vmbra, comæq;
Turbauit q; sanus surgentis ad oscula nymphæ.
Illa auidas inuecta manus, heu sera cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici,
Detrahit: adiutæ prono nam pondere vires.

Theocritus autem nudam narrat summersionem. vbi aduertes etiam animum ad comparationem.

Ὡς δ' ὅτε πίσσα πυρὶ τακομένη ἢ ὅσα τοιαῦτα
Πίσσα τε σφήλιπον, καὶ ἐλαιοβάρεα· δὴ τομάων,
Οὐδ' ἀχάλης ὄδε, παρόσσα δ' ὀδὸν, ἄλλοτ' ἄπαυστος,
Ἄλλοτε δ' ἐπάμβη, καὶ ἀνὰ πλατὺν ἀμφὶς ἀείρει
Γ' ὅσσην μύκημα κακῷ βεβολημένῳ οἴστῳ.
Continuo volucri ceu pectora tactus asilo,
Emicuit Calabris taurus per confraga septis,
Obuia quæque ruens: tali se concitat ardens
In iuga sentta fuga. Pauet omnis conscia latè
Sylua: pauent montes. Hæc quidem sonora magis: plus tamen arrident Græca.

Suprà ostendimus pugiles quales essent: nunc quantus Amycus,

Ἀλλ. ὁ μὲν ἠλιτόμην τυφοὺς, ἠὲ καὶ ἀυτῆς
Γαίης ἶ) ἵκετο πῖσος· τέκος· ἦ τάρ ἐσθὲν
Χωομένῃ δὴ πάντων. In quarto Flaccus,

-mortalia nusquam
Signa manent: instar scopuli, qui montibus altis
Summus abit, longeq; iugo stat solus ab omni.

Cæterùm quum alio pugnent modo apud Flaccum, alio apud Apollonium, remitto studiosos ad illorum versuum lectionem, quos ponere piguit.

Nec minus Chalybum statuimus suprà fodinas atque artem: Flaccus in eodē breuissimè,

Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis:
Et domat assiducta semper domitæ ignea massa.

Harpyiæ itidem Flacci cum superioribus repetendæ sunt,

Diripiunt, verruntq; dapes: fœdataq; turbant
Pocula. fragrat odor, surgitq; miserrima pugna:

Et haud multò pòst,

Fragrat acerbus odor: patriasq; aspirat Auerni.
Halitus. & mox, -inhiat Cocytia nubes
Luxurians, ipsoq; ferens fastidia visu.
Tum sola colluuie, atque illisis stramina mensis
Fœda rigant, strictumq; alæ, prædaq; cruenta
Sæuit vtrinque fames.

Iasonis oratio ad Æeten longè est apud Flaccum luculentissima, atque artis plena. quicum Apollonii infantia ne est quidem conferenda.

Ἐ fatione dentium nati, cui trium poetarum plus debeant ob illustrem narrationem, despiciendum est. Vbi βώλακες αὖ ἐρυθραὶ ab Apollonio dicuntur: Flaccus Bellatricē appellat glebam. Versus sunt in tertio,

Οἱ δ' ἤδη κατὰ πᾶσαν ἀνασχόμενον ἄεσυραν
Γυῖον· φέλκεσθαι δὲ μέσῃ σπείρῃσι σανίδων,
Δέρτρα τ' ἀμφιγύοις, κορυθαιόλοί τε λαμπομένοισιν
Ἄρμος τέρθρῳ φαεσιμβρότου ἵκετο δ' αὐλὴ
Νειόθεν ἐλυμαίνοντι δι' ὕδατος ἀσπάσιον.

In Flacci septimo,

Martius hic primùm ter vomere fusus ab ipso
Clangor: & ex omni fremuerunt cornua sulco.
Bellatrix tum gleba quatit: pariterq; coeuntes,
Armaque phalanx, totiq; insurgere campis.

Sequitur deinde cædes apud vtrumque: sicut antecedit

antecedit opera, & labor tauris iungendis: quæ studiosi inter se cōferre poterunt. Libet tamen etiam ingeniosissimi poetæ versus ascribere his: quanquam haud multò pòst Latinos cum Latinis comparare instituimus. Igitur Ouidius in tertio Transformationum sedatius omnia,

Inde, fide maius, glebæ cœpere moueri:
Primáq; de sulcis acies apparuit hastæ:
Tegmina mox capitum, pictò nutantia cono:
Mox humeri, pectusq;, onerataq; brachia telis
Exiliunt, crescitq; seges clypeata virorum.

Addit & comparationem,

Sic, vbi tolluntur festis aulæa theatris:
Surgere signa solent, primumq; ostendere vultus,
Cætera paulatim: placidoq; educta tenore
Tota patent, imoq; pedes in margine ponunt.

HORATII ET GRAECORVM COMPARATIO. CAPVT VII.

CVm Maronis aliquot loca ex Apollonio excuteremus, ad Flaccum vsque prouecti sumus. nunc ad reliquos transeundum. Ac de Horatio quidem ita sentimus, Si Græcorum Lyrica extarent: futurum, vt illius furta quamplurima deprehenderentur. Qui tamen imitatores, seruum pecus appellare non dubitarit. Sanè ex Pindaro illa,

Quem virum aut, Heroa lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio? & reliqua.

Sic enim Pindarus,

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι
Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα
Τίν' ἄνδρα κελαδήσομεν;

& quæ sequuntur.

Ex Alcæo, vt opinor, multa: vt hæc,

Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.

Ἔνεγκε, κέρνα παλαιόν. & illa,

Nunc est bibendum: & cætera.

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, κοὐ πίνα ἐς βίαν
Πονεῖν. Item,

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem,

Ex eodem Poeta.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλου.

Puto tamen eum fuisse Græcis omnibus cultiorem.

OVIDII CVM GRAECIS COMPARATIO. CAPVT VIII.

OVidii ingenium multis maius est visum, quàm vt quicquam de Græcis mutuaretur. quum tamen ille Trāsmutationum libros è Græcorum fabulis contexuerit: non dubito quin eorum adiutus argumētis, etiam siquid extaret illustrius, suis inseruerit. Præsertim quum μεταμορφώσεων titulo ab illis quoque sint editi libri. Inter quos etiam Callisthenem authorem prodidere. Sed & Polyphemi cantionem sumpsit è Theocrito: quam fatali sua illa luxuria non tam amplam, quàm vastam fecit. Ea est in tertiodecimo Trāsfigurationum. & in Idyllio ad Nician, qui inscribitur Cyclops. quare inde petantur. Hesiodi autem secula ita est mutuatus, vt longè post se reliquerit:

Χρύσεον μὲν πρῶτα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθανάτοι ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
Οἱ μὲν ὅπ' κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
Ὡς τε θεοὶ δ' ἔζων ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων, καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν. Horum ille nihil, sed alia lōgè meliora. Illa autem,

-Καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη πολλόν τε, καὶ ἄφθονον.-
Ipsa quoque immunis, rastroq; intacta, sine vllis
Sancia vomeribus per se dabat omnia tellus.

Quod malè repetit,

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Omisit autem illud Hesiodi, longè optimum in hac ætate,

Θηῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι.

Quæ autē de cæteris ætatibus in vtroque Poeta sentiamus, ad Hypercriticū nostrum retulimus. Imitatio in illis,

Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος, οὐδέ τι παῖδες·
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ·
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ·
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.

Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

EIVSDEM fames in octauo,

Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triste solū, sterilis sine fruge, sine arbore tellus,
Frigus iners: illic habitāt pallórque, tremórque,
Et ieiuna fames. Et mox,
Deuenit in Scythiā, rigidísque cacumina mōtis:
Caucasón appellant: serpentum colla leuauit,
Quæsitámque famem lapidoso vidit in agro.
Vnguibus & raris vellentem dentibus herbam.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabríque rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent.
Ossa sub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat, pro ventre locus: pendēre putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies. genuúmque tumebat
Orbis: & immodico prodibant tubere tali.

QVAE libentius recito, quod præceptores nostri optimi ac doctissimi putabāt sola excursione Callimachum, non etiam nitore vinci. Id igitur vt pateat, illius versus ex pulcherrimo hymno in Cererem,

Λύτικα οἱ χαλεπόν τε, καὶ ἄρμενον ἴμεν' ἀλετρὶς
Ἄϋσεν, χρατερὴν μεγάλη δ' ἐφρίξατο νάσος.

Vbi vides nihil hîc comparari posse. Qui si damnant hanc descriptionē, Famam quoque Virgilianam vituperent necesse est.

Cæterùm nudis ille rebus addidit ornamēta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veluti quum orationē attribuit Nymphæ. Callimachus solùm, κακὸν μιλ@ ἴσχειν ἄλλοις. Sacerdotem excitat Ceres, vt Erysichthona castiget: Ouidius famulo attribuit. Ille minas à securi: hic plagam sine minis. In arbore noster elegantior,

Stabat in his ingens annoso robore quercus.
Vna nemus, vittæ mediam, memoresq; tabellæ,
Sertaq; cingebant, voti argumenta potentis.
Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiere modum: mensuraq; roboris vlnas
Quinque ter implebant: nec non & cætera tantum
Sylua sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa.

Ille autem,

Η'ν δ' ὄρος αἰγειρος, μέγα Νύσσιον, αἰδέρι κῦρον:
Τῷ δ' ὑπὸ πολλὰ νύμφαι πυκὶ χοῦνδιον ἐψιόωντο.

Quod hic μέγα Νύσσιον noster, *vna nemus*. Ea erat magnitudine, vt sola pro nemore haberi posset. Sed & meliore consilio Robur esse fecit Ouidius, quàm Populum Græcus. est enim sterilis, neque quicquam ad Cererem. Neque hæc arbor cum aliis, neque inter se illæ conueniunt quæ ibi memorātur. Quis enim terrarum locus vnus Pyrum fert cum Vlmo, & Pinu, & Populo? Quinetiam inuasio atque impressio famis apud illum nulla: nobis adeò luculenta, vt nihil suprà,

-altóque sopore solutum:
Noctis enim tempus, geminis amplectitur vlnis,
Seq; viro inspirat: fauces q;, & pectus, & ora
Afflat: & in vacuis peragit ieiunia venis.

Affectum verò ipsum Callimachus vt effingat, tāto fusior ac laxior, quanto fuerat in cęteris vel parcior vel castigatior. Orsus enim ab operis ministrorum,

Εἶκατι δαῖτα πόνητο, δυώδεκα δ' οἶνον ἄρυσσον:

Pergit exequi particulatim minima quæque, vnde peteret opem ad extinguendam esuritionem,

-καυεὶ δὲ μιν αὖλις ἔδη»
Τέτρατα δώων: ἐδυ γὸ ἀπορνήσαντο μάγειροι.
Ἀλλὰ ἓ ῥῆσε μελάνδε ὑπὸ ζυγὸν ἄμμα ἔξαν:
Καὶ τὰν ζῶν ἔφαγε, τὰν ἱερὰ ἔτερφε μάτηρ,
Καὶ τὸν ἀεθλοφόρον, ἓ τὸν πολεμήϊον ἵππον:

vsque ad felem,

Καὶ τὰν αἴλουρον τὰν ἕρμα θεᾶς μυκῆ.

Quæ noster bono iudicio neglexit: illáque est imitatus, quæ ingenii sui vi fecit vt essent sua,

Ε'νδέμυχος δ' ἄπιστα πανήμαρ@ εἰλαπινάζε
Η'δὲ μυρία πάντα. κακὸ δ' ἐξάλλετο λαιμῷ.
Αἰεὶ μᾶλλον ἔδυπτ, τὰ δ' ἐς βυθὸν οὐκ ἐδάλοντο
Ἀ'λεμάτως ἀχάεστα κατήρεφε εἴδατα πάντα.

Compones etiam comparationes,

Ὡ'ς δ' ὑμέναιε γάων, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλάγγαι,
Καὶ τύπανα ἔπ μεῖζον ἐτάκετο: μᾶσσ' ὀπὶ νύφαὶ
Δειλαίῳ ἵνίες τε, ἓ ὀστέα μοῦνα λέλειφθεν.

Quæ postrema, fami, non Erysichthoni tribuit Naso. Quæ verò argutè acutéque, ac plusquam humano ingenio est prosequutus, non pigebit ascribere. Ipso in somno esurientem, dii boni, cuiusmodi?

Lenis adhuc somnō placidis Erysichthona pēnis
Mulcebat: petit ille dapes sub imagine somni:
Oráque vana mouet, dentémq; in dēte fatigat,
Excercétque cibo delusum guttur inani:
Próque epulis tenues nequicquā deuorat auras.
Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi:
Pérque auidas fauces, immēsáq; viscera regnat.
Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aer,
Poscit, & appositis queritur ieiunia mensis.
Inque epulis epulas quærit. Quódque vrbibus esse,
Quódque satis poterat populo, non sufficit vni:
Plusque cupit, quo plura suā demittit in aluum.

Avdi nunc comparationem,

Vtque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec satiatur aquis, peregrinósque ebibit amnes:
Vtque rapax ignis non vnquā alimenta recusat,
Innumerásque faces cremat: & quo copia maior
Est data, plura petit, turbáque voracior ipsa est:
Sic epulas omnes Erysichthonis ora profani
Accipiūt, poscúntque simul. cibus omnis in illo
Causa cibi est: sempérque locus sit inanis edēdo.
Iánque fame patrias, altíque voragine ventris
Attenuarat opes: sed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames, implacatæque vigebat
Flamma gulæ.

In quibus eam vides vim sentētiarum, quam nemo est Græcorum consequutus. Nam qualia illa? *Inq; epulis epulas quærit.* Et de igne, copia fieri voraciorem. Et, *Accipiunt, poscuntq; simul.* Et, *-cibus omnis in illo Causa cibi est.* &, *-semperq; locus fit inanis edendo.*

OPPIANI CVM ALIIS COMPARATIO. CAPVT IX.

Quæ igitur nostri de Græcis pararer potuerunt, hæc sint satis: neque pauca, neque omnia. Non enim tāquam atrienses aut dispensatores apud herum putamus rationes: sed vt quæque optima visa sunt ad excitandam cōstituendámque nobilis Poetæ imitationem, ita à nobis carptim & accepta & proposita sunt. Nunc verò ne quid desit tam perfecto operi, contemplemur id quoque: An Græcorum vllus ad nostrorum regulam suas direxerit dimensiones. Atque Oppianus quidem inter Græcos adeò sublimis est, adeò numerosus, vt eorum vnus ad Virgilianam diligentiam aspirasse videatur. Quare liquid illi cum nostris commune sit, hìc apponetur. Est comparatio nobilis in primo Piscationum: quæ meretur studium & operam nostram,

Ὡ'ς δ' ὅτ' ἀπ' αἰδίοπος τε ἓ αἰζηοῖοι ῥοάων
Τ'ρήτης χερσάνων χρὸς εὖχος ἀνεφόνων
Α'τκαντος νιφόεντα πάγον, ἓ χεῖμα φυγόντες,
Πυξιμίων τ' ὀλιγοδρανέων ἀμφιλυὰ χθονὸς ὄλκα.
Τῶν δ' ἀρ' ἐπαμέρσῃσι χτ' εἴκατι δρῆες ἐσμοὶ
Η'έρα τε σκιάοντι, ἓ ἄλλυτον ὄλεθρον ἔχουσι.

Hanc quum ex Virgiliana, quam suprà posuimus, acceperit: iccirco tam grandibus numeris cecinit.

Lucanus

Lvcanvs autem in quinto sic,

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturæ te Nile grues: primoq; volatu
Effingunt varias casu monstrante figuras.
Mox vbi percussit tensas Notus altior alas:
Confusos temerè immistæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit dissertis littera pennis.

Non potuit autem, neque decuit explicare totum locum illum Virgilii ex tertio absolutissimi operis Oppianus,

Interea toto non secius æquore ningit:
Intereunt pecudes: stant circunfusa pruinis
Corpora magna boū, & summis vix cornib⁹ extant,

& cætera: quippe legibus comparationis in angusto cogitur,

Ὡ'ς δ' ὁπότ' ἀφρύπεδον σκιάσῃ νιφάδεσσιν ἀλαλὼ
Ε'ισιδέειν ζαφύρειο θοὴν ῥιθ@ τοὐδ' ἐπὶ γαίης
Κυανέης ἰδέειν ὑποφαίνεται: ἀλλ' ἄρα πᾶσα
Α'ργυρέῃ χιόνεσσιν ἐπασσυτέρῃσι κεκάλυπται.

Etiam quod Maronis suprà posuimus de aquila & serpente, ipse diuinis modis transtulit ad ceruum & serpentem,

Ὡ'ς δ' ὅτ' ἀπ' ξυλόχοιο θρίων ὀδὸν ἐξερεείνων
Βεβδύκεσσι ἔλαφ@, γενέλαστον ἴχ@ αὐδήν,
Χειλὼ δ' εἰσαφίκηται, ἓ ἐρπετὸν εἴρυσεν ἕξον.
Δάπτει δ' ἐμμελέως ὁ δ' ἑλίσσεται ἀμφί τε χοῦσα,
Δειρὴ τε, σέργον τε: τὰ δ' ἠμὶ ῥωπα κέκρυπται
Α'ψαα: πολλὰ δ' ὀδόντες ὑπὸ στόμα δωτινόωσιν.

Vide etiam quàm magnificè ædificauit super tenui illo Horatii fundamento,

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

In secundo nánque sic,

Ὡ'ς δ' ὅταν ἱππὶ πολυμόχθων@ ἕλκος ἀφύσσων
Οἰδαλέον, τῷ πολλὸν ἀνάρσιον ἔνδοθεν αἷμα
Ε'ντίνεται, φλεγέᾳ ὃ γενὲὴ κυανόχροα λίμνῃ
Ε'ρπετὰ τανυσθέντα κατ' ἠεροειδὲς ἔσπευδε
Δαίνυσθαι μέλαν αἷμα: τὰ δ' αὐτίκα γυρὸν ἕλιχθε
Κυρτῶσα, ἓ λύθρου ὑπὸ κέντρα, οὐδὲ ἀνίησιν,
Εἰσόκεν αἵματος ἀφῦ ζωρὸν ποτὸν αὖ ἐρύσασα
Ε'κ χρὸς ἀυτοκύλιστα πέσῃ, μεθύουσιν ὁμοῖα.

Par opera & laus in illis ex quarto operis incomparabilis, *-Metoperq;, aliæq; volucres,*

Et manibus Procne pectus signata cruentis.
Omnia nam latè vastam: ipsaq; volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.

Ille in tertio piscationum,

Ὡ'ς δ' ὁπόθ' ἁπλώσῃσι φορεῖ βόσιν ὀρταλίχοισι
Μήτηρ, εἰαρινὴ ζερύρου πρηστῆρι γαλ@ ὄρνις.
Οἵ δ' ἁπαλὸν πτύζοντες ὑπηρώσκοισι καλιῇ
Γηθόσυνοι πρὸ μητρὶ, ἓ ἱμείρουσιν ἐδωδῆς
Χεῖλος ἀναπλώουσιν: ἄπτυ δ' ὀλὶ δῶμα λέλικεν
Ἀγδεὸς ξεινοδόκοιο λίγα κλάζοισι νεοσσοῖς.

Nec minus illa,

-& odora canum vis: tanquam disertus declamator, propositum argumentum felicissimè locupletauit, in quarto,

-αὖ᾽ ἐς ἴχν@
Κνωσσοῦ δειπνοις κυνὸς μύν@: ὃς τ' ἐν ὄρεσσι
Θηρὸς ἀπιχνεύει σκολιὴν ζάπυν ἐξορεύνων,
Ρ'ινὸς ὑπαγγελίῃ μερτεῦ: ἓ τε μυθῷ
Μάρψε, ἓ ἀκαιμάτῳσιν, ὃν δ' ἐπιλαστεν αὖ᾽ακτα.

A Quæ posuimus ad excitandam indolem iuniorum: vt haberent exempla vtriusque orationis vel breuioris, vel vberioris.

Nemo etiam dubitabit, qui hæc legerit Oppiani,

Ὡ'ς δὲ καὶ ἐν ξυλόχοισιν ὀρίνεσσι ἀγχέμαχοι
Εἵλον ἀναλκείῃσ ἔλαφον ἀμφὶ ἓ τέχεϊ
Μυελὸν θ' σίφανται ἅπαν δ' ῥυὸς, ἀμφὶ ἓ κούρων
Ο'ρνίθων δύσαντο θοὰ πτερὰ: πᾶ δ' ὀρώρει
Η'λέματα πλώουσιν κενὸν φόβον, οὐδὲ πελάσσαι
Μαψιδίως πορύγεσσιν ἀπ' ζόμβοιο μεμάασιν,
Εἰσόκεν ὑψιπέτῃσ ἐπιδέξαντες ἕλωσι.

quin ex Virgilianis tam sublimē sumpserit spiritum: sunt autem in duodecimo diuini operis,

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut puniceæ septum formidine pennæ,
B *Venator cursu canis, & latratibus instat.*

Artem illam pennarum è Gratio discès.

Diuina quoque illa ex quarto politissimi operis,

Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem: ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet:

Fuere pro Idea ad suauissima hæc quæ posuit in quinto ille,

Ὡ'ς δ' ὁπότ' ὀρταλίχοισι χελιδόσι νηπιάχοισι
Νήδυιον ὑὰξ ὀρόφοιο τυχὼν ὄφις ἅρπαξε πολέσσι.
Καὶ τοὺ μὲν κατέπεφνε, ἓ ἔπτασεν ἔνδεν ὀδόντων
Μήτηρ ἣ περὶ τοῖσι μὲν ἀπιζομένη πιπτόντεσσι
C Λοίγια τεκνοτύφοιο φόνου χόον.

Sunt & hæc ex eadem officina in primo venationum,

Ε'χεο, ἓ πηγείαν ὄπιδ' ἐωϊδα ἀταρβέα.
Τῶν μεσόπων κέπω τις ἐῇς ἐπίστιον ἀοιδῆς.

Lvcretivs enim,

Auia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita solo. Quæ suo more diuina fecit Maro in tertio consummati operis,

Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Sanè in secundo nihilo insuauiora,

Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
D *Quarum sacra fero, ingenti percussus amore*
Accipiant. Quibus deinde addidit beati ingenii opes, quæ sequuntur.

Habes igitur maximi Græcorum, cum excellentissimo omnium Poetarum cōparationem. Nunc videamus an cum Gratio, aut Nemesiano quicquam illi conueniat: si prius picturam equi ex Marone designauerimus,

Βαιὸν ὑπὲρ δειρῆσι, μετάφρενον, ὑψιμέρυον,
Α'είρει μέγας αὐτὸς ἐὼν ἐπειγόμενος ῥ' ὁμῷ
Τ'μηδεσι: πάτιλλα δ' ὀλόων ποτὶ δειρὴ δὲ νέῦσι.
Εὐρὺ πόλοι, φασὶ δ' ῥοὸν τε μεσόφρυον: ἐκ δ' ἄρα κόρσης
Α'μφὶ μέτωπα τεχὼν τυκινοὶ στέανται κόρυμβοι.
Ὄμμα τορὸν, παφλασμὸν, ὑπὸ κυμίοισι δυφεινόν.
Εὐρεῖαι ῥῖνες, στόμα δ' ἄρκιον, οὔατα βαιά,
Γυρὴ δειρὴ τελέθει λασιαύχενος ἵππου.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ὡς, ὅτε χαιτήεσσα λέοντ' ἀγέλειαι ὑφάλειαι.
Πολὺ πάλοι κέρνον, δολιχὸν δ' ἔμμεν, εὐρέα γῶτα
Καὶ ῥάχεϊ ἀμφίδυμος, μέσον ἰσχία πάντοσε τείνων.
Ἐν δὲ θέοι πολλὰ μετόπισθε πανύστατος ὦρτο.
Μηρεὶ δ' ἀμφοτέροισι μώνυχες, ἀμφὶ δ' ἔνερθεν
Ὀρθοτενεῖς, δολιχοῖσι πεδῶν ἐπιμήκεες ὀυλοί.
Καὶ μάλα λεπταλέοι, ἐν σαρκὶ πελειομένα κῶλα,
Οἷά τε παννυχίοισιν ἀλληλοπόδεσσ' ἐλάφοισιν.
Καὶ σφυρὸν ἀξελίσσετο, θέοι δὲ πεδίοιο ὁπλὴ,
Τ' ἐμὲ μάλ' ἐν χαίταις, πυκινὴ, κεράεσσι, κραταιή.

Hęc an vera sint omnino, alterius est operæ. quæ ab Apolline nostro dicta sint videamus,

-illi ardua cervix,

Argutumq; caput: non solùm paruum. *brevis alvus*: non autem δολιχὸν δίμας. *obesaq; terga*: non solùm lata.

Luxuriatq; toris animosum pectus: non est satis, πολὺ κέρνον. Sed & ἄθεα suprà declarabat,

-generosi pullus in arvis

Altius ingreditur, & mollia crura reponit: id est, non rigidè protenta: sed quod Aristoteles dicit, ὑγρά.

Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet: & ignoto se committere ponto.
Nec vanos horret strepitus. & hìc intermiscet,
-tum signa sonum procul arma dedêre
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus:
Collectumq; premens volvit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina: hoc erat ἀμφίδυμος: -*canaq;*
Tellurem & solido graviter sonat vngula cornu.

Ἐ Gratio verò hæc,

Nempe ingens, nempe ardua fundet in auras
Crura. Cætera de nationibus trahit. In quibus mirum quòd tum ipse, tum Oppianus profitetur,

Non tamen Hispano Martem tentare minacem
Ausim. Sic Græcus à celeritate sola dilaudatos, damnat tanquam imbelles,

Ἀλλ' ἄρα οἳ πάρθοισι μάχα σφρίζουσιν ἴζηες,
Ὦκυτάτοισι πόδεσσι κραδαίνοντες παλτοσύνην.
Κείνοισιν τάχα μοῦνοι ἐναντίον ἰσοφαρίζοι
Λίτρος αἰθυίοισιν ἐπιδρόμοις ἰωάλοισιν,
Ἢ κίρκος πανάοις ταναυσσάμενος πτερύγεσσιν,
Ἢ ἅλμης πολιοῖσιν ὀλιδαίνων ῥοθίοισι.
Τόσσον ἴκριες ἔασιν ὑποὶ πόδες ἰώμενται.
Ἀλλ' ὀλίζοι, βαιοί τε μύες, οὐ ἀνάλκιδες ὕπερ.

Nostris sanè vsibus nulla terrarum pars mittit præstantiores, siue dexteritatem, siue animum spectes. Nam & domino mites, & hostium hostes sunt. Impulsi in mucrones abeunt, iussu heri morituri. Cæsi non auertuntur: percussorem etiam appetunt: denique fiunt sæuiores. Vidimus nos inter animi fideique miracula, vnum è commilitonibus auectum incolumem, equo ita saucio, vt etiam intestina per humum traheret. neque prius concidendi tempus esse ratus est, quàm sessor descenderet, atque in socii terga subsiliret. quod tamen addit verum est,

Καὶ θ' ἑὸν ἐν παύροισιν ἁλιζόμενοι σαώσαν.

A Quòd autem non notos habuerit Hispanos equos, & hinc patet,

Οὐ πάλαι δ' ἐν κραταιῷ πολεμίζομεν Ἀρυπόδλοι.

quum pauci equi meliore vngula fulciantur. Totáque Hispania scrupea, fabulosa, aspera, siticulosa sit: tantum abest vt limo lutóve vngulæ corrumpantur. Quare plerisque Hispaniæ locis calceos è cannabinis filamentis connexos gerunt.

Nemesianvs autè sic, longè inferior illis,

Illis ampla satis læui sunt æquora dorso,
Immodicumq; latus. de latere intellige, non vt ille, δίμας: id est corpus totum. animosiores enim sunt, neque eos deficit facilis spirandi vis, nec diuturna spiritus contentio labefacit: tum sequitur, *parmaq; ingentibus alui*. Ita verò adultis: at pullum eme, cuius aluus par sit maternæ: verum, atque commune prouerbium militare. Causas hasce & alias reddidimus iis in libris, qui mihi ab amanuensi furto surrepti sunt. Et

Ardua frons, auresq; agiles, capitique decoro
Altus honos, oculique vago splendore micantes:
Plurima se validos cervix resupinat in armos:
Fumant humentes calida de nare vapores:
Nec pes officium fandi tenet: vngula terram
Crebra ferit: virtusq; artus animosa fatigat.

Canum verò formam quis horum trium absolutius descripserit, videamus,

Μυκαλικὸν κραταιὸν δίμας, ἄρκιον, ἀδὲ κάρηνον
Κοῦφον, ὑψίκιον, κυανοὶ δ' ὀφθαλμοὶ ὀπωπαί.
Κάρχαρον ὀκτάδιον τελέθει σῶμα, βοιὰ δ' ὑπερθεν
Οὖτα παπαλέοισι θερεσσέλοισιν ὑμένοισι.
Δειρὴ μηκεδανὴ, ἐν σήθεα νέρθε κραταιὰ,
Εὐρέα. πὼ φορέει δ' ὀλιζοτέρω πόδ' ἐόν,
Ὀρθοτενεῖς, κώλων ταναοὶ δολιχηρίες ἰσοι,
Εὐρίες ἀμπλάτιαι, πλαδερῷ ἐπιμάρια ταρσά.
Ὀφρύες εὐσπαρτοι, μὴ πίονες· ἀμφὶ δ' ὀπιθεν
Σπειρηδὸν, οὐτάδι δ' ἐν τε πίλοι δολιχόσκιοι ἀρὴ.

Hi ad cursum: ad pugnam verò,

Σιμότερον ἰδρῦσαι φορέουσιν τε, δίτιχα δ' ὕπερθε
Νιφόεν ἐπισκυνίοισι μετόφρυα, ἐν πυρόεντες
Ὀφθαλμοὶ, χαροπῖσιν ὑπαὶ λοβοῖσι ὀπωπαί.
Ῥινὸς ἄπας λάσιος, κραταιὸν δίμας, ἀρίκα νῶτα.

Quales ait minus celeres, magis animosos, magísque fortes.

Grativs ad hunc modum,

Sint celsi vultus, sint hirtæ frontibus aures,
Os magnum, & patulis agitatos morsibus ignes
Spirent: astricti succingant ilia ventris.
Cauda brevis. quo loco melius, quàm Græcus: magna nánque cauda venaticis cursoribus oneri est. sequitur, -*longumq; latus, discretaq; collo*
Cæsaries, non pexa nimis: non frigoris illa
Impatiens: validis tum surgat pectus ab armis:
Quod magnos capiat motus, magnisq; supersit:

Diuinum profectò versum,

Effuge, qui lata pandit vestigia planta:
Mollis in officio. siccis ego dura lacertis
Crura velim, & solidos hæc in certamina calces.

Avrélivs autem Nemesianus hæc,

-*sit cruribus altis,*

Sit rigidis: multamq; gerat sub pectore lato
Costarum sub fine decenter prona carinam:
Quæ sensim rursus sicca se colligat alvo.
Renibus ampla satis validis diductaq; coxas.
Cuiq; nimis molles fluitent in cursibus aures.

Quibus è locis haud paruum capias impetũ ad imitationem, atque exercitationem.

Ex Arato quoque & Nicandro fortasse educi possint aliqua: sed hæc impræsentia sint satis. Quòd si quæras adhuc alia: conferre possis Vulcani casum, qui & ab Homero & à Flacco descriptus fuit. Sunt in 1, Iliados,

Ἢ δι γάρ με κ' ἄλλοι' ἀπεξέρυσαι μεμαῶτα
Ῥίψαι ποδὸς τετιηῶτ' ἀπὸ ζωροῦ θεσπεσίοιο.
Πολλῷ δ' ὅμως φιέρμιλλον, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγος δέ τι θυμὸς ἐνῆεν.
Ἔνθά με σίντιες ἄνδρες ἀφαρ κομίσσαντο πεσόντα.

In 11, Argonautico̊n,

Mox etiam pauidæ tentantem vincula matris
Soluere, prærupti Vulcanum vertice cæli
Deuoluit. ruit ille polo noctemq; diemq;
Turbinis in morem: Lemni cùm littore tandem
Insonuit, vox inde repens vt perculit vrbem:
Accliuem scopulo inueniunt: miserentq;, fouentq;
Alternos ægro cunctantem poplite gressus.

LATINI CVM LATINIS COMPARANTVR, CAPVT X.

C Neque paucis, neque plebeis exemplis comparatum nobis puto, vt inire possimus rationem rerum naturas expriD mendi. Neque enim alio modo imitamur quę dixerint priores: quàm illi res ipsas imitati sunt. Vbi haud parum dubitandum est, vtrum potius eueniat nobis, Iuuemur ne aliorum inuentione: videmus enim & quæ viderũt illi: & quæ nobis, non visa sibi, videda reliquerunt. An premamur iniquius: quippe præuenti, rarò meliora possumus addere bonis. Nam posteaquam liberum laxúmque dicendi genus ex Homero castigauit diuinus Maro: posteriores poetę, quid quóue modo dicerent, vix inuenere: quare Latinorum quoque ingenia sunt inter se conferenda: quorum indicio nostri operis apparatus fiat luculentior. Primùm igitur certis materiis quasi capita quædam statuantur. deinde, si quid præterea fecerit ad rem: vt sese illa dabũt, excipientur. A' pestilentia placuit incipere, quæ in 111, limatissimi operis vicit omnium mortalium vel laudem vel obtrectationem.

PESTILENTIA, CAPVT XI.

Hic quondam cæli vitio miserãda coorta est
Tempestas, totóque Autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupítque lacus, infecit pabula tabo.

Lvcretivs in VI, ex Thucydide,

-*mortifer æstus*

A Finibus in Cecropis funestos reddidit agros:
Vastauítque vias: exhausit ciuibus vrbem.

Ovidivs in VII,

Dira lues populis, odio Iunonis iniquæ
Incidit: exosæ dictas à pellice terras.
Principiò cælum spissa caligine terras
Pressit, & ignauos inclusit protinus Austros.
Constat & in fontes vitium venisse, lacúsque.

Virgilivs,

Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abũdabat fluidus liquor: omniáq; in sę
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

B Lvcretivs,

Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo summam feruescere partẽ:
Sed potius tepidum manibus proponere tactũ.
Intima pars hominum verò flagrabat ad ossa.
Inciderunt ipso venientes ore patentes:
Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

Virgilivs,

Quæsitæque nocent artes: cessere magistri
Phyllirides Chiron, Amithaoniúsq; Melãpus.

Lvcretivs

Nec requies erat vlla: mali defessa iacebant
Corpora: mussabat tacito medicina timore.

Ovidivs,

Dum visum est mortale malũ, tantæque latebat
Causa nocens cladis, pugnatũ est arte medendi:
Exitium superabat opes, victæque iacebant.

Sane' causa efficacior apud Ouidiũ, propter quam nullo vsui essent artes. quippe morbus non erat à vitio elementorum tantùm, sed etiã ab ira deorum. quare non solùm pro aliis frustra medici, sed pro se temerè: nempe,

-*ínque ipsos sæua medentes*
Erumpit clades: obsúntque authoribus artes.

Silivs in XIIII,

Succubuit medicina malis: cumulantur acerui
Labentum, & magno cineres sese aggere tollũt.

Virgilivs,

Sæpe in honore deũm medio stans hostia ad aram,
Lanea dum niuea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros:
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates:
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summáque ieiuna sanie infuscatur arena.

Ovidivs,

Admoti quoties templis: dum vota sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum:
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri.

et mox more suo iterum,

-*mugitus victima diros*
Edidit, & subitò collapsa sine ictibus vllis
Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.

Vbi est plena Virgilianorum imitatio.

Fibra quoq; ægra notas veri, monitúsq; deorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perdiderat.

HAEC quoq; illa referunt superiora.

VIRGILIVS,

Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canib⁹ blandis rabies venit: & quatit ægros
Tussis anhela sues,ac faucibus angit obesis.

SILII quoque conatus attendere poteris: sic enim in XIIII,

Crinigerq; astriferis Titan feruoribus auras,
Et patulam Cyanen,latéque paluſtribus vndis
Stagnantem,Stygio Cocyti oppleuit odore:
Temporáque Autumni latis florentia donis
Fœdauit,rapidóque accendit fulminis igni.
Fumabat crassus nebulis caliginis aer:
Squallebat tellus vitiato feruida dorso,
Nec victũ dabat,aut vllas languẽtibus vmbras:
Atque ater piceam vapor expirabat in æthram.

HINC Homerum sequitur,

Vim primi sensere canes:mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde feræ syluis sterni.

IN quos versus cùm à superioribus incidas, videaris balbutiẽtem scholasticum audire. quare nostros quoque versus qui in Rochi hymno simile tractant argumentum, hisce adscribere cepit impetus:& fecissem,nisi putassem inuidiosum. cessimus itaque pudori.

LVCRETIVS,

-cumprimis fida canum vis
Strata viis,animam ponebat in omnibus ęgram,
Extorquebat enim vitam vis morbida mẽbris.

OVIDIVS,

Strage canum primò, volucrúmq;, auiúmque, boúmque:
Inque feris subiti deprensa potentia morbi.

VIRGILIVS,

Labitur infelix studiorũ,atque immemor herbæ
Victor equus,fontésque auertitur,& pede terrã
Crebra ferit:demissæ aures ,incertus ibidem
Sudor,& ille quidem morituris frigidus aret:
Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.

OVIDIVS,

Acer equus quõdam,magnæq; in puluere famæ
Degenerat,palmæ veterúmque oblitus honorũ
Ad præsepe gemit morbo moriturus inerti.

SILIVS,

Heu dolor! insignis notis bellator in armis
Ignauo rapitur letho.

DEINCEPS prosequitur Maro in armẽtis morbi signa & mortis,ac remedia diuinitus: quippe tum castissimè,tum luculentissimé. mox verò illa verè Apolline digna,

Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit,& mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremóque ciet gemitus.it tristis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencũ,
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.

TVM illa cælo ipso profectò delapsa,
Non vmbræ altorum nemorũ,nõ mollia possũt
Prata mouere animum:nõ qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis:at ima
Soluuntur latera,atque oculos stupor vrget inertes,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.

SATIS hæc erant ad deterrendũ animos sapientum ab imitatione : verùm ea his addidit, quæ etiam obtererent audaciam,

Quid labor,aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues?atqui non Massica Bacchi
Munera,non illis epulæ nocuêre repostæ.
Pocula sunt fontes liquidi,atque exercita cursu
Flumina,nec somnos abrumpit cura salubres.

QVAE equidẽ malim à me excogitata atque confecta,quàm vel Crœsum vel Cyrum ipsum dicto habere audientem.

OVIDIVS autem properat:nullũ enim spatium reliquit ille,in quo vestigiũ posset ponere,

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medióque recumbere sulco.

VIRGILIVS,

Non lupus insidias meditatur ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illũ
Cura domat.timidi damæ cerúsque fugaces
Nunc intérque canes,& circum tecta vagantur.

OVIDIVS,

Non aper irasci meminit:nec fidere cursu
Cerua,nec armentis incurrere fortibus vrsi.

Omnia languor habet.Syluísque,agrísq;,vilsq; Corpora fœda iacent: vitiantur odoribus auræ.

VIRGILIVS post hæc serpẽtum clades canit:ab illis nulla,de auibus verò,

Ipsis est aer auibus non æquus:& illæ
Alta præcipitem vitam sub nube relinquunt.

LVCRETIVS simpliciter,

Nec tamen omnino temerè illis sedibus vlla
Comparebat auis.

VERVM quæ sequũtur non solùm narrationi,sed etiam cuiuis expectationi finem imponere poterunt,

Balatu pecorum,& crebris mugitibus amnes
Arentésque sonant ripæ,collésque supini.
Iámque cateruatim dat stragem : atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:
Donec humi tegere,ac foliis abscondere discũt.
Nam neque erat coriis vsus: neque viscera quisquam
Aut vndis abolere potest,aut vincere flamma:
Nec tondere quidem morbo illuuiéque peresa
Vellera,nec telas possunt attingere putres.
Verùm etiam inuisos si quis tentarat amictus:
Ardentes papulæ,atque immũdus olẽtia sudor
Membra sequebatur,nec longo deinde morãti
Tempore contractos artus sacer ignis edebat.

LVCRETIVS,

Multáque humi cùm inhumata iacerẽt corpora supra
Corporibus:tamen alitũ genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, ne acrem exciret odorẽ:

Aut

Aut vbi gustabat,languebat morte propinqua.

VIRGILIVS,

Præterea nec iam mutari pabula refert.

LVCRETIVS,

Nec refert,vtrum nos in loca deueniamus
Nobis diuersa,& cæli mutemus amictum:
An cælum nobis naturam intro corruptam
Deferat.

MVLTA præterea,quæ prolixius prosequitur Thucydides,omisit diuinus Poeta duabus de causis.nánque & fastidiũ semper fugit: quæ virtus habenarum laxatores istos defecit:Lucanum dico, Statium atque alios. & de gregibus cùm scriberet,particulatim humanos interitus describẽdos aliis permisit iudiciis:ipse suo est vsus.Lucretius autem,qui rerum naturam canit, iure minutiora persecutus est:nec minore Ouidius ratione:quippe in Pelei persona absumptũ narrat populum.Non sunt igitur contemnenda si qua conueniant apud vtrumque. Spectemus igitur quid ad Lucretii puritatem addiderit Ouidius, LVCRETIVS,

Principiò caput incensum feruore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine,& vlceribus vocis via septa coibat,
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu grauis,aspera tactu.
Inde vbi per fauces pectus complerat,& ipsum
Morbida vis in cor mœstum confluxerat ægris:
Omnia tum verò vitai claustra labebant;
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem:
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.

OVIDIVS,

Viscera torrentur primò,flammísque fathiscũt.
Indicium rubor est,& ductus anhelitus igni.
Aspera lingua tumet,tepidísque arentia ventis
Ora patent,auræque graues captantur hiatu.
Non stratum,nõ vlla pati medicamina possunt.

SILIVS quoque aliquid,tanquam corniculam meditatus est,

Arebat lingua:& gelidus per viscera sudor
Corpore manabat tremulo.descendere fauces
Abnuerant siccæ iussorum alimenta ciborum.
Aspera pulmonem tussis quatit:& per anhela
Igneus efflatur sitientum spiritus ora.
Lumina ferre grauem vix sufficientia lucem.
Vnca nare iacent,saniésque immista cruore
Expuitur:membrísque cutis tegit ossa peresis.

LVCRETIVS,

Multi præcipites lymphis putealibus altè
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant,nudũ iaciẽtes corpus in vndas.
Inciderunt ipso venientes ore patente.
Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

OVIDIVS,

-passim,positóque pudore
Fontibus,& fluuiis,putéisque capacibus hærẽt:
Nec sitis est extincta prius quàm vita bibendo.

LVCRETIVS,

Nec requies erat vlla mali:defessa iacebant
Corpora. OVIDIVS,

Inde graues morbo nequeunt cõsurgere: & ipsis
Immoriuntur aquis.

SED repetit Lucretius mox hoc idem,

Multa siti prostrata viam per,próque voluta
Corpora:sic ammes ad aquarum strata iacebant,
Intercluſa anima nimia dulcedine aquarum.

DE funeribus autem,

Omnia denique sancta deũm delubra replerat
Corporibus mors exanimis: oneratáque passim
Cuncta cadaueribus cælestum templa manebãt
Hospitibus loca,quæ complerant ędituentes.

Nec iam relligio diuũm:nec numina magni
Pendebant: etenim præsens dolor exuperabat.
Nec mos ille sepulturæ remanebat in vrbe,
Vt pius hic populus semper consuerat humari.
Perturbatus enim totus trepidabat,& vnus
Quisque suum pro re consortem mœstus humabat.

Multáq; vis subita, & paupertas horrida suasit:
Nánque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper extructa ingenti clamore locabant.
Subdebántque faces,multo cum sanguine sępe
Rixantes potius,quàm corpora desererentur.

OVIDIVS,

Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus:neque enim capiebant funera portæ:
Aut inhumata premunt terras,aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est.
Deq; rogis pugnant,alienisq; ignibus ardent.
Qui lacryment,desunt, indefletæq; vagantur
Natorum matrumq; animæ,iuuenumq; senumq;:
Nec locus in tumulos,nec sufficit arbor in ignes.

SILIVS,

Passim etiam deserta iacent,inhumataq; latè
Corpora,pestiferos terigisse timentibus artus.

LVCANVS igitur cùm vidisset communes hosce locos occupatos, materiæ summã satis habuit percurrere.Sunt autem in VI,

Corpora tum soluit tabes,& digerit artus,
Traxit iners cælum fluidæ contagia pestis
Obscuram in nubem.tali spiramine Nessus
Emittit stygium nebulosis æra saxis:
Antráque lethiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi.cælóque paratior vnda
Omne pati virus,durauit viscera cœno.
Iam riget atra cutis,distentáq; lumina rumpit:
Igneaque in vultus & sacro feruida morbo
Pestis abit,fessúmque caput se ferre recusat.
Iam magis atque magis præceps agit omnia fatũ:
Nec medii dirimunt morbi vitámque necémq;,
Sed languor cum morte venit: turbáque cadẽtũ
Aucta lues,dum mista iacent incondita viuis
Corpora.nam miseros vltra tentoria ciues
Spargere,funus erat.

TEMPESTAS,

CAPVT XII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOn minor affectatio ad poeticã glo-
riam erexit ingenia in describenda tẽ
pestate.cuius magnitudinem ex diui-
ni viri numerisprimo loco explicem⁹.
Incubuere mari:totúmque à sedibus imis
Vnà Eurúsque Notúsque ruunt,crebérq; procellis
Africus:& vastos voluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamórque virûm,stridórq; rudẽtũ.
Eripiunt subitò nubes cælúmque diémque
Teucrorum ex oculis. ponto nox incubat atra.
Intonuere poli,& crebris micat ignibus æther:
Præsentémque viris intentant omnia mortem.

PRofectò horror ex apparatu minacissimæ B
tempestatis hîc est pictus, potius quàm dictus.

OVIDIVS autem,

Cùm mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus,& præceps spirare valentius Eurus.

HACTENVS efficacia nulla:& tamen

Ardua iamdudum demittite cornua rector
Clamat,& antennis totum subducite malum,

Hic iubet.nimis properè illa:*impediunt aduersæ iussa procellæ,*

Nec sinit audiri vocem fragor æquoris vllam.

AT enimuerò nautas ita repẽtè facere amẽtes minimè decuit. nondum enim re desperata,

Hic rapit antennas: quæ dum sine lege geruntur
Aspera crescit hyems. & mox,

Ipse pauet:nec se qui sit fatus ipse fatetur
Scire ratis rector,nec quid iubeatue,uelitue.

DE ventis autem & fluctibus illa,

Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
Vndarũ incursu grauis vnda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur,cælúmque æquare videtur
Pontus,& inductas aspergine tangere nubes
Et modò cùm fuluas ex imo vertit arenas,
Concolor est illis:stygia modò nigrior vnda,
Sternitur interdũ,spumísque sonantibus albet.

LVCANVS in V,

Primus ab Oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æstus:iam te tollente furebat
Pontus,& in scopulos totas erexerat vndas.
Occurrit gelidus Boreas,pelagúsque retundit:
Et dubium pendet,vento cui pareat æquor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis,& vndas
Torsit,& abstrusas penitus vada fecit arenas.
Nec perfert pontum Boreas ad saxa:suúmque
In fluctus Cori frangit mare: motáque possunt
Æquora subductis etiam concurrere ventis.
Non Euri cessasse minas:non imbribus atrum
Æolii iacuisse Notum sub carcere saxi
Crediderim: cunctos solita de parte ruentes
Defendisse suas violento turbine terras.
Sic pelagus mansisse loco,nam parua procellis
Æquora rapta ferunt. Ægeas transit in vndas
Tyrrhenum:sonat Ionio vagus Adria ponto.

PRAETER has hyperbolas,illa ridicula,

Ah quoties frustra pulsatos æquore montes
Obruit illa dies:quàm celsa cacumina pessum
Tellus victa dedit!non vllo littore surgunt
Tam validi fluctus:alióque ex orbe voluti
A Aᵗ magno venêre mari,mundúmque coercens
Monstriferos agit vnda sinus.sic rector Olympi
Cuspide fraterna lassatum in secula fulmen
Adiuuit,regnóque accessit terra secundo.
Cùm mare conuoluit gẽtes,cùm littora Tethys
Noluit vlla pati,cælo contenta teneri.
Tunc quoq; tãta maris moles creuisset in astra.
Nì superûm rector presisset nubibus vndas.

VIDES quas inanitates. Quônam tempore factum est, vt durius à molliori coerceatur? Vasta omnia, & insani potius, quàm poetæ: itaisti ea quæ reliquit Virgilius, tanquam minimè proba, dum quasi omissa & ignota illi, B persequuntur: acquirũt damna nominis sui importuna sedulitate,quę ille modestia sua subterfugit. Quare eodem filo & hæc texuit,

Non cæli nox illa fuit:latet obsitus aer
Infernæ pallore domus:nimbísq; grauatus
Deprimitur:fluctusq; in nubibus accipit imbrem.
Lux etiam metuenda perit:nec fulgura currunt
Clara,sed obscurum nimbosus dissilit aer.
Tunc superûm conuexa tremunt, atq; arduus axis
Insonuit,motaq; poli compage laborant.

DVM ambit plausum admirantium,hæc mõstra edidit. Itaq; effertur sine habenis more suo, ita vt prudentioribus etiã verò furere videatur. Extimuit natura chaos:rupisse videntur
Concordes elementa moras:rursúsque redire
C Nox manes mistura deis:spes vna salutis:
Quod tanta mundi nondum periere ruina.
Quantum Leucadio placidus de vertice pontus
Despicitur:tantum nautæ videre trementes
Fluctibus è summis præceps mare, cúmque tumentes
Rursus hiant vndæ,vix eminet æquore malus.
Nubila tanguntur velis,& terra carina.
Nam pelagus,qua parte sedet, non celat arenã,
Exhaustum in cumulos: omnísque in fluctibus vnda est.

POST hæc,qualia Ouidii postrema,

Artis opem vicere metus,nescirq; magister
Quam frangat,cui cedat aquæ.discordia ponti
Succurrit miseris,fluctusq; euertere puppim
Non valet in fluctus.victum latus vnda repellens
D *Erigit,atq; omni surgit ratis ardua vento.*

Illud etiam præter ineptias,animaduertes ab eo peccatum, vbi Corum opponit Boreæ. nam cũ excitat ab Oceano Atlantico,potuit excusari,si id appellationis etiam cum Gallaico,aut Britannico facias communem:tametsi pro errore potius notari potest. Cæterùm detexit insciti suã cùm ait,à Coro motum pelagus à Borea retũdi. Sanè vtérque Septentrionis comes,atque stipator est. Corus ab Occidẽti latere, Boreas ab Orienti. Quamobrem ab eorum vtrouis impulsus fluctus,ab altero repelli non potest: sed vtriusque vi in Austrum directã impingere. Præterea cùm dixerit:mare accipere in nubib⁹ imbrẽ, id est,eò vsque attolli,vt subeat nubes ipsas, in quibus hauriat pluuias antè, quàm demittãtur: quare nũc addit,*nubila tanguntur velis*, sanè hoc minus

minus est. at alia summi viri maiestas illa inculA
pata,*Hi summo in fluctu pendent,his vnda dehiscens,*
Terram inter fluctus aperit,fuit æstus arenis.

QVAE OVIDIVS,

Et nunc sublimis veluti de vertice montis
Despicere in valles,imúmq; Acheronta videtur.
Nunc vbi demissum curuum circũstetit æquor,
Suspicere inferno summum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec leuius pulsata sonat,quàm ferreus olim
Cùm laceras aries balistaue concutit arces.

SVMMA quædam hæc tempestatis: particulatim verò illa,

Vtram,quæ Lycios fidumq; vehebat Orontem
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit. Excutitur,pronusq; magister
Volvitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem
B *Torquet agens circum,& rapidus vorat æquore vortex.* OVIDIVS,

Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor:
Frãgitur & regimẽ: spoliísq; animosa superbit
Vnda velut victrix,summataque despicit vndas.

LVCANI illud luculentum: Virgilii enim,

-intentant omnia mortem,sic -totidemq; videntur,
Quot veniunt fluctus,mortem atq; irrumpere mortes.

ILLA verò,

Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctúsque ad sidera tollit.
Franguntur remi:tum prora auertit,& vndis
Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ C
mons:

QVANTO sunt hisce meliora quæ Lucanus anhelauit? -non plura loquuto
Ausulit laceros percussa puppe rudentes
Turbo rapax:fragilémque superuolitãtia malũ
Vela tulit.sonuit victis compagibus alnus.

AC sanè haud scio an modica nauicula, quãta ab vnico nauta regi potest,si pes qui velum imum cohibet dirumpatur,ita vt velũ supra malum tollatur,vitare possit submersionem.

QVANTO propius verò,

Iam validam Ilionei nauem,iam sortis Achatæ
Vicit hyems:laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicũ imbrẽ, rimísque fatiscũt.

NON enim strepitu quæsiuit gloriam carminis:sed splendore ac luce veritatis. Ouidius quo D
que parcè & sobriè:sed tanquam interpres, aut discipulus à dictante,

Iámque labant cunei:spoliatáque tegmine ceræ
Rima patet:præbétque viam lethalibus vndis.

ILLA autem,

O terq;,quaterq; beati, & cætera.longè fusius,

Non tenet hic lacrymas,stupet hic,vocat ille beatos
Funera quos maneant:hic votis numen adorat,
Brachiáq; ad cælũ,quod non videt,irrita tollẽs
Poscit opem:subcũt illi matérque,patérque:
Huic cũ pignoribus domus, & quod cuiq; relictum est.

TVM verò noctem repetit ac tenebras: nec semel,*Omne latet cælum,duplicatq; noctis imago est.*

ET suprà, *-caret ignibus æther:*
Cæcaq; nox premitur tenebris hyemisque, suisq;.

Illud obseruabis,*cuneos* ab Ouidio dictos, non clauos ligneos:æreis enim olim,nunc ferreis pangunt naues:sed eas,quas Pacuuius illo versu subscudes vocat,

Nec vlla subscus cohibet compagem.

Tabellas ait esse Festus, quibus ligna coaxãtur.apud Vitruuium non semel inuenies.earum figura est,quasi cùm duos cuneos obtusmucronis componas. Iccirco Italicum vulgus fabrorum,*caudas picæ* nominant. His etiamnunc Vasconicæ Britannicæque naues commissorũ asserum firmãt cohæsiones. Simile officiũ præstant ansæ ferreæ in lapidibus ad latera pontiũ & scalarum. Pictor igitur apud Vitruuium, vbi loquitur de parietum farctura, subscudem pro ansa designauit. Nec minus illud obseruandũ, Decimum fluctum ab omnibus ferè poetis Latinis decantatum esse,pro maximo.verùm de his in Originibus,

OVIDIVS quoque tum alios,tum seipsum in 1,Tristium imitatus est,

Me miserum,quanti montes volumtur aquarum:
Iamiam tracturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles:
Iamiam tracturas tartara nigra putes.
Quocunque aspicio nihil est,nisi pontus & aer:
Fluctibus hic tumidus,nubibus ille minax.
Inter vtrumque fremunt immani murmure venti:
C *Nescit cui domino pareat vnda maris.*

DEINDE cùm enumerauit ventos, subdit illa optima,*Rector in incerto,nec quid fugiatue petatue*
Inuenit:ambiguis ars stupet ipsa malis.

ET infrà.

Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue balistæ mœnia pulsat onus.

ATQVE illa de Decumano,

Qui venit hinc fluctus,fluctus superemineat omnes,
Posterior nono est,undecimoq; prior.

STATIVS autem modicis versibus hanc perstrinxit materiam:propterea quod in Hypsipyles persona deduxit narrationẽ, in quinto Thebaidos,

Iámque aderãt terræ, quantũ Gortynia currũt
Spicula:cæruleo grauidam cùm Iuppiter imbri
Ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgæ
Sistit agẽs. Inde horror aquis:& raptus ab omni
Sole dies,miscet tenebras:queis protinus vmbra
Concolor.obnixi lacerant cana nubila venti.
Diripiúntq; fretum. nigris redit humida tellus
Verticibus.totúmque notis portantibus æquor
Pendet,& æquato iamiam prope sidera dorso
Frangitur: incertæ nec iam prræ impetus alno,
Sed labat.extãtem rostris modò gurgite in imo,
Nunc cælo Tritona ferens.nec robora prosunt
Semideûm Heroũ, puppémque insana flagellat
Arbor,& instabili procumbens pondere curuas
Raptat aquas: remíque cadũt in pectus inanes.

VBI insano epitheto insanam arborem appellauit:neque probè vsus est verbo, *flagellat*,de

Universidad de Deusto
Biblioteca

re vasta ac solida.

HAEC intuenti,non quid aliud præterea,sed quónam alio modo hæc eadem dici possint, cõ templandũ est. Quapropter quid item cecinerit Valerius Flaccus vt queat cognosci, versus eius ex Argonauticõn 1,subiiciamus,

- fundunt se carcere læti
Thraces equi, Zephyrusq́, & nocti concolor alis
Nimborum cum prole Notus, crinemq́, procellis
Hispidus, & multa flauus caput Eurus arena.
Induxere hyemem, raucoq́, ad littora tractu
Vnanimi freta curua ferunt. Iam primũ falsum hoc est.si enim quatuor spirant venti,ad litus nũ quam impellent mare. Sequitur:

-nec sola tridentis
Regna mouent, vasto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceoq́, premit nox omnia cælo.
Excussi manibus remi. QVOD Virgilius,

Excussi manibus radii.conuersáque frontem
Puppis in obliquum resonos latus excipit ictus,
Vela super tremulum subitus volitantia malũ
Turbo rapit. ET MOX:tota cũ protinus alnus:

AVDIS insuauem numerum:
Soluitur, & vasto puppis mare sorbet hiatu.
Illã huc atq; illuc nunc torquẽs verberat Eurus,
Nũc stridens Zephyrus,aufert Notus:vndique feruent
Æquora,cùm subitus trifida Neptunus in hasta
Cæruleũ fundo caput extulit,&c. in quibus se se ille ad Maronis imitationem totũ cõparauit.

DIRÆ. CAPVT XIII.

AB his poteris præliorum apparatus, atque singulas congressiones,varias plagas,euẽtus,mortes diuersis ex poetis conferre.quibus nos supersedendum rati sumus,ne authores ipsi integri describerentur.quocirca nunc ad alia:atque imprimis ad Diras.est enim carmen,quo mala hostibus imprecabantur.priscum illud quidem atque in scenis primùm agitatum:mox ad recẽtiorum animos accommodatũ, quemadmodum suo loco dictum est.Ouidius Ibin suam variis fabularũ adornauit ambagibus. argumentum tamen est idem.Maronianæ quoque rudimenta musæ sũt in carmine ad Battarum. quæ politiore iudicio redegit ad pauca in Bucolicis,sub Damonis persona. Ac quanquam superiore libro diras Polyphemi cũ Elisæ imprecationibus cõparabamus: tamen vt felicius absoluantur iudicia,hic quoque describenda sunt: præsertim cùm ex nono quoque Iliad. quæ ibi nõ posuimus, afferamus. Polyphemus igitur hæc,

Κλῦθι ποσειδάων, γαιήοχε, κυανοχαῖτα,
Εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι:
Δὸς μὴ ὀδυσσῆα πολυπότμον οἶκαδ' ἱκέσθαι
Τὸν λαέρτεω, ὃδμὴν ἐνὶ οἴκῳ ἔχοντα.
Ἀλλ' εἰ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἅπο πάντας ἑταίρους
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν σήματα οἶκῳ.

Phœnix patris diras recitat,

-Πατὴρ δ' ἐμὸς ἀντίκ' ὀδύσθη
Πολλὰ κατηρᾶτο, συχαρὰς δ' ἐποιήσατ' Ἐρινύς.
Μήποτε γοῦνάσιν εἷσιν ἐφήσεσθαι φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα. θεοὶ δ' ἐτέλειον ἀπηνέες,
Ζεύς τε κατηχθόνιος, καὶ ἐπαινὴ περσεφόνεια.

DIDO sic, -si tangere portus
Infandum caput,ac terris adnare necesse est:
Et si fata Iouis poscunt:hic terminus hæret.
At bello audacis populi vexatus,& armis,
Finibus extorris,complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret:videátque indigna suorum
Funera:nec,cùm se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diẽ, mediáq; inhumatus arena.
Hęc precor,hãc vocẽ extremã cũ sanguine fũdo.
Tum vos ô Tyrii, stirpẽ & genus omne futurũ
Exercete odiis: cinerique hæc mittite nostro
Munera:nullus amor populis, nec fœdera sũto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios,ferróque sequare colonos,
Nunc,olim,quocunque dabunt se tẽpore vires.
Littora littoribus contraria,fluctibus vndas
Imprecor:arma armis pugnent.

DAMON autem postquam narrauit ea quæ suaderent mortem, subdit secundo loco rerum miracula.Postremo verò,

Omnia vel medium fiat mare. viuite syluæ.
Præceps aerij specula de montis in vndas
Deferar:extremum hoc munus morientis habeto.

Horatianus autem puer in Epodo,

Diris agam vos:dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin vbi perire iussus expirauero:
Nocturnus occurram furor:
Petámque vultus vmbra curuis vnguibus:
Quæ vis deorum est manium:
Et inquietis assidens præcordiis
Pauore somnos auferam.
Vos turba vicatim hinc,& hinc saxis petens
Contundet obscœnas anus.
Pòst,insepulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.

HIC, quæ alii vt eueniant imprecantur, minatur se effecturum. Quomodo etiam irata Iuno Virgil. *Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:* propterea quod ipsa est author malorum.neque enim deorum reginam vota facere decet ipsam, sed aliis rata facere. Itaque etiã apud Senecam in Hercule furente,

Non sic abibunt odia, vinaceq́, aget
Violentus iras animus, & sœuus dolor
Æterna bella pace sublata geret.
Quæ bella? quicquid pontus aut aer tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum, (lis,
Fractum atq́, domitum est: superat, & crescit ma-
Iraq́, nostra fruitur: in laudes suas
Mea vertit odia. Quemadmodum Virgilius,

-quę meret in omnia verti.

Minorq́, labor est Herculis iussa exequi,
Quàm mihi subere. vt illic adit furias: sic & hic,

Adsint ab imo Tartari fundo excitæ
Eumenides

Eumenides, ignem flammeæ spargant comæ:
Viperea sauæ verbera incutiant manus.

& amplificat, *Veniat inuisum scelus,*
Suumq́, lambens sanguinem impietas ferox,
Errorq́, & in se semper armatus furor,
Hoc hoc ministro noster vtatur dolor.

Per eadem vestigia OVIDIVS in IIII,

Non tulit: & secum. Potuit de pellice natus
Vertere Meonios, pelagoq́, inmergere nautas,
Et lacerandа suæ nati dare viscera matri:
Et triplices operire nouis Mineides alis:
Nil poterit Iuno, nisi inultos flere dolores?
Idq́, mihi satis est. hæc vna potentia nostra est.
Ipse docet, quid agam. fas est & ab hoste doceri.

Maluissem dicere lucrum est.

Quidq́, furor valeat, Pentheia cade satiriq́,
Ac super ostendit. cur non flimulemur, & atq́,
Per cognata suis exempla sororibus Ino?

mox vt apud SENECAM, furiæ comites,

-luctus comitatur euntem,
Et pauor, & terror, trepidoq́, insania vultu.

CLAVDIANVS autẽ eundẽ furiarũ apparatũ luculentis in Rufinum versibus explicauit,

-glomerantur in vnum
Innumeræ pestes Erebi:quascunque sinistro
Nox genuit fœtu,nutrix Discordia belli,
Imperiosa Fames,letho vicina Senectus,
Impatiénsque sui Morbus, Liuórque secundis
Anxius,& scisso mœrens velamine luctus,
Et Timor,& cæco præceps Audacia vultu,
Et Luxus populator opum,cui semper adhærẽs
Infelix humili gressu comitatur Egestas,
Fœdáque Auaritiæ complexæ pectora matris
Insomnes longo veniunt examine curæ.

OMNIA pulchrè,sed omnia à cælesti fonte illo,

Vestibulũ ante ipsum,primísque in faucib⁹ orci
Luctus,& vltrices posuere cubilia curæ:
Pallentésque habitãt Morbi, tristisq́; Senectus,
Et Metus,& malesuada Fames,&turpis Egestas,
Terribiles visu formæ,Lethúmque, Labórque,
Tum consanguineus Lethi Sopor,& mala mẽtis
Gaudia,mortiferúmq; aduersо in limine bellũ,
Ferreisq; Eumenidũ thalami,& discordia demẽs
Vipereum crinẽ vittis innexa cruentis.

OVIDIANAE autem Hypsipyles clara admodum imprecatio est, -Quod si quis ab alto
Iustus adest precibus Iuppiter ipse meis:
Quod gemit Hypsipyle,lecti quoque succuba
Mœreat,& leges sentiat ipsa suas. (nostri
Vtque ego destituor cõiunx, matérq; duorum,
A' totidem natis orba sit atque viro.
Nec maleparta diu teneat,pellíque relinquat:
Exulet,& toto quęrat in orbe fugam.
Quam fratri germana fuit,miseróque parenti
Filia,tam natis,tam sit acerba viro,
Cùm mare,cùm terras contempserit, aera tẽtet:
Erret inops,expes,cæde cruenta tua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro.
Viuite deuoto nuptáque,vírque toro.

QVAE neque tumida,neque vulgaria,ac tã rotunda,vt tam breui gyro, tam composita apud multos etiam excellentes posimus desiderare.

CATVLLI verò Ariadna hæc,

Quare facta virũm multantes vindice pœna
Eumenides,quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantes præportat pectoris iras,
Huc huc aduentate meas audite querelas:
Quas ego nũc misera extremis perferre medullis
Cogor,inops,ardens,amenti cæca furore.
Quæ quoniam veræ nascuntur pectore ab imo:
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum.
Sed quali solam Theseus me mente reliquit:
Tali mente, deæ,funestet,séque,suósque.

SINGVLA euenta designatius exequitur Valerius Flaccus in I, -tu nuncia fontum
Virgo Iouis terras oculis quæ prospicis æquis:
Vltricésque deæ: fasque,& grandæua furoris
Pœna parens,meritis regis succedite tectis,
Et sæuas inferte faces.facer effera rapiet
Corda pauor:nec sola mei grauia affore nati
Arma raté:mq; putet:classésq, & pontica signa
Atque indignatos temerato littore Reges
Mente agitet:sempérq; metu deducat ad vndas
Arma ciens.Mors sera viam,tentatáq; claudat
Effugia:& nostras nequeat præcurrere diras.
Sed reduces iam iámque viros, auróq; coruscũ
Cernat iter,stabo insultans,& ouantia contra
Ora,manúsque feram, tum vobis fiquid inausũ,
Arcanúmque nefas,& adhuc incognita lethi
Sors supereſt:date fallaci pudibunda senectæ
Exitia,indecorésque obitus.nõ marte nec armis
Aut nati,precor,ille mei dignatus vt vnquam
Ense cadat.quem fida manus, quẽ cura suorum
Diripiat,lacerétque senẽ:nec membra sepulcro
Contegat. Hæc noster de rege piacula sanguis
Sumat,& heu cũcte,quas misit in æquora gẽtes.

VIDEMVS igitur vbique inuocationes terrorũ numinũ ad vltionẽ, atque exitiũ.quæ sunt apud diuinũ Poetã excellẽtissimè in eodẽ IIII,

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuq́, harum interpres curarum, & consscia Iuno,
Nocturnisq́, Hecate triuiis vlulata per vrbes,
Et diræ vltrices, & dij morientis Elissæ,
Accipite hæc meritumq́, malis aduertite nomen:
Et nostras audite preces. Cuius luce aspersit sua STATIVS in I, Thebaid.

Dij fontes animas, angustaq́, tartara pœnis
Qui regitis, tuq́, vmbrifero Styx liuida fundo
Quam video, multumq́, mihi consueta vocari
Annue Tisiphone, peruersaq́, vota secũda. & mox,

Exaudi,si digna precor,quæque ipsa furenti
Subiiceres.orbum visu, regnísque carentem
Non regere,aut dictis mœrẽtem flectere adorti,
Quos genui quocunque toro.quin ecce superbi
Prõ dolor!& nostro iandudum in funere reges
Insultant tenebris,gemitúsque odere paternos.
Hísne etiam funestus ego?(Sequũtur verè dira)

-& videt ista deorum
Ignauus genitor?tu saltem debita vindex
Huc ades.& totos in pœnam ordire penates.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Vnguibus arripui:votísque instincta paternis

Universidad de Deusto
Biblioteca

I,media in fratres generis consortia ferro
Disideant.da tartarei regina barathri,
Quod cupiam,vidisse nefas.nec tarda sequetur
Mens iuuenum:modò digna veni:mea pignora nosces. ALIVS modus apud Senec. in OEdipo,ac similior Horatianis minis,mista tamen.
Te te cruenta sceptra qui dextra geris,
Te pater inultus vrbe cum tota petam:
Et mecum Erinnes pronubas thalami traham,
Traham sonantes verbera.incestam domum
Vertam,& penates impio marte obteram.
Proinde pulsum finibus regum ocyus
Agite exulem.Quodcunque funesto gradu
Solum relinquet,vere florifero virens
Reparabit herbas:spiritus puros dabit
Vitalis aura:veniet & syluis decor.
Luctum,luésque,mors,labor,tabes,dolor,
Comitatus illo dignus,excedent simul.
Et ipse rapidis gressibus sedes volet
Effugere nostras,sed graues pedibus moras
Addam,& tenebo.Reptet incertus viæ
Baculo senili triste pertentans iter,
Præripite terras,auferam cælum pater.

QVO loco defecit à legibus imprecationũ poeticarum.Hoc enim agimus,vt quæ ex historiis cognouimus euenisse, id in vota imprecantium inseramus. At Polynices nunquam ad senium peruenisse dictus est. Longè melius mutuas clades prædixisset,& in ipsis rogis flammæ dissipationem.Euripidæ OEdipo in exilium abeũti hoc addidit Seneca.Sophoclis autem OEdipus in Colono bis,semel voto,iterum diris,

Ἀλλ' εἰ θεοί σφι μὴ τελῶ πανεκμαθὼν
Ἔστιν καταυθέσπισεν, ἐς δ' ἐμοὶ τέλος
Αὐτοῖς γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πάρα,
Ἥκω νῦν ἔχοντας, καὶ παναρκεῖς τινε δόρυ.
Ὡς οὔτ' ἂν αὖθις τῶν σκήπτρα καὶ θρόνους ἔχειν
Μολόντα, οὔτ' αὖ ξελκύσαντ' πόλιν
Ἐλθόντ ποτ' αὖθις. Hoc votum,hæ diræ,
Σὺ δ' ἐρρ' ἀπόπυστος τε, καὶ πάντων ἐμοὶ
Κακῶν κάκιστος, παῖδι δ' συλλαβὼν ἀρὰς,
Ἃς σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου
Δορεῖ κρατῆσαι, μήτε νοστῆσαι ποτὲ
Τὸ κοῖλον Ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χρεὶ
Θανεῖν, κτανεῖν δ' ὑφ' οὗπερ ἐξελήλασαι.
Τοιαῦτ' ἀρῶμαι, καὶ καλῶ τὸν ταρτάρου
Στυγνὸν πατρῷον ἕρεβος, ὡς σ' ἀποικίσῃ.
Καλῶ δὲ τοὺς δυσμόρους καλῶ δ' Ἄρη
Τὸν σφῶϊν τὸ δεινὸν μῖσος ἐμπεσόντα.
Καὶ ταῦτ' ἀκούσας σεῦχε, κἀξάγγελλ' ἰὼν
Καὶ πᾶσι καὶ μείοσιν, οἵπερ σαυτῷ θ' ὅμα
Πιστοῖσι συμμάχοισιν, εὖρες· οἶδ' ὅτι
Τοιοῦτ' ἐνεῖμε πιστὸν οἷς αὐτὸς φίλος.

Est & apud Martial. epigrãma nõ absimile diris.

COMPARATIONES,

CAPVT XIIII.

IN comparationibus autem deprehẽdemus manifestam vel felicitatẽ, vel curam,vel anxietatem,vel exuberãtiam,vel meticulosam superstitionẽ. Sunt autem frequentiores de leone:quarum varietatem in hisce spectare licet.

LEO.

SILIVS in XI:

Illatus velut armentis super ardua colla
Cùm sese imposuit,victorq; immanis sub ira
Infremuit leo,& immersis grauis vnguibus hæsit:
Mandit anhelantem pendens cervice iuuencum.

Nares potius occupat verbum languidum, *illatus*:& languidius *imposuit*.In V,autem efficacior & quæ agnoscat vestigia Virgiliana,

Haud secus è specula præceps delatus opaca
Subsidens campo,summissos contrahit artus,
Cùm vicina trucis conspexit cornua tauri,
Quanuis longa fames stimulet,leo, nunc ferus alta
Surgentes cervice toros,nunc torua sub hirta
Lumina miratur fronte, ac iam signa mouentem,
Et sparsa ad pugnas meditantem spectat arena.

Penè omnia ex Maronc. De leunculis autem idem in X,propria,ac satis leui inuentione,

Haud secus,ac Libyca fœta tellure leæna,
Inuadunt rapidi iandudum,& inania tentant
Nondum sat firmo catuli certamina dente.

Maiore sono Lucani descriptio,atque operosior in I,atque etiam propius accedens ad bestię naturam. fremit enim ante aggressionem. Addit autẽ in extrema desperatione feram cõstantiã.

Æstiferæ Libyes viso leo comminus hoste,
Subsedit dubius,totam dum colligit iram:

Eadem sanè delineamẽta quæ & Silio,sed addit ex ea,quam vulgò iactant,natura,

Mox,vbi se sæuæ stimulauit verbere caudæ,
Erexitq; iubas vasto & grauе murmur hiatu
Infremuit.tum torta leuis si lancea Mauri
Hæreat,aut latum subeant venabula pectus,
Per fertum tanti securus vulneris exit.

Frustratum autem præda non ignobili carmine Claudianus libr.II,in Ruffinum,

-vacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo:quem plurima cuspis,
Et pastorales pepulerunt igne cateruæ:
Inclinátque iubas,demissáque lumina velat:
Et trepidas mœsto rimatur murmure syluas.

QVAE tamen in II,de raptu Proserpinæ est,exprimit idẽ argumẽtũ,quod superiores: Ille velut stabuli decus,armentíque iuuencam
Cùm leo possedit:nudataque viscera fodit
Vnguibus:& rabiem totos erexit in armos.
Stat crassa turpis sanie:nodósque iubarum
Excutit,& viles pastorum despicit iras.

Ex iis autem,quas sex posuit PAPINIVS diuersis locis,quænam sit excellentior,videamus. in VI,Thebaidos hæc,

Qualis vbi primam leo mane cubilibus atris
Erexit rabiem(verba eadẽ quę Claudiani)& sæuo speculatur ab antro:

sic Silius *opacam speculam*:

Aut cervum,aut nondum bellatem fronte iuuencum,
Ut fremitu gaudens,licet arma gregesq; lacessant
Venantum:prædam videt,& sua vulnera nescit.

Sic Lucanus,*securus vulneris*,

In eodem libro leonis nobilitatem,

Vt leo,Massyli cùm lux tetigit obuia ferri.

Tunc

Tunc iras,tunc arma ciet.si decidat hostis,
Ire super satis est,vitamq; relinquere victo.

In nono autem quæ describitur,& quæ suprà ex SILII X,recitabatur,haud absimilis,

Vt leo,cui paruo mater Getula cruentos
Suggerit ipsa cibos.cùm primùm crescere sensit
Colla iubis,toruúsq; nouos respexit ad vngues:
Indignatur ali:tandemque effusus apertos
Liber amat campos,& nescit in antra reuerti.

ALIAS iras,aliúsque modi animum generosum,in XI,

-indomitos vt cùm Massyla per arua
Armenti reges magno leo frangit hiatu,
Et contentus abit:rauci tunc comminus vrsi,
Tunc auidi venêre lupi,rabiéque remissa
Lambunt degeneres alienæ vulnera prædæ.

SATIATVS enim leo abit, relinquens quod supereſt ignobilioribus bestiis. Tametsi à physicis dictum est halare eum tetros odores in prędæ reliquias,qua fœditate ab iis abhorreãt ferę.

SEQVVNTVR duæ, altera effœti iam,atque viribus destituti:altera cicurati. prior est in eodem,

-qualis leo rupe sub alta,
Quẽ viridẽ quondã syluæ,mõtésque tremebãt:
Iam piger & longo iacet exarmatus ab æuo.
Magna tamen facies,& non adeunda senectus.
Et,si dimissus veniat mugitus ad aures,
Erigitur,meminítque sui,viréque peractas
Ingenit,& campis alios regnare leones.

ALTERA in I, Thebaidos,

Vt leo materno cùm raptus ab vbere,mores
Accepit:pectísque iubas,hominémque vereri
Edidicit:nulláque ruit,nisi iussus in iras.
Si semel aduerso radiauit lumine ferrum:
It iurata fides:domitórque inimicus.

SIMILLIMA Lucani in IIII,

Sic vbi desuetæ syluis,in carcere clausæ
Mansueuere ferę,& vultus posuere minaces,
Atq; hominem didicêre pati: iam non à ferro,
sed gustatu sanguinis efferari:-si torrida paru
Venit in ora cruor:redeunt rabiesq; furorq;:
Admonitæq; tument gustato sanguine fauces.
Feruet,& à trepido vix abstinet ora magistro.

Sicetiã tradit cũ cæteris Plinius: cicurẽ leonẽ lambẽtem nihil noui moliri:attenuata demum cute vbi ad sanguinis gustum deuentum sit, feritatem pristinam renouari.

Leæna DE Leæna quoque,& eius amore erga catulos luculentè cecinit in X,PAPINIVS,

Vt Lea,quam sæuo fœtam preſſere cubili
Venantes Numidæ:natos erecta superstat
Mente sub incerta,toruũ, ac miserabile frẽdẽs.
Illa quidem turbare globos, & frangere morsu
Tela queat,sed prolis amor crudelia vincit
Pectora,& in media catulos circunspicit ira.

CVI placuit adiungere eiusdem Tigrin ex eodem,

Tigris *-sic aspera Tigris*
Fœtibus abreptis,Scythico deserta sub antro
Accubat:& tepidi lambit vestigia saxi.

A *Nusquam iræ:silet,& rabies,feritasq; famesq;*
Oris- fames oris, duriusculum,
-eunt præter secura armenta,gregesq;

at armenta nulla pascuntur illis locis.

Aspicit illa iacens,vbi enim quibus vbera pascat:

minus quadrat pascere vbera.

Aut quos ingenti premat expectata rapina.

at nõ premit catulos præda,sed iuuat apposita.

VRSÆ,

Proxima leonis generositati vrsæ feritas est: quapropter è VI,Pharsaliæ Pannonicam feram, & assuetum Numidicis venatorem videamus,

Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsæ:
B *Cùm iaculum parua Libys amentauit habena:*
Se rotat in vulnus,telumque irata receptum
Imperit,& secum fugientem circuit hastam.

Non potuit planius depingi & fuga & conuersio bestiæ in vulnus simul. Hoc enim vidimus nos.Quippe hoc habent vrsi nostrates. non rarò sanè interfuimus venationi: vt telo potius, ac prius irascantur,quàm percussori.Contrà de leone proditum est.

TAVRI

Neque semper leoni cedit taurus. cicurem nánque leonem à tauro victum sæpe audiuimus, semel vidimus.Mutua igitur eorum prælia recitabo primùm ex Idea poetarum:i.Georgic. III. deinde ex aliis.In libr. Aristotelis,atque in Originibus dictum est quid esset ἀπομαχεῖν. Id ex C hac narratione facilè declaratur,

Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris,lauit ater corpora sanguis:
Versaq; in obnixos vrgentur cornua:vasto
Cum gemitu reboant,sylvæq;, & magnus Olymp.

Placet etiam addere diuina illa ex historiis naturalibus,

Nec mos bellantes vnà stabulare:sed alter
Victus abit,longéque ignotis exulat oris:
Multa gemens, ignominiam plagásque superbi
Victoris,tum quos amisit inultus,amores.
Et stabula aspectans regnis excesit auitis.

PROSEQVENDVS ergo ad reditũ vsque,

Ergo omni cura vires exercet,& inter
Dura iacet pernox instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis,& carice pastus acuta.

POST hæc arguta illa & rotunda,

Et tentat sese,atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco,ventosq; lacessit
Ictibus,& sparsa ad pugnam proludit arena.

HAEC exercitatio,hic reditus,

Post vbi collectum robur,viresq; receptę:
Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hostem.

Deinde eam apponit comparationem, qua & alios omnes superat,& seipsum prouocat.quippe ex VII,diuini operis suprà posuimus hanc,

Fluctus vt primo cœpit cum albescere vento
Paulatim sese tollit mare,& altius undas
Erigit,inde imo consurgit ad æthera fundo.

Hic verò hanc,

Fluctus vt in medio cœpit cùm albescere ponto
Longius,ex altóque sinum trahit,vtque volutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad terras,immane ſonat per ſaxa,nec ipſo
Monte minor procumbit:at ima exæſtuat vnda
Vorticibus,nigrámque altè ſubiectat arenam.

LVCANVS autem in II,ſine metaphora regnorum & ſignorum,

Pulſus vt armentis primo certamine taurus,
Syluarum ſecreta petit:vacuóſque per agros
Exul in aduerſis explorat cornua truncis:

QVANTO viuidiora illa Maronis?

Nec redit in paſtus,niſi cùm ceruice recepta
Excuſſa placuere tori:mox reddita victor
Quoſlibet in ſaltus comitantibus agmina tauris
Inuito paſtore trahit. CONſiderabis an tauri comitentur nouum victorem.

STATIVS in II, Thebaidos vtitur Lucani verbis quibuſdam,

-veluti dux taurus amata
Valle carens pulſum ſolito quẽ gramine victor
Iuſſit ab erepta longè mugire iuuenca:
Cùm profugo placuere tori,ceruíxque recepto
Sanguine magna redit,fractæq; in pectore vires
Bella cupit,ſaltúſque & capta armẽta repoſcit,
Iam pede, iã cornu melior.pauet ille reuerſum
Victor:& attoniti vix agnouere magiſtri.

IN III, autẽ victorem taurum optimis deſcribit verſibus,

-ſic nota in paſcua taurus
Bellator redit:aduerſo cui colla,ſuóque
Sanguine proſciſſique natant palearibus armi.
Tunc quoque laſſa tumet virtus: multúmque ſuperbit
Pectore deſpecto.vacua iacet hoſtis arena
Turpe gemens,crudóſque vetat ſentire dolores.

DE eodem in IIII,

Vt poſſeſſa diu taurus meat arduus inter
Paſcua,iam laſſa ceruice,& inanibus armis:
Dux tamen.haud illum bello attentare iuuencis
Sunt animi.Nã trunca vident de vulnere multo
Cornua, & ingẽtes plagarum in pectore nodos.

FLACCVS autem in II, Argonauticõn,

-qualis per paſcua victor
Ingreditur,tum colla tumens,tum celſior armis
Taurus:vbi aſſueti pecoris ſtabula alta reuiſit,
Et patrium nemus,& bello quos vltus,amores.

TANTVM verò pugnacis naturæ in hoc animali ab hoc poeta compertum eſt,vt etiam aliis duobus locis eius comparationibus ingenium ſuum exornarit. In VI,

Non ſic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella mouent:medio coniunx ſtat candida prato
Victorem expectans:rumpunt obnixa ferentes
Pectora:ſubdit amor ſtimulos ac vulnera ſanat.

Neque de nihilo eſt, cùm candor additur iuuencæ.nam & nos equos habuimus,qui in cãdidas eſſent feruidiores:& nũc mulus eſt nobis, qui equabus candidis plus mouetur. Quod autẽ ſuprà modeſtè dixit,victoriam minuere ſenſum doloris:hîc audacius ait,amorẽ vulnera ſanare. non enim ſanat, ſed prohibet acerbitatẽ. In XI, Sic vbi regnator poſt exulis otia tauri
Mugitum hoſtilem ſumma tulit aure iuuẽcus,
Agnouíſtque minas:magna ſtat feruidus ira
Ante gregẽ, ſpumíſq; animos ardẽtibus offert:
Nũc pede toruus humũ,nũc cornib⁹aera findẽs.
Horret ager,trepidæque expectãt prælia vaccæ.

APER.

Aper his proximum occupabit locum:cuius cõparatio eſt apud Statium in XI,

Fulmineos veluti præceps cùm comminus egit
Ira ſues.deinde mutat numerum:quemadmodum apud Ariſtotelem, Theophraſtum, Terentium ſuis locis obſeruatũ eſt à nobis:

-ſtrictiſq; erexit pectora ſetis:
Igne tremunt oculi.poſuit:*tremunt*,pro ſcintillant.nam ſanè ſunt ἀπνεῦς:intenti ſcilicet.qui eſt impetus & conſtantia,vt apud Plinium.

-lunataq; dentibus vncis
Ora ſonant,ſpectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens: imo ardẽs, & bonæ ſpei plenus: *canibuſq; ſilentia ſuadet.*

SILIVS autem in I.

Fulmineus,ceu Spartanis latratibus actus:
Cùm ſyluam occurſu venantum perdidit,hirto
Horreſcit ſæuus dorſo,& poſtrema capeſſit
Prælia,candentem mandens aper ore cruorem,
Iamq; gemens geminum contra venabula torquet.

non eſt gemitus: quippe is affectus ex mœrore, quoties incluſi in corde ſpiritus erumpunt. At in apro hoc eſt quod in ſignatore: qui conatus adiuuat aſpiratione in ictibus.ſi hiſce poetis notum fuiſſet, quantum ignis eo in furore concipiũt dentes:nõ reticuiſſent. Hæc autem cũ Virgilianis comparata lucem amittẽt,quam poſſũt illorum abſentia impetrare.eſſent enim optima ſi illa non fuiſſent.

LVPI.

Nunc lupi audaciam, verſutiam, inſidias ſpectemus in aliis poetis poſt Virgilium.

SILIVS in VII, -ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis,per ouilia clauſum
Impauidus ſomni ſeruat pecus:effera ſæuit,
Atque impaſta truces vlulatus turba luporum
Exercet,morſúque quatit reſtantia clauſtra.

AVDACIA hæc inconſulta:aperit enim paſtori aggreſſiones ſuas. STATIVS autem in quarto propius imitatur circunſpectionẽ Virg.

Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
Pectora tabenti ſanie grauis,hirtáque ſetis
Ora cruentata deformis hiantia lana:
Decedit ſtabulis, huc illuc turbida verſans
Lumina ſi duri comperta clade ſequantur
Paſtores,magnúſque fugit non inſcius auſi.

AD illam verò Maronis:quæ eſt in III, diuinî operis, in V, Thebaidos inuenies eam aſpirare quam de Leæna ſcribit STATIVS,

-non aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanæ clauſere Leæ,quas exigit ortu
Prima fames,auidiq; implorant vbera nati.

Non minore ſtudio in hac quoque eandem imitatus eſt,

-rabidi ſub agmine miſto
Sub noctem coiere lupi,quos omnibus agris,
Nil non

Nil non auſa fames,longo tenuauit hiatu.

Credo ita voluit: Attenuatos exercuit omnibus agris. Neque enim potuit fames omnibus locis attenuare.perpetua enim fuiſſet,

Iam ſtabula ipſa premũt,torquet ſpes irrita fauces
Balatuſq; tremens,pingueſq; ab ouilibus agnæ.

Melius pauidæ:aut ſic,

Balatuſq; frequens trepidat ab ouilibus.

Sequuntur ſimilia illis Silii,

Quod ſupereſt,duris aſtringunt poſtibus vngues,
Languida vox,& iners hic,aſtringunt.
Pectoraq;,& ſiccos minuunt in limine dentes.

Aſtum verò in I, Achilleidos,

-ceu fœdere iuncto
Hyberna ſub nocte lupi:licet & ſua pulſet
Natorúmque fames:penitus rabiemq; minaſq;
Diſsimulãt,humileſque meãt:ne nũciet hoſtes
Cura canum,& trepidos moneat vigilare magiſtros.

AD lupos quoque referas ſimul & ad ceruas aliorum,quę idẽ poeta poſuit in V, Thebaidos,

-qualis cùm cerua cruentis
Circunuenta lupis: nullum cui pectore molli
Robur,& in volucri tenuis fiducia curſu:
Præcipitat ſuſpenſa fugam:iam iámque teneri
Credit,& eluſos audit concurrere morſus.

LONGE alia à cerua illa Virgiliana.

EQVVS.

Brutorum nobiliſsimũ pulcherrimúmque iã ex poetis pictum exhibeamus. Multa promes diuina ex IIII,conſummati operis apud Poetã. Silius in X,de certatore,

Sic vbi profiluit Piſæo carcere præceps,
Ante ſuos it victor equus,currítq; per auras
Non ſolũm ante alios,ſed enim (mirabile dictu)
Haud vlli durant viſus æquare volantem.

At neque volant numeri:neque nõ durum verbum, *durant*: Quid enim eſt? oculus non *durat æquare* currentem.

LONGE felicius CLAVDIANVS in nuptiis Honorii,ad normam Virgilianam,

Nobilis haud aliter ſonipes,quẽ primus amoris
Sollicitauit odor,tumidus, quatiéntq; decoras
Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura
Peruolat,& notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accenſis.mulcet fœcunda magiſtros
Spes gregis:& pulchro gaudent armẽta marito.

PRIORI comparationi ſimilior ea quæ in I, Pharſaliæ, *-quantum clamore iuuatur*

Eleus ſonipes,quamuis iam carcere clauſo
Immineat ſoribus,pronusq; repagula laxet.

Quæ verò in IIII, de equo ſcribuntur,non iam deſignant comparationem. poteris tamen inde petere: eſt enim narratio feſſum equum longè latéque declarans. Tu eligito meliora,

Quippe vbi non ſonipes motus clãgore tubarũ
Saxa quatit pulſu,rigidos vexantia frenos
Ora tenens:ſpargítque iubas;& ſurrigit aures:
Incertóque pedum pugnat non ſtare tumultu.

AVDIS quandam peregrinitatem,

Feſſa iacet ceruix,fumant ſudoribus artus:
Oráque proiecta ſquallent arentia lingua:
Pectora rauca gemũt,quæ creber anhelit⁹ viget:
Et defecta grauis longè trahit ilia pulſus.
Siccáque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
(Malim,*Raraq; ſanguineis areſcit*)
Iámque gradũ neq; verberib⁹,ſtimulíſq; coacti
Nec quanuis crebris iuſsi calcaribus addunt.
Longè mollius poſſunt hæc & magnificentius,

Iam neq; lenta gradũ languentibus addere poſſunt
Verbera,fruſtratiſq; latus calcaribus vrgent:

vel ſic:*nec foſſi parent calcaribus armi.*

Tametſi hoc eſt maximum præceptum noſtris imitatoribus proponendum. ne potius dicant, quæ alii dixerunt, quàm quæ non dixerunt: niſi lucem,numeros, venerem adiungere ſeſe poſſe ſperant,quæ Flacco, Lucano, Silio ſæpe deſunt.

QVAM QVAM verò Latinorum comparationibus locus hic deſignatus eſt:libet tamẽ Oppiani abſolutiſsimi Græcorum apponere quæ de equo in V, poſuit Piſcationum. -ὥστε δὲ ἵππος

Γ' ἄρτι ἐξαύσας κεμαιόθεν, πέρματος ἄκρον
Ἀφρῷ ὑφ' αἱματόεντι ῥώμῃ σκολιῇσι χαλινοῖς
Ἐμφορέει: θερμὸν δὲ δέος τόμα κἀδ' ὑπὸ γαίτας ἄδμα.

SERPENTIS.

Ad alia tranſeundũ animalia. Serpentis comparationem habes in II, Æneid. quàm ſuprà poſuimus:nunc aliorũ ingenia experiamur. Silius in XVII, *Qualis in eſſliferis Garamantum fœta veneno*
Attollit campis feruenti paſtus arena
Colla Paretonius ſerpens,lateq; per auras
Vndantem torquet perfundens nubila tabem.

Cęterum vt locupletius queas aliquid explicare, cõſtituenda ſunt hic trium poetarum carmina, quibus ſerpentum narrationes luculentæ ſunt. Silii in VI, cæteris impar,

-ſerpens centum porrectus in vlnas
Lethalem ripam,& lucos habitabat Auernos.
Ingluuiẽ immenſi vẽtris, grauidámque venenis
Aſuum deprenſi ſatiabant fonte leones,
Aut acta ad fluuium torrenti lampade Solis
Armenta,& tractæ fœda grauitate per auras
Ac tabe afflatæ volucres:ſemeſa iacebant
Oſſa ſolo informi,latéque repletus,& aſper
Vaſtatis gregibus,nigro ructabat in antro.
Iſque, vbi feruenti concepta incendia paſtu
Gurgite mulcebat rapido & ſpumã tibus vndis,
Nondum etiã toto demerſus corpore in amnẽ,
Iam caput aduerſæ ponebat margine ripæ.

LONGE melioribus numeris Papinius in V,

Terrigena exoritur ſerpens:tractuq; ſoluto
Immanem ſeſe vehit,ac poſt terga relinquit.

Quia motus reptilium fluctuabundus eſt.cõſtat enim ex pulſu primo,mox tractu:quemadmodũ in cæteris quoque animalib⁹. Iccirco ſe relinquit poſt terga:eam partem quam tracturus eſt, poſt impulſionem antecedentis. Sequitur, *Liuida fax oculis*.maluit liuidam lucẽ attribuere, quàm puram igneam:cuiuſmodi ſanè magis placet mihi,

-tumidi ſtat more veneni
Spuma virens,ter lingua vibrat:terna agmina adũci
Dentis,& auratæ crudelis gloria frontis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prominet. Agnoscas quantum & cuiusmodi, ex iis quæ facit,

-miseræ nunc robora syluæ
Attrahit, & vastos tentat complexibus ornos.
Sæpe super fluuios geminæ iacet aggere ripæ
Continuus, squammisq; incisus adstruat amnis.

& mox de siticuloso,

Sæuior anfractu laterum sinuosa retorquens
Terga solo, siccisque nocens furit igne veneni:
Voluitur, & vacuis fluuiorum in vallibus errat.
Incertúsque sui, liquidum nunc aera lambit
Ore supinato: nunc arua gementia radens
Pronus adhæret humo, si quid viridātia sudent
Gramina: percussæ calidis afflatibus herbæ
Qua tulit ora cadūt, moritúrq; ad sibila cāpus.

DEINDE ponit comparationem atque tātum esse, quātus anguis cælestis, qui inter vtrāque vrsam tenditur: sicut Silius in III. Ouidius horum multa, minore tamen sono, in III, transformationum,

Martius anguis erat, crinitis præsignis, & auro.
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.
Tresq; micant linguæ, triplici stant ordine dentes.

& mox,

-longo caput extulit antro
Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit.

nec multò pòst, *Ille volubilibus squammosis nexibus orbes*
Torquet, & immensa saltu sinuatur in arcum.
At media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus, tantoq; est corpore, quanto,
Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.

Quemadmodum apud Statium, sic facit ille iactum lapidis in prima aggressione. Sic Ouidius denique,

-plenis tumuerunt guttura venis.
Spumāque pestiferos circunfluit albida rictus.
Terráq; rasa sonat squāmis: quíque halitus exit
Ore niger, stygio vitiatas inficit herbas.

POST hæc indulget ingenio,

Ipse modo immensum spiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longa trabe rectior extat:
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis
Feratur, & obstantes pertumbat pectore syluas.

Habes multam lucem in hisce, multos recessus. verùm tot, tanta, tam bona, cum illis paucis cōparare non equidem ausim,

Ecce autē gemini à Tenedo tranquilla per alta,
Horresco referens, immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, paritérque ad littora tēdūt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæque
Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontū
Pone legit, sinuatque immēsa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iámq; arua tenebāt:
Ardentésque oculos suffecti sanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

ILLA verò splendidissima, numerosissima, rotūdissima, ex III, perfectissimi operis præterire mihi religio est,

Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
Dente ferit: quæ fuga timidum caput abdidit alte
Cùm medij nexus, extremæq; agmina caudæ
Soluuntur, tardosq; trahit sinus vltimus orbes.

Addamus & illa Apollineis non inferiora,

Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis
Squammea conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grādibus aluū.
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dū
Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus Austris,
Stagna colit, ripísque habitās, hic piscibus atrā
Improbus ingluuiē, ranísq; loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terræque ardore dehiscunt:
Exilit in siccū, & flāmantia lumina torquens
Sæuit agris, asperq; siti, atque exterritus æstu.

AQVILÆ AC SERPENTIS.

Serpentis autē atque aquilæ comparationem suprà posuimus ex Marone: hic ex aliis. Pugnat pro pullis apud Silium lib. XII,

Haud secus occultat saxi quos vertice fœtus
Ales saluus Iouis, tacito si ad culmina nisu
Euasit serpens, terretq; propinquus hiatu:
Illa hostem rostro, atq; assuetis fulmina ferre
Vngulibus incessens, nidi circumuolat orbem.

Virgilius, quemadmodum suprà posuimus, pugnam tanquam inter hostes: At Oppianus in V, Piscationum, quod hic de Aquila, ipse de hirundine: alio tamen euentu,

Ὡς δ' ὁπόθ' ὁρπηξ ἰχθυσι χαλκόβαφον νεπάχοισι
Νίφετον νῶτα θεοῦσιν ὑπὲρ ὀξείῃ ἀκάχῃ πλάσσῃ, &c.

Nam suprà posuimus in comparatione Maroniana luscinię.

SIMILLIMA in V, Thebaidos,

Accelerat aligeræ sedem fœtusq; parentis
Cùm piger umbrosa populatus in ilice serpens:
Illa redit, quærulæq; domus mirata quietem
Stat super impendens, aduectosq; horrida mœstos
Excutit ore cibos, cùm solus in arbore chara
Sanguis, & errantes per capta cubilia plumæ.

Virgilii autem filo texuit augurium suum Claudianus in bello Gildonico,

-fulmenq; tonantis
Armiger ad liquidam cunctis spectantib' æthram
Correptum pedibus curuis innexuit hydrum.
Diuq; reluctantem morsu partitur obunco.
Hæsit in vngue caput, truncatus decidit anguis.

Aquilæ verò naturam in exploranda pullorum generositate, describit idem in præfatione quam dixit in tertium Honorii consulatum,

Paruos non aquilis, fas est, educere fœtus,
Ante fidem Solis, iudiciúmque poli.
Nam pater, excusso saliit cùm germine proles,
Quáque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos,
Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios, & luce magistra,
Naturam vires, ingeniúmque probat.
Degeneres refugo torsit qui lumine visus:
Vnguibus hunc sæuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuísque acie nobiliore diem,
Nutritur: volucrúmq; potens, & fulminis hæres
Gesturus summo tela trisulca Ioui.

QVAE satis leuia Lucanus inclusit pulcherrimæ cōparationi: sic enim scribit in IX, vnde videtur ille sua deformasse,

Vtque

Vtq; Iouis volucer calido dum protulit ouo
Implumes natos, solis conuertit ad ortus.
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem, cæli seruantur in vsus.
Qui Phœbo cessere, iacent.

PHOENIX.

In secundo de laudibus Stiliconis, pulchra Phœnicis comparatio apud Claudianum,

Sic vbi fœcunda reparauit morte iuuentam:
Et patrios idem cineres, collectaq; portat
Vngulibus ossa pijs: Niliq; ad littora tandem
Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro.

Ad quem locum attulissem similes sententias ex luculētissimo poematio eiusdem poetæ. verùm ea opera in sequentem librum dilata est: vbi certa loca cum Lactantii locis conferuntur.

DELPHINI.

Ex quinto libro diuini operis, Delphinorum comparationem suprà describebamus. cum qua quid cōueniat illi quæ in nono Thebaidos posita est, iudicare poteris,

Qualis cæruleis humido sub gurgite terror
Piscibus: arcani quoties deuexa profundi

(Epitheton, *arcani*, importunum hic)

Scrutantem delphina videre fugit omnis in imos
Turba lacus: viridesq; metu stipantur in algas.
Nec prius emersi, quàm summa per æquora flexus
Emicet: & visis mālit certare carinis.

FERA IN CAVEA.

Inter leones ex Lucano feræ cicuratæ posuimus cōparationem: cui addēdum est quod fecit Claudianus: aliò nánque spectat. Illa mansueta efferascit: hæc ferox stupet,

Vt fera quæ montes nuper dimisit anitos,
Altorumq; exul nemorum damnatur arenæ:

Notabis eloquutionem,

Muneribus commota ruit. Vir murmure contrà
Hortatur, nixuq; genu venabula tendit,
Illa pauet stimulis: cuneosq; erecta theatri
Despicit: & tanti miratur sibila vulgi.

Non *despicit*, sed suspicit: neque verò contemnit, si *pauet*. Neque satisfacit, *tanti*: aliud mallem.

Verè cicurem Statius dat in quinto Thebaidos,

Vt fera, quæ placido rabiem desueta magistro,
Tardius arma mouet: stimulisq; & verbere crebro
In mores negat ire suos.

GRVES.

Ex eodē Lucano Grues in superioribus iudiciis recensebantur. nunc è Statio afferamus. Ille nánque Thebaidos quinto sic,

Qualia trans pontum Pharijs defensa serenis
Rauca Paretonio decedunt agmina Nilo,
Quam fera ponit hyems: illæ clangore fugaci
Vmbra fretis, aruisq; volant: sonat aureus æther.
Iam Boream, imbresq; patriam nare solutis
Ammibus, & nudo iuuat æstiuare sub Hæmo.

Non satisfacit, quum ait, *iuuat pati Boream*: imò, frui: neque enim gelidus est. Neque intelligo quid conferat gruibus natatio, nam *sub Hæmo* non ponēte hyeme: sed, quanquā tunc vix quoque, sub cancro natatur.

APES.

Quid, quóque modo de Apibus statuas scribere, non potes aliunde melius capere cōsilium, quàm ex deo poetarum. Neque id solùm eo in libro, qui omnem humanam diligentiam superauit: quartū dico Georgicōn: sed etiam in primo diuini operis. quæ quoniam suprà notauimus, non hic repetentur. Sed conferantur illa Claudiani in Ruffinum,

-veluti pastoris in ora
Commotæ glomerantur apes: qui dulcia raptu
Mella trahit, bellaq; cient, & spicula tendunt
Et tenuis saxi per propugnacula cuncta
Rimosam patriam, dilectaq; punicis antra
Defendunt: prenoq; suos examine velant.

Ad lucem Virgilianam directis metaphoris. Alia ratio fugitiuarum apud eundem in primo, de sexto Honorii consulatu,

-qualis Cybeleia quassans
Hyblæus procul æra senex, reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes: quæ sponte relictis
Desciuere fauis, sonitúq; exhaustus inani,
Raptas mellis opes, solitæq; oblita latebræ,
Perfida deplorat vacuis examina ceris.

Post operam diurnam Silius reuersionem canit in secundo, aut imminente tempestate,

Aut vbi Cecropius formidine nubis aquosæ
Sparsa super flores examina tollit Hymettos:
Ad dulces ceras, & odori corticis antra:

Audis quàm hæret versus, nec properant, vt vult hic,

Mellis apes grauidæ properant: densoq; volatu
Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.

Neque dicam Glomerare murmur.

Vicit Statius Claudianum in X, Thebaidos,

Sic, vbi puniceo pastor rapturus ab antro
Armatas erexit apes. fremit aspera nubes,
Inq; vicem sese stridore hortantur: & omnes
Hostis in ora volant. Mox deficientibus alis
Amplexæ, paruamq; domum, captiuaq; plangunt
Mella: laborantesq; premunt ad pectora ceras.

Altera verò Claudiani similior est ei, quam ponit Lucanus in nono,

-simul effœtas linquunt examina ceras:
Atque oblita faui non miscent nexibus alas:
Sed sibi quæque volat, nec iā degustat amarum
Desidiosa thymum: Phrygii sonus increpat æris:
Attonitæ posuere fugam, studiúmque laboris
Florilegi repetunt, & sacri mellis amorem.
Gaudet in Hyblæo securus gramine pastor
Diuitias seruasse casæ.

SEDVLITATEM Claudianus in secundo de raptu,

-credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum: quum cerea reges
Castris mouent: fagiq; cauo deiissus ab aluco
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARTIS.

Ex Marone deducebamus Martis descriptionem: quàm sit ea Silius inferior, ex primo libro coniectari potes,

Quantus Bistonijs latè Gradiuus in oris
Belligero rapitur curru, telumq; coruscans,
Tyrannum quo pulsa cohors flagrantia bella
Cornipedum afflatu domat, & stridoribus axis.

Imò accendit bella, non *domat*. & in *afflatu* equorũ plus flatus est: atque in stridore axis plus strepitus quàm rei.

Breuius, sed non mollius Claudianus in Eutropium,

Ecce autem flauis Gradiuus ab vrbe Gelonis
Arua cruenta rotis repetebat Thracia curru:
Subsidunt Pangæa rotis, altiq; sonoro
Stridunt axe niues.

Magna Papinii prudentia, qui quum illa Virgiliana sese posse assequi desperaret: stilum cõuertit ad illius sedes describendas,

-vbi mille furoribus illi (mo,
Cingitur aduerso domus immansueta sub Hæ-
Ferrea compago laterum: ferro arcta teruntur
Limina: ferratis incumbunt tecta columnis.
Læditur aduersum Phœbi iubar: ipsáque sedem
Lux timet, & durus contristat sidera fulgor.
Digna loco statio.

EXPLICAT comitatum Virgilianum,

-primis salit Impetus amens
E' foribus, cæcúmque Nefas, Iræque rubentes,
Exanguésque Metus: occultíque ensibus astant
Insidiæ, geminúmque tenens Discordia ferrum.
Innumeris strepit aula Minis: tristissima Virtus
Stat medio, lætúsque Furor: vultúque cruento
Mors armata sedet. Bellorum solus in aris
Sanguis, & incensis qui raptus ab vrbibus Ignis,
Et rerum Exuuiæ circum & fastigia templi
Captæ insignibant gentes, cælatáque ferro
Fragmina portarum, bellatricésque carinæ,
Et vacui currus, protritáque curribus ora.
Pœnæ etiã, Gemitúsq; adeò vis omnis, & omne
Vulnus vbique ipsum, sed nõ vsquã ore remisso
Cernere erat.

CERERIS.

In duodecimo Thebaidos luculenta est admodum Cereris comparatio,

Qualis ab Ætnæis accensa lampade saxis
Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ
Ausonium Siculúmque latus, vestigia nigri
Raptoris, vastósque legens in puluere sulcos.
Illius insanis vlulatibus ipse remugit
Enceladus, ruptóque vias illuminat igni.
Persephonen amnes, syluæ, freta, nubila clamãt,
Persephonen: Stygii tantùm tacet aula mariti.

CLAVDIANVS autem non iam ad cõparandum deduxit versus suos, sed ad iustam narrationem. Sic enim scriptũ est in tertio de raptu,

-retroq; solutis
Crinibus, ascendit fastigia montis anheli:
Exuperatq; æstus, & nulli pernia saxa:
Æque indignantes vestigia calcat arenas.

Haud ita multò pòst,

Exitiq; reos flores ipsumq; rapinæ
Detestata locum, sequitur dispersa viarum
Indicia: & pleno rimatur lumine campos:
Inclinatq; faces. Omnis madet orbita fletu,
Omnibus adiungit: quocunque vt, æquore saluis

(Non semel suluas vndas appellat)

Adnatat vmbra fretis, externaq; lucis imago.
Italiam Libyamq; ferit: clarescit Hethrusca
Littus, & accenso resplendent æquore Syrtes.

Ouidius in quinto Transformationum,

-illa duabus
Flammiferas pinus manibus succendit ab Ætna:
Perq; pruinosas tulit irrequieta tenebras.
Rursus vbi alma dies hebetarat sidera, natam
Solis ab occasu, Solis quærebat ad ortus.

Pauca item ex Callimachi hymno in Cererem.

DIANAE.

Dianam post Virgilii comparationem, apud alios videamus. Eam describit cum Phœbo sub Latonæ cura Claudianus, in Probini consulatu,

Qualis purpureas præbebat candida vestes
Numinibus Latona suis quum sacra redirent
Ad loca nutricis iam non errantia Deli:
Illa ferox saltus, & desolata relinquens
Mænala, lassato Cretæ venatibus arcu:
Phœbus adhuc nigris rorantia tela venenis,
Extincto Pythone ferens. Tunc insula notos
Lambit amica pedes: ridétque Ægæus alumnis
Lenior, & blando testatur gaudia fluctu.

STATIVS in primo Achilleidos cum ipsis Nymphis & Pallade breuissimè,

-*quales Siculæ sub rupibus Ætnæ*
Naides Emmæas inter Diana, feroxq;
Pallas.

AMAZONVM.

Dianam igitur Palladémque sequatur Amazonum pictura. Claudianus exarmatas statuit in secundo de raptu,

Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis

(Mallem positis, quàm *ademptis*: hoc enim vim designat.)

Pulchra cohors: quoties arctlon populata virago
Hippolyte, niueas ducit post prælia turmas.
Seu flauos strauere Getas: seu fortè rigentem
Thermodontiaca Tanaim fregere securi.

Nescio quare frangunt glaciem: quæ quò solidior atque cõstantior, eò tutiorem munit viam transituris. Placet autem, quæ huic iuncta est, subdere comparationem. est enim valde bona,

Aut quales referunt Baccho solennia nymphæ
Meoniæ, quas Hermus alit: ripasq; paternas
Percurrunt auro madidæ. Lætatur in antro
Amnis, & vndantem declinat prodigus vrnam.

ARMATAS Silius in secundo, & Maronianis similiores,

Quales Threiciæ Rhodopen, Pãgæáque lustrãt
Saxosis nemora alta iugis: cursúque fatigant
Hebrũ, innupta manu spreti Ciconésq; Getæq;,
Et Rhesi domus, & lunatis Bisthones armis.

STATIVS in primo Achilleidos breuè, sed luculentam, -quales Mæotidè ripa
Quũ Scythicas rapuere domos, & capta Getarũ
Mœnia suppositis epulantur Amazones armis.

QVAS cum Virgilianis vt compares, hìc apponentur,

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediísque in millibus ardet:
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ,
Bellatrix: audétque viris concurrere virgo.

HAEC in primo. in decimo hæc.

Quales Threiciæ quũ flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circũ Hippolyten, seu quũ se martia curru
Penthesilea refert: magnóque vlulante, tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.

ETIAM ex illis harum spectes imaginem,

At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipẽnem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.

ENCELADI.

Quæ de Encelado cecinerit post Virgilium Claudianus, satis est suprà declaratum. STATIVS in tertio Thebaidos ad illius normam, & penè iisdem verbis,

Quantus Thyrreni gemitus salis: aut vbi tentat
Enceladus mutare latus: procul igneus antris
Mons tonat: exundant apices: fluctusq; Pelorus
Contralit: & sperat tellus abrupta reuerti.

LVCANVS in sexto nihil attulit noui aut acuti contra morem suum,

Non sic Ætnæis habitans in vallibus horret
Enceladus spirante Notum: quum tota cauernas

(languidum epitheton, *tota*.)

Egerit, & torrens in campos defluit Ætna.

Ex Flacci secundo notabamus in proximis animaduersionibus, Typhoeũ nõ Inarime, vt apud Virgilium, sed Sicilia premi. Id quod ab Ouidio quoque in quinto Transformationum scribitur hisce versibus, quorum repræsentatio in hoc loco est opportuna,

Vasta Gigantæis iniecta est insula membris
Trinacris, & magnis subiectum molibus vrget
Æthereas ausum sperare Typhoea sedes.
Nititur ille quidem, tentátque resurgere sæpe:
Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro:
Læua Pachyne tibi: Lilybęo crura premuntur:
Degrauat Ætna caput, sub qua resupinus arenas
Eiectat, flãmámque fero vomit ore Typhoeus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidáq;, & magnos deuoluere corpore mõtes.
Inde tremit tellus, & rex pauet ipse silentum
Ne pateat, latéque solum retegatur hiatu,
Immissúsque dies trepidantes terreat vmbras.

QVAE vides rudia, atque inchoata simplicitate, quasi formulam quandam siue Ichnographiam picturæ plenioris.

PESTILENTIAE.

Et quoniam multis versibus à nobis descripta est variis ex Poetis pestilẽtia, Claudiani breuitas ad simile argumentum adducenda est ex primo in Ruffinum,

Ac velut infecto morbus crudescere cœlo
Incipiens: primò pecudum depascitur artus:
Mox populos vrbesq; rapit: ventiq; perustis
Corruptos Stygiam pestem diffundit in annos.

FRONDIVM CASVS.

Animarum frequentia in sexto diuini operis: quam in secundo de raptu Claudianus imitatus est, (mo

Quàm multa in syluis Autumni frigore pri-
Lapsa cadũt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerãtur aues, vbi frigid' ann'
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

ILLE verò sic,

Conueniunt animæ: quantas violentior Auster
Decurit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.

SANE est admodum illustris.

COMETAE.

Cometam diuini Poetæ iam descripsimus, nunc aliorum alii recitandi sunt. Claudianus in primo eiusdẽ, ex illius verbis: sed cum præsagiis,

-qualis laturus in orbem
Præceps sanguineo delabitur igne Cometes
(NON est *præceps*, neque *delabitur*.)
Prodigiale rubens. Non illum nauita tutò,
Non impune vident populi: sed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos, aut vrbibus hostes.

IN iisdem vestigiis hæret Silius Punicorum primo,

Crine vt flãmifero terret fera regna Cometes
Sanguineũ spargens ignem: vomit atra rubentes
Fax cælo radios, & sæua luce coruscum
Scintillat sidus, terrísque extrema minatur.

NVMEROSIVS fuisset, *Sanguineam spargens aciem.*

LVCANVS extra comparationem simplici narratione, in primo,

Ardentémque polũ flammis, cælóque volãtes
Obliquas per inane faces, crinémque timendi
Sideris, & terris mutantem regna Cometen.

ITA etiam inuoluit nõ *diã nouas*.

TEMPESTATIS.

Quemadmodum adduximus pestilentiam in comparationes, ex eodem Poeta deducamus & tempestatem. ea est in Poematio de bello Gildonico, haud satis magna cum re,

Sic quum præcipites artem vicere procellæ,
Assiduóque gemens vndarum verbere nutat
Descensura ratis: cæca sub nocte vocati
Naufraga Ledæi sustentant vela Lacones.

MARIS.

Maris autem, siue æstũ, siue sonum, siue impetum, siue agitationem velis, ex his poteris co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnoscere. Sonus apud eundem in Ruffinum primo, longè felicius,

-ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi: cum flamine fracto
Durat adhuc, sanieq; tumor dubiumq; per æstum
Lassa recedentis fluitant vestigia vati.

Æstum ex Virgilio, aut alluuionem suprà declaruimus. Cæterùm tanta est in illis numeris diuinitas, vt pudeat potius reliquisse, quàm ponere pigeat. ea est in vndecimo diuini Poematis,

Qualis vbi alterno procurrēs gurgite pontus,
Nūc ruit ad terras, scopulósq; superiacit vndam
Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atq; æstu reuoluta resorbēs
Saxa fugit, littúsque vado labente relinquit.

STATIVS in vndecimo materiam addidit, non auxit,

Ceu redeūt nubes, ceu circumflatibus austris
Alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nūc obruit æstus arenas.

IMPETVM Lucanus in sexto,

Quum mare lassatur, quum se tollentibus Euris
Frangentem fluctus scopulū ferit: aut latus alti
Montis adest, serámque sibi parat vnda ruinam.

VENTORVM.

Iure locum hunc sibi deposcunt venti. Silius in quarto admodum insuauis,

Ceu gelidus Boreas, totum quū sustulit imo
Icarium fundo victor mare: nauita vasto
Iactatur sparsus, lacerata classe, profundo:
Cunctáq; canenti perfunditur æquore Cyclas.

NIHILO venustius in quartodecimo,

Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Quū sese immisit, decimóque volumine pōtum
Expulit in terras: sequitur cū murmure molem
Electi maris, & stridentibus affremit alis.

LONGE numerosior illa Statii ex vndecimo,

Vt Notus & Boreas, gemino de cardine mundi,
Hic Riphæa niue, Libycis hic pastus arenis:
(NON placet, *pastus.*)
Bella cient. clamant amnes, freta, nubila, syluæ:
(DECRESCIT oratio ad faciliora.)
Iámque patēt strages. lugent sua damna coloni:
Et tamē oppressos miserātur in æquore nautas.

LVCANVS in secundo,

-vt quum mare possidet Auster
Flatibus horrisonis: hūc æquora tota sequūtur,
Si rursus tellus pulsu laxata tridentis
Æolii tumidis immittat fluctibus Eurum:
Quanuis icta nouo ventum tenuere priorem
Æquora, nubiferóque polus concesserit Euro:
Vindicat vnda Notum.

NIVIS.

Post ventos habes imbres, grādines, niues. de illis suprà. de niuibus idem in quinto,

Talis hyperboreæ virides niue verberat agros
Iuppiter. obruitur campis genus omne ferarum,
Deprensæq; cadunt volucres (Nunquam niue cadunt) *-& messis amaro*
Strata gelu. Nusquam tam altæ sunt segetes, quum ingruit nix, vt sternantur. Neque *messis*, hìc proba vox. non enim dicitur nisi de matura segete. nam illud, *-tibi messis in herba est*, significat spem meram esse, & falsam opinionem. Sequitur, *-fragor inde ingis: inde amnibus iræ.* neque hoc satisfacit. non enim ex niue fit fragor. neque dum ningit, amnes tumescūt: sed solutis niuibus. *Messis*

In fine primi Piscationum Oppianus sine strepitu rē subiicit oculis nitidissimo carmine,

Ὡ'ς δ' ὁτὲ τ' ἀρύσσῃσι σκάφεα νιφάδ' ἠοῦς ἀλοιὼ
Ἐσπερίου ζεφύροιο δυὼ μόνῳ· εὐδιόωσι
Κυανέαι δ' ἴσαν οὐρανοῦ πεδίον, ἀλλ' ἀεὶ πᾶσαι
Ἀρρηκτοι χάρσιν ἐπισσυτέρῃσι κυκλοῦνται.

Non ignobilia sanè vbi non extent Maroniana. At verò illa vbi sese eduxerint è tertio nūquam satis laudati operis, oportet omnia silere. Obruuntur enim illius niuibus, *-neq; vllæ*
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, septemq; assurgit in vlnas.
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Mox de glacie: tum de niue,

Interea toto non secius aere ningit.
Intereunt pecudes. stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum, confertoq; agmine cerui
Torpent mole noua, ac summis vix cornib⁹ extant.

Post hæc ea prosequitur ad quæ nemo sapiens ausit aspirare.

In octauo Thebaidos niues & imbres simul,

-non tanta cadentibus hœdis
Aeriam Rhodopem solida nive verberat Arctos:
Nec fragor Ausoniæ tantus, quum Iuppiter omni
Arce tonat. tanta quatitur nec grandine Syrtis
Quum Libyæ Boreas Italos niger attulit imbres.

Vbi, quare Ausoniæ fragorem posuit, potius quàm alius loci, nescio. Sanè opportuit loci nomen certum aponere, vnde tonitrua ingruerent. Itaque sic mallem, *-quum Vesulus alta*
Arce tonat.

FLVVIORVM.

Poetarum princeps fluuiorum comparationes aliquot fecit, quas suis disposuimus locis. Ex primo eiusdem operis pauca extra comparationem, sed suo more, id est diuina,

Proluit insano contorquens vortice syluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes
Cum stabulis armenta tulit.

Adeò exūdans est Lucanus, vt & ipsum furentem superet Padum,

Sic pleno Padus ore tumens (iam duro ore os attribuit) *-super aggere tutas*
Excurrit ripas, & totos concutit agros:
Succubuit si quā tellus, cumulumq; furentem
Vndarum non passa ruit: tum flumine toto
Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos:
Illos terra fugit dominos. non *fugit*: sed auertur:
-his ruta colonis *Accedunt donante Pado.*

Torrētem quoque ad rerum similitudinem adduxit idem Maro: quemadmodum superioribus

ribus commentationibus est animaduersum. Silius autem in quarto ad illorum regulam,

Vt torrens celsi præceps è vertice Pindi
Cum sonitu ruit in campos: magnoq; fragore
Auulsum montis voluit latus. obuia passim
Armenta, immanesq; feræ, syluaq; trahuntur.
Spumea saxosis clamat conuallibus vnda.

SAXVM AVVLSVM.

Auulsum ergo saxum in septimo Thebaidos præcipiti ruina contemplemur in versibus nobilissimis,

Sic vbi nubiferum montis latus, aut noua ventis
Soluit hyems: aut victa situ non pertulit ætas:
Desilit horrendus campo timor: arma, virosq;
Limite non vno, longæuaq; robora secum
Præcipitans: tandemq; exhaustus turbine fesso
Aut vallem canat, aut medios intercipit amnes.

PILAE SAXEAE.

Haud longè absimilis pilæ Virgilianæ casus in nono diuini Poematis,

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit: magnis quam molibus antè
Constructam iacunt ponto. Sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime, Iouis imperijs imposta Typhoeo.

Quemadmodum id fiat, non dixere Grammatici. Quare petenda erit eius ratio ex Vitruuio. Eius autem Poetæ Simia in quarto,

Haud aliter structo Tyrrhena ad littora saxo
Pugnatura fretis subiter, cæcisq; procellis
Pila immane sonans, impingitur ardua ponto.

Epiphonema frigidum,

Immugit Nereus: diuisaq; cerula pulsu
Illisum accipiunt irata sub æquora montem.

QVERCVS.

Sic cadit quercus in nono Thebaidos.

-Getico qualis procumbit in Hæmo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus
Cælo mista comas, ingentémque aera laxat.
Illam nutantem nemus, & mons ipse tremiscit
Qua tellure cadat, quas obruat ordine syluas.

IN primo Pharsaliæ,

Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuuias veteres populi, sacrataque gestans
Dona ducum: nec iam validis radicibus hærens,
Pondere fixa suo est: nudósque per aera ramos
Effundēs, trunco non frondibus efficit vmbram.
Sed quanuis primo nutet cassura sub Euro,
Tot circum syluæ firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur.

AT in quarto diuini operis etiam oppugnata quauis est iniuria potior,

Ac velut annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant. It stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.

Hactenus, quas memoria potuimus complecti, describendas curauimus comparationes. Neque sum nescius alias quoque adduci potuisse. Et omissæ sunt à nobis aliquæ minus dignæ visæ, quas persequeremur. Cæterùm antequā locum hunc claudamus, bene collocatum iri operam nostram puto, si quibus sententiis in serpentum natura conueniat cum Nicandro Lucanus, videamus.

LVCANI CVM NICANDRO. CAPVT XV.

NOn fine magno vsu duo hi poetæ comparabuntur: neuter enim vulgaris. Lucanus sentētiis anxius: Nicander verbis atque numeris accuratus. Vix muenias apud Græcos Poetam politiorem: magna ei cura ne quid ineptum, aut ineptè dicat. Itaque nitidissimè suos describit serpentes: quo nitore, atque elegantia tantum acquisiuit gloriæ in Georgicis Maro. Lucanus autem suo more omnia ponit in excessu. Nam cùm Græcus illa satis habuerit ita dicere de Hæmorrhoide,

Τὴν δ' ὀδαξαμένοιο, πολὺν ἀδρὸν πίμπρατο οὖλα
Ῥιζόθεν· ἐξ ὀπύωρον ἅ κατίλλετο ἀσχαλόωσα αἷμα,
Οἱ δ' φόνῳ ὠδύνοντες ἀναπρήσιον ὀδόντες:

Noster arrepta semel erumpentis sanguinis describendi occasione, largius effunditur, atque ipse cruor,

Vtq; solet pariter totis effundere signis
Corycij pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

Particulatim deinde assurgit,

Sanguis erant lacrymæ. Quæcunq; foramina nouit
Humor, ab ijs largus manat cruor: ora redundant,
Et patulæ nares. maius autem à minusculis venarum oris. *-sudor rubet: omnia plenis*
Membra fluunt venis. Repetit ergo eandem sententiam alia sententia. Sed & assurgit ad hyperbolem admodum excellentem,

-totum est pro vulnere corpus.

Dipsadem alibi, Sitiam Latinè sumus interpretati. Eius è morsu nocumenta Nicander,

Δίψιαν δ' ἐφολίδωτος ἀμοιβὸς θερσαίνει· ἀμφὶ δ' ἰούσῃ
Χείλεα νῶτ' ἀζαλέης ἀζαίνεται ἄζεσχα δι-ψῆς.

Comparatio deinde,

Λύτηρ δ' οὔτε πάρεστι νόῳ πεπαμένῳ γενέσθαι,
Χανδὸν ἀμείρεται δ' ὕδατος πότον, εἴσόκε νηδὺς
Οἰμῴλὸν ἀκρήξειε, χέῃ δ' ἀναπρηθέα φόρτον.

Lucanus autem ardentior ipsa siti,

Vix dolor, aut sensus dentis fuit: ipsaq; lethi
Frons caret inuidia: nec quicquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum, carpitq; medullas (tum.
Ignis edax, calidaq; incendit viscera tabe.
Ebibit humorem circum vitalia fusum
Pestis: & in sicco linguam torrere palato
Cœpit. defessos iret qui sudor in artus
Non fuit: atque oculos lacrymarum vena refugit.

Qui sciebat hoc? non enim lacrymamur in doloribus, aut vulneribus, viri præsertim militares. Animi affectus prosequitur mirificè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non decus imperij, non mœsti iura Catonis
Ardentem temere virum, quin spargere signa
Audaret, totis q; furens exquireret agris,
Quas poscebat aquas sitiens in corde venenum.

Addit deinde animi excursionem. mox subdit,

Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore:
Egressus q; placet, sed non sibi sufficit humor.
Nec sentit satiq; genus, mortemq; veneni:
Sed putat esse sitim.

Addit deinde miseram ac tragicam audaciam,

-ferroq; aperire tumentes
Sustinuit venas, atque os implere cruore.

Aspidem autem vterque breuissimè: accuratius Nicander,

Σαρκὶ δ' ὅτε τι δῦσμα φαείνῃσι, οὔτε δυσκλὴς
Οὐδὸς ὑπολείπεται. καμάτου δ' ἀτερ ὀλλυται αἰὼν.
Ἀπλοΐη δ' ὀδύνῃσιν ἀφὸ βίοτοιο τελεῖται.

-nullo q; dolore
Accipis: & Stygias somno descendis ad vmbras.

Ex morsu Basilisci, Nicander multo plura,

Τύμματι δ' ἐφρίσσει φαεσίμβροτον ἤμαρ. αἰδὴ δ' ἀπὸ γλῶσσαν
Σαρκὸς ἀποῤῥαίουσι πελιδναὶ τε ζοφεραίτε.
Οὐδέ πε δὴ αἰνῶς ὧδε νίκων ἴχνια τύπτει,
Λίγυπροί, γύπες τε, κορακίδες τ' ὀυδρόβια κράζων.
Οὐδὲ μὴν ὄφεσι φύλα ἐνοσίζεται οὐρεσι θηρῶν
Δαίνυσθαι, πίσυνα δὲ εὐτυδμα δεινὸν ἰοφίν.
Εἰ δ' ὀλοὴ βούπαισι φερεσσακὲς ἀδρεπὲς πλήσσοι
Αὐτοῦ οἱ ζωὸς τὸς τε ἡ ὀκέα μοῖρα τέτυκται.

Lucanus, sicut de Torpedine

-velox currit per tela venenum,
Imaduit q; manum: quam protinus ille retecto
Ense ferit, totoq; simul demittit ab armo.

Σῆπα, & σηπεδὼν vocant Græci serpētis speciem, cuius morsu diffluunt membra omnia. Tabiam Latinè diximus suo loco. In eius historia parcus & simplex Nicander: Lucanus adeò incitatus, vt seipsum antecedat,

Τῆς δ' ἤτοι ὀλοὸν μὲν ὑπαὶ δδμιον ἔπλετο ἕλκος
Σηπεδόνι ἰνέμεται ἢ μεγας ὀλοφώϊος ἰὸς
Παῦρα δέμας: αὐαλέη ἢ πὲρ χροὶ κηροειδέι θρίξ
Σκίδναται, ὡς γήρεια κατ' ἰξύν ἕεντος ἀκαίνης.
Ἐκ δὲμὲν γὰρ κεφαλῆς τε καὶ ὀρρύος αὐδὴ τυπέντι
Ῥώονται. λεφαίην ἢ μέλαιν' ἐξίφιτο λάχνη.
Κῶφα δ' ὑπηκόοντες ὀδὴν ἔχουσι καὶ ἄλφοι,
Λεύκῃ τ' αἰγιόπεσσιν ὀδωπεύονται ἔρπλιν.

-nam plagæ proxima circum
Fugit rapta cutis, pallentiaq; ora retexit:

Vide quid præterea,

Iamq; simi laxo nudum est sine corpore vulnus.
Membra natant sanie: suræ fluxere: sine vllo
Tegmine poples erat: femorum quoque musculus o-
Liquitur: & nigra distillant inguina tabe. (mnis

Sic omnia minuatim,

Dissiluit stringens veterum membrana: fluentq;
Viscera. sed & illa mira,

-nec quantum de corpore debet,
Effluit in terras: sæuum sed membra venenum
Decoquit: in minimum mors contrahit omnia vir⁹.

tum nimius,

Vincula neruorum, & laterum textura, cauumq;
Pectus, & abstrusum fibris vitalibus omne,
Quicquid homo est, aperit pestis. declamare

A putes. *-natura profana Morte patet.*

Redit insolens ad ea, quæ iam tetigit.

-manant humeri, fortesq; lacerti:
Colla, caputq; fluunt, cando non ocyus auſiro
Nix resoluta cadit.

Hoc præter Nicandri sen tētiam, qui morti spatium dat adeò, vt etiam vitiligines euenire canat. *-nec solem cera sequetur.* Non sequitur, sed abscedit. Auget tamen amplificatione minimè vulgari,

Parua loquor, corpus sanie Fillasse perustum.

Imò ambustum. nam *perustum* non stillat.

Hoc & flamma potest, sed quis rogus abstulit ossa?
Hæc quoque discedunt: putresq; secuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.

Concluſio autem argutissima,

Cinyphias inter pestes tibi palma nocendi:
Eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.

B

COMPARATIONES

CAETERORVM LOCORVM variæ. I CAPVT XVI.

SPero me aliquid attulisse momenti ad imitationis rationem. Quæ vt absolutior sit, expedienda sunt nobis cætera quoque loca: in quibus illustres isti viri, vel naturam omnes, vel alium alius expressere. Libet verò à Torpedine auspicari: in qua, quemadmodum in cæteris, Græcos à Latinis superatos ostendamus. Sunt igitur Oppiani hæc, Poetæ sanè maximi, atque elegantissimi,

Οἷον ἢ νάρκη τε πονέεται φαίδιμον ἀλκὴς
Ἐκπατίοι αὐτοδίδακτον, ἐὸν οἰκείοις μελέεσσιν.
Ἡ μὲν γὰρ μαλακάϊσι δέμας, ἢ πὶσ' ἀμβολιὴ,
Νωθής τε βεβαυῖτη βαρυώδεσι: ἡδέ κε φαίης
Νηχυμέλω ὀρέσαι. μάλα δ' ὑφερσαι κλάδα
Εἰλέεται, πολιοῖο δ' ὕδατος ἐμπύζουσα.
Ἀλλά οἱ ἐν λαζόντεσσιν αὐλιχείης δόλος ἀλκὴ
Κερκίδες ἐμπιφύσαι ὧδά πολυμιν ἰκάτριθεν
Ἀμφίδυμοι. τῶν εἴπες ὀδὴ μέσσοι πελάουσι:
Αὐτίκα οἱ μελέων σθένος ἔσβεσεν. ἐν δ' οἱ ἄῤμα
Πήγνυται, ὦδίνι γύα φορέων δυόωσ', ἀλλά οἱ ἀλκὴ
Ἡ κε μαραινομένοιο σπείσεται ἄφρονι ναρκη.
Ἡ δ' ἰῦ γηγάσκουσα θεοῦ μένος, οἷον ἔδεκτο,
Τ' πίσω ἐλκλίνασα μύει δέμας ἐν φαμάθοισι.
Κεῖται δ' ἀσειμὲς σῶμ' νίκυος. ὃς δέ κεν ἰχθῦς
Ἐγκίμψῃ λαζόντεσσιν, ὁ μὲν λύτο, κἀπησε δ' αὖτις
Ἀδρανίης, βιοτὶ ὕπνον ἀμηχανίῃσι πεδηθείς.
Ἡ δ' ὅτε θοῦς αὐόρουσι, καὶ οὐ κραπνάσθ' ἑὸν σθος
Γηθοσύνῃ, ζωὸν ἢ κατεδίεν, ἷσα θανόντι.

Deinde auget hæc eadem etiam quasi afflatu,

Πολλάκι καὶ λαῖτμα μετ' ἰχθύσιν αὐτόσε πὰρ
Νηχυμένοις. κραναὴν μὲν ὑπεξομόσαν σβέσεν ἐρεμνὴν
Ἐγγὺς ὀδμήσασα, καὶ ἰσχυμένοις ὑπέδυσεν.
Ἔστη δ' ἀμφὶ λέοι, καὶ ἀμηχανοι, οὔτε κελεύθου
Δύσμορες, οὔτε φυγῆς μεμνημένοι. ἀλλ' ἢ μὲν οὔσα
Οὔ πὴν ἀμφιθορόεις κατεδείνυται. ἀλλὰ δ' ἀείπτης.

Sic in primo: sic in tertio,

Ναὶ μὴν καὶ νάρκη σφετέρου πόνου οὐκ ἀπολείπει
Πλησσομένη ἀνιάζουσα, πτυσσομένη δ' ὀδυνῶσα
Ὀρμὴν λαζόνας σπερχνὸν ἀπώσεται. αὐτὰρ δὲ χαίτης

Ἰ'σπτίνος

Ἰ'σπτίνος, δόναξί τε διέρχεται, ἐς δ' ἅλιν ὦκα
Δέξατο μὴ ἔσαν ἐφ' ἑαυτὸν ἰχθύσιν ἀλλοθρόοις.
Πολλάκι δ' ὃν πολλάμις κάλαμοι πίσυνον, ὅπως δὴ σὺν
Τοῖς ὁ κρύσαλλος ἐνίζεται ὑδατόεις χειεί. (pas.

Sine quibus non videtur Poematium illud fecisse Claudianus. in quo vtrumque coniungit,

Quis non indomitam diræ Torpedinis artem
Audijt, & merito signatas nomine vires?

hoc enim est illius, φαείνομαι.

Illa quidem mollis, segnisq; obnoxia tractu
Reptat: & attritis vix languida serpit arenis.

Omnia penè illius, sicut & illa,

Sed latus armauit gelido natura veneno,
Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis

(imò κερκίσι, quæ medulla carent)

Miscuit: & proprias hyemes per viscera duxit.

Hoc est illius κρύσαλλοι.

Naturam iuuat ipsa dolis. hoc est, αὐτοδίδακτον,

B *-& conscia sortis*
Vtitur ingenio: longeq; extenta per algas
Tractu fissa suo, successu læta resurgit,
Et viuos impune ferox depascitur artus.

Melius, sopitos quàm *vinos.*

Nunc transit ad ea quæ ille de eius ingenio in venatione,

Si quando vestit á cibis incautior æra
Hauserit, & curuis frenatos sorserit hamis:
Non fugit: aut vano conatur vellere morsu.
Sed propius nigræ iungit se callida setæ:
Et meminit captiua suis longeq; per vndas
Tigra venenatis effundit flamina venis.
Per setam vis alta meat: fluctusq; relinquit
Absentem vinctura virum.

insciti à Philosophiæ dixit hoc. continuatur enim vis: sed hæc alibi. Sequitur,

-metuendus ab imis
Emicat horror aquis: & pendula fila sequutus
Transit arundineos arcano frigore nodos:

Quod ille πήγνυται.

Victricemq; ligat concreto sanguine dextram.
Damnosum piscator onus, prædamq; rebellem
Lætat: & amissa redit exarmatus auena.

Quod ille, ὅπλατο θήρης.

Cereris currus. Cereris currum tam CLAVDIANVS quàm OVIDIVS descripsere. verùm hic leuissimè, nec suo more, perstrinxit in quinto Metamorphoseōn,

-geminos dea fertilis angues
Curribus admouit: frenisque coercuit ora.

ILLE ambitiosius in primo de Raptu,

-sinuosa draconum
Mēbra regēs: voluerique per auia nubila tractu
Signant, & placidis humectant frena venenis.
Frontem crista tegit: pingunt maculosa virentes
Terga notæ: rutilū squāmis intermicat aurum.
Nunc spiris Zephyros tranāt: nunc arua volatu
Inferiore secant. cano rota puluere labens
Sulcatam fœcundat humum. flauescit aristis
Orbita: surgentes scindunt vestigia fruges.
Vestit iter comitata seges.

Sirenes. IDEM Sirenes quoque descripsere. Sed OVIDIVS figuram tantùm, eodem libro,

-vobis Acheloides vnde
Pluma, pedesq; auium: ceu virginis ora geratis?

AT CLAVDIANVS etiam naturam, illo pusillo poematio, leui quidem, sed non ineleganti,

Dulce malū pelago Siren, volucrésq; puellæ,
Scyllæos inter fremit⁹, auidámque Charybdin,
Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra.
Blāda pericla maris, terror quoque gratus in vn
Delatus. licet huc incumberet aura carinis: (dis

FORTASSE legendum, *hinc.*

Implessentque sinus venti de puppe ferentes:
Figebat vox vna ratem, nec tendere certum
Delectabat iter reditus: odiúmque iuuabat:
Nec dolor vllus erat, mortē dabat ipsa voluptas.

INTER Maronis opuscula est etiam quod legas de Sirenibus. quæ non apposuissem, nisi eius iudicium maiore opera deprehendi posset,

SIRENES varios cantus, Acheloia proles,
Et solitæ miseros ore ciere modos:
Illarum voces, illarum Musa mouebat
Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat.
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca que-
Quódq; foraminib⁹ tibia mille sonat. (rūtur:
Quódq; leues calami, quod suauis cārat Acedō:
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

NAM in sexto neque tam multa licere, neque tam humilia dicere censuit,

Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,
Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos.

Quod de pyra diximus, déque funere Pallantis

C Virgiliani: hoc idem apud Papinium quærendum in sexto Thebaidos ad Archemori funus.

Sternitur exemptæ veteres incædua seruo
Sylua comas: largæ quas non opulentior vmbræ
Argolicos inter, saltusq; educta Lycæos,
Extulerat super astra caput. Nimius & ambitiosus. *-flat sacra senectæ*
Numine: nec solos hominum transgressa veterno
Fertur annos: nymphas etiam mutasse superstes,
Famorumq; greges.

Opinio eorum, qui putant dæmones interire.

-aderat miserabile luco
Excidium: fugere feræ, nidosq; repentes
Absiliunt (metus vrget) aues. aut mendum, aut

D solœcismus. *-cadit ayduafagus,*
Chaoniumq; nemus, brumáq; illæsa cupressus.

Epitheton commune aliis, aliud afferendum,

Procumbunt piceæ flammis alimenta suprēmis,
Ornique, iliceæq; trabes, metuendaq; succo
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atque situ non expugnabile robur.

Distinxit à quercu: quā suprà *Chaonium nemus.*

Hinc audax rabies, & odoro vulnere pinus
Scinditur. acclinant intonsa cacumina terræ,
Alnus amica freti, nec inhospita vitibus vlmus.
Dat gemitum tellus.

In Callimachi Sylua Cereri dicata satis animaduersum à nobis est: nullam esse tellurem, quæ vno in nemore tot alat arbores tam diuersas.

B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Addit deinde comparationem,

-non sic euersa feruntur
Ismara, quum fracto Boreas caput extulit antro.

Durum nimis, *fracto.*

Non grassante Noto citius nocturna peredit
Flamma nemus. Linquunt flentes dilecta locorum
Oscula cana Pales, Sylvanusq; arbiter umbræ,
Semideumq; pecus. Pulchros deos! qui pelluntur finibus suis à mortalibus. omnia verò ex ingenio suo Idylliis,& Syluis aptiori.

-migrantibus aggemit illis
Sylua: nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ.

Deinde addit ritum ex eruditione,

Quum signum luctus cornu graue mugit obunco
Tibia. Valde mutila loquutio.

-cui teneros sucum producere manes
Lege Phrygum mœsta. Satis in aliis quid esset ὑφος in Numeris dictum. Hæc igitur omnia si cum Virgilianis conferãtur, indicabunt, quicquid illis additũ sit, ostẽtationis esse, non operę.

Turni clypeus in septimo est diuini operis,

At læuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insigniebat, iam setis obsita, iambos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Celataq; amnem fundens pater Inachus vrna.
Io post tergum, iam prona, dolorq; parentis
Spectat in occiduis stellatum visibus Argum.

In Thebaidos sexto, *-pater ordine iunctlo*
Læuus, arundineæ recubans sq; sub aggere ripæ
Cernitur, emissæq; indulgens Inachus vnæ.
Io post tergum, iam prona, dolorq; parentis
Spectat in occiduis stellatum visibus Argum.

C Antæo deinde nihilo melior.

VALERIVS autem Flaccus in quarto cum Ouidio videtur certasse ex Metamorphoseos 1. quæ quia multa sunt, & nimia, lectorem eò remisimus.

In eodem libro, quod Latinis in quinto VIRGILIVS de Entello, breuissimè de Hippomedonte dixit, *-ni se*
Arduus Hippomedon Cauea stimulante tulisset
In medios. Caueæ igitur adhortationibus & plausibus. Entellus Aceſtæ castigatione. Eodem modo Capaneus Daretis iactantiæ similis. Quẽ locum etiam cum superioribus, quos posuimus, conferes. vbi breuissimam efficacissimámque animaduertes comparationem,

-vt præceps cumulo salit vnda minantes
In scopulos: & fracta redit.

De Antæo ibidem STATIVS in comparatione, *-Herculeis prensum sic fama lacertis*
Terrigenam fudasse Libyn: cum fraude reperta
Raptus in excelsum: nec iam spes vlla cadendi:
Nec licet extrema matrem contingere planta.

Melius, *Nec matrem licet*, &c.

LVCANVS in quarto post longã luctæ narrationem, *-sic fatus sustulit altè*
Nitentem in terras iuuenem: morientis in artus
Non potuit nati tellus summittere vires.
Aleides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu: terrisque diu non credidit hostem.

TEMPESTATIS autem signa imminentis quum & ARATVS, & VIRGILIVS in primo perfecti operis, & VALERIVS Flaccus in primo Argonauticõn, & LVCANVS in quinto: illi quidem duo exigente id rei argumento: hi immodicè, nec sine ostentatione recensent: nolui facere, vt penè iusti operis implerem hic aures satietate.

Medeæ quoque veneficia apud eũdem Flaccum in septimo componere potes cum iisdẽ artibus quæ in septimo Metamorphoseõn, tametsi alium ad finem explicantur. Incantationes verò ex iisdem Trãsformationibus cum Virgilianis,

Quorũ ope quum volui, ripis mirantibus a-
In fontes rediere suos: cõcussaque sisto, (mnes
Stantia concurrio cantu freta: nubila pello,
Nubilâque induco: vẽtósque abigóque, vocóq;.
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces:
Viuáque saxa sua, conuulsáque robora terra,
Et syluas moueo: iubeóque tremiscere montes,
Et mugire solum, manésque exire sepulcris.
Te quoq; Luna traho: quãuis temerata labores
Æra tuos minuant. currus quoque carmine no-
Pallent: ac pallet nostris Aurora venenis. (stro

IN IIII, autẽ diuini operis, tanquã magistri, Hæc se carminibus promittit soluere mentes, Quas velit: ast alios duras immittere curas: Sistere aquam fluuiis, & vertere flumina retro. Nocturnósque cier manes, mugire videbis Sub pedibus terrã, & descẽdere mõtibus ornos.

IN Rufinũ primo eadẽ apud Claudianum,

-nouus quo Thessala cantu
Eripiat lunare iubar: quid signa sagacis
Ægypti valeant: qua gens Chaldæa vocatis
Imperet arte deis. Nec me latuere fluentes
Arboribus succi, funestarúmque potestas
Herbarum: quicquid lethali germine pollet
Caucasus: & Scythiæ vernãt in gramine rupes.
Quas legit Medea ferox, & callida Circe.
Sæpius horrendos manes, sacrísque litaui
Nocturnis Hecaten: & condita funera traxi
Carminibus victura meis: multósque canendo,
Quanuis restarent Parcarum fila, peremi.
Ire vagas quercus, & flumina stare coegi:
Versáque non prono curuaui flumina lapsu
In fontes reditura suos.

EADEM potentia apud Lucanum in sexto, iisdem sententiis,

Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit
Non satis adductus amor. Melius, *concessus.*

-flammisq; seueri
Illicitis arsere senes. Si ponas *concessus*, hîc dices, *Ignotis.* *-nec noxia tantum*
Pocula proficiunt. aut quum turgentia succo
Frontis amaturæ subducunt pignora fœtæ.
Mens hausti nulla sanie polluta veneni,
Excantata perit. Quos non concordia misti
Alligat vlla tori, blandæq; potentia formæ,
Traxerunt torti magica vertigine fili.

Plura, ac maiora, & immodica,

Cessauere vices rerum, dilataq; longa
Hæsit nocte dies. legi non paruit æther.
Torpuit & præceps audito carmine mundus.

Axibus

Axibus & rapidis impulsos Iuppiter vrgens:
At axes neutiquam mouẽtur, nec poli: quidem.
Miratur non ire polos. Nunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo.

quod sequitur acutissimum est,

Et tonat ignaro cælum Ioue: vocibus iisdem
Humentes latè nebulas, nimbósque solutis
Excussere comis. ventis cessantibus æquor
Intumuit. rursus vetitum sentire procellas
Conticuit turbante Noto. puppísmque ferentes
In ventum tenuere sinus. de rupe pependit
Abscissa fixus torrens: amnísque cucurrit
Quâ non pronus erat. Nilum non extulit æstas.
Mæander direxit aquas. Rodanũque morantem
Præcipitauit Arar. summisso vertice montes
Explicuere iugum. nubes suspexit Olympus.
Solibus & nullis Scythicæ, quum bruma rigeret,
Dimaduere niues. impulsam sidere Tethyn
Reppulit Æmonidum defenso littore carmen.
Terra quoque immoti concussit põderis axem:
Et medium vergens titubauit nisus in orbem.
Tantæ molis onus percussum voce recessit:
Prospectúmque dedit circumlabentis Olympi.

NEC hisce contentus,

Omne potẽs animal lethi, genitúmque nocere,
Et pauet Æmonias, & mortibus instruit artes.
Has auidæ tigres, & nobilis ira leonum
Ore fouent blando. gelidos his explicat orbes,
Inque pruinoso coluber distenditur aruo.
Viperei coeunt abrupto corpore nodi:
Humanóque cadit serpens afflata veneno.

VIX respiraui. sanè video audire vnum quẽpiam ex iis circulatorib⁹, qui vicatim pharmaca venditant sua. Ne tibi Musæ talem dederint mentem, vt insanus, non vates videare. Igitur ad alia,

IN sexto Sibylla diuini viri,

At Phœbi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur vates: magnum si pectore possit
Excussisse deum. tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.

Non hoc sono contẽtus Lucanus, in quinto addidit etiam vlulatus qui nusquam leguntur,

Spumea tunc primùm rabies vesana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura, tunc mœstus vastis vlulatus in antris,
Extremaq; sonant domita iam virgine voces.

In quarto diuini operis describitur

Fama, malum quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget: viréque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras:
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila cõdit.
Illam terra parens, ira irritata deorum,
Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladóque sororem
Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis:
Monstrum horrendũ, ingens: cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu) (res.
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit au-
Nocte volat cæli medio, terræque per vmbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes.
Tam ficti prauíque tenax, quàm nuncia veri.

QVAE sequũtur etiam pertinent ad descriptionem,

Hæc tum multiplici populos sermone replebat,
Gaudens: & pariter facta atque infecta canebat.

Ab hisce deduxit sua Flaccus in 11, *(nentem,*
Quam Pater omnipotens digna atq; indigna ca-
Spargentemq; metus, placidis regionibus arcet
Ætheris. illa fremens habitat sub nubibus imis,
Non Erebi, non diua Poli: terrasq; fatigat,
Quas datur. Audentem primi faciuntq; fouentq;:
Mox omnes agit, & montes quatit inuida linguis.

STATIVS Martis currum dixit eam mouere, in tertio Thebaidos,

-at vigil omni
Fama sono, varios rerum succincta tumultus:

Melius: *rerum varios accincta.*

Anteuolat currum: flatuq; impulsa gementum
Alipedum trepidas denso cum murmure plumas
Excutit. vrget enim stimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui. Bellica Marte stimulatur,

-curruq; infestus ab alto
Terga comasq; deæ Scythica pater increpat hasta.

Nescio quare *comas.*

IN eundem librum totum belli apparatum trãstulit ex optimo præceptore: à quo pro summa laude atque gloria duxit, superari posse. quis enim omnium mortalium ad illa aspiret?

Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis antè:
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Puluerulẽtus equis furit: omnes arma requirũt.
Pars læues clypeos, & spicula lucida tergunt
Aruina pingui: subigúntque in cote secures.
Signáque ferre iuuat, sonitúsq; audire tubarũ.
Quinque adeò magnæ positis incudibus vrbes
Tela nouant: Atina potens, Tybúrque superbũ,
Ardea, Crustumerísque, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitũ: flectũtque salignas
Vmbonum crates. alii thoracas ahenos,
Aut læues ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacib⁹ enses.
Classica iánque sonant. it bello tessera signum.

TVM illa verè militaria, quasi quum ad arma conclamatur. videor enim hoc ipsum agere,

Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos: clypeumq;, auroq; trilicem
Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.

Nec imbellia illa Papiniana, sed optima,

-liquere domos, dilectaq; læti
Connubia, & primo plorantes limine natos:

Melius, *primo flentes in limine.*

Tantus in attonitos cecidit deus. Arma paternis
Postibus, & fixos superùm ad penetralia currus
Vellere amor. tunc fessa putri rubigine tela:

Nimis audax epitheton. *fessa.*

Hærentesq; situ gladios in sæua recuruant
Vulnera: & attrito cogunt inuenescere saxo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hi teretes galeas, magnorumq; ærea fulta
Non sunt teretes galeæ. Teretia sunt longa.
Thoracum, & tunicas chalybū squalore crepantes
Pectoribus aptare suis. Gortynia lentant
Imò lenta & retenta, tendunt aut curuantur.
Cornua. Iam falces, auidis & aratra caminis
Rastraq;, & incurui secum rubuere ligones.
Cædere nec validas sanctis è stirpibus hastas:
Mallem sacris, quàm sanctis.
Nec pudor emerito clypeum vestisse iuuenco.
Irrupere Argos: mœstiq; ad limina Regis
Bella animis, bella ore fremunt.
Sed etiam quod Alecto Maronis facit, hoc huius Bellona,
Prima manu rutilam de vertice Lariſſæo
Ostendit Bellona facem: dextraq; trabalem
Hastam intorsit agens: liquido quæ Hridula cælo
Fugit: & aduersæ celso stetit aggere Dirces.
Mox & castra subit: ferroq;, auroq; coruscis
Mista viris turmale fremit: dat euntibus enses:
Plaudit equos: vocat ad portas: hortamina fortes
Non placet vox, *hortamen*, in Heroico.
Præueniunt: timidisq; etiam breuis addita virtus.
Dixerat enim ille,
At sæua è speculis tempus dea nacta nocendi,
Aydua tecta petit: Habuli & de culmine summo
Pastorale canit signum: cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
Contremuit nemus, & syluæ intonuere profundæ.
Audijt & Triuiæ longè lacus: audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini:
Et trepida matres pressere ad pectora natos
Tum verò ad vocem celeres, qua buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis
Indomiti agricolæ.
Transeamus ad amœnitatem quampiam. Elysium suum Claudianus in secundo de Raptu,
Amissam ne crede diem. sunt altera nobis
Sideræ: sunt orbes alij: lumenq; videbis
Purius: Elysiumq; magis mirabere solem,
Cultoresq; pios: illic pretiosior ætas
Aurea progenies habitat: semperq; tenemus,
Quod superi meruere semel. Acutè dictum,
-nec mollia desunt
Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores: quos non tua protulit Ætna.
Est etiam lucis arbor prædiues opacis,
Fulgentes viridi ramos curuata metallo:
Hæc tibi sacra datur: fortunatumq; tenebis
Autumnum: & fuluis semper ditabere pomis.
Ex Musæi dictis in sexto,
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus. Quorū descriptio paulò superius,
Deuenere locos lætos, & amœna viretа
Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
Largior hic campos æther & lumine vestit
Purpureo: solemq; suum: sua sidera norunt.
Neque otium iners ac veternosum: sed
Pars in gramineis exercent membra palæstris:
Contendunt ludo: & fulua luctantur arena

A *Pars pedib⁹ plaudunt choreas, & carmina dicunt.*
Et mox,
Arma procul, currusq; virūm miratur inanes.
Stant terræ defixæ hastæ. nihil citius aut magis deprauat hastas. *-passimq; soluti*
Per campos pascuntur equi. Quæ gratia currūm
Armorumq; fuit viuis: quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Quinetiam,
Conspicit ecce alios dextra lævaq; per herbam
Vescentes, lætumq; choro Pæana canentes
Inter odoratum lauri nemus. vnde supernè
Plurimus Eridani per sylvam voluitur amnis.
Quin & illorū collatio locorum ex duobus magnis poetis illustris erit. STATII nanque Tiresias in quarto ciet Erebum,
Tartareæ sedes, & formidabile regnum
Mortis inexpletæ: túque ô sæuissime fratrum,
B Cui seruire dati manes, æternáque sontum
Supplicia, atque imi famulantur regia mundi:
Soluite pulsanti loca muta, & inane seueræ
Persephones: vulgúsque caua sub nocte repostū
Elicite: & plena redeat stygā portitor alno.
Ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
In lucem remeare modus. tu separe cœtu
Elysios Persæ pios, virgáque potenti
Nubilus Arcas agat. contrà per crimina functis,
Qui plures Erebo, pluréſque è sanguine Cadmi
Angue ter excusso, & flagranti præuia taxo
Tisiphone dux pande diem: nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat vmbras.
Erichtho verò LVCANI in vi, lōge atrocior,
C Eumenides, Stygiúque nefas, pœneq; nocentū,
Et Chaos innumeros auidū confundere mūdos,
Et rector terræ: quem longa in secula torquet
Mors dilata deum: Styx, & quos nulla meretur
Thessalis Elysios. Cælū, matremq; perosa (quā
Persephone, nostræque Hecates pars vltima: per
Manib', & mihi sunt tacitæ commercia linguæ:
Ianitor & sedis laxæ: qui viscera sæuo
Spargis nostra cani: repetitáque fila sorores
Fracturæ: túque ô flagrantis portitor vndæ,
Iam lassate senex ad me redeuntibus vmbris
Exaudite preces: si vos satis ore nefando,
Pollutóque voco: si nūquā hæc carmina fibris
D Humanis ieiuna cano: si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido prosecta cerebro:
Siquis, qui vestris caput extáque lācibus infans
Imposuit, victurus erat: parete precanti.
QVVM autem vel ad preces vel ad imperia cunctarentur manes: in vtroque poeta est mox obtestātium minitantiúmque Necyomagorum modus. Hic enim,
Tisiphone, vocísque meæ secura Megæra,
Non agitis sæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam vos ego nomine vero
Eliciam: Stygiásque canes in luce superna
Destituam. per busta sequar. per funera custos
Expellam tumulis. abigam vos omnibus vrnis.
Teque deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta soles, Hecate pallenti tabida forma

Osten-

Ostendam, faciémque Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenso terræ sub pondere: quæ te
Contineant Ennea dapes: quo fœdere mœstum
Regem noctis ames, quæ te contagia pallam
Noluerit reuocare Ceres. Tibi pessime mundi
Arbiter, immittam ruptis Titana cauernis:
Et subito feriere die. Paretis? at ille
Compellendus erit, quo nunquam terra vocato
Non excussa tremit: qui Gorgona cernit apertā,
Verberibúsque suis trepidam castigat Erinnyn.
Indespecta tenet vobis qui Tartara -
(MELIVS, Vobis indespecta tenet) --cuius
Vos estis superi: Stygias qui peierat vndas.
TIRESIAS autem,
Testor, ait, diuos, quibus hunc sacrauimus ignē,
Læuáque conuulsæ dedimus carchesia terræ,
Iam nequeo tolerare moram. Cassúsne sacerdos
B Audior? an rabido iubeat si Thessala cantu
Ibitis? & Scythicis quoties armata venenis
Colchis aget: trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor: si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis ossibus vrnas
Egerere, & mistos cælique, Erebíque sub vnum
Funestare deos libet? aut exanguia ferro
Ora sequi, atq; ægras functorum carpere fibras?
Ne tenues annos, nubémque hanc frōtis opacæ
Spernite ne, moneo. Et nobis sæuire facultas.
TVM ad minas,
Scimus enim, & quicquid dici, nosclque timetis.
Et turbare Hecaten: ni te Thymbræe vererer.
Et triplicis mundi summū quem scire nefastum
Illum: sed taceo. prohibet tranquilla senectus.
C PENTHEI miseriam ex matris insania breuissimè perstrinxit Maro. Claudianus adduxit ad comparationem in Eutropium,
Quales Aonio Thebas de monte reuersæ
Mænades infectis Pentheo sanguine thyrsis:
Quum patuit venatus atrox: matriq; votatum
Conspexere caput: gressus caligine figunt:
Et rabiem desisse dolent.
OVIDIVS in tertio rem ipsam luculētè narrat,
Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt: prima est insano concita cursu:
Prima suum misso violauit Penthea thyrso
Mater: &, ô geminæ, clamauit, adeste sorores.
Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
D Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in vnum
Turba furens: cūctæ coeūt: trepidūq; sequuntur,
Iā trepidū, iam verba minus violenta loquētem,
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, fer opem matertera, dixit,
Autonoe: moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa, quis Actæon, nescit: dextramq; precantis
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat:
Trunca sed ostendēs deiectis vulnera membris,
Aspice mater, ait. visis vlulauit Agaue:
Colláque iactauit: crinémque per aera mouit:
Auulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat: iò comites, opus hoc, victoria nostra est.
INTER Idyllia Theocriti recensetur illud,

A in quo hæc scripta sunt,
Πανδιὲ δ' ἁλιεῦ πάτερ ἀπὸ πάντ' ἐθέλοισι,
Ἔρχεαι ἐς ἀγχιάλαν καταδύς, ἐπιχώριον ἔργον
Αὐτονόα φορέοντ' ἐν ἀέκρατος δίνον ἰδίσαι,
Σὺν δ' ἐπάορξε ποσὶ μαιόμενος δ' ὀρέων Σάτυροι,
Ἐξαπίνας ἐπέοισιν, τὰ δ' ἄχ' ὀρέοντ Σάτυροι.
Μαίνετο μὰν θ' αὐτὰ, μαίνοντο δ' ἀρ' ὀλὺ ἀχ ἄλλαι.
Πανδιὲς μὰν φεῦγεν πιφοζημένος, καὶ δ' ἐδίωκον,
Πίσσας ὠκ ἔωσῆρες ἐς ἰχθῦας ἐρύσσασθαι.
Πανδιὲς μὲ πόδ' ἔειπε, πίνῳ χέρνιβα γυναῖκες;
Αὐτονόα τόδ' ἔειπε, πάλα χοίρια φέρ' ἀκοῦσαι.
Μάτηρ μὲ καφαλὰν, μυκήσατο, πανδὸς ἐλοῦσα,
Οὔσον φὼ τυκάδος τελέθει μύκημα λεαίνας.
Γνὼ δ' ἐξέρπξε πως ἀμετρήτω μέγα θῶμα,
Λὰξ ὅτι γαστέρ βᾶσα: χ' αὐτονόας φυθμὸς αὐτός.
Αἰ δ' ἄλλαι τὰ πρῶτα χρία νεμέοντο γυναῖκες.
Ἐς θήκας δ' ἀφίκοντο πετρυφόεσσαι αἵματι σῶσαι,
Ἐξ ὄρεος πίνδησα, χ' οὐ πανδὸς φίερουσα.
In quibus, vt in cæteris penè omnibus, lōgè minorem spiritum poeticum inuenies in Græcis quàm in Latinis. In vtrisque autem audaciam mendacissim am. Vix sex homines brachium auellere queant.
IN primo Argonauticôn vota concepit pro filio Peleus,
Hoc superi seruate caput. tu cætera Chiron
Da mihi. te paruus lituos, & bella loquentem
Miretur: sub te puerilia tela magistro
Venator ferat: & nostram festinet ad hastam.
Haud absimilia in tertio Honorii consulatu apud Claudianum, *-Rex ô Stellantis Olympi,*
C *Talis perdomito redeat mihi filius hoste,*
Hyrcanas populatus opes, aut cæde superbus
Assyria, sic ense rubens: nimis coacta synecdoche: *-sic flamine crebro*
Turbidus, & grato respersus puluere belli:
Armaq; gaudenti referat captiua parenti.
Gaudenti, plebeium: *gaudenti*, non est ausus: *lætо*, non explet numerum.
TALIA & Annibal SILII ad filiolum, in III,
-spes ô Carthaginis altæ
Nate, nec Æneadum leuior metus: amplior, oro,
Sis patrio decore: & factis tibi nomina condas:
Qui superes bellator auū: ianque ægra timoris
Roma tuos numeret lacrymādos matribus annos.
D Ni præsaga meos ludāt præcordia sensus: (nos.
Ingens hic terris crescit labor: ora parentis
Agnosco, toruáque oculos sub fronte minaces,
Vagitúque graue, atque irarum elemēta mearū.
Siquis fortè deus tantos inciderit actus,
Vt nostro abrumpat letho primordia rerum:
Hoc pignus belli coniunx seruare labora.
Cúmque datum fari: huc per cunabula nostra.
Tangat Elisæas palmis puerilibus aras:
Et cineri iuret patrio Laurentia bella.
Inde vbi flore nouo pubescet firmior ætas:
Emicet in Martem: & calcato fœdere victor
In Capitolina tumulum mihi vindicet arce.
Aiacis quoque Sophoclæi affectus iidem,
Αἰ' πᾶι ᾧιον πάϊδα δπιτρόπευε,
Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοι ἦ ᾧιος· οὐ γὰρ ἂν οὐ χαλός.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et paulò pòst, -δεῦτ' ὄπως' παῦσ
Διὶ ξυνετὸν ἐν ἀγῶνι, ἅ Θ' ἕξομεν ἔργον ἑκάστη:
Sed & Hector in sexto Iliados ea precatur, quæ nos quóque nobis euenire cupiamus,
Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
Παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγὼ περ, ἀριπρεπέα τρώεσσι,
Τῶ βίλω τ' ἀγαθὸν, καὶ Τροίου ἶφι ἀνάσσειν.
Καί ποτε τις εἴποι πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων.
Ἐκ πολέμου ἀνιόντα, φέροι δ' ἅνδρα βοητήν,
Κτείνας δῃώσας, ἀνδρὸς χαρίεν δὲ φρένα μήτηρ.

Claudianus in Proserpinæ tela cũ Ouidio certat de rerum sedibus post primam cõfusionem. vter igitur vincat, ex his manifestum erit,

Hic elementorum series, sedésque paternas
Insignibat acu. veterem qua lege tumultum
Discreuit natura parens: & semina iustis
Discessere locis. Quicquid leue fertur in altum.
In medium grauiora cadunt. incanduit Æther.
Egit flamma polum. fluxit mare. terra pependit.

NIHIL minus, sed cum vulgo loquutus est.

IN primo Metamorphoseõn,

Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.
Nam cælo terras, & terris abscidit vndas:
Et liquidum spisso secreuit ab aere cælum.
Quæ postquã euoluit, cæcóque exemit aceruo:
Dissociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi vis & sine pondere cæli
Emicuit: summáque locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate, locóque.
Densior his tellus, elementáque grandia traxit,
Et pressa est grauitate sui. circumfluus humor
Vltima possedit: solidúmque coercuit orbem.

SED & zonas paulò pòst ad hunc modum digerit,

Vtque duæ dextra cælum, totidémque sinistra
Parte secãt zonæ: quinta est ardentior illis: (stra
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidémque plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media est, nõ est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas. totidem inter vtrámque locãs
Tẽperiẽq; dedit, mista cũ frigore flãma. (cauit:

SIC & ille, (bro

Addit quinque plagas: mediam subtegmine rubenti
Obsessam feruore notat. squallebat adustus
Limes: & assiduo sitiebant stamina sole.
Vitales vtrinque duas: quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris. cum fine supremo
Torpentes traxit geminas: brumáque perenni
Fœdat, & æterno constringit frigore telas.

IN primo perfecti operis,

Quinque tenent cælum zonæ: quarum vna coruſco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quam circum extremæ dextra, lævaq; trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuũm.

DEORVM concilium Ouidius in eodem,

Est via sublimis cælo manifesta sereno:
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis,
Regalémque domum. dextra, læváque deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuersa locis. à fronte potentes
Cælicolæ, clarique suos posuere Penates.
Hic locus est, quem si verbis audacia detur:
Haud timeam magni dixisse Palatia cæli.
Ergo vbi marmoreo Superi sedere recessu:
Celsior ipse loco, sceptróque innixus eburno
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem: cum qua terram, mare, sidera mouit.

CLAVDIANVS in tertio de Raptu, Iouis iussu Irim de cælo deducit,

Illa colorato Zephyros transgressa volatu
Numina cõclamat pelagi: Nymphásq; morãtes
Increpat: & fluuios humentibus euocat antris.

SPECIOSIORA quàm Ouidiana illa. tum autem ciuilia,

Ancipites, trepidíque ruunt. quæ causa quietos
Excierit: tanto quæ res agitanda tumultu?
Vt patuit stellata domus: considere iussi.
Nec confusus honor. Cælestibus ordine sedes
Prima datur. tractũ proceres tenuere secundum
Æquorei, placidus Nereus, & lucida Phorci
Canicies: Glaucum series extrema biformem
Accipit, & certo mansurum Protea vultu.
Nec non & senibus fluuiis concessa sedendi
Gloria: plebeio stat cætera more iuuentus.
Mille amnes: liquidis incumbunt patribus vdæ
Naides: & taciti mirantur sidera Fauni.

STATIVS in primo Thebaidos quamproximè ad palmam,

At Iouis imperio rapidi super atria cæli
Lectus concilio diuũm conuenerat ordo
Interiore polo. spatiis hinc omnia iusta
Primæque, occiduæque domus: effusa sub omni
Terra, atque vnda die. Mediis sese arduus infert
Ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu:
Stellantísque locat solio. Nec protinus ausi
Cælicolæ: veniam donec pater ipse sedendi
Tranquilla iubet esse manu: mox turba vagorũ
Semideũm, & summis cognati nubibus amnes:
Et compressa metu seruantes murmura venti,
Aurea templa replent misti. conuexa deorum
Maiestate tremunt. Radiant maiore sereno
Culmina, & arcano florentes lumine postes. (rũ,

MARONIS maiestas suis cõtenta, nihil hoc

Panditur interea domus omnipotẽtis Olympi,
Conciliúmque vocat diuũm pater, atque hominum rex
Sideream in sedem: terras vnde arduus omnes,
Castráque Dardanidum aspectat, populósque
Considunt tectis bipatentibus, (Latinos

OVIDIANVM Chaos aliis numeris prosequutus est Lucanus in primo,

-sic cum compage soluta
Secula tot mundi suprema coegerit hora,
Antiquum repetẽs iterum Chaos: omnia mistis
Sidera sideribus concurrent. ignea pontum
Astra petent. tellus extendere littora nolet:
Excutiétque fretum. fratri contraria Phœbe
Ibit: & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totáque discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.

PINGVIS sanè excursus, & ostẽtationis plenissimus. nam Ouidius, quòd aggressus est profiteri, iure narrat,

Vnus erat toto terrarum vultus in orbe:
Quem dixêre Chaos, rudis indigestáque moles.
Nec quicquã, nisi põdus iners, cõgestáque eodẽ
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

ET interiectis carminibus de confusione tandem,

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Caci repræſentatio. Virgilianum Cacum duo poetæ diuersis historiis repræsentarunt. Apud Flaccũ igitur in IIII, agnosces illũ ex Amyci immanitate. apud PAPINIVM in I, Thebaidos ex Adrasti narratione, quã de vastatore monstro instituit. In VIII,

Hic spelunca fuit vasto summota recessu,
Semihominis Caci facies quam dira tegebat,
Solis inaccessam radiis: sempérque recenti
Cæde tepebat humus: foribúsq; affixa superbis
Ora virũm tristi pendebant pallida tabo.

AMYCI autem,

Littore in extremo spelunca apparuit ingens
Arboribus super, & dorso contecta minanti:
Nõ quæ dona deũm, non quæ trahat ætheris ignem:
Infelix domus, & sonitu tremebunda profundi.
Vt varii pro rupe metus. hic trunca rotatis
Brachia rapta viris, strictóque immortua cestu:
Ossáque tetra situ: capitum mœstissimus ordo.

AT quemadmodum Euander de Caco: sic Adrastus de mõstro verba facit inter ipsa sacrificia. Illum interficit Hercules: hoc Corœbus: operepretium eius videre faciem viuentis, & vt ille Vulcano satus: sic hoc,

-monstrum infandis Acheronte sub imo
Conceptũ Eumenidũ thalamis: cui virginis ora
Pectoráque, æternum stridens à vertice surgit:
Et ferrugineam frontem discriminat anguis.

ILLIVS quoque,

-nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villoſaq; ſetis
Pectora ſemiferi, atq; extinctos faucibus ignes.

Ita & huius,

-iuuat ire, & viſere iuſta
Liuentes in morte oculos, vteriq; nefandam
Proluuiem, & craſſo ſqualentia pectora tabo.

Nihil *squallet tabo.* sed squallor est αὐχμὸς. ab asperitate ἀπὸ φολιδωτῶν: vt diximus in Originibus & in historiis Aristoteles.

Noctis & Somni. NOCTIS, & Somni descriptionem animaduertimus apud multos. Virgilius in V, simplicissimè,

Ecce deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique ſoporatum Stygia, ſuper vtraque quaſſat
Tempora, cunctantiq; natantia lumina ſoluit.

Somni verò tempus & noctis diuinitus, in IIII, quod & alibi posuimus: cæterùm decies repetitum placebit,

Nox erat: & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras: syluæque, & sæua quierant
Æquora: cùm medio voluuntur sidera lapsu:
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

CVIVS lucis vmbra quædam est in VII, Pu nicorum,

Cuncta per & terras, & lati ſtagna profundi
Condiderat ſomnus, poſitoq; labore dierum
Pacem nocte data mortalibus orbis agebat.

Ac quemadmodum ibi,

At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculiſue aut pectore noctem
Accipit. SIC apud SILIVM iisdem verborum momentis,

At non Sidonium curis flagrantia corda
Ductorem, vigileſq; metus haurire ſinebant
Dona ſoporiferæ noctis.

IN V, Syluarũ PAPINIVS floridissima, atque amœnissima. postquam enim deorum placidissimum appellauit, subdit,

Tacet omne pecus, volucréque, feræque:
Et simulant fessos curuata cacumina somnos:
Nec trucibus fluuiis idem sonus: occidit horror
Æquoris, & terris maria inclinata quiescunt.

IN I, Achilleidos breuius,

-totis vbi somnus inertior alis
Defluit in terras, mutúmque amplectitur orbẽ.

AT in X, Thebaidos somni sedem ingeniosè admodum, & Ouidianè,

Stat super occiduæ nebulosa cubilia noctis
Æthiopásque alios, nulli penetrabilis astro
Lucus iners: subtérq; cauis graue rupibus antrũ
It vacuum in montem, quà deſidis atria ſomni
Securumq; larem ſegnis natura locauit.

IMO soler, ac vegeta segnem, nõ ipsa segnis,

Limen opaca quies, & pigra obliuia ſeruant,
Et numquam vigili torpens ignauia vultu.
Otia veſtibulo, preſſisq; ſilentia pennis
Muta ſedent, abigunt q; truces à culmine ventos.

non sunt igitur *otia*, nullum enim negotiosius negotium, quàm *ventos* arcere,

Et tramos errare vetant, neque ramorum motum errorem dixerim, *-& murmura demunt.*

Alitibus: non hîc pelagi, licet omnia clament
Littora, non illic cæli fragor, -non rectè posuit de vno loco, *hîc*, & *illic*. *-ipſe profundis*
Vallibus effugiens, ſpeluncæ proximus amnis.

Non placet currens fluuius, sed stagnum,

Saxa inter, ſcopuloſq; tacet. nigrantia circum
Arma, & omne ſolo recubat pecº & noua marcent
Gramina: terrarumq; inclinat ſpiritus herbas.

Ipse autem vacuus curis humentia subter
Antra soporifero stipatus flore tapetis
Incubat. exhalant vestes: & corpore pigro
Strata calent: supráque torũ niger efflat anhelo
Ore vapor. manus hæc fusos à tempore læuo
Sustentat crines, hæc cornu oblita remisit.

IGITVR OVIDIVM, qui hæc omnia penè dixit, aut imitatus: aut adhibito iudicio, qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

busdam vltro omissis superare conatus est. Ille nanque in x1,

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu:

Melius ad polum, quàm ad Occidẽtem, vt STATIVS. Nulla enim in parte occidens est, quin ibidem oriens quoque sit. Quare non est noctis locus, aut somni poti⁹, quàm diei ac vigiliæ. sub polo autẽ sita loca procul à luce sunt & à calore.

Mons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni.

Rectè *penetralia*: quia & recessum, & longè abductũ dicebat: cætera sunt, è quib⁹ sua STATIVS. Quò nunquã radiis oriens, mediúsue, cadénsue Phœbus adire potest, nebulæ caligine mistæ Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis. Non vigil ales ibi cristati cantibus oris Euocat auroram: nec voce silentia rumpunt Sollicitúe canes, canibúsue sagacior anser, Non fera, non pecudes, non moti flamine rami.

CASTIGATIVS quàm PAPINIVS,

Humanæue somnum reddunt commicta linguæ
Tuta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes, per quem cũ murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.

Prudentius, quàm ille, non dedit fluuium alium de, quàm à Lethe. Neque motum dedit ei sine murmure ob somni conciliationem. Animaduerte tamen loquendi modum: *vnda labens per aquæ riuum.*

Ante fores antri fœcunda papauera florent,
innumeræque herbæ: quarum de lacte soporem,
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
Ianua, ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota: custos in limine nullus.
At medio torus est Ebeno sublimis in antro
lumeus, vnicolor, pullo velamine tectus:
Quo cubat ipse deus membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent.

APPONIT deinde numerum.

Protei formas varias canit in 1111, perfecti operis vir diuinus,

Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atrá que Tigris,
Squammosúsq; Draco, & fulua ceruice Leæna.
Aut acrem flammę sonitũ dabit: atq; ita vinclis
Excidet: aut in aquas tenues dilapsus abibit.

SILIVS in VII,

Per varias lusit formas, & terruit atri
Serpentis squammis: horrendaq; sibila torsit:
Et fremuit torno mutatus membra leone.

Et quemadmodum ad Aristæum,

Nam quis te iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos, quidue hinc petis?

Sic ille,

Dicite, ait, quæ causa viæ? quisue ora repente
Peruasit pallor? cur scire futura libido? & ibi,
Scis Proteu, scis ipse: nec est te fallere cuiquam.

& hîc, *-nosti nostros præsage timores.*

Ouidius in VIII,

Nam modò te iuuenem, modò te videre leonẽ.
Nũc violẽtus aper: modò quẽ tetigisse timerẽt,
A Anguis eras: modò te faciebãt cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarũ,
Flumen eras: interdum vndis contrarius ignis.

IN XI, de Thetide penè eadem.

IN XXI, Iliados Xanthus, vt Achillem à Troianorum cæde arceat, magnis vndis, atque vorticibus intumescit. fluuii verò impetum reprimit Vulcanus. Sic Punicorum 1111, aduersus Scipionem turget Trebia: cuius insolentiam comprimit idem Vulcanus. Idem argumentum in IX Thebaidos, de Ismeno atque Hippomedonte.

Δεινὸν δ' ἀμφ' ἀχιλῆα κυκώμενον ἴσατο κῦμα.
Ὣς δὲ τε δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόῳ-. SILIVS,

-consurgens aggere aquarum
B Impulit: atq; humeros curuato gurgite pressit.
Arduus aduersa mole irrumpentibus vndis
Stat ductor, clypeóq; ruẽtem sustinet amnem.

PAPINIVS in ipsis incremẽtis diutius moratur. diluuium quoq; ipsum adauget alia materia ad opprimendum bellatorem:

-nec mole liquenti
Contentus, carpit putres seruantia ripas
Arbusta, annosasq; trabes, eiectaq; fundo
Saxa rotat. Sed & vt illi,
-& obiecta dispellit flumina parma.

Post multam denique pugnã, sedat Iupiter fluminis furorem.

C Punicorum v, Flamminii galea insignis scylla: Turni, verò chimærã,

Cui triplici crinita iuba galea alta chimæram
Sustinet Ætnęos efflantem naribus ignes.
Tam magis illa fremẽs, & tristibus effera flãmis,
Quàm magis effuso crudescũt sanguine pugnę.

SILIVS,

Ære, atque æquorei tergo flauente iuuenci
Cassis erat munita viro: cui vertice surgens
Triplex crista iubas effundit crine Sueuo.
Scylla super fracti contorquens pondera remi
Instabat, sæuósque canum pandebat hiatus.

SIC Turni clypeus: quos versus adduxi suprà alia de causa,

At læuum clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos:
Argumentum ingens, & custos virginis Argus:
Caelataq; amnem fundens pater Inachus vrna.

Sic Flaminii,

Tum clypeum quatit, aspersum quem cædibus olim
Celticus ornarat cruor: humentiq; sub antro
Ceu fœtum lupa permulcens puerilia membra,
Ingentem Assaraci cælo nutribat alumnum.

Ad imaginem autem diuini clypei suum Silius pro Annibale fabricatus est in 11: in quo cùm cętera, tum hæc quoque de opulentissimo præceptore mutuatus est,

Condebat primæ Dido Carthaginis arces:
Instabatq; operi subducta classe iuuentus.
Molibus hi claudunt portus. his tecta, domusq;
Partiris iustè, Bitia venerande senectæ:
Instant ardentes Tyrij. pars ducere muros:

moliriq;

Moliriq; arcem: & manibus subuoluere saxa.
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.

Serpentum causa in Africa ab OVIDIO in 1111, Metamorphoseõn.

Cúmque super Libycas victor penderet arenas:
Gorgonei capitis guttæ cecidêre cruentæ:
Quas humus excepras varios animauit in angues.

Vnde frequẽs illa est, infestáque terra colubris.

SILIVS in 111, breuissimè,

Fama docet, cæsæ rapuit cùm Gorgonis ora
Perseus in Libyæ dirum effluxisse cruorem.
Inde Medusæis terram exundasse chelydris.

A bo agnouit in 1. Aiunt tamen Geographi eos esse Scythis affines. Quare non erũt vt scribit ille,

Η' δ' εἰς πέλεγο' ἵκηαι: βαθυρρόου ὠκεανοῖο
Ἔνθα δὲ καμμείων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
Ἠέλιος δ' οὔποτε φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτῖνσι,
Οὔθ' ὅπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὔθ' ὅπαν ἂψ δύσῃ γαῖαν ἐπ' ἐρεμνὴν πρηνέα πίπτων.
Ἀλλ' ὀλοὴ νὺξ ἀμφὶ τέτυπται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Hæc maximo cum dispendio veritatis: vt nõ sine magna causa Plato vetuerit poetas ingredi suam ciuitatem. Quæ nánque tandem terrarum pars tam extra Solis radios est, vt nunquam eis illustretur? Quin & Latinorum quosdam ciusdem temeritatis populares inuenias. Nam quis Festum ferat scribentẽ, Cimmerios esse populos perpetuis frigoribus occupatos: qui inter Baias & Cumas habitarũt? saltem debuit eum pudere mẽdacii: cùm videret homo nominis Romani loca illa interdum etiam non ferẽdis æstibus exuri. Inter Scythas collocari vidẽtur à Flacco in V1, Argonauticõn. In 111, verò quãto clarius numeris, tãto obscurius finium designatione. Ex Homeri tamen filis videtur illa texuisse,

Est procul ad Stygiæ demissa silentia noctis
Cimmeriũm domus, & superis incognita tellus,
Cærulea tenebrosa situ, quo flammea nunquam
Sol iuga, sidereos nec mittit Iuppiter annos.
Stant tacitæ frondes: immotaq; sylua comanti
Horret verna iugo. specus, vmbrarumq; meatus
Subter, & Oceani præceps fragor, arnaq; nigro
Vasta metu, & subitæ post longa silentia voces.

Quæ à trinis promontoriis, incolarum Græcorum lingua, Trinacria appellata est: eam cùm esset Italiæ continẽs atque perpetua, maris vi dirimptam, iectam, atque iccirco Siciliam dictam prodidere. Hoc enim est ἰκάω, & secare: quemadmodum in Originibus scriptum est. Iccirco in 111, diuini operis,

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cùm protinus vtraq; tellus
Vna foret: venit medio vi pontus: & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, arua q; & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.

Figura, Conuersio. potius enim abscidit ab Hesperio Siculũ, vt à toto partẽ. CLAVDIANVS in 1, de raptu eadem, sed inferiore opera delineauit,

-Trinacria quondam
Italiæ pars vna fuit, sed pontus & æstus
Mutauere situm. nequaquam *æstus*, sed *æstu*, post mutatum à maris vi situm, vt dicebat ille, *interluit.* *-rupit confinia Nereus*
Victor, & abscissos interluit æquore montes:

Illud bonum,

Paruaq; cognatas prohibent discrimina terras.

Pingitur in 1111, Mercurius à diuino Poeta: ex quo suum deprõpsit STATIVS in 1, Thebaid.

Summa pedum properè plantaribus illigat alis:
Obnubitq; comas, & temperat astra galero.
Tum dextræ virgam inserit: qua pellere dulces

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara, & exangues animare assueuerat vmbras:
Omnia ex illo: quippe verba ipsa quoque veluti in eo versu qui hoice antecedit,
Paret Atlantiades dictis genitoris. nam summus Poeta dixerat, *Ille patris magni parere parabat*
Imperio, melius *parabat* quàm *paret.*
Apparatum nánque profectionis ostendit in ipsa talarium adaptatione,
-& primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra
Seu terram rapido pariter cum flamine portât.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes: alias sub tristia tartara mittit:
Dat somnos, adimítq; & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, (Non solùm agitur vēris)
-& turbida tranat Nubila. QVAE Ouidius in 1, non ausus est, vt ille, interpolare: sed admiratus tantùm quasi digito indicauit,
Parua mora est, alas pedibus, virgamq; potentem
Somniferam sumpsisse manu, tegimenq; capillis.
Galerum omisit MARO.

Baccharum impetus atque discursus multis in locis legitur apud OVIDIVM, MARONEM, PAPINIVM. In VII, diuini operis latè. in III, Trãsformationum. in IIII, Virgilius attulit ad comparationem,
-qualis commotis excita sacris
Thyas vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia: nocturnusq; vocat clamore Cithæron.
IN V, PAPINIVS penè eadem,
-insano vetuti Thyiadum Thyas
Rapta deo: cùm sacra vocant, Idæaq; suadet
Buxus, & à summis audit tus montibus Euan.
Lemniadum audaciam atque impietatem descripsere: FLACCVS ex Apollonio in II. STATIVS in V, Inter quos exercere poterit suũ quisque ingenium. Iusti nánque operis instar sunt: neque hîc inferenda.

In Adrasti sacris, Phœbi laudes canuntur apud Papinium, quemadmodũ ab Euãdro Herculis Pæan. Vtrobíque post eędem ibi monstri, hic Caci: de quibus suprà dictum est.

Eadem veneratione summum virum imitatur in IIII, STATIVS: vbi Adrastũ ad Æneæ, Hypsipylen ad Veneris Ideam formauit,

Sic SILIVS in VIII, Æneæ atque Elisæ historiam, ex Marone totam: itémque ex verbis verba ab illo, tanquam à dictatore, non solùm à dictante pendens.

PAPINIVS in X, Nisi atque Euryali tum cædes, tum interitum repræsentauit in Hopleo & Dymante. Si Idæ lamentationes comparabis cum luctu matris Euryali, in III, diuini operis,
-Alpheum fama est, huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.
STATIVS in IIII,
Qui te flaue natant, terris Alphæe Sicanis
Aduena, tam longo non vnquam infecte profundo.
Pyrrhum angui VIRGILIVS in II, ille Tydeum in IIII,
Qualis vbi in lucẽ coluber mala gramina pastus
Frigida sub terra tumidum quẽ bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuiis, nitidúsq; iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga,
Arduus ad Solem: & linguis micat ore trifulcis.
-ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina Solis:
NON placent *Spiramina Solis.*
Erigitur liber senio & squallentibus annis
Exutus: lætísque minax intermicat herbis.
Ah miser, agrestum si quis per gramen hianti
Obuius: & primo siccauerit ora veneno.

IVRE optimo vtriusque poetæ ponentur loca illa: in quibus apud Maronem Turnus, apud Statium Tydeus, edita luculenta pugna defatigati describuntur. Sunt hæc è II, Thebaidos,
-at tamen illi
Membra negant, lassusq; ferit præcordia sanguis.
quomodo *ferit lassus?*
Iam sublata manus cassos defertur in ictus,
Tardatiq; gradus, clypeum non sustinet vmbo,
Mutatum spolijs. gelidus cadit imber anhelo
Pectore. tum crines, ardentiq; ora cruentis
Roribus, & tetra morientum aspergine manant.
IN IX diuini operis hæc,
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra valet: iniectis sic vndique telis
Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea: & saxis solida æra fathiscunt.
Discussæque iubæ capiti: nec sufficit vmbo
Ictibus. ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
Liquitur: & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.

DEINDE vterque adiungit leonis comparationes: quæ suis positæ sunt locis.

Locum etiam quem caneret aptum insidiis, accepit idem ex X I,
Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi,
Armorumq; dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus, tenuis qua semita ducit,
Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
ET posuit in II,
-gemini procul vrbe maligni
Faucibus vrgentur colles: quos vmbra superni
Montis, & incuruis claudunt iuga frõdea syluis
Insidias natura loco, cæcámque latendi
Struxit opẽ: mediásque arctè secat aspera rupes
Semita: quam subter campi, deuexáque latis
Arua iacent spatiis.

DIVINVM est elogium summi Poetæ, in IX,
Fortunati ambo, si quid mea carmina possint.
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.
Dum domus Æneæ Capitolij immobile saxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.
Huic hæsit FLACCVS in II,
Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus ausis,
Orsa feram, decus, & patriæ laus vna ruentis
Hypsipyle? Non vlla meo te carmine dictam
Abstu-

Abstulerint, durent Latiis modò secula fastis,
Iliacíque lares, tantíque palatia regni.

Fusius PAPINIVS Thebaidos III,
Tu tamen egregius fati, mentísq; nec vnquam
(Sic dignum) pãssure situm: qui cominus ausus
Vadere contẽptũ regis: quanquã ampla veniret
Libertas sancire viam: quo carmine dignam
Quo satis ore tuis famam virtutibus addam,
Augur amate deis? TVM tãquam in suis syluis vagus, -non te cælestia frustra
Edocuit, lauróque sua est dignatus Apollo:
Et nemorum Dodona potens. Cirrhæáq; virgo
Audebit tacito populos suspendere Phœbo.
Nunc quoque tartareo multũ diuisus Auerno
Elysias, i, carpe vias.

LVCANVS autem in IIII, de Curione,
At tibi nos, quando non proderit ista silere,
A' quibus omne æui senium sua fama repellit,
Digna damus iuuenis meritæ præconia vitæ.
Haud alium tantã ciuem tulit indole Roma:
Aut cui plus leges deberent recta sequenti.

ALIBI ex IIII, diuini operis Atlantis posuimus descriptionem: quam, quia est apud Ouidium, hîc reponere libitum est,

Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit.
Atlantis cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulsatur & imbri.
Nix humeros infusa tegit. tum flumina mento
Præcipitant senis: & glacie riget horrida barba.

ILLE autem Metamorphos. libro IIII,
Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comæque
In syluas abeunt: iuga sunt humeríq;, manúsq;.
Quod caput antè fuit, summo est in monte cacumen.
Ossa lapis fiunt, tum partes altus in omnes
Creuit in immensum.

TRIA sunt Epithalamia Claudiani valdè bona: Catulli duo: vnum Papinii. Festiuitas in Catullianis multa, & pura Venus è vero Latio: Erectior Papinius: Claudianus neque numeris, neque inuentionibus cedit illis.

Multa præterea loca sunt minutiora: eáque tot, vt vel pertinacissimum fatigare queãt obseruatorem: suo fretus ingenio, rariora mutuatur è Virgilio Lucanus: cæterorum penè nullus sibi parcit. ponam igitur aliqua, vt nobis in mẽtem venerint. VIRGILIVS in VI,
Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes.
STATIVS in V,
Illa velut rupes immoto saxea vsu Hæret.
VIRGILIVS in V,
Olli seruia datur, operum haud ignara Mineruæ,
Cressa genus Pholoe, geminiq; sub vbere nati.
STATIVS in VI,
-& generum famula solatur Achæa.
In iisdem vestigiis. nam VIRGILIVS,
-calcemq; terit, iam calce Diores,
Incumbens humeris. STATIVS autem,
-quem deinde gradu premit horridus Idas
Inspiratq; humero, flatuq; & pectoris vmbra
Terga premit. Quibus in locis etiam est illorum imitatio,
Tutatur fauor Euryalum, lacrymæq; decorę:
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Quę STATIVS in angustum,
-accessit lacrymarum gratia formæ.
Illa quoque summi Poetæ, quemadmodum & alia quamplurima retulit in sua idem. Nam quod suprà recitabamus,
-hæret pede pes, denssq; viro vir:
STATIVS in VIII,
Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbo,
Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis.
SIC, *Ad quem subridens mista Mezentius ira:*
Ille de Tydeo in eodem, *& formid abile videns.*
Longè sanè felicissimè. vterque melius quàm Homericus risus Sardonius.
SILIVS verò illa,
Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum
Ferrea vox: sic in IIII,
Non mihi Mœoniæ redeat si gloria linguæ
Centenasq; pater det Phœbus rumpere voces.
STATIVS autem illa,
Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis:
in XII.
Non cum peltiferis est hæc tibi pugna puellis:
Virgineas nec crede manus. hîc cruda virorum
Prælia. ILLA verò suauissima ex XII, diuini operis,
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur: vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa. Adeò sunt admirati duo maximi poetæ, vt in sua transtulerint. STATIVS, enim in I, Achilleidos,
Lactea Massagetæ veluti cùm pocula fuscant
Sanguine punico, vel ebur corrumpitur ostro.
CLAVDIANVS in I, de Raptu,
-non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit ostro.
Duobus tantùm verbulis idem STATIVS in V,
-rapit ingenti conamine saxum
Quo discretus ager. illa diuina ex eodem,
-saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis:
NEC minore cura in eodem,
Illum & cognatæ stagna indignantia Lernæ,
Floribus & vernis assuetæ spargere Nymphæ,
Ac Nemees reptatus ager, lucósque per omnes
Syluicolæ fracta gemuistis arundine Fauni,
SEQVVTVS est illa ex VII, quæ simplicissima condimentis affecit hisce,
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.
In eodem Iunonis verba ad furiam,
-fœcundum concute pectus, STATIVS in II, Achilleidos, *-fœcundumq; erige pectus.*
SILIVS in II, deduxit lineas suas ex momentis Virgilianis in III, elaborati operis,
It liber campis pastor, cui fine sine vllo
Inuetitum saltus penetrat pecus: omnia Pœnũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Armenti vigilem patrio de more sequuntur,
Gesaque,latrator Cydon,tectúmque focíque
In silicis venis,& fistula nota iuuencis:
quæ adeò hærent diuinis illis, vt Paraphrasis esse quæpiam videatur. Ergo hæc, quibus ne Apollo quidem melius,
Sæpe diē,noctémq;,& totū ex ordine mēsem
Pascitur: ítque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis:tantum campi iacet.Omnia secum
Armentarius Afer agit,tectúmque,larémque,
Armáq;,Amyclæúmq; canē, Cressámq; phare-
tram. Ex VIII,diuini operis,
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instāt!
Quas pœnas mihi Turne dabis!quàm multa sub vndis
Scuta virûm,galeásq;, & fortia corpora volues
Tybri pater!
E II,Punicorum tanquam di-scipuli,
Heu quantùm Ausonio sudabitis arma cruore!
Quas belli vindex pœnas mihi curta pendes!
Arborum simplicem altitudinē descripsit LVCANVS in III,
Æthera tangentes syluas liquere Coastræ.
At MARO in II,perfecti operis addidit mē suram ex conatu sagittariorum,
-vbi æra vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ.
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Vbi & loquutionem attendes, *vincere summum arboris aerem.* plebeius poeta dixisset simpliciter *arboris cacumen.* De Hylæa Scythiæ regione idē canit FLACCVS in VI,
Densior haud vsquam,nec celsior extulit vllas
Sylua trabes.fessæque prius rediere sagittæ,
Arboris ad summum quàm peruenere cacumē.
Est in XV,Transformationum,
Sic & Coralium,quo primùm contigit auras
Tempore,durescit:mollis fuit herba sub vndis:
CLAVDIANVS in nuptiis Honorii,
-vellitq; coralia Lotho
Virmen erat, dum stagna subit:processerat vndis,
Gemma fuit. Videamus quantum ad illa quæ sunt in V, diuini operis,
Intextúsque puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos,cursúque fatigat,
Acer,anhelanti similis:quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequicquam ad sidera tendūt
Custodes:fæustque canum latratus ad auras.
ACCEDANT ea quæ sunt in I, Thebaidos,
Hinc Phrygius fuluis venator tollitur alis.
Gargara defidunt surgenti,ac Troia recedit.
Stant mœsti comites,frustráque sonantia lassāt
Ora canes,vmbrámque petūt, & nubila latrāt.
ILLVD verò conuiuium totum pendet ex Marone. quemadmodum,
-nec sic auersum fama Mycenis
Voluit iter: imago illorum quædam est,
Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe,
& alia penè innumera: sicut apud Claudianum in I,de Raptu,
Iam vicina toro plenis adoleuerat annis. ex illo Poetæ, *Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.*
LVCANVS autem,quemadmodum dicebamus rarior.In III,tamen penè ad literam illa retulit, quæ sunt in X,diuini operis,
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis
Daucia Laride, Thymbérque simillima proles
Indiscreta suis,gratúsque parentibus error,
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.
Nā tibi Thymbre caput Euādrius abstulit en-
Te decisa suum Laride dextera quærit: (sis
Semianimésq; micāt digiti, ferrúmq; retractāt.
ILLE autē rudia, & quasi proponens thesin declamationis,
Stant gemini fratres fœcundæ gloria matris:
Quos eadem variis genuerunt viscera fatis.
Discreuit mors sæua viros:vnumq; relictum
Agnorunt miseri sublato errore parentes,
Æternis causam lacrymis. Sic & illa ex X,
-non me quicunq; es inulto
Victor,nec longum lætabere:te quoque fata
Prospectant paria,atq; eadem mox arma tenebis.
His sic in VII,
-Stygias magno duce liber ad vndas,
Et securus eo.te fœno Marte subactum
Pompeiosq; graues pœnas,vobisq; daturum,
Cùm morior,sperare licet.
Sic etiam ex I,inculpati operis,
Libra die,somniq; pares vbi fecerit horas:
Et medium luci,atq; vmbris iam diuidit orbem.
INVIII,æmulatus est,
Tempus erat,quo libra pares examinat horas
Non vnæ plus æqua die.
In iisdem locis,quæ suprà commemorabamus, sunt eorundem authorum versus, tanquam discipuli ac præceptoris. CLAVDIANVS,
-niueos infecit purpura vultus,
Per liquidas succensa genas,castiq; pudoris
Illuxere faces. Ille dē Lauinia,
Flagrantes perfusa genas,cui plurimus ignem
Subiecit rubor,& calefacta per ossa cucurrit.
Siliana illa in XV,
Contrà Sidonius,Letho non terreor vllo:
Vtere Marte tuo: ex Maronis Turno,
-non me tua feruida terrent
Dicta ferox.& mox,Vtere sorte tua. Itē Elisæ,
Stat sonipes,& frena ferox spumantia mandit.
& Flamminii,
Stat sonipes,vexatq; ferox humentia frena.
Sanè Silii huc adducere omnia loca,quęcunq; sibi comparauit ad effingendam Virgilii maiestatem,Grammatici potius interierit ad diligentiam ostentandam, quàm illius qui suo iudicio Poeseos virtutes sese persequi profiteatur.Proinde qui eo volet animum aduertere, singularē ponet operam. Nunc paucula, quæ supersunt, videamus,
Idem tractat argumentum GRATIVS,& NEMESIANVS apud nos:Græcis OPPIANVS. Magnus hic poeta, sicuti sæpe à nobis dictū est. quicum Græcorum neminem ausim comparare

re. Quamobrem nostros quoque duos hosce ab illo puto longè superatos. quippe cuius vnius spiritu Virgilianam diuinitatem repræsentatam semper iudicaui. tantum abest vt cum huius numeris illorum versus conferri posse rear. Atque eos quidem ambos cùm plebeios iudicē: Gratii puritatem atque rotunditatem:denique inuentionem & ordinem antepono. Id quod sigillatim perpendenti omnia,satis patebit.Cęterùm in sequenti libro nō inutilia quædam huic iudicio addita sunt.quare ad reliqua trāseamus.
Ex Proserpinæ Raptu loca decerpta sunt nobis aliquot sanè illustria:inter quę illa imprimis nobilia sunt,quæ cū Ouidianis conferre queas,
Quaq; volat,vernus sequitur color:omnis in herbas
Turget humus:medioq; patent connexa sereno.
Sanguineo splendore rosas:vacinia nigro
Induit:& dulci violas ferrugine pingit.
Et mox, -hæc lilia fuscis
Intexit violis:hanc mollis Amaracus ornat:
Hæc graditur stellata rosis:hæc alba Ligustris.
Te quoq; flebilibus mœrēs Hyacinthe figuris,
Narcissúmq; metūt, nūc inclyta gramina veris
Præstantes olim pueros. Tu natus Amyclis:
Hunc Helicon genuit.te disci perculit error:
Hīc fontis decepit amor.te fronte retusa
Delius:hunc fracta Cephisus arundine luget.
Æstuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferæ spes vna deæ.Nunc vimine textos
Ridentes calathos foliis agrestibus implet:
Nunc sociat flores.
OVIDIVS autem in V,Metamorphoseōn,
-& aut violas,aut candida lilia carpit.
Dumq; puellari studio calathosq; sinumq;
Implet. & in IIII,Fastorum,
Hæc implet calathos lento de vimine nexos:
Hæc gremium:laxos degranat illa sinus.
Illa legit calthas: huic sunt violaria curæ:
Illa papauereas subsecat vngue comas.
Has Hyacinthe tenes:illas Amarante moraris:
Pars Thyma,pars Rorem,pars Meliloton habet.
Plurima lecta rosa est:sunt & sine nomine flores:
Ipsa crocos tenues,liliaq; alba legit.
Ita laxior OVIDIVS:compositior CLAVDIANVS.neque enim solùm prata floribus, sed etiam flores ipsos pingit coloribus fabularū.Itaque & in illis pictior phrasis:quippe eius primarium argumentum est,
Forma loci superat flores.curuata tumore
Paruo planicies,& mollibus edita cliuis,
Creuerat in collem.niueo de pumice fontes
Roscida mobilibus lambebant gramina riuis.
Syluáque torrentes ramorum frigore Soles
Temperat:& modico brumā sibi vindicat æstu.
Apta fretis abies. &c.quæ alibi recitauimus.
Simplicius in V,Transformationum,
Sylua coronat aquas,cingens latus omne,suisq;
Frondibus,vt velo,Phœbæos submouet ignes.
Frigora dant rami.varios humus humida flores.
Perpetuum Ver est. & in IIII, Fastorum,
Valle sub vmbrosa locus est aspergine multa
Humidus,ex alto desilientis aquæ.
Tot fuerant illic,quot habet natura colores,
Pictaq; dissimili flore nitebat humus.

CONFERVNTVR PRINCIPIA ET FINES. CAPVT XVII.

HEc ad hunc modum. Principia verò & Fines operū quibus legibus tanti viri aggressi sint, vbi declaratū fuerit:nihil iam huiusce operæ supererit nobis.Ac Græci quidem statim inuocant:simul inuocationi admiscent argumēti propositionē. Nostri hanc primo loco:deinde implorāt opem: haud sine magna, quod alibi dicebamus, ratione. Cùm enim etiam rerum abditarum, etiam animorum momēta atque discursus canere instituant:verisimile est non nisi deorum immortalium spiritu afflatos ea consequi posse.Alii igitur Musas,alii Phœbum, nōnulli vnum quempiam ex cæteris diis inuocarunt. Venerem LVCRETIVS aptissimè: quæ sit author Romani generis:cuius lingua scripturus sit. tum autem princeps generationis:cuius principia,causas,elementa profitetur.Sic enim,vt aiūt, suos libros auspicatus est, *Æthereis & terræ genitabile quærere tempus.* Alii poetæ cùm viris illustribus libros suos dedicarent: quasi pro numine haberēt ipsos, ausi sunt ab eis petere carminum suorum præsidium.Sic poetarum princeps ad Octauiū conuertit vota sua:sic ad Neronem LVCANVS, ad Vespasianum FLACCVS, STATIVS ad Domitianum, OVIDIVS ad Germanicum. Atque hic quidem leuiter. quippe speciosissima verba illa,*timidæ dirige nauis iter.* At maximus poetarū effudit diuinitatem suam,vt deum faceret vnū ex tribus carnificibus: Augustum dico,tum Lepidi tum Antonii prædem immanitatis. Quem fac innocentiæ plenum,à qua longè fuit alienus: quare optimum poetam, nobiliorē se ciuem relegat Ouidium, propter suæ filiæ impudicitiā. Quid igitur ille cæli afficit honoribus, qui ne terra quidem fuit dignus? Sic enim est in exordio perfecti operis,
Tuq; adeò,quem mox quæ sunt habitura deorum
Concilia,incertum est,vrbésne inuisere Cæsar
Terrarumq; velis curam:& te maximus orbis
Authorem frugum,tempestatumq; potentem
Accipiat,cingens materna tempora Myrto:
An deus immensi venias maris,ac tua nautæ
Numina sola colant,tibi seruiat vltima Thule.
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis.
Post tot tantáque,etiam illud excogitauit,
Anne nouum tardis sidus temensibus addas:
Quà locus Erigonen inter,Chelasq; sequentes
Panditur?Ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius,ac cæli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris(nam te nec sperent tartara regem:
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quamuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis,
Ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere,& votis iamnunc assuesce vocari.
Quod consiliū diuino in opere cū repudiasset:

C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil enim horum quicquã ille, tametsi dicitur A
Cid opus Augusti iussu aut gratia conscripsisse:
I admonere potuit castigatæ eiuscemodi abstinẽ-
tiæ cũ reliquis STATIVM: qui per initia The-
« baidos ad eandem miseriam ita se composuit,

-tuq́, ô Latiæ decus addite famæ:
Quem noua maturi subeuntem exorsa parentis
Æternum sibi Roma cupit. Tum illa, nihil nisi su-
periora, *-licet arctior omnes*
Limes agat stellas: & te plaga lucida Cæli
Pleiadum, Boreæq́, & hiulci fulminis expers
Sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
Ipse tuis altè radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter æqua
Parte polimaneas hominum contentus habenis,
Vndarum terraq́, potens, & sidera dones.
Tempus erit, cùm lanigero tua fortior œstro
(durum hoc œstrum lanigerum)
Facta canam. Id quod etiam Flacco placuit:
sic enim scribit, *-tuq́, ô pelagi cui maior aperti*
Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos:
Eripe me populis, & habenti nubila terræ,
Sancte pater, veterumq́, fave veneranda canenti
Facta viũ. versam proles tua pandit Idumen.
Videntur aliqua deesse,
Nanq́, potens Solymo nigrantem puluere fratrem
Spargentemq́, faces, & in omni turre furentem,
Ille tibi cultusq́, dolum, delubraq́, genti
Inflituet: cùm iam genitor lucebis ab omni
Parte polineq́, enim Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graijs Elice seruanda magistris:
Seu tu signa dabis, seu te duce Græcia mittet,
Et Sidon, Nilusq́, rates: nunc nostra serenus
Ora iuues, hæc vt Latias vox impleat vrbes.

Licuit fortasse his Virgilium sequi. at Lu-
cano quî licuit? quippe ita est memoriæ prodi-
tum: Romæ quiddam recitaturũ, in præfatio-
ne (sic enim cõsueuerãt tũ ad attentionẽ compa-
rãdam tũ ad poematis cõmendationẽ) ausum es
se sese cum Virgilio ita cõparare, vt etiam ante-
ferri gestiret. illi enim hęc, *Ecquantum mihi restat*
ad culicem. Quid igitur illius ita verba excipit,
vt faciat suas? Tum autem qui Iuliorum familiã
vniuersam Hispanico ac plebeio odio prosequa-
retur: quibus numeris monstro illi (Neronem di D
co) potuit adulari? Audiamus igitur non iã Põ-
pei, sed sui transfugam,

-te cùm Stratione peracta
Astra peres serus, prælati Regia cæli
Excipiet gaudente polo, seu sceptra tenere,
Seu te flammiferos Phœbi transcendere currus,
Telluremq́, nihil mutato Sole timentem
Igne vago lustrare iuuat. Tibi numine ab omni
Cedatur: iuriq́, tuo natura relinquet,
Quis deus esse velis: vbi regnum ponere mundi.

Cum iis quæ sequuntur. STATIVS ad
vnguẽ, *Sed neq, in Arctoo sedem tibi legeris orbe:*
Nec polus aduersi caluus qua vergitur Austri:
Vnde tuam videas obliquo sidere Romam.
Ætheris immensi partem si presseris vnam:
Sentiet axis onus. libranti pondera cæli
Orbe tene medio. Pars ætheris illa sereni
Tota vacet: nullæq́, obstent à Cæsare nubes.

Ab hoc excursu temperauerunt SILIVS & O-
VIDIVS. quorum iudicium ex Æneide sumptũ
ego quoque sequendum puto. Opera verò sua
sic item penè omnes clauserunt: Modestè VIR-
GILIVS ac more suo,

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis otij:
Carmina qui lusi pastorum, audaxq́, iuuenta
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Veritus enim plagiariorum temeritatem tũ hîc
nomen posuit suum: tum pudẽter innuit initiò
B diuini operis,

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis vicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis,
Arma virumq́, cano. Quæ qui abstulere, suam
faciunt Æneidem, non Maronis. Et erat apud
priscos in more positum, vt non titulis solùm a-
scriberẽt nomẽ, sed operis statim principiis ap-
ponerent. Sic omnes Arabes, & Chaldæi, ac Pro-
phetæ veteres: Visio Azahelis. Iudicium Abdię.
Dixit Auenzabri. Sermo filii Zacuth. Propositi-
ones Barthecuai. Sic Herodotus, sic Thucydi
C des. HORATIVS inflatior in operis sui cõmen
datione. Nã cùm pudentissimè diuinus Parthe-
nias, *Hæc super aruorum cultu, pecorumq́, canebam,*
Et super arboribus: Ille,

Exegi monumentum ære perennius,
Regalíque situ Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum. &c.

Haud multum abiimilis OVIDIVS: modè
stior tamen,

Iamq́, opus exegi: quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
(aboleuit Fastorum tamen libros sex.)
Cum volet illa dies: quæ nil, nisi corporis huius
Ius habet: incerti spatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei, super alta perennis
Astra ferar: nomenq́, erit indelebile nostrum.

Modestissimè etiam STATIVS,

O mihi bissenos multum vigilata per annos
Thebai! Iam certè præsens tibi fama benignũ
Strauit iter: &c.

LVCANVS autem quasi verus Vates præue-
nit exitium suum his versibus, qui nõ in fine o-
peris, quippe imperfecti, sed in nono sunt,

Nam si quid Latijs fas est promittere Musis
Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores, &c.

Hi fines igitur poematum, cum quibus nos
quoque tam longo tamque pertinaci labori finẽ
faciamus.

LIBRI QVINTI FINIS.

IVLII

Hypercriticus

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

POETICES LIBER SEXTVS,

QVI ET

HYPERCRITICVS.

IVDICIVM DE ÆTATIBVS POESEOS LATINÆ

CAPVT PRIMVM.

Seculum vide.

LATINÆ Poeseos æ- A
tates quinque in præsẽ-
tia statuo: non quemad-
modum quatuor mundi
secula poetæ prisci: ne-
que similes quatuor vitę
spatiis, quæ à Philoso-
phis in animalib⁹ agno-
scũtur. motus enim, tra-
ctus ille qui certis temporum præscriptionibus B
secatur in partes, ac propterea seculi consecutus
est appellationẽ, celebratus est in primordiis ip-
sis à pacatis elemẽtorum consensionibus: à qua
perenni perpetuáque concordia incorruptissi-
mi metalli, hoc est auri, formam ei designarunt.
Ergo, vt res sese mortales habent, cùm in eo cõ-
sistere nõ posset, neque fas esset ad meliora pro-
mouere: necesse fuit à deterioribus excipi. Vnde
per argentum primùm, deinde per æs ad hoc vs-
que ferrum, quo nunc æuum miserrimè transi-
gimus, deducti sumus. Vitæ verò nostræ curricu C
lum longè alia dimensione ab infantia inchoa-
tum, statáque ętate perfectum, declinat eò vsque
dum rursus exolescat. At ipsam poesim multò
diuersa metimur ratione. nánque rudimenta
quædam primi illius exortus agnoscimus: flexũ-
que ætatis tãquã per adolescentiã, à Liuio atq;
Ennio, per Accium, Næuium, Plautũ ad cõsu-
matum florẽnsque transmissum robur: quod in
Terentio, Catullo, Tibullo, Horatio viget, in
Virgilio etiam luculẽtè splẽdet: à quo ad Mar-
tialem, Iuuenalem, Silium, Statium deuergens, D
paulatim efflorescit. Tum autem quarto velu-
ti decurso spatio, hęsit in senii vestigiis cum Se-
reno, Sidonio, Seuerino, Ausonio. Atque hæc
quidem præ se ferre videbantur hactenus ima-
ginem quãpiam inæqualis vitæ nostræ. verùm
longo post hosce tẽpore, non secus atque inter-
mortua, tandem penè derepẽtè satis magna, ve-
luti Tages alter, extitit. Nam tametsi de integro
A rediuiua nouam sub Petrarcha pueritiam incho
asse, atque inde Philelphi studio clara admodũ
incrementa cepisse vita est: haud exiguam tamẽ
illam tum fuisse puto, quam constat penè illico
multorũ illustrissimis ingeniis cõfirmatã, cum
antiqua illa optima certare potuisse. Etenim si
vnum modò Virgilium excipias (is enim non so
lùm humana superauit ingenia, verumetiã se-
se quasi parem extulit naturæ) Palingeniũ, Ac-
nium, Politianum, Cerratum, Vidã, Pontanũ,
Sanazarum, Fracastorium habes, quos cum qui-
uis veterum compares, multis, sed non ignobili-
bus anteponas. Quam rem vt cõmodius ac pro-
pius cognoscamus, ab iis quorum opera sunt no
ta nobis (multa enim latent nos in hac barbaria
atque vastitate literarũ: ac raris, longinquis, dif-
ficilibus, & vix & serò commeatibus subuehun-
tur) auspicatus, iudicium nostrum ad ea vsque
tempora deducere constitui, quæ sua fulta au-
thoritate, reprehensionibus atque censuris care-
re videbantur. Tentandum nánque nobis est,
perinde atque nobilium ac sublimium rerũ ve-
indagatoribus vel etiam vindicibus, an illa quæ
ab ipsis dicta sunt, acutius, concinnius, rotundi-
us, accuratius potuerint dici. Quæ fuit causa, vt
ab iis, qui etiamnunc monumentis suis super-
stites sunt, duxerimus temperandum. simul vt
& odium in castigando, & adulationis suspicio-
nem in laudando vitaremus. Tum autem qui
non omnium aut indolem, aut facta cognosce-
remus: si qui fortè propterea præterii fuissent,
ne id à nobis vel temerè, vel ignauè, vel etiã ma
lignè factum putaretur.

IVDICIVM DE POETIS,

CAPVT II.

AC quanquam à Quintiliano, sum-
mo est factũ iudicio, vt qualis quis-
que esset poetarum, cognoscere-
mus: & iam superioribus libris non

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauca sunt à nobis commemorata: nonnihil tamen hic quoque dicendum est, quod ad imitãdi studium rationémque nos excitare queat. Vt igitur à vetustioribus initiũ faciamus: sunt qui Plauto Terentiũ anteponant: non desunt qui è contrario huic illum. quarum partium iudicium in quibus rationibus fulciatur, intelligamus, facilè vter vtri præstet, notum erit. Illud igitur imprimis, quod & alibi dicebamus, considerandum est: Vtriusque idem studium fuisse in Comœdia. Quod poematis genus cùm ad animos laxandos fuerit excogitatum: quæ propius accederent ad hilaritatem, ea sunt à populo, popularísque auræ studiosis expetita. quæ fuit causa vt Volcatius secundum à Cæcilio Plautum statuerit: Terentiũ in postremis. Quando verò res eò perducta est, vt nos in lingua patria, hoc est Latina, simus peregrini: quam ex nitidissimi cuiusq; authoris operibus emendicatam, ad ea quæ sentimus, applicaremus: atque in ea Terẽtianæ munditiæ potiores essent salibus Plautinis: quantum propter animi voluptatem tribuerent Plauto prisci, tantum ætas nostra ob linguæ cultum Terentio. Ille igitur illorum secunda fortuna commẽdatus: hic nostra miseria magnus factus est. Nam equidem Plautum vt Comicum, Terentium vt loquutorem admirabor. quanquam ne Plauto quidẽ quicquã est quod Vobiicias, præter antiquitatem. Sui nánque temporis hominibus fabulas dedit ille: Terẽtius verò ne abscederet ab illa quã affectauit, puritate: discessit ab ea quã præstare oportuit, comitate. vt rebus verba Plautus, hic res verbis accommodasse videatur. Quæ tamẽ in horum Comœdiis melius aut fieri aut dici potuerint, videamus.

PLAVTVS, TERENTIVS.

Caput iii,

QVemadmodum igitur Plautus quibusdam Comœdiarũ inscriptionibus minus satisfecerit nobis: suo loco dictum est. nam neque Rudens explet indicationem argumenti eius fabulæ, cui id nomen fecit: neque in tota Trinummo, verbum hoc est nisi semel: & Truculẽtus sonum potius dat, atque expectationem sustinet, quàm rẽ præstet. longè commodius fecisset si pro Rudẽte, Tẽpestatem: pro Truculento, Rusticum: pro Trinummo, Thesaurum inscripsisset. Priuatim verò errauit in Amphitruone: cùm in ea noctẽ longã illam decãtatam scripsit, in qua Hercules conceptus fuit. nã sanè in ista ipsa nascitur, non concipitur. In Curgulione verò, quibus artibus potuit parasitus annulum militi suffurari, quẽ secum semper soror eius habuisset, postquã cũ illo perierat? Sic enim ait Planesium,

Verùm hunc seruaui semper mecum vnà annulum,
Cum hoc olim perij.

Neque verò placet quod fingitur in Cistellaria: Alcesimarchus adolescens statuitur cũ ferro in scena, tanquam seipsum interfecturus. hoc enim tragicum, atque adeò atrox nimis. In eadẽ præterea idem adolescens cùm deos fuorum dictorum testes faceret, ita iurat, *Itáne dij mœgri, minutiq;, & patellarij*. Hoc vt risum excuteret: nõ ex decoro vel rei vel personæ. id quod committit sæpe. verùm res esse oportet etiã ipsis in Comœdiis admodum verisimiles: vt, tametsi ficta, repræsentari potius quàm fingi videantur. Solũ illud licere liceat (libet enim quasi Comicè ludere) cùm duæ in scenis proximæ personæ, quasi in maximis interuallis ita loquũtur, vt à populo procul audiãtur: illi inter se nõ exaudiant. hoc igitur vitio poetarũ, theatrorũ cõsensu datũ atque pútmq; sit. Cætera omnia oportet quamproximè accedere ad veritatem. Itaque ne illud quidẽ vnquã est à me probarũ, cùm in captiuis & abit Philocrates, & redit Philopolem ab Ætolis Aulidem perpauxillis horis, non minore culpa tragici Græci, apud quos Athenis Thebas Theseus momento temporis, etiam cum exercitu, etiã prælium fit, etiam post victoriam nũcius. Ridiculus potius in Mercatore Charinus quàm facetus aut vrbanus, cùm furit: neque minus ineptus tum ipse tum pater, dum mutuis contentionibus licẽtur. vt omittã loca aliquot in quibus, sicuti dicebamus, antiquã exercet Comœdiam. quemadmodum & in Bacchidibus,

Etiam Epidicum, quam ego fabulam æquè ac me ipsum amo,
Nullam æquè insitus Spectat: si eam agit Pelio.

Hæc igitur inter alia, quæ quasi melius fieri potuerint, vsa sunt recensenda. Nã sanè dictionis genus non est nostrum emendare: qui illi sanè barbari sumus: aut si Latini, Latini profectò illius beneficio. Numeros nõ desideram⁹. Versus aliquot in v 1 1, libr. perpensi sunt. Antiquas dicendi figuras non nisi inepti carpere ausint: cuiusmodi sunt ex Aululatia, *Pici diuitiæ qui aureos montes colunt*, *Ego solus supero*: & ex Amphitruone, *Nauc ratem quem volui conuenire, in naui non erat*. Erant enim Romę tũ Atticissimi, quos curiosius seculum postea est aspernatum.

Terẽtii verò quod immutemus, sanè habem⁹ nihil: summa enim ille arte omnia, accuratáq; imprimis nitescit oratione. nã quę tria reprehendunt in ipso viri docti, illis potius quàm ei sunt oneri. Primũ est In Prologo Heautontim. ita scriptũ est, *Ne cui sit vetitum mirum cur partes seni Poeta dederit quæ sunt adolescentium, Id primùm dicam: deinde quòd veni eloquar*. Aiunt aliter proponere, aliter exequi. Itaque suo quisque arbitratu inuertit. Mihi verò ad vnguẽ distribuere quæ statuerit, videtur. nã primũ reddit rationem, tametsi leuẽ. Menãder enim cùm ita inferi pserit: satis habuit Poeta illius sequi iudicium. ait igitur hæc per illa, *Ex integra Græca, integram Comœdiam Hodie sum actурus*: *Heautontimorumenon*. deinde ait, *Nouam esse ostendi; & quæ esset: nunc qui scripserit, Et cuia Græca sit, ni partem maximam Existimarem scire vestrũm, id dicerem*.

Deinde declarat quare ita prodierit in scenam. Ratio ergo ab ipso hæc adducta est, à Menandri

à Menãdri authoritate. Quanquã ego arbitror, non omnis Comœdiæ partes esse adolescẽtum: sed eius personæ quę in fabula aut insignior, aut frequentior. Est autẽ maximè insignis in ea Menedemus, tum quia eius causa abfuit Clinia, tũ quia etiam cùm præsens est, abest. agũtur enim omnia penè in ædibus Chremetis: tum quòd cõpilatur senex. Postremò quia fabulæ hilaritas in Catastrophe, tota pertinet ad senis miseriam diluendam. Hoc primùm obiiciebant: alterũ hoc, Vasta, inquiunt, & hians, atque inanis Comœdia est. tota nánque intercedit nox. Nam per initia cœnam curant. postea Chremes ait, *luce scit*. Sanè igitur abiit nox. Hæc est illorum obiectio: quam sic diluimus, Datam actámque fabulã ludis Megalensibus. itaque dimidium fabulæ actum vesperi: noctem transactam ludis, alterum dimidiũ reliquum sub lucem. vnã igitur quasi duas. Id quod cùm esset per præconem pronuntiatũ iussu Ædilium, pollicitus est ipse quoque Poeta in Prologo, versu illo, *Duplex quæ ex argumento facta est simplici*. Tertia hæc animaduersio est in Andria: Introducitur enim Glycerium parturiẽs cũ hisce verbis, *Iuno Lucina fer opem*. At, inquiunt, cùm hæc Comœdia palliata sit, non erant inferenda nomina Romana. Lucinæ enim nomen quomodo notũ Glycerio, quæ Græca persona est? Respondemus, Prolepsis poetica est: ex poetæ sanè persona personis attribuuntur multa: quemadmodum suo loco dictum est de Lauinis litoribus & de Velino portu apud Maronem. & Romanis cùm recitarentur, Romanas voces interponere licuit. Id quod ab aliis quoq; factũesse cõstat ex Plautinis fabulis. Ille enim Thebis cùm ageret, Amphitruonem ita facit narrãtem Sosiã,

Prolepsis poetica.

Quid faciam nunc si tres viri me in carcerem compegerint? Sic in Captiuis nominat *Subhastlicanos*, cùm in Ætolia esset: item *velabrum*. cæterùm ne multis aliis excutiẽdis locis ostẽtem diligentiã, legatur Choragi ecẞasis in Curculione. ea est,

Qui periurum hominem volt conuenire eat in Comitium: Qui mendacem, & glorioſum, apud Cluacinę sacrum: Dites damnosos maritos sub Basilica quęrito. Prẽterea *forum infimum, forum medium, Canalem, Lacum, Thuſca vicum*: quæ omnia quũ Romæ sint, atque ea fabula in oppido Epidauri agatur: palàm est, hoc veteribus poetis licuisse, quod nouellis Grãmaticis carpere non liceat.

RECENTIORES.

Caput iiii, Marvllvs.

POsteaquam ex priscis illis expediuimus nos, à nostro seculo auspicari libet: vnde per proximam ętatem ad superiorem facto gradu, tandem in vltima illa optima atq; eius optimo principe Virgilio quiescamus. Primus, quod equidem sciam, Petrarcha ex lutulenta barbarie os cælo attollere ausus est. Cuius, quemadmodum diximus alibi, quòd nihil videre licuerit: eius viri castigationes, sicut & alia multa, relinquam studiosis. Simile fatum Philelphi quoque: sanè quod ad nos attinet. quare ad alios transeamus,

Marvllvs totus durus, morosus, aliorũ obtrectator, sui admirator simul, & diffidẽs. Anxius enim quo dicat modo, hæret negotiosus, omnino inuenustus. Quem cùm Crinitus tantoperè commendarit: accuratius perspiciendum est vtra potior fuerit: amicitiáne apud illũ, an apud nos veritas. Iam primùm ad Neęram Epigrãma, quod maximè videtur delitias facere, id verò maximè est insuaue, neque potest animus meus ei acquiescere orationi, quæ fœminam vocet Passerem aut turturem. Nam tametsi sexus est sub vno articulo vterque: tametsi non sunt acceptæ voces illæ pro epithetis: tamẽ aures eruditæ, veréque poeticæ aliud requirunt. Præterea cùm proponeret tria, regna, aurum, messes Arabum: tria conclusit, sed non eadem. sic enim dixit,

O prius peream ipse, regna, & aurum.

Dices non esse philosophum, sed poetam: at verus poeta dicat, se in Epigrãmate oportere esse philosophum. accedit enim bonum Epigramma ad virtutes Epicherematis. Ad hæc decrescit oratio. pluris enim erat eum perire, quàm regna: pluris regna, quàm aurum. quare aut ita, aut melius dixerit alius, *Ah prius pereamus, omnia vnà Arabum bona, regna, & aurum, & ipse*. vt tribus, quæ dicebat, repetitis, etiam seipsum addiderit. Quanquam etiam exercitationis gratia molliusculè illi futurum fuisse sic putamus,

Salue nequitiæ meæ Neęra,
Plusquam nequitiæ tui Marulli.
Meum mel, mea suauitas, meum cor,
Meum suauiolum, mei lepores,
Te ne ego sine regna? te sine aurum?
Aut messes Arabum velim beatas?
Te ne viuere ego queam relicta?
Ah prius pereamus: omnia: ite hinc
Arabum bona, regna, & aurum, & ipse,
Qui meipsum in domina mea reliqui.

Svbdidimvs versiculum duobus, quibus anteibat. Plus enim est id quod positũ est in hac interrogatione. plus, inquã, nõ posse *viuere* sine ea, quàm posse regno carere. Et magni affectus est verbi numerus ille, *pereamus*: & quod subditur: *omnia*. Deinde Gorgotes cum contemptu: *ite hinc*. tandem cùm seipsum expellit. Postremò, indignum seipso, quem reliquerit in *relicta*. Etiam possis acuere appositio contrario ad hũc modum, *Ah prius pereamus: omnia, ite hinc*
Rerum somnia, regna, & aurum, & ipse.
Quin nihil pereat, nec hæc, nec illa.
Quum meipsum in domina mea reliqui. Quòd si quis hoc facile factu putat: vt aliena corrigãtur, periculũ faciat. Citius & cõmodius mille de suo fabricatus fuerit, quàm aliena decẽ vel praua direxerit, vel squallẽtia nitore affecerit. sed ad alia.

Alterũ quoq; Epigrãma sanè multis arrisit. Inuentio tamen adeò vulgò iactata, adeò protrita est, vt Græca, Latina, Thusca lingua: ampridẽ circunferatur. Metiamur verò rum illius tractũ vniuersũ, tũ partes singulas: postremò verò cõclu

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem. Primùm dicit stupefactum, deinde con A iectum in fugam: inde spoliatum: Neæram poritam telis deos figere: illum errare inermem. Languidior igitur est conclusio, minus enim est Amorem esse inermem, quàm à fœmina deos vulnerari. Cùm igitur sic dicat,

Indutúrq́ humerum: pariterq́ hominesq́ deosq́
Vna ferit: victus errat inermis Amor.

malim equidem hunc ad modum,

Ergo infesta ferit pariterq́ hominésq́ deosq́,
Atq́ nouas telis facta triumphat Amor.

Quanquam argutius ita finxeris: Ille sic dicit,

Sed dum forte fugit, plenę cecidere pharetrę,
Deuicti spolium quas tulit illa dei.

B Deinde sequitur illa conclusio. Tu sic,

Dumq́ fugit cecidere faces, arcusq́, pharetraq́,
At trepidi spolium non tulit illa dei.
Atque ait, His puer, i, ferias hominesq́ deosq́:
Sat mihi sunt oculi, non tua tela, mei.

Vt omittam, minus placere mihi vocem illam *pharetræ*, in numero plurali: versus enim gratia factum videtur. Primi quoque duo versus non satisfaciunt.

Inuenta nuper nerum cùm tenderet acrem,
Obstupuit visa victus Amor domina.

Voluit dicere, arcum tendenti Neæram superuenisse. nam quomodo inuenerit eam, si nõ vidit? quare post *inuenta* addidit *visa*? melius igitur ne fugiat: sed adeò incẽdatur ab illa, vt primùm C obstupescat, mox spolietur. melius, inquam, nõ fugere à tam bella puella, sed rara neque amplius visa specie capi.

Inuenta rerum dominum cum tenderet arcum
Obstupuit dominæ luce retusus Amor.

Obstupuit: sparisque immobilis hæsit in iisdẽ,
His iisdem in spatiis, in quibus antè fuit.

Illa graue telis pharetrámque arcúmq; sonantẽ
Sustulit: at flenti reddidit inde deo.

Atque ait, His puer, i, ferias hominésq; deósque:
Sat mihi sunt oculi, non tua tela, mei.

Qv AE verò ad Falconem scribit, iis languidulas illas Catulli conclusiones imitatus est. Totus quoque tractus Epigrammatis ad illius Ideã deductus est. Multa tamen videntur reprehendi posse. Primùm vniuersus ductus orationis. ma- D lim enim castigare Falconem atque incusare, quàm insectari maledictis. Neque enim ingratũ potest eum appellare, qui sese vindicat in libertatem ex eius heri seruitio, cuius nutu multum pẽsi exhauriendũ habeat in opere quotidiano, parum demensi: propterea quòd ex ea famis cõparatione voluptas multa domino sit euẽtura. tãtomin' Insulsum aut ineptũ appellare queat. tũ autẽ ineptiat is qui illũ vocet perfidũ, captus enĩ forte, inuitus, in nexu aut neruo, nullã Tyrãno dedit aut debet fidẽ. Ignauũ verò quis dicat Falconem: qui ab quotidiano certóque cibo transferat sese ad fortuitas dapes, nec nisi multa opera consequẽdas? nam hanc spiritus libertatem atque magnanimitatẽ pro impietate agnoscere, planè dementia est. Quare alia dicendi cõ stitutione, quã ductum vocant, agendũ fuit sic,

Præpes volantum verè splendor alitum
Magnanime Falco: siue quæ terræ sola
Præter remisso pressa radunt impetu:
Seu quæ supremum fulminis ritu ætherem
Findunt coruscæ te ne Regis optimi
Olim ministrum, operisque consortem ardui,
Victoriarum marte partarum tuo
Laudem impudenti prodidisse nunc fuga?
Cúmque obsoletæ sordibus vitæ vltimis
Tam splendidam mutasse fortunam: vt tui
Sis transfuga? Nam clarus olim qui fores
Cum Rege Rex, nunc bestia es cum bestiis.

Oratio igitur neque Falconi conuenit, vti diximus, neque Regi, vt dicemus. quippe cuius amorem erga Falconem comparat puellari ac fatuo amori. Qua comparatione cùm vellet dictionem suam facere molliusculã, Regis maiestatem non effœminauit solùm in sexu, sed in ætate quoque infatuauit. Præterea duo addit, quorum alterum neutiquam Regẽ deceat, alterum ne virum quidem. nam neque Rex fugitiuã auem persequatur aut captet, neque vir lassus sit vnius diei opera, idque in equo sedens. Auxit autem ignauiam, cum addidit, *vix*. Ad illud inuitus venio, quando ne literatoria quidẽ Latinitas constare videatur. Quis enim non animaduertat illa minimè cohærere? *quascunque & solæ*. sic enim scribit,

Ingrate Falco, & crimen alitum omnium
Quascunque mollis aura sublenat solo:
Cælumq́ pennis, nubila & transant suis.

& statim ab eodem relatiuo,

Ac regna solæ cælitum & vident domos.

Est igitur sic: *quascunque aura leuat. & quæcunque solæ vident regna cælitum*. Præterea cùm *cælum* dixit, quare addidit *nubila*? An accepit *cælum* non pro aere (quod tamen putandum est) sed pro quinto corpore naturali? ait enim solas aues videre *cælitum domos*: ridiculè sanè.

Ad hanc dicendi castitatem permulta illius viri possis redigere: ne supinum hoc seculum ista leuia atque incondita miretur oscitanter. nã pleráque talia sunt: plurima plebeia & sordida. multa ex aliena inuentione: Græca scilicet, aut Latina. Est enim Ausonii inuentio illa qua vtitur ad Antonium principem Salernitanum,

Quærite Mæonidem Musæ, redit alter Achilles,
Quærite Peliden, Mæonides remeat.

E' Græcis verò quæ sumpsit, vt in gemma Dido describeretur, haud valdè vegeta sũt: Si, inquit, de pudica fœmina mentiuntur poetę, ita vt impudicam scribant: quídnam scribent de impudica? De qua propterea quòd in nostris Heroinis extat Epigrãma: hîc nullum ponam nouũ. vnum tantũ hîc dicam: me non intelligere versum illũ, *Vera hæc effigies, nec vera est, hospes Elisæ*. quid enim? Etiámne ibi præsens erat Æneas insculptus? at nõ aderat cùm se interimeret. quod si, *hospes* est ξένος, Hellenismus est: viateré Latini Hospitem vocant nusquam.

Ad

Ad Neærã cũ scribit, se nisi vratur, fore vt in A lacrymas soluatur. nisi lacrymis madeat, vstũ iri: lepidissimè ac rotundissimè deducit. Quum igitur quot versiculis narrauerat vstionem, totidem lacrymas tanquam recurrẽdo renarret: addidit illum,

O vitam miseram, & citò caducam!

Non verum est. imò sanè temperatam vitam. & elegantius finiatur Epigramma illa rotunditate. Verùm ne curiosa sedulitate efficiamus operam nostram viliorem: vilescit enim singulis aut recensendis aut corrigendis: quum ex hisce patuit aditus huiusce castigationis studiosis, relinquamus ipsis quantum est reliquum: atque ad Hymnorum iudicia conuertamus orationem nostram. Quos Hymnos tanto impensius à nobis esse tractandos existimamus, quò fuerunt ignauius à seculo nostro cõsiderati. neque enim defuerũt qui ita scripserint, Principes Latinæ linguæ viros à Marullo superatos. Quocirca permultùm interesse videtur reipublicę literariæ, vt & ipsi Marullo, & cæteris optimis viris sua cuiq; laus ac dignitas aut attribuatur, aut retineatur. Quum igitur Poesis, vti dicebamus, ex rebus ac verbis, quemadmodum omnis quoque oratio, constituta sit: in vtrisque confusam operam Marullus posuisse videtur. nam quod ad res attinet, ea quæ supra naturam sunt, cælesti spiritu de eis fidem faciente: quãdo neque sensuum captu, neque mentis agitatu comprehẽdi queunt, vnà cũ hac ipsa rerũ inferiorũ humilitate commiscuit: ac si quando seorsum tractauit separata, in alteris altera promiscuè repetiit. quinetiam quod minus tolerabile fuit, Græcanicis fabellarum mendaciis conspurcauit. Quod verè spectat ad ipsum filum orationis: profectò nihilò constantius tumores Statianos ad humillimum ac maximè plebeiũ dicendi genus infeliciter demisit. Hoc enim viri illius ingenio maximo atque præclarissimo vitium fuit peculiare, vt magnifico spiritu scribere aggressus, elanguescret in orationis tractu feruor ille: egregiósque primos illos impetus iudicium deinceps destitueret, aut voluntas. Nam quibus in poematiis sese voluit nauiter exercere, verus sanè poeta est, ac D diuinus. velut in Elegia de exilio suo. recta enim est, & plena, efficax, rotunda. Maius etiam numen afflauit illum in Martis Hymno. longè excellentius atque augustius in Æternitatis explicatione spirat. penè enim solum poema illud vniuersas illius famæ rationes sustinere potest. Cæterùm vt quod de rebus ipsis dicebamus, eluceat: quis non videt primum Hymnum non conuenire propositæ inscriptioni? Titulus enim quum sit is, Hymni naturales: & Natura nihil aliud sit, quàm vis mutationis atque conseruationis: & mutatio non sit nisi rei existentis, vt id quod non est, aut simpliciter aut tale sit: hæ sanè leges his circunscriptæ limitibus, nullam queunt habere necessitudinem communionis aut proportionis cũ Creatoris infinitate. Solus enim creat infinitus: eiúsque actionis principii nullum est, ex quo fiat quod creatur, sed vnde tantùm, efficiens scilicet ipse. Nam quæ Natura capere potest in Diuinis, trium personarum in infinita substantia vnitatem, quam hîc canit ille? Quare quid ei cum Iouis appellatione, quam communem cum Planeta mox faceret? Aut quem hîc Dei filium agnoscit: vt in Pallade postea prostituat colubris & Medusæ? Quid ibi facit Inachus? Quid versus illi?

Siue in remotis optimis regnis patris,
Dignata mortales parum.

Nonne dominus Iesus non solùm regno Patris in cælo, sed etiam suo sanguine nos in terris dignatus est? Nõne quotidiana præsentia dignatur: qui nos inter affuturũ sese pollicitus est, quibuscunque terrarum locis eius nomine conuentus indicetur? Quid eam cum veterum nugacissimis figmentis equestrem facit in Gigantum pugna? at Dei Sapientia non eget vehiculo, non auxilio, non supplemento: quis enim addiderit infinito? Vniuersa verò materia rotundius omnino dici potuit. Vt autem ad primum hymum illum redeamus, eius inæqualitatem, quæ in hymno quoque Solis deprehenditur, videamus. Quid enim grauius illo, aut sonorũ magis?

Ipse animum vati, mentem ipse minister a
Sancte Pater, siue æthereo delapsus Olympo
Enthea diuino præcordia concutis æstro:
Ignotasq́ vias aperis: teq́ ipse recludis.

Quid illis obscurius?

Siue iubes cinctum Solis caput igne tuentem
Ingenio, mentisq́ oculis per inane lenatis
Eminus informi quæsitum ostendere in vmbra.

Quid illis plebeium magis?

Ipsi inter facies, simulacraq́ mille ferarum
Impia Circææ depasti pocula mensæ,
Obscœnis stabulamur haris: nec tecta paterna
Respicimus: dulcemq́ Ithaco de culmine fumum:
Iampridem in fœdas dociles transire figuras.
Sed te Moly tamen nobis tribuente beatum,
Secuti Dominæ atq́ dapis: quo numina monstrant,
Nitimur immensum venerari carmine puro.

Vt ad Satyræ tabernas quamproximè accedũt: neque ex Christiana veritate scripta sunt illa,

Nam quum tota grauis torqueret machina aceruo.

Ex nihilo nánque creata sunt, non autem ex decantata illa congerie atque confusione vel exempta, vel digesta omnia. Exulet igitur à Theologiæ libris aceruus ille: à Philosophiæ verò monumentis *vacuum*, quod se iactat in illo versu,

Et vacuum sola inane teneret.

Nam quum scribitur in sacris libris, Terra erat inanis & vacua, significatur id quod ἀργὸν dicũt Græci, id est iners, & cessans ab opere: non autem τὸ κενὸν: quod omnino nusquam est in natura sine corpore: nusquam vel in natura, vel extra naturam sine Deo. Hoc autem non satis habuit *vacuum* dicere, nisi etiam verbosa palilogia subderet *inane*. Sed & mala vsus est loquendi ratione, quum dicit,

Natura quid sit.

Hymnorum iudicia.

Marulli reprehenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aridaq́, ostentas mediis sola prodiga in vndis.
nam *prodiga* sunt effusa: at terrarum aspectus tollitur ab aquis. occulitur enim. ergo vel coerceatur, vel castigatur. Non igitur prorsum se adigit: sed quominus agas cohibetur. Postea verò quàm dixit hoc, quare addidit?

Apparent subito, dictu mirabile, terræ.
Quanquam ne hoc quidem verum est, terram prius Oceano tectam, postea extitisse. Illa deinde luxuriant,

Diuitiisq́, suis capitur iustissima tellus.
Nullus enim telluri sensus, sed sola vel materia vel locus est eorum quæ in ea generãtur. Aliunde nánque formas capiunt. Quapropter inconsultam continuat ambitionem,

Atque animum facies mouet, & variantia rerum.
Nam si hoc studuit, vt faceret: non mouetur animus post generationem: postquam enim recepta est in materiam forma, cessant affectus: sed ante generationem mouetur efficiens ab Idea quam in se habet. Quòd si quis è triuiis obstrepat, hæc esse sophismata, & à Musarum sacrariis alienum est: & vnico eóque leuissimo verbo respondeatur: Non igitur hymnos esse naturales. neque vera canit illis,

Cælumq́, profundum erigis.
Caue sanè dixeris, in imo cum elementis confusum fuisse cælum. Quòd si cælum aquæ sunt, quas ab aquis nostris separauit Deus (Hebræis enim Cæli nomen aquam & ignem cõtinet) quî stet versus ille?

Æquoreasq́, iubes discludere moles.
Si cælum, inquam, est aqua: nostras aquas ab aquis cælum quo discludat modo? Et quum dicere voluit, præfecisse diei solem, sic scripsit,

Portantem Auroræ præponis lumina Solem.
non enim antepositi *Auroræ*, sed postposuit. Quòd si potius intellexit, portare lumen Auroræ: verbum illud frustra sit. Cui nánque præposuerit? Illud autem priscorum delirium temerè nimis arrisit ei,

Solem siderea moderantem frena choreæ.
Si enim cæterorum cursus astrorum penderent à vi nutúq; Solis, Sol esset ipse Deus, aut prima Mens. Quin ne Mês ipsa quidẽ prima temperat subiectas sibi rotationes: sed diurna sola rapiês, suã nihilo secius cuique permittit. Nã qui reliquos cælos regat Sol, quos ne tangit quidẽ, quibus non assidet? Sed de his suo loco. nã hîc vel satis, vel etiam nimis. Scilicet etiam deformes buccæ suos habent basiatores. quarum fœditates apertius vt pateant, arcessenda sunt huc quæ cõgessit mox in Iouis hymnum. Sub eo nánque nomine si verum summúmque Deũ canit, non bono consilio repetit ex primo: temerèque Falciferum malignum fidus ei patrem dat. sin Iouem celebrat planetam: quibus legibus terrarum & æquoris patrem nuncupat? Tum autem nihil frigidius Ioue fulguratore. vbi secutus patrias nugas, eundem facit Hyperionem & Saturnum, qui fecit Hyperionem Solis patrem: vt idem sit Sol & Iupiter, aut Iupiter Solis frater, Titanis filius, qui Titanas tamẽ interfecit: Nugæ. Multi autem ibi versus infelices: totus tractus poematis vulgaris. sicut & quod Terræ dixit. Nihil ibi generosi, nihil præter humilẽ allegoriam positam in parabola sobolis & parentum. Inuenustus etiam in Venerem: quem decuit esse lepidissimũ. Sic & in Lunam, quum multa posset, nihil eruditum: durum ferè quodcunque canit, & insuaue. denique totum multò elegãtius dici poterat. Sex primores excipio versus: sunt enim belluli. Illi verò,

Ego ne relictis, heu miser, vobis queam
Exilia perpeti altera:

vt sunt duriusculi, an sic possint emolliri?

Vobis relictis exilio exilium prius
Mutare cogar altero? Ibi etiam,

Vel tu virorum fortium, aut laudes deûm:

nescio cur coniunxerit *vel* cum *aut*. &,

Proinde gratis hinc & inde cantibus:

melius quàm sermonibus: & efficacius quàm amicis: Et, *Viæ leuanda tædia*, mollius quàm incommoda. Aut (quippe suis numeris duriusculis) *Vel longum iter fiet breue.* Et vieta illa putríssque Græcorum licentia discerpendi voces, tanquam Absyrtum aut Pentheum, atque in diiectos versus distrahendi, omnino antiquanda est: qua ille frequẽter abutitur. Illi quoque in Martem numeri minus placent,

Adhuc suetus Leones
Comminus exagitare, aprosq́,

An sic numerosius?

Suetus leonis, suetus apri

Sistere fulmineos furores. aut, *Fulmineas domitare flammas.* Ignescit enim dens. Languidum est epitheton ibi,

Sereno iam propior, propiorq́, cælo:

Melius, timenti, aut pauenti. Sic,

Et iam profanæ versæ acies retro.

Acrius, *Et iam minaces.* aut etiam viuidius,

Tingit minacem iamq́, aciem metus. aut, *tentat.*

Et, loco, metus, fuga. Et illa malè ordinantur,

Et procellosæ per aperta vitæ Flectere gressum:

Concinnius, *per aperta gressum Flectere vitæ.* neque bonum illud,

Siue mutato iaculis veneno: Mutatur enim iaculum veneno, non iaculo venenum. Sed nec felicior hymnus in Mercurium, *Neque mollior Cælitibus.* Cælo, miserrimi anapæsti: quíque ex aliquo monotarum cœtu erupisse videri queant. In eo illud considerandum: cùm dicit de Mũdo,

Qui par nulli, similis vni,

In te totus, tuus es totus. Potius, *Cui par nihil.* Nam tametsi in affirmatiua relatione paritatis mutuus est respõsus: tamen in negatione cùm fiat disparis comparatio: minor semper ad maiorẽ debet referri. itaque dicimus, Nihil Deo par, non autem, Deus nulli par. Et pessimè dixit, Mundum deorum patrẽ. Hymnus in Saturnum bonus

bonus est, & candidus. nihil tamen abditi, quum & multa forent ad manus, & ipse profiteretur illis verbis, *Nihil insigne nisi inuat, indictumq́.* Pulchre quoque stellas canit. at ille versus,

Hinc omne principium omnibus, hinc medius:

Commodius, *Hinc omne cunctis principium.* Quo verò Pana celebrat, multas habet bonas partes. Est autem illustre argumentum Vniuersitatis. Quocirca minus rectè deorum patrem dicit. Est enim Pan mundus ipse, aut cum diis, aut à diis, vnũ. Itaque imæ partes brutæ, ipsius terræ sunt symbola: aquæ inguina: semen enim aqua. Et aqua hyle Chaldæis ac Syris, ὕλη Græcis materia. Tum est aer in pectore, ignis apparitor, id est cordis. Caput cælum est cum oculis, id est sideribus. Cornibus designatur vis Æternitatis, quæ & præter & supra omnia est, & in se reflexa, seséque respiciens. Fistula totius est consensio in concentu, & consona dissonãtia, atque inæqualis æqualitas. At in Ætheris hymno quamobrem se dicturum pollicetur Magnum, nec vlli auditum opus antehac? nam de cõfusarum in Chao rerum digestione iam bis antea: in primo scilicet semel, iterum ad Palladem. & ante ipsum quis non? Tum de Ætheris in omnia versione. hoc enim Heraclíti fuit. Sed & veteres euertit allegorias. nã qui fecerit Musas innubas? Quippe & aduersatur historiis, quæ filios aliquot illarum narrant: & Naturæ ipsi. Fœcundissima nánque oportet esse numina. semper enim aliquid & parturiunt & pariunt. Non minore incuria priscis fabulatoribus assensus est: vbi dicit, Iunonem decreuisse perpetuam virginitatem. Sanè si Iuno aer est, coniunctissima esse discupit Ætheri, qui profectò Iupiter. Elementa verò quod semel appetunt, semper appetunt, neque appetere nequeunt. quæ si ipse, ipsiúsque fautores ignorabant, discant: sin habuere nota, iam culpa sit ex errore: qua quum posset carere, maluit deprecari. Hymnus in Oceanum, vt plerique alii, sanè quàm immodicus. Eruditio illa de Charybdi etiam est apud Aristotelem in Æsopi Æno. Cæterùm satis ridiculè, sub terris esse locum vacuũ, quo vniuersus humor capi queat. tum autem quid metueret Oceanus? Ibi nánque futurus erat, sídque totus, nõ autem discerptus terrarum sinubus. neque Solis radiis obnoxius: quibus & quotidie carpitur, & salsuginis vitio fit insuauior. Quemadmodum verò poetices elegantiæ fuit aliquando parum studiosus: ita ei nimis addictus interdum. quum enim legisset apud Poetam, *illusas auro vestes*, ausus est idem orationis lenocinium attribuere vestibus Æternitatis. vafrum sane aurum, & miseram Æternitatẽ, si ab illo illudatur! Sic excedit pudentem rotunditatem, quum dicit in Hymno Cælitum: *masculæ firmitate.* Aristoteli σπουδαῖον, robustũ. Quæ verò cecinit Amori, ad Dei Spiritum sanctum nisi dirigantur, tota impia sunt: si dirigantur, ridicula. Nam Cupidinem geminum ex matre gemina cũ Platonicis agnoscit. at Amor in diuinis cum hoc nostrate haud vnus est. Et facit Patrem ab eo vulnerari. nefanda profectò Atheologia! Non mouetur à Spiritu Pater, sed ipsum producit. Inter Græcorum errores fuit is: vt geminum crederent Spiritum sanctum. Et turpiter admisceat Anancem antiquorum, qui cohiberetur Chaos. Nullum numen præter Deum. Nulla necessitas potuit Mũdi partes distinere: quominus suo quæque loco potiretur. nam ficuius elementi portio continetur extra sedem suam, ab alio vim patitur elemento, non ab vllo Necessitatis imperio, quod in omnia exerceatur. Esset profectò deus is alius, & contrarius quidem vero atque vni Deo. In Hymni extremo quum precatur Amorem, vt sese curis eximat prophanis: & Amor is ei sit geminus: alter purus, alter idoneus & voluptatibus & inanibus curis: vtri fecerit eiusmodi vota, disceptato opus fuit.

Solis hymnus initiò tumidus, & Sratium spirans: sed in saltibus, nedum in syluis, id est horridus: mox concidit. Ille tumor vulgaris. *Mens fremit: Procul este prophani. Mens remugit: Ostro.* Bacchantum rabies sanè hic importuna, atque adeò ridicula. Et, *agitatu anhelo.* ibi sonus deficit. &, *longum interprete cassa*, & alia innumera. Pessimè Solem vocat Regem hominum ac deorũ. Quare ineptè dat eius natalia ad Acheleum. Nõ rege natus quomodo rex est? In terris natus quomodo cælestium rex? Sed &, quemadmodum imperitè Solem sub Mercurio collocauit, ita falsò scribit, eum esse in medio lucis & vmbræ. Nulla sub ipso, nulla super ipsum est vmbra. Ipse in medio suæ lucis agitat. Vmbra est aeris affectus luce priuati, terræ opacæ obiectu contingens. Et illa procul à veritate, Ab eo fugere cætera sidera. Nam & alia suo quæque circuitu congressus appetunt: & Luna menstruo cursu. Ac quanquam combusti Planetæ fiunt infirmiores, nõ tamen omnes: nõ enim Venus. Quin eodem in puncto qui cum illo iunguntur: ii tum pollent maximè. Nolo alia pene innumera persequi. non enim obtrectamus optimo ac fortissimo viro, cuius fati atque fortunarum, fatum meum atque fortunæ sunt simillimæ: sed propositis quæsitæ perfectionis in re poetica præceptis, monemus huiusce spiritũ iuuenes studiosos: vt à plebeiis atque factiosis caueant iudiciis.

Restabat Hymnus in Bacchum. qui propterea quòd est operosissimo carmine conscriptus: nolui sigillatim castigare licentiam quam exercuit authoritate nunquã satis laudati poematis Catulliani. Cæterùm vt videant Musarũ candidati quid præstare potuerit, si animum ad similem diligentiam appulisset: ascripsimus nostrum integrum. Qui si minus probabitur: at excusabunt horæ vix duæ, quibus inter infinitas occupationes effusus est:

Teneræ patrem quietis genitore Ioue satum,
Iubet alta mens Cybeles tereti pede canere:
Sacra iuncta quos ouantes simul abdita decorãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Age Thyrsiger, Bicornis, Dionyse, Bigenite, A
Eleleu, euœ Bimater, Semelefemorigena,
Animi mei tumentis furiata loca subi.
Laticis deæ potentes, virides hyalicubæ,
Vaga Nais amnicultrix, soror & pelagidoma,
Rigidóq; recta querc⁹ pigra cortice Hamadryas:
Simul Euas Hippa pictis redimita nebridibus,
Refer has preces alumno: paret ara propitium.
Phrygios relinque campos dea: Tmolus initiò
Vbi vagienti Opteria tinnula dederat.
Ioue patre digna proles, Baryctyperibro-
Reparator alme fesi venerabilis animi, (mie,
Quid erit prius canenti, quid posterius?
An vt artibus dolosis soror aeria Iouis
Semele necem suasit, rata pignora memorans,
Rata fulgurantis ignitona pignora thalami?
Furibunda flamma plenũ cineri dedit vterum:
Nihil illa læsit alto sacra membra Ioue sati. B
Famulatur ignis igni, coma fulminea tuæ:
Noua flãma tuncta flammæ duplicata tibi furit:
Tibi spirat huisce puris tonitrusona numeris.
An vt inde semicretum affluerit sibi femori
Pater arbiter sereni, pluuiæque dator aquæ:
Quòd integrum deo sera dies daret habitum.
Viden' hinc choros Euantum: viden' agmina propera?
Sacra tecta fronde, plexis sacra condita caneis?
Viget hinc tenellus infans: puerũq; video mox.
Barymeni, Bassareu, Euie, Gegeneophone,
Age solue viperini fera cingula catuli:
Et eo recinge flagrum: face verbera tumeant. C
Date, dura terra, nubes: date vos nemora locũ.
Mora nulla, nec quieti modus vllus adorere,
Quate, pelle, cæde, Penthei memor, & memor
Acati,
Sola quo secante ponti latro dux Lydius erat.
Modò salsa adunci rostro vada corpore varians.
Supere, Infere, omnia vnus, Lye, Lysie, Nomie,
Nihil est tibi quod obstat: nihil est tibi quod obest:
Colubérve dirus æstu, Libycæve iuba Leæ,
Rigidúsve mõtis aspri, nemorúmve ferus apex,
Fluuiúsve curuicurior, Thetis aut reciprocipes,
Notus aut periculosus, Boreásve maritimis,
Zephyrúsve dona Veris genitabilia ciens.
Tua lege sensit acri iuga decolor Oriens:
Tua prima Dithyrambi nota, clamor Io, io:
Tua prima sunt Triũphi noua stẽmata titulis:
Acies tuis vt armis truculenta, gigas obiit:
Rabies reflexit in seipsa bipennifera cadens.
Canimus, tot atque tantos domitare sacrilegos:
Male pœnitere Mineidas artis & operæ:
Temerarios tumultus vbi sancta celebritas
Simul hausit: & simul tum fuit vlta facinora.
Peregrine, Semitalis, Myrionyme, Xenie,
Hyperemeroclophypne, Ploinerterobathypne,
Geminúsque, & vnus idem: varius, similis item:
Nomius, Thyonieus, Nyctilieus, Oreodromus:
Tua lympha pura fontis: tua munera laticis
Salientis è rotundis sinubus grauis acini.
Tibi prima mella pingues dederũt liquida faui.
Neque soli aratra iactat sibi sulcifeca Ceres:
Neque Vesta mater auctos sibi montipera lares:
Neque iura sancta summo Themis ardua solio:
Neque sceptra Iuppiter vindicat aurea sine te.
Animantibus repletur tibi terra, tibi mare:
Comes est recens Iuuentas stata, nescia tenebræ,
Bona sempiterna vitæ vegetantia cumulans.
Duce te super supremi ferimur spatia poli:
Fruimúrque Cælitũ vi, fruimúrque dape deũm.
Sine te deus fatigat temerè pius Helicon:
Temerè impedita languet pigra vena, cita prius.
Mihi Tauriformis Euan, mihi Merotrophe
Modò lenta siste vestigia munere ferulæ: (veni.
Modò sustine, profanis fera pectora feriens.
Genitus bis ex eodem, semel antè satus eras.
Pater, obstetrix, & idem fuit ille, pia parens.
Toties satus, biformis, modò fœmina, modò vir: B
Temesa idẽ, Iacchus idẽ: dubius, neque dubius.
Igitur si Eleusin aris Cerealibus agitas:
Erycina siue Cypro Cytherea Venus alit:
Vel amas Osiris vndas colocasiopatulas:
Tibi temporum reponunt variante pede vices:
Saturas hyems quietes, aliæque viridia
Modò serta flore picto, modò fructibus obita.
Comes vda cymbalíſq;, crotalíſq; fit Hecate
Hera, mutuata puri tua lumina radii,
Vlulata noctilucis per inania triuiis,
Facies triplex in vna, triplici vnica facie. (nes,
Ades ô Nysæe, ades Carpine, Botrypyrige-
Fremie, Agriota, Lenee, Manice, Hymenie,
Opulentitatis altor Genius triticiferæ:
Tibi spica ventilatis aceroſa reliquiis
Opera tua, atque vanni officio liquida nitet. C
Dator alme Bacche pacis, dator alme reme-
Iuga siqua seruitutis mala blanditia parat. (dii:
Metus ipse tu deorum, neque lætitia minor:
Prout explicata cordis cita seminia sipas:
Tua siqua vis ligarit: tua soluerit eadem.
Reliquum, quod est in orbe hoc, nihil est ad ea
labor.
Cryphomista, Die, Licnita, Sabazie, Chtho-
Abige incubantis immania tædia senii, (nie,
Referens retrò fugacẽ ambrosiæ latice diẽ. (tit?
Subitus sed vnde mî corda furor trepida qua D
Feror, auferor, fatigor: vacua in specua rapit.
Comitatus iste, quisnã? quis ad hoc iter adigit?
Thyas hinc, & hinc Edonis trieterias vlulat:
Vbi tibias Mimallon bifores meribibula,
Vbi rapta mugienti sua funera vitulo
Tremibõboraueus inflat duo cornua capripes.
Rubicũda bucca turget: rubidus tumet oculus.
Nigra flexicrus corymbi comat orbibus hedera.
Manus inquieta thyrsum colubrigenula rotat,
Latitantium ferarum populans domicilia.
Fremit orba solitudo, nemora auia reboant.
Sed vbi leuẽ relinquo Saliũ caprisemorem,
Calamicinẽ Lupercũ, tubidum, choretisequam,
Sibi Pana flantem acutis noua sibila tubulis.
Sonat ille sic nouenis ab arundinibus Herum.
Thasota blande pando resídés pecore senex,
Tity-

Tityrisca vis vocatte, teretismata titubans,
Crepericrepante crispans caua tympana digito.
Ita torquemusta spument tibi præla, tibi veles:
Ita vinolenta Mænas tremulum regat equitem:
Neque canthari fideles sitis attenuet opes:
Sed onustior perennis fluat agmine scatebra:
Adhibe me alumni ad almi sacra mystica socũ:
Mala cuius Ata frustra cupit esse familiæ,
Stygis Ata facta diræ famula obruta scelere.
Hagne, Liber, Orgiastes, Nooorme, Vitulifrons,
Holodesme, Brasmocrator, Pericionie vigor,
Aperi parata solis mihi crypta lota piis,
Procul artibus profani popularis humilibus.
Hæc sunt in quibus potes diligentiã, eruditionem, spiritum comparare. Nam quum sint versus operosissimi: si antipodiarũ laxitates admittantur, æquè faciles fiunt & populares, atque B
ipsi Aristophanei anapæstici: qui nihilo differunt à præcisionibus solutæ orationis. vt omittam etiam Choreos apud Catullum. nã ille planè senarius anapæsticus est,

Diuellit lactes sibi acuti pondere silicis.

Ad eruditionem verò pertinet tum id, quũ docuimus quare liceret nobis in Bacchi celebritatibus vti Galliambicis. Nam Callimachus Baccho poema fecit versibus, in quibus Choriambos quatuor claudit Bacchius. tũ præter vulgatas nuncupationes, aliæ permultæ ex antiquis erutæ monumentis. Ad hæc Hippa, Temesa, Tityri, teretisмata, Dithyrãbus, vnde etiã triumphus. Nam quemadmodum Protothyræa prisc mysteriis Latina Lucina est: sic à duplici natali dictus Bacchus, ὅτι δὶς θύραζε ἀνέβησεν.

Vegius, Bigus, Avgvrellvs, Angerianvs.

Bigi nihil quicquam peruenit ad nos, ac vix nomen ipsum. Avgvrelli multa vidimus, Lyrica, Sermones, Chrysopœiam, Iambica. Sanè præ se fert egregiam animi æquabilitatem. parum potest, parum præstat, parum conatur. In Lyricis vix ferẽdus. Vult genus id poematis ingenium vegetum, voluptatem accuratam, acre iudicium, politam dictionem, candidam, efficacem, numerosam. ille quauis humilitate humilior, exanguis, sine colore & anima. Sermones verò nihil aliud sanè quàm sermones. Nitor abest. omnia plebeia, ne dicam sordida. aceti aut salis nihil. Elaboratior ipsius Chrysopœia. cæterùm vix adeò spirat: ita languida omnia, ac penè emortua. trepidationis potius quàm limæ agnoscas vestigia. Iambicis multã dedit operam. Quæ Lyricis admista sunt, minus feliciter fluũt: illa præsertim quæ solis ex Iambis constant. ea nánque hærent, neque cohærent. Iunctura enim numerique disiti disiectíve. Posteriora non sunt contemnenda: in quibus vnũ poematium inter cætera nobilius: cuius arbitror (neque enim nunc penes me sunt libri illi) initium est,

Amœna Peyre quæ vides vagus loca,
Putato vana te videre somnia.

A Sanè faceta & luculenta. Verùm, nisi memoria me fallit, ne in eo quidem sibi constitit. Nam quũ per multos admodum versus solis Iambis deduxerit suas sententias, neque alias quas in animo habebat iisdem legibus consequi posset: alios admiscuit pedes. quâ inconstantia nihil esse potuit turpius.

Marianvs Vegius grandis profectò poeta est, nec indignus gratia doctiorũ. Tãtus eo secuso extitit, in quo nihil penè bonarum literarum vigeret. Cuius, quoniam à præceptoribus meis optimis atque doctissimis contemnebatur, ponam versus aliquot illustres ex illius accessione, quam adiunxit Virgilianæ diuinitati,

Turnus vt extremo deuictus Marte profudit
Effugientem animam: medioq; sub agmine victor
Magnanimus stetit Æneas, Mauortius Heros:
O! stupuere omnes: gemitumq; dedere Latini.
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Concussis cecidere animis.

In quibus Virgilianæ lucis vestigia inuenias. Tolle enim vocẽ illam, *reuomentes*, cætera omnia optimi poetę opinione digna sunt. Nec minoris aut operæ aut gratiæ sexdecim proximi versus qui sequuntur. in quibus duæ illæ comparationes longæ optimæ: neque iis inferiores quæ in Luciani atque Statii libris positæ sunt: ac fortasse etiam meliores. Oratio deinde Æneæ frigida. nec multo meliora quæ deinde ponit. nec plenior aut felicior oratio Latini. Comparationes quoque priorum duarum gloriam auferunt. C In Dauni Epicedio multa sunt quæ tolli velis: illa tamen haud penitus aspernanda,

Nate, vbi forma nitens? nimeaq; in fronte serenus
Ille decor, dulcisq; oculorum aspectus, & altæ
Siderens cerniceis honos? his gloria Martis
Contigit auspicijs? talin' redituræ paratu
Discedens, voluisti auidis te credere bellis?

Et mox, *-felix tam grato cadis Amata*
Successu lætare tuæ: quæ tanta dolorum
Fugisti monumenta, grauisq; immania casus
Pondera. Quid misero genitori plura paratis,
O Superi? Et haud multò pòst,
Deerat adhuc fors ista patris suprema senectæ.

Et illa non ignobilia, D
Interea ipse vrbem labefactam, & vulgus inerme
Componit: solidatq; animos: requiemq; futuram
Spondet, & æternam ventura in secula pacem.

Neque illa displicent,
-manimes vt fronte serena
Occurrant genero venienti: & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam: magnisq; receptent
Plausibus: optataq; effundant pacis amores.

Illa verò comparatio valde bona est,
-ceu quando longus & ingens
Agricolas tenuit resolutis nubibus imber
Suspensos: curumq; diu requieuit aratrum:
Tum si clarus equos spatioso limine Titan
Laxet, & aurato cælum splendore serenet:
Lætitia exundant, & se exhortantur agrestes.

Nuptiæ verò, & conuiuium non sine ineptiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque cætera meliora ad finem vsque: qui sanè non est ignobilis,

Tum corpus nati abluere, & deferre sub vndas
Quicquid erat mortale iubet. deinc læta recētem
Felicem, animam secum super Æthera duxit:
Immissiq; Æneam astris: quem Iulia proles
Indigetem appellat: templisq; imponit honores.

ANGERIANVS arguta multa, sed parum arguté. neque enim satis est sententias pedibus cōclusisse. Romanis dico: nam Græci modò dicant, quo dicant modo nihil penti habent. Græcè igitur ea si essent scripta, pro diuinis haberentur. nunc autem Latina puritas alias leges postulat. Eius igitur honoris gratia vnum ponam illius Epigramma: sapidum illud quidem, atque argutum: sed impolitum, & carens cultu,

Floribus intexam diuersis mitto corollam:
Quam feci manibus nunc tibi Vita meis.
Vt cingat flauos crines, & tempora circum
Fulgescat, tepidi munera veris habes.
Sunt hic, ecce vide, ridentia lilia, pulchri
Narcissi, atque tuæ pulchræ Hyacinthe comæ:
Necnon Idalio maculati sanguine flores:
Atque alij, Tellus quos modo fœta tulit.
Si quæris, donum quid vult sibi tale: Corolla
Vt viret hæc, paruo tempore forma viret.

Primus versus plebeius est: alter mollicellus, & Elegiam, & Epigramma sapit amatorium. Sic quarti pars, bona. quæ inter ea sunt, vulgaria. Si severius agamus: ne apostrophe quidem probabitur. nam qui Cæliam alloquitur: quare ad alium conuersam interserit orationem? Pulcherrimus versus septimus, & octauus bonus. Conclusio elegans, & ab aliis quoque iactata. Videamus exercitatio quid valeat: & an hæc fieri potuerint meliora,

Aspice conspicuos cæli vernantis honores:
Quum facit hos: in te, quos imitetur, habet.
Hos tibi ver, Venus ipsa suos finxere labores:
Cui totum simili tempore seruit opus.
Candida luteolis arrident lilia Calthis:
Luteola at Violis Calthula pallidulis.
Vis & Acidalio lucentes sanguine flores
Ipsa videre tuas luce referre genas?
Quidnam opus est, quæ flos florum es, tibi mittere
Vt videas, quanto tempore forma viget. (flores?

quanquam melius, *Quàm paruo vt videas tempore.*

FIERA, MYCILLVS, QVINTIANVS, MANTVANVS, DAMPETRVS.

BAPTISTA FIERA doctus valde, valde accuratus, sed durus. Eius popularis CARMELITA longè diuersissimus: mollis, lāguidus, fluxus, incōpositus, sine numeris, plebeius: non sine ingenio, sed sine arte. dummodo scribat quod in mentem venerit, edat quod scripserit, susque dēq; habet. Hoc propterea dico, quia in nostro tyrocinio literarū triuiales quidā pædagogi etiam Virgilianis pastoribus, huius hircos prætulere. adeò sui quisque sequitur Ideam ingenii. Nā quòd versus illi ita erāt ruri nati, vt nihil vrbanū saperēt, eos rustica ingenia vrbana rusticitate potiores arbitrata sunt. Nō meminerūt Agasones isti, nobiles homines, etiam quū rusticantur, animos à nobilitate remittere, non amittere. Ita condiendam vrbanam seueritatem agrorum amœnitatibus, vt syluis accedat decor: non vt aruorum præsentia, splendor absit ciuilitatis. Denique hoc ita censendum est: Agros sine vrbanis delitiis feros esse aut sordidos. Iccirco dixit acerrimus harum rerum iudex Horatius, *-molle atque facetum*

Virgilio annuerunt gaudentes rure camœnæ.

Pro quibus, de Carmelita possis ita dicere,

-putri atque caduco
Carmelum imbuerunt sordentes rure cicadæ.

Quòd si versus immodicos, illotos, scabiosos huc afferre aggrediar, tēpus simul cū viribus me defecerit. Animi tamen gratia, duo describētur,

Impiger Orlandus vires dabat omnibus: omnes
Calones, lixas, fortes reddebat Achilles.

MYCILLVS Ouidio similior, eodem in poemate sui dissimilis: vt existimem fuisse eum ingenio tam alieno, quàm suo.

QVINTIANI asperitatem atque amentiam in prosa oratione castigarunt pedes. Itaque in Poemate videtur cura ac iudicium, quod est in soluta dictione exultantia quædam spiritus: sic enim de illo libet loqui. Quippe Beroaldos, ac Pium sequutus, eorū vitia auxit ingenii sui magnitudine. Periochæ Ouidianarum fabularum satis ostendunt, nihil ei præter iudicium defuisse. quam tamen culpam diluit Tragœdia sua. neque enim est contemnenda. Vt est argumentum maximè difficile quod venusta componas oratione, ita sunt optimi versus: quasi in materia volenti quæsita, non oblata detrectanti.

DAMPETRI Poematia vidimus aliqua, in quibus (quod in primis arduum atque perrarum est) nullum claustrum, nullā inuenias cucullam. tanta est dictionis facilitas, vix vt admittere numeros: tantum numerorum, vix vt lenitatem vllam posse admittere videantur. Sententiarum verò plena omnia: sed earum quæ auditorem ducant, non angant: saturent, non afficiant fastidio: alliciant, non rapiant: denique suum faciant volentem, non inuitum.

ACCIVS, ROGERIVS, VVLTEIVS, CORDVS, MOLOSSVS, AMASEVS, ALEXANDER, GAIDANVS, MOMBRITIVS, RHODOPHILVS, DOLETVS.

ACCIVS is, quem faciunt Æsopicarum authorē fabularum, siquis alius, tum accuratus, tum argutus poeta est. Illud obseruarāt præceptores nostri: ab eo nusquam Ecthlipsin vllam factam in carmine syllabarum. videmur tamen nos alicubi vnam aut alteram deprehendisse. De ipso verò ita iudico: quæ dixit, à me nullo modo melius dici posse. quare cum poetis nouitiis non solùm ediscendum ob fabularum vtilitatem, sed etiam propter versuū munditias

ditias imitandum. Parcius tamen concludendum sententias arctissimis illis gyris moneo. quod vnum sanè illi potest obiici: cuiusmodi est illa vocum alluſio,

Assuitur muro reptile muris onus.

Neque enim eiusce generis agnominationes nisi in argutiis Epigrammatum commēdantur. Talis apud nos in Epigrammate de Roma,

Orbem, non vrbem. Hic verò *murum* & *murem* simul composuit.

ROGERIVM puto fuisse Aurelianum. Eius Hendecasyllabos vidimus aliquot valde bonos. Hanc enim, quam isti tabernarii commendant, fluiditatem compescuit numeris admodum & facetis & decoris. Sententiarum quoque connexiones curauit vt essent concinnæ. quòdque ab iis qui viuunt neglectum est, breuis fuit: & aculeum in cauda reliquit.

VVLTEIVS ad omnia pronus argumenta, quasi fœmina impudica. id quod maximè ab illustri poeta fugiendum est. Selecta esse oportet quæ proponas tanto theatro, quantus est ambitus vniuersæ linguæ Latinæ: tractus ætatis orbis vniuersæ. maiorem laudem cōsequuturus ex gloria vulgari, quam contempserit: quàm famam bonam ex opinione, quam affectarit. neque enim poeticæ diuitiæ in copia, sed in electis opibus consistunt.

CORDI ingenium varium, nec vulgare: cæterùm tantum sibi placens, quantum aliis hærere velit. Eius itaque laudatio, vel vituperatio aliorum est.

MOLOSSI spiritus ingens, nihil sonans plebeium: multa bona in eo poematio, quo duorum certamen quoddam scripsit. malim tamen aliqua non potuisse. Hoc plerique vitio laboramus: vt libros grādiores atque offertiores nostros esse velimus.

Minor in numeris AMASEVS, atque liberior: purus tamen & candidus: tum autem versus non vulgares: tametsi argumentum non admodum felix ad tanti ingenii exercitationem.

Cōtrà T. ALEXANDRO fortuna gratiam fecit. Quid enim quiuit ille maius, quod tunc caneret, excogitare: quàm illius Regis laudes, quæ maximorum poetarum voluntates solicitare, ingenia explere facilè potuerunt? quare in tam spatioso campo ita cursum exercet ille, vt etiam in maximis viribus, magnam temperationem intelligas.

GAIDANVS paulò humilior est. MOMBRITIVS generosioribus vtitur dicendi legibus. & quum multa admittit, constat sibi tamen: neque deiicitur de animi contentione.

Duæ sunt præterea poeseos febres, RHODOPHILVS, & DOLETVS. Extat enim illius comœdia: qua nihil auersum magis à comitate. adeò enim insulsa est, vt misericordiam potius quàm risum excitet. Quem non nominassem: nisi sese sub poetæ nomine obtulisset nobis, qui ita constituimus. Eorum, sicuti suprà dicebamus, qui vita functi sunt: nullum (modò eius scripta extent hîc) prætereundum.

DOLETVS verò etiam Musarum carcinoma aut vomica dici potest. nam præter quàm quòd is eo tam grandi corpore (vt ait Catullus) ne mica salis quidem: vult insanus agere Tyrannum in Poesi. ita suo arbitratu Virgilianas gemmas suæ inserit pici, vt videri velit sua. Ignauus loquutuleius, qui ex tessellis Ciceronis febriculosas quasdam conferruminauit (vt ipse vocat) orationes: vt docti iudicant, latrationes: putauit tantundem licere sibi in diuinis opibus Virgilianis. Ita dum optimi atque maximi Regis Francisci fata canit: eius nomen suo malo fato functum est. quòdque tum illi, tum illius versibus debebatur, solus passus est Atheos flammæ supplicium. flamma tamen eum puriorem non effecit: ipse flammam potius effecit impuriorem. In Epigrammatum verò colluuionibus atque latrinis illis, quid eius tibi sordes dicam? Languida, frigida, insulsa, plenissima illius vecordiæ, quæ summa armata impudentia ne Deum quidem esse professa est. Quapropter quemadmodum summus philosophus Aristoteles in Natura animalium fecit: vt post enarratas partes quibus constituuntur, etiam excrementorum faciat mentionem: hîc ita eius legatur nomen, non tanquam poetæ, sed tanquam poetici excrementi.

VERINVS, EGNATIVS, STROZZI, MVTIVS, PALINGENIVS, PIERIVS, COTTA, AONIVS, BEATIANVS, NAVGERIVS, COLLATIVS, ALCIATVS, CASTILIONEVS, FAVSTVS, BONINCONTRVS, LANCINVS, ERASMVS, ALTILIVS, MELANCHTHON, GERMANI.

CIrcunferuntur MICHAELIS VERINI adolescentis quædam carmina maturo digna viro. quibus ob illius probitatē, ob ipsorum grauitatem nō solùm à me nulla castigatio, sed etiam ab omnibus poetis debetur summa laus.

EGNATII nihil ad nos peruenit. Memini tamen illum cum Veneris legatis post Helueticum triumphum Regi optimo maximo Francisco dedisse quædam carmina, præsentibus nobis: quæ postea quum essemus Bononiæ, diu quæsita, non sine magno spiritu, multáque luce Virgiliana facta, visa sunt nobis tunc. agitur nunc annus circiter tricesimus sextus. quare quid in illis fuerit, haud sanè nunc diuinare licet.

De STROZZIS quid dicam? Patre melior poeta filius videtur. Hymni tamen inferiores sunt illius ingenio. vterque enim maximè voluit à vulgo abesse poetarum: idque multis in locis præstitere.

Vicinus hisce MVTIVS AVRELLIVS & natali solo, & dictione. Mantuanum enim fuisse arbitror: illos scio Ferrarienses. Multò tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

maiora spirat is. Numerorum diligentissimus non obseruator modò, verùm captator quoque. speciosorum verborum iudex, electo r, collocator. nihil non cultum, rotundum, molitus exit in sententias aut suas penitus, aut quæ ex aliis acceptas accurrato genere dicendi fecit suas. Multa eius olim vidimus, quæ à doctissimis viris valde probabantur. nunc Elegia sola nobis est ad Leonem Papam, sanè bona. In ea enim cùm & suam fleat, & vniuersam damnet pauperta tem : tota pigmenta excussit ex arculis Catullianis: sed ita vt ne Catullum quidem ipsum meliora audere posse iudicem, si nunc viueret. quin quum æquè vrbanus, æquè elegans sit : longè est illo compositior. Principium sanè grandem ostendit poetam : finis argutum : totus tractus candidum ac politum. quid enim illo grandius?

Dum tu orbem immensum paribus compescis habe-
Atq; animo terras prospicis & maria. (nis,

Quid illis argutius?

Me neq; tantillum quantum est, seruare deorum
Iam poterit: non si mox velit ipsa salus.

Quid illis politius?

Quare quid mirum est, si aurum quoque iudicibus
Vulgus amat: largas diuitiasq; probat? (dijs
Vt quæ vna valeant facere & seruare beatos:
Et dare compositi lætitias animi.

PALINGENII poema totũ Satyra est: sed sobria, non insana, non fœda. eius dictio pura. versus ac stilus in imo genere dicẽdi. quare si noluit melius: ne à nobis quidem id tentãdum est. Non placet tamen cõsilium inscriptionis. etenim cùm Humanæ vitæ Zodiacũ profiteretur: aut secundum signorum similitudinem, aut ex eorum vi deducere debuit argumenta ad vitam nostram explicandam. at ille in Ariete de Bono disputat. Quòd si ita instituit, quia pro signorum principio censetur Aries (enimuero Bonum, hominis finis est vltimus: Beatitudo nánque, vt suo loco declarauimus, fruitio Boni est:) hìc ego Infantiam hominis posuissem, atque eius institutionem : in Tauro Pueritiam : in Geminis Adolescentiam: in Cancro principiũ Iuuẽtutis: in Leone Iuuentutis siue statum, siue maturitatem, siue vigorem voces, idem est: in Virgine Statam ætatem, quam virilem vocant: in Libra eius consilia, apparatum ad opes ac potentiam: in Scorpio animi perturbationes: in Sagittario opera & artes : in Capricorno initia senectutis: in Aquario Senium: in Piscibus vitæ finẽ. Ita in Infantia sensus: in Adolescentia perturbationes: in Iuuentute affectuum opera, Iram, Odium, Amorem, Bella. in Matura ætate Virtutes : in Senectute Iudicia, vitiorum insectationes : in Senio Morositates. hæc itaque aut his similia. Quæ si cum Zodiaco non conueniant: ne faciundum quidem, vt Zodiaci afficiantur appellatione ipsa poematia. At sanè quid Tauro cum vitiorum insectatione? quippe in eo libro etiam Venereas libidines rectissimè insectetur, in Veneris regno (hoc enim Taurus habet) temerè agitat. Sic ne cætera quidem respondent : non enim quicquam Geminis cum disputatione illa Epicuri aut Aretes. In Cancro etiam Lunæ oportuit supplicatum, Soli autem in Leone : at hìc de Amore maximè sanè alieno loco. at in Leone de Felicitate. vbi etiam multa miscet ridicula. quippe de seruanda vxoris pudicitia ea canit, quæ de media plebe quotidie audimus. In Virgine, quid attinet de morte contemnenda disputare? nam neque ad hoc signũ pertinẽt ea, nec cohærent cum superioribus. Quare quum quintus liber pendeat à quarto: sextus suus totus est. nihilominus septimus ab illis omnibus separatus. quippe in quo de Deo, ac de Anima dicuntur omnia. at hæc pertinent non ad vnum authorem. sanè Deus ad Metaphysicum: naturalis animam considerat. quorũ opera cum Libræ signo nusquam conueniunt. Quare autem Scorpio tribuerit Fati cognitionem, profectò nescio. huius tamen libri finis admodum luculentus est. De moribus quoque quum disserit in Sagittario, materiam repetit quam reliquerat in quinto. Capricorni etiam initiũ à Satyra constituit, illa quidem & lepidissima & verissima: cæterùm longè diuersa ab iis quæ sequuntur. Quare hominem non ignarum bonarum literarũ arbitratus sum : sed leuis ingenii. & plusquam poetam fuisse suspicor: qui sque extra omnem Zodiaci ambitum millies in hora auferri rapíque solitus fuerit. Iam verò docet hìc, quónam modo quis fieri possit Sapiens : at suprà quomodo Beatus esse. Sapientię autem finis Beatitudo. aut igitur antè debuit hoc statui, aut continuò sequi. Aquarius quoque traxit ipsum ad cælorum descriptionem : quæ statim cum ipso Deo coniungi oportebat. Ac ruditer quidem pingit ea quæ à Græcis authoribus Phænomena dicuntur : non veritus hìc illa stridere, quæ tres Maximi poetæ luculentissimè descripsere, Germanicus, Manilius, & Pontanus. hæc temeritas: ibi error. Hæc enim quum scripsit : disputat de substantia cæli. at quid cælum est, primò quæritur : mox quale aut quantum vtraque quantitate. tum apponitur causa, quam Finalem vocant Philosophi. Ordinem quoque inuertit. nam quum de Deo scripsisset ab hominibus discedens, subiecit de anima. Posthæc de sapientia, cùm antea de vitiis disputasset. deinceps de numero partibúsque cælorum. Hinc de substantia cæli. deinde de Meteoris. Quod consilium qui probarit: viam ac rationem sciẽdi sese nescire fateatur, necesse est. Veniamus ad vltimum librum: in quo, ab imperfectissimis mistis quũ discesset, cælos transcendit ipsos: vltra quos de substantiarũ disputat infinitate. Ita in Piscibus: qui in natura ima hebetes, manci, muti, bruti, in cælo vim habent ad efficiendos homines bardos: maximè vocalis factus est. nã & ea tãgit quæ potissimũ spectãt ad ingenia supranaturalia, & ea affert argumẽta, quę quũ videntur acutissima, tum sunt remotissima à veritate. Ait enim sic, Finitum quidem cæli corpus vltimi: infinitam

finitam autem vltra illum rem quandam. Huius probatio propositionis duplex. Deus infinitus: rectè. Altera, Infinitus non potest non infinita facere: non rectè. Tertia additur longè peior: Deus quodcunque potuit, & quantum potuit, fecit: potuit autem infinitum. Hìc tametsi non est tam arduæ rei definiendæ locus, & iam in nostris libris supranaturalibus à nobis accuratissimè refutata : tamen nequid ille officiat studiosis, hac quoque in parte frenandus est. Falsissima illa: Quantum potuit Deus, fecit. nam antequã mundum conderet: poterat, neque faciebat. & si Aristoteles illud diceret: tamen ei aduersaretur ratio par. nunc enim non agit Deus quantum potest. Neque detrahitur hac oratione Deo quicquam: Non agit, quia non vult posse : Posse nánque & velle in illo vnum. Non vult, quia non optimum. non enim est optimum illi quicquam sibi creare par Lucem ait Palingenius esse rem illam, quæ supra cælos infinita sit: eámque à Deo procedere. quæro, Lux ista aut est substantia, aut accidens: non accidens, si à Deo & in Deo. Si substãtia : ergo idem cum Deo : non est igitur creatura. Sed de his nimis. Illud, quod ad castigationes poeticas adduci potest, obseruemus: multa millia versuum auferri posse ex hisce libris. nam siquid semel arripuit ad dicendum, omnes illius rei vicinias, omnes excutit affinitates. neque prius quiescit aut abstinet, quàm exhauserit omnia, vel minima quæque. vt omittã esse etiam quæ Grãmaticus iure obiicere : quæ syllabarum obseruator meritò posit.

Olim PIERII non pauca vidimus: quæ propter tẽporis longinquitatẽ nunc excidêre nobis. etiam nescio quid de Carpione & Catullo. Verùm earum scriptionum nihil extat apud nos impræsentia. Fortè inter alias librorum congeries eius, Ioathas repertus est à me. quare de ipso aliquid etiam dicendum arbitror. Quem equidem huic subiunxi : quòd vterque longe abhorrebat à profanis atque impudicis argumentis. Ille vitia insectando, præmia bonis proponendo: hic exemplo diuini illius viri, qui pro IESV nomine mortem cum vita cõmutare minimè dubitauit. Præsertim cùm affixa Poemati epistola & viri Christiani sapiat animum, & eadem dicat quæ Palingenius: sed talibus adornata numeris ac figuris orationis, vt non solùm sapiens, vt ille : sed etiam poeta, non versificator (quod neglexit ille) appellari mereatur. In opere autem ipso cùm materia tenuis est & ieiuna, tum vulgaris. quare vix capere potest poeticæ corpus eloquentiæ. Ille autem contrà nititur multis conatibus obruere splendore orationis, nihilque omittere quod eũ simplici Christiana veritate inoffensum poetæ studium coniungere valeat.

Ioathas Pierij.

COTTA quum sese ad Catulli mollitiẽ totum effinxisset: tantam numerorum nequitiam addidit, vt etiam affectasse palàm sit. Epigrãmata igitur duo, versibus hendecasyllabis cõscripta, & illius exprimunt, & Catullianorũ explent animum. quare in illis quod mutẽ non habeo. At eiusdem Lyricũ de Liuiano indignum sanè quod legatur nánque & durũ est, & laxũ. Elegiacum Epigramma ad Lycorin adeò molle est, vt vel conatũ, ve etiã vota superarit. Tantũ enim habet amatoriarũ gratiarũ : vt nihil addi, nihil demi, nihil mutari eo in genere dicendi possit. Scazontẽ cõtrà auersis Musis, & *Apolline* (vt ille ait) *nullo susum*, potius quàm fabricatũ, fugito. nihil enim insulsius.

AONII materia illustris, eademque difficilis quare stilũ quoque suiipsius dissimilẽ fuisse par est. Assurgit ergo interdũ, neq; negligit figuras, aliàs serpit humi, docere contẽtus. Adeò verò fuit superstitiosus, vt etiã hemistichia quædã reliquerit imperfecta. quæ quia neglexit ipse facere integra: ne nobis quidem in hisce est satagendum: ac neque in cæteris: quum ipsum constet ad Lucretii amussim omne opus suum direxisse.

AVGVSTINI BEATIANI extat epistola ad Clementẽ Papam sine arte, sententiis & numeris vulgaribus: vt in ea neque puritas sit epistolæ, neque maiestas Heroici. Epigrammata præterea nonnulla haud magna cum re: vnum excipio, cuius rotunditas fecit vt hìc adscriberetur,

Quam debere putem tibi, si Giberte requiris:
Quantum animo, atq; anima me dare posse datur.
Verùm animo atque anima, quando tibi reddere
Debeo, non vllo tempore posse puto: (quantum
Saltem aliqua vt meritis referatur gratia tantis,
Hunc tu iure tuo sume animum atque animam.

NAVGERII stilus generosus totus: semper enim aliquid vult quantum potest. Ecloga tamen ad Iulium Pontificem minus suauis est : nihil enim affert noui, quod excitet.

ALCIATI, præter Emblemata, nihil mihi videre cõtigit. ea verò talia sunt, vt cum quouis ingenio certare possint. Dulcia sunt, pura sunt, elegantia sunt : sed non sine neruis. sententiæ verò tales, vt etiam ad vsum ciuilis vitæ conferant.

Longè excellentissimus in poesi spiritus BALTHASSARIS CASTILIONEI. nihil dulcius Elegia, nihil elegantius, tersius, lepidius. Profectò eam mihi vnam malim, quàm magnũ numerum Propertianarum. Illius verò Cleopatra, non vt illa viuens Reges tantùm ac dictatores capere possit: sed omnes animos, quorũ interest vacare musis. Est in ea fastigium illud summum in acrimonia sententiarum, quod tantopere est quæsitum à Lucano. Cæterùm Maroniana suauitate adeò tẽperatur: vt quantum absterreris asperitate Lucani, tantum huius lenitate alliciaris. Igitur capitur animus antè quàm cõgrediatur. Qui si omnia sic scripsit: nulli post Virgiliũ secundus, illius comes haberi mereatur. Lãcinauit ille fortassis aures pędagogorũ illo versu : *Neu longæua vetustas facti famam aboleret*: poterat enim, *Neu famam posset longæua aborere vetustas*: sed quæsiuit inter tam delicatas epulas ex embãmate varietatem. Itaque aures atq; animus in eo tractu hærens, sequẽti mollitia facilè delinitur, *Aut seris meæ sors ignota nepotib⁹ esset.*

APOLLONIVS COLLATIVS Fastos edi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit:in quib' pietatē laudes. Frigidiuſculus tamen poeta eſt:& quū diſcedit ab Elegiaco,etiā infelix.

LARCINI CVRTII animus idēnec melior fortuna. Neque enim dat poeſi ſacra Myſteria meditanda:ſed poeſin vincit compedibus diuinarum hiſtoriarum. Equidēm aut aliter dicta, aut vllā oratione ſoluta maluerim legere. quemadmodum piget illorum operæ, qui Dauid Pſalmos ſuis calamiſtris inuſtos ſperarant efficerē planſibiliores. Mihi Spiritus diuinus eius modi placet, quo ſeipſum ingeſſit à Patre: non quemadmodum ab hominibus diſtortus eſt. neque Dauid illa cantica admirabilia ſunt mihi, niſi quibus legibus ab illo dicta ſint,hauriantur.

FAVSTI facilitas viuentis in ſcribēdo ſecundo plauſu excepta eſt. ſcholas tamen ſapit illa iuuenū à qua nihil aliud quàm hoc ipſum expectes.

ERASMI in vertendis Græcis felicitas multa fuit. ergo ex illorum ingeniis poeta,ex ſuo verſificator fuerit. Neque ſanè puto ambiiſſe illū laudē hanc:quanquā non defuerit ei animus ad eam omnē gloriolam in literis affectandā ſibi,quam in aliis,cùm ſe inferiorē animaduerteret,irrideret.

Rerum cælestium LAVRENTIVS BONINCONTRVS edidit libros tres: quorū argumento ſtilus eſt longè inferior. non pauca tamen attentius legenti placere poſſunt.

GABRIEL ALTILIVS Epithalamium cecinit longè optimum:excellentiſsimum verò futurum, ſi ſibi ille temperaſſet. dum enim vult omnia dicere, afficit auditorem aliquando faſtidio tanto,quanta in aliis voluptate. eſt enim nimius. Quod vitiū illi gēti eſt peculiare. eſt enim totis illis Italiæ tractib' perpetua loquēdi fames.

Ne MELANCHTHON quidem abhorruit ab ea laude,quæ ex poeticis artibus comparatur. Tametſi nōnulli eius populares inſanis quibuſdam præceptionibus è Chriſtiana republica poetas exigendos exclamarunt.quorū barbariſsimā amentiam non verbis: neque enim nugis aut clamoribus vinci queunt:ſed contrariis effectionibus doctiſsimus quiſq; damnauit. Illius igitur ingenium magnum,atque ad omnia comparatum intelligemus ex iis poematiis, quibus Solis Lunæq; defectiones cecinit. Nam & tēpora variè deſcribit eadem verſibus luculētis: & eodem nitore præſagia ſtatuit. cuius veſtigia ſequuti ſunt non ignobili ingenio Germani aliquot: STIGELIVS, ÆMILIVS, ACONTIVS, VOLPIVS, CAMERARIVS. Idem Philippus in Epigrammate iucundus atque feſtiuus. nam aliorum ingenia Germanorum rarò quicquā ſcribunt, quin iocorum aliquid agāt. quò fit vt riſus è vulgo,non admiratio à ſapientibus ſequatur. Quæ tamen verterūt Græca(iis enim gens illa dedita eſt imprimis) non inuita Minerua faciunt. ſed hīc illis recēſendis non eſt locus. Dicendi nánque facilitas,bene dicendi affert difficultatem.

CERRATVS, BEMBVS, POLITIANVS, VIDA, PONTANVS, SANNAZARVS, FRACASTORIVS.

MAioris apparatu conſtituēdum eſt iudicium de ſeptē,qui reliqui ſunt, poetis: Cerratum dico, Bembum, Politianum, Vidam, Pontanum, Sannazarum, Fracaſtorium. Tales enim tātique extitere:vt iis quī nunc degunt,magnam reliquerint difficultatem ad certandum de primo loco. nam vt à CERRATO incipiā, magniloquo atq; illuſtri dicendi genere vſus eſt. Non, ille muſcam ſi deſcribat, demittere poſſit animū ad plebeiam orationē. Breuis eſt, ſplendidus, innumeroſus, plenus, candidus. quē perpaucis in locis cupias aliter dixiſſe. quanquam principium magis probarem: ſi pronomine abſtinuiſſet. ait enim,

Virgineum decus ipſe cano memorabile terris,
Et cælo. Sic igitur fortaſſe,
Virgineum decus,& ſuperūm memorandus decorum
Donꝫ cano. aut, *-& magni memoranda Tonantis.*

Quæ quum dico, ita dico vt illius admirator. quum enim quatuor animæ ſint Poeſeos, neruus,numerus, candor,venuſtas: nihil huic præter horum vltimum deeſſe arbitror. Id quod ei non euenit ingenii aut iudicii vitio, ſed argumenti. eſt enim ſeuerum, ne dicā aſperiuſculum: quòdque ægrè admittat colores illos, quib' lucis amœnitas cōparatur. Vnum adducam verſum,in quo illius iudiciū,tanquā ex vngue leonē,agnoueris,

Et ni continuo ſe mœribus inferat altis.

Non oblitus Virgilianæ artis,quæ in illo eſſet,

Et ni doctꝫ comes tenues ſine corpore vitas

Tantùm valent veri poetæ aures: vt curtam maluerint vocem, quàm illam vſi atam, *Niſi*. Quod arriſiſſet inerti cuipiam dactylorum captatori. Vbi tamen dixit, *-& tergora calce fatigant*. maluiſſem, *-veſtigia calce fatigant*. Neque verò placet Virginitatis comitem Pacē myrto coronari. nam neque Pacis ſignum myrtus eſt,ſed oliua:& Veneri dicata fuit: Dianæ penitus odio digna,ſi memineris quæ de Dictynna dicuntur à Callimacho. Præterea quum deſcribit Virginitatem, imprudenter,vt mihi quidem videtur,illa poſuit,

-partem obſcœnam velabat amictus.

Nihil enim in virgine obſcœnum. dixiſſem ego, *partes tacitas*: vt etiam duriuſcula metaphora auerteret auditoris cogitationem. Neque ſanè aſpernanda illa tranſlatio. expertes enim operæ ſunt, & re & voluntate. Satis igitur erat poetæ verbis velatas eas partes, quàm amictu quem apponit. Feliciſsimè verò vbique diuinum Maronem ſimili ſpiritu imitatur:quemadmodū & ibi,

-& ingentem fruſtra ſpectabis Olympum.

Dixerat enim ille,

Ingentem alterius fruſtra ſpectabis acerum.

Ponam etiam eius verſum longè tum ſententia diuina,tum numeris optimum:itémque noſtrum non tam numoroſum, ſed figuratius: vt ex his intelligas quouſque tandem ingenio tuo vti poſsis. Ille, *Inq, necem fraſtrum ne te manus effera obarmet*. Nos, *-ne te manus efferet armis*. nam & plenius, & numeroſius,*obarmet*: noſtrum pictius.

BEMBO quæ probitas atque æquabilitas animi puram ſuppeditauit orationem: ea ſuſtulit

lit magnitudinem. Quum enim cādorem eſſet multa opera aſſequutus, etiā numeros quæreret atque inueniret venuſtate ſæpe,neruis ferè ſemper deſtituitur. Duo tantùm eius apud me ſunt poematia: Hymnus in diuum Stephanum, & Benacus in hymno tam parū ſuauitatis vt nuſquam minus. Cogor hīc efferre quæ diu concepit animus: Malo noſtro fato comparatum fuit, vt in lingua patria partim peregrini, partim etiā barbari & videremur & eſſemus. Maxima igitur pars noſtrūm, vt aliquid egregii dicere videretur: ſumptis dicendi formulis quibuſdam è Cicerone,ad eas animos noſtros,etiam importunis accerſitiſſque temerè argumentis,applicamus. Sed & illud lēgè miſerius contigit: vt,quò eruditiores videamur,quod ſemel exciditſſet Ciceroni, noſtras in orationes tranſferamus. Id quod, quum multi ambiant eandē gloriam, eodem periculo multis euenire neceſſe eſt. Iccirco toties inuenias Dilaudare, Facere medicinam, Trāſmittere tempus, Eſt in more poſitum, Res friget, Romam cogito, & alia eiuſmodi. Quo ex vitio maximis incommodis ſæpe affectus ſum. quippe cùm tales dicendi formulas materia quam tractaremus requireret,non rarò ſunt à me prætermiſſæ. Idem obtigit ſorte eadē poetis noſtris. quibus enim dicendi modis à vulgo ſegregari poſſe arbitrarentur. eos maximè ſunt ſequuti. iccirco nemo eſt qui non aliquid de Echo. In Hendecaſyllabis,elegantiarum,facetiarū,leporū:in Epitaphiis,Charites,Veneres,Cupidines,Lilia,& eiuſmodi. Quoties legis Mactē? Apud quot illorum verſum illum? *-magnum decus addite diuis*. &, *-magnum Ioui incrementum*. Quæ & alia eiuſmodi tandem aliquando toties ingerere, iam ſit aliquis pudor: qui ſanè in illo hymno fugit Bembū, in quo tamen multi ſunt verſus optimi. Idem etiam cùm Dominum Ieſum Heroa vocat, valde me cōmouit ſanè vox impia & vtroque indigna. ne argutetur quiſpiam Heroem è ſemiſſe Deum,ex altero ſemiſſe hominem. non poſſunt monſtrorum figmenta vero Deo noſtro cōuenire. nam qui ei magnanimi quoque adiecit epithetū: aut Ariſtotelem, aut ipſum Ieſum ludere dicetur. Benacus verò quum ad Catulli lucernam vigilatus videatur, profectò illius exhibet tenuitatem:à lepore longè abeſt. quare non eſt animus eius articulos particulatim perſequi. Vnum tamen vehementer miror. vbi nánque Gibertum illum ſuum, tanquam Platonicam Ideam è Cælo deduxiſſet in valles Apœnini:ſanè viatorem,& quod aiūt, nuncium Papalem ita deſcribit,

Sæpe illum abruptis in vallibus Apœnini
Verſantem, luctantis equi quum frangeret armos,
Præcipitantſq, viam obſtrueret torrentib' imber.

Vt illa diceret ſpecioſa,non eſt veritus tāta verborum mole decantare cantherium,quo ſtationario vtūtur curſores ad certa ſpatia magnis itineribus cōficienda. Iſtos equidē equos,etiā ſubſeſſoribus principibus, vidi nunquam non aut ephippio,aut calcaribus vlceratos. tantum verò abeſt vt luctentur confoſsi,vt notiſsimas vias etiā ſponte trāſuolent,modò feſsi ne ſint. ſin fracti laboribus detrectent curſum: non id animo declarēt,ſed ignauia. Quid quòd quum ab Echo tēperare non poſſet,eā fecit reſpondere vocibus oratoris, qui apud reges Galliæ atque Hiſpaniæ verba faceret? Sanè verò bellū Ciceronem, cuius vox atque latera tanta ſunt, vt etiam ex baſilica ripas reſonare faciant. ſic enim ſcribit,

Hæ nam te inſolitè orantem, auerſaſq, ſuorum
Flectentem regum mentes Giberte videbant:
Acceptas conuerſa ſonos quum vocis imago
Redderet,& dociles iterarent nomina ripæ.

Extat & ara Corycia, quam tuetur author, non authorem ipſa.

Ciceronis fimæ.

POLITIANVM traxit ardor eruditionis ad ſtilum Syluarū. Itaque & lectionis variæ condituris,& impetu excurſiúque Statio propior ac ſimilior. Quare neque candorē quærſiuit,& amiſit venerē: numeros verò etiā contēpſit. In Nutritiis modò oſtentet ſe multa aut recondita nota habere, ſatis habet. in quibus ſuū aperuit ingenium,quod laudaret in Lucano. Longè tamen & illo & ipſo Statio inferior. nihil enim ad illorū acutè dicta. In Ruſtico vena par, idem cōſilium: ſuauiuſculus tamen vt ſit,argumentū ipſum facit. Manto ſua inſcriptione primùm, mox etiam propoſitione vehementer mouit. apparaueram enim totum animū ad illius viri laudes ab ingenioſiſsimo poeta audiēdas: cuius vnius viri imaginē cū vnius imagine Ariſtotelis in muſarum mearū ſacrario veneror. & merebantur tāti carminis auſpicia non vulgarem attentionem. At enimuero haud ita diu nos tenuit illa ſpes: quā mox in ipſa ſtatim progreſſione fruſtrari ſumus. ille enim pro laudib' rexit cōpendium operum Virgilianorū. Ingenuè mihi huiuſce fruſtrationis atq; doloris apud poſteros memoria hæc literis mandanda fuit. Longè cōſultius in Ambra. nánque & poetica eſt inuētio in Homeri natalibus: & laudes illius in fine multæ ac maximæ poſt Epitomē illi ſimilē Maronianę: ſtilus quoq; paulo rotūdior. Elegia pro epicedio valde bona eſt, ingenioſa, plena, numeroſa, candida, arguta, efficax: planè digna tanto viro: & quā equidem ſcripſiſſe malim, quàm quæ dicitur ab Ouidio in morte Druſi miſſa ad Liuiam. Epigrammata ſibi quiſque examinet. nā Elegidium ad Lalagen optimum eſt. ipſæ quoque Violæ ſuauiſsimæ. Græcis verò quæ puerū ſe conſcripſiſſe dicit: ætatem minus prudenter appoſuit ſuam. tam enim bona ſunt,vt ne virum quidem Latina æquè bene ſcripſiſſe putem.

Surgit deinceps opus nobis: quóque progredimur magis,plus itineris video conficiendū. M. HIERONYMVS VIDA, etiā dum viueret magni fuit nominis. nūc illū audio à pleriſq; ſtatui noſtri temporis principem poetarum. quo nobis acrius laborandum eſt, vt quæ illius ſint tot tantæque virtutes cognoſcamus. Ab eius igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

poetica initium sumere placet. Est enim præclarum poema, quòdque deceat gaudere hac tanquã prærogatiua militari: quippe hanc eandem, quam nos hîce in libris, materiam tractat. Præterea tãto maiore laude, quàm Horatius dignus est: quãto artificiosius de arte agit hic quàm ille. Verùm eam quoque Horatii operã suo loco agnoscemus. nunc verò hoc sic aggrediendũ est: Latini veteres quum Græcos poetas suorum ingeniorum haberent authores, non tamen commisere, quin quæ melius dicturos sese sperarent, incastigata relinquerent. Ad hũc enim modum ita crescunt artes, vt ex posteriorũ iudicio prioribus fiat accessio commendationis. quare illi quum in exordiis poematum simul & proponerent & inuocarent: consultius nostri eas partes ita segregauere, vt opus suum primo loco profiterentur: deinde auxilium ad exequẽdum implorarent. Id quod quum in vnum iam vel maximè obseruandum artis huius præceptum ac legẽ potius trãsierit: mirũ quibus artibus se tueri possit hic, qui in ipso artis vestibulo vtrunque cõfudit. sic enim scribit cũ venia & inuocatione,

Sit fas vestra mihi vulgare arcana per orbem
Pierides, penitusq; sacros recludere fontes: & quæ sequuntur, sanè ad Syluæ sonum propius, quàm ad iusti poematis formam accedentia: quam Ideam etiam in illis continuat,

Ecquis erit iuuenum, segni qui plebe relicta
Sub pedibus, pulchræ laudis succensus amore
Ausit inaccessæ mecum se credere rupi.

Pulchra sanè carmina. malim tamen *rara*, quàm *pulchra*. Neque placet is qui iuuenum animos à labore alienos, prius deterruerit quàm illexerit, C proposita opera adeũdæ rupis, quæ inaccessa est. Illa verò quæ sequuntur, pertinent ad loci commendationem. Quid tamen præmii est pro tantis laboribus? Illa sanè friuola,

Lætæ vbi Pierides citharæ dum pulcher Apollo
Personat: indulgent choreis, & carmina dicunt.

Maiora itaque proponenda sunt, quæ leuent opinionem asperitatis illius. Et valde sunt humilia, quibus tã magnũ Heroa ad poeticen inuitet:

Primus ades Francisce: sacras ne dedigne Musas:
Regia progenies: cui Regum debita sceptra
Gallorum, cùm firma annis accesserit ætas.

nec explet aures clausura illius versus,

Hæc tibi parua ferunt iam nunc solatia dulces.

Languet enim hoc loco epithetum illud. neque rectè dicit, *procul à patria raptum*. onerat nanque inuidia diuinum virum patrem: pro cuius assertione datus fuit obses. Et quare deiicit eius animum, quem nos semper excelsum & agnouimus & iudicauimus? Deiicit autem fœda illa oratione, *Parce tamen puer ô lacrymis.*

Volens nánque atque etiam libens pro patris libertate subiit illius fortunæ vices. quin si fleuisset, poetæ intererat affectum illum puerilem aut silentio, aut verbis tegere. Quanto ille consultius de puero altero regio,

Ante annos animumq; gerens, curamq; virilem.

Et nimis vel vulgata vel nuda sunt, quæ deinceps dicit de postliminio. quare longè alia ratione ingressus essem. Iaciatur igitur alea pro illis ergo: *Lætæ vbi Pierides* &c. sic dixerim, (*multis*
Magnum opus, atq; animis quod se intractabile
Obtulit. At iam nobilibus nisi degener ausis
Abstiterit: deus ecce deus dux noster, & ingens
Gloria, nec longa hinc peritura in secula fama.

Pro illis, *Primus ades:*

Ergo sibi comitesq; viæ blandiq; laboris
Dum legit, ipse quibus cælum det magnus Apollo:
Te primum Francisce vocat: cui Regia sceptra
Debita perpetuus regnorum destinat ordo.

Et quia ad Regem scribit, tanquam illum instituat: alio consilio deducenda sunt. Igitur pro illis, *Hæc tibi parua ferunt:*

Hæc tibi dum procul à patria, amplexuq; parentis
Cuius amore vices rerum has, fatumq; tulisti:
Non ingrata dabunt tanti solatia casus.
At te olim in regno reducem, sceptrisq; futuris,
Mox vbi sollicitis onerantes Æthera votis
Excipient maturumq; manus, procerumq; cateruæ:
Ipse tibi maiora dabis nostro auspice Phœbo.
Nam te ne pudeat positis Puer aurea sceptris,
Sumere plectra manu, Musasq; adiungere Marti.
Regum opus hoc. seu magnanimum miraris Achillen
Siue Palæstini capiunt te oracula vatis. (*tem*
Ipse etiam in patrijs numeris Pater, aspice, quan-
Assurgat, nulli sceptris aut Marte secundus. (*tum*

Quæ siquis minora illis putet: sunt enim extemporanea, in æstu, in strepitu familiarium: sanè non repugno, & assentior potius. Cæterùm si illa aut bona aut bene dicta putat: non assentior. C quare aliis hanc eandem prouinciam tum in iis, tum in cæteris relinquo. Nam si omnia quæcunq; mihi minus satisfaciunt, concinnare contendã, ætas me simul atque vires deficient. Persequamur tamen aliquot alia loca: Non vera dixit, vbi ait versus ad sacra deorum tantùm inuentos. nam in agresti vita apud Pastores extitisse versus primos diximus in nostro Historico. Id verò quod ait, Apollinis nullum oraculum alio carminis genere, quàm Heroico editum, est communi cum aliis errore falsum, si illud verum est quod aiunt à Pythia responsum, D

Ἀ ἑξάμετρα πάντα συναρέσκεται σοφώτατος.

Et sæpe in historiis soluta oratione legimus respondisse: & elegiaco, vt alibi dictum est. Verùm de eius vi atque arte in poetica, non de eruditione nunc agimus. Animaduertimus igitur, vniuersum pene opus hoc esse quasi parodiam sumptam atque formatam è Virgilianis. non eas dico partes, in quibus apponit exempla: sed illa, quibus sua ipse præcepta dat, ac leges sancit. Ac profectò is imitationis modus, vt est omnibus bonis poetis peculiare: id quod superiore libro satis à nobis ostensum est: oportet eum tamen verum esse modum, id est cum modo, non immodicum. In hoc autem libro tanta est talium frequentia locorum: vt cẽto quasi quidam iudicari possit. Multa nihilominus diuina sunt, atque

atque omni maiora obtrectatione. nam qualia A illa, quæ de emendatione?

Carmina, quæ tantum antè vecens confecta placebant,
Miratur tacitus: nec se cognoscit in illis, (*hant,*
Immemor: atq; operum piget, ac sese increpat vltro.
Tum retractat opus, commissa piacula doctæ
Palladis arte lucns. nunc hæc, nunc reuocat illa,
Omnia tuta timens: meliora; sufficit illis:
Artondet; comas stringens: syluamq; fluentem,
Luxuriemq; minutatim depascit inanem,
Exercens durum imperium: dum funditus omnem,
Nocturnis instans operis, operiq; diurnis,
Versibus eluerit labem, & commissa piarit.

Quæ deinde sequuntur, tãto studio Virgilium imitandi perfecta sunt, vt propè parem felicitatem assequuta esse videantur. nec deteriora Lucretianis, quorum speciem ambunt, B

Atq; ideo ex priscis semper quo more loquamur
Discendum, quorum depascimur aurea dicta,
Præcipuumq; auidi rerum populamus honorem.

Et illa non inferiora,

Nánq; aliqui exercent vim duram, & rebꝰ iniqui
Natiuam eripiunt formam indignantibus ipsis:
Imitasq; iubent alienos sumere vultus.

Quare facetus aliquis iocari possit: cum suas sequutum leges, suis principiis ea quæ sequerẽtur dedisse meliora. id quod nequis obiicere posset nobis, fortè his ità constitutis, curare tentauimꝰ pro illis: *Sit fas vestra*, &c.

Quę rerum in numeris facies, quis cultꝰ hadendis:
Magnanimisq; adeò quis spiritus additus ausis:
Seu lectus sit iudicio, seu ductus ab astris
(Vel *Seu partus sit*. vel *Siue datus sit iudicio.*)
Dicam alijs: tu diua mihi: quæ mentis anhelæ
Magna agitas molem, & placido te lumine misces.

Deinde Franciscum appellaret. tum autẽ principium institueret alia quàm fecit, ratione. neque enim à versuum diuisione auspicandum illi fuerat: qui hoc primo libro nihil nisi ætatem primam curat. quòd si propterea fecit, quia Heroicum imprimis commendaret: alio consilio aggrediendum fuit ei propositum opus. quippe non carmina, sed poematum genera fuerunt inter se comparanda. neque Heroicũ poema à carmine, sed à poemate carmen deducere. iccirco ad hunc, opinor, modum consultius cœpisset,

Principiò teneris multum quæsitus ab annis,
Delectusq; puer: sese q; ipsa indole maior,
Ipse petat q; acuat q; animum curamq; magistri.

& alia quæ ponere possem: sed sit modus.

Nunc ad Scachiam transeamus. Inuẽtio nõ inepta: iuuenilis tamen, & quæ interdum officiat decoro. Rerum verò ἐφαλωσία felicissimi ingenii est. Stilus in parodia Virgiliana. Bombyx castigatior atque elaboratior, propiúsque accedẽs ad curam poetices. Is enim liber rex est librorũ Vidæ. nam Hymni & Eclogæ puerilia sunt aut plebeia. Catulli venerẽ dum vult assequi, delicias lenociniis plebeias fecit. Christias verò meretur summã laudẽ. nõ enim nisi à viro pio atq; etiã optimo, pficisci illa potuere. Dicat aliquis, Nõ hoc quęrimus, poetã quęrim', quẽ hic profiteris. Mihi videtur, quanquã hoc quoq; nõ caruit obtrectatoribus, in legibus disponendi materiam, non posse quenquam meliorem operam posuisse. de stilo autem ista censeo: Esse sui dissimillimum. Lectissimæ quidem inuẽtiones sed cõparationes: quibus præter Oppianum nemo omnium frequentius vsus est. in eis verò est ut venustas, & robur, & cãdor, & efficacia. Tametsi nollem Iesum Eridano comparare, ita vt ille fecit, auctum aliorum fluuiorum accessione: de comitatu verum est, de Christo impium nam & grauiora multa sunt, quæ deprehẽdas atque reprehendas, tanquam nebulas, ac potius maculas & simplicis illius veritatis, quã spirare debet author eiusmodi narrationis, & diuinitatis: quod vocant religiosi nostri, ἀκαφαιρεσίαν: vix enim hęc sine labe aliqua tractata sunt ab istis omnibus Dum splendorem addunt à suis Musarum legibus, adimunt cælestẽ lucem. Dissimilis verò character est hunc ad modum. Catulli, Virgilii, Lucretii commiscuit imitationes. itaque ĩpe discinctus est: interdum δυσφωνία. penè semper properat, vbi hærer Lucretio. Non aspersit næuos, veluti pictor exesas rupes, diruta palatia, columnas dimidiatas, nutãtia fastigia, pyramides trũcas: sed refersit ita, vt vlcera quasi quædam facta sint. multi tamen inter alios extant illustrissimi versus, multi ingeniosissimi: vt ille, B

Nec sine Sole suo lux, nec sine luce sua Sol.

Sequitur PONTANVS: qui cũ illa quatuor cõplecti summa cura conatus sit: Neruum dico, e C numeros, cãdorem, venustatem: profectò est omnia consequutus. quintum autem illud, quod est horum omnium vita veluti quædam: modũ intelligo: penitus ignorauit. Aiunt Virgiliũ cùm multos versus matutino calore effudisset, pomeridianis horis nouo iudicio solitum ad paucorũ numerum reuocare. Contrà quidem Pontano euenisse arbitror. quæ prima quáque inuẽtione arrisissent: iis plura postea, dum recognosceret addita: atque ipsis potius carminibus, quàm sibi peperciisse. Itaq; candidus ille, amœnus, venustus, neruos numeris vbi quæsiuit, longis ambagibus eorum amisit contentionem. Ergo effusus, exuberans, exultans, ita sibi ipse instans, vt in se recurrat: à quo vitio sit reuocandus, facilè ostendit. Ac sanè in Vraniæ propositione statim ostendit ingenium, D

Qui cælo radient ignes (profectò sunt stellæ) *quæ sidera mundo*
Labantur tacito (profectò sunt ignes) *Stellis quibus emicet ardens*
Signifer: profectò sunt sidera. & cum dixit, *sidera*: interponit *stellas*: deinde dicit, *errantia*. nõne idem est, in *cælo ignes* esse: in *mundo labi sidera*? Præterea cùm proponat stellas signiferi, & planetarum cursum secundo loco: tertio verò, vnde hominum genus, & Telluris varios fœtus: de Zodiaci stellis secundo loco, de cælo subiectis terris tertio, de planetarũ motu primo statim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Castius sic,

Qui cælo radient ignes: quæ sidera terris
Dona ferant: homini quæ sit fatalis origo. aut sic,
Qui cælo radient ignes: quibus explicet orbes
Verticibus: quæ fata ferat vi luminis Æther,
Est Dic dea, quæ nomen cognato ducis Olympo.

Sic stellas dicet cum suis orbibus: sic stellis subiectas terras: sic à stellis varia hominum vel ingenia in terris, vel fortunas. neque omnium omnibus in angulis poematum prostitutam illam Echo abducat huc ab lusibus pastorum ad tã seriam ac diuinam materiam: quo fatalis lasciuię tenore semper admisceet Charites, Dryades, Napææ,

Ipse canit: teneræ cantus ridere Napææ.

Neque Heroicus aut Vranicus poeta carmẽ illud dicat, *Miscuit & femori femur.*

Alius Maronis, quẽ sequitur, pudor: alius Claudiani: cùm Veneris pompam describit hic, ille Elisæ consuetudinem, Vulcanię delitias. Imprudenter quoque nimis indulsit sibi. dei sedẽ statuit in medio: à dextris Sapientiam, Amorem à sinistris: diuinitus. Sub pedibus Naturam, Tempus, Locum, Fortunam. nihil exactius. tum Saturnum, Iouem, Martem, alios rectẽ. His autem in concilio cùm assignat pro sedibus sua cuique signa quæ insunt in Zodiaco: quo modo Arietem & Scorpium Marti: Geminos & Virginem Mercurio: Veneri Taurum & Libram: tam longè disita? nam si in Sagittario & Piscibus sedeat Iupiter: in Capricorno & Aquario sedentis Saturni humeris insidebit. inter Veneris ferura erunt Mercurius, Luna, Sol. at ea debet poeta comminisci, quæ à pueris puerilia irrideri non possint. Iam quæ ingenii luxuria multis in locis? animaduerte adiurationes in secundo Vraniæ ad Auroram, in Meteoris ad Vraniã. semel tantùm Virgilius, & duobus penè verbis,

Sic tibi cùm fluctus subterlabere Sicanos
Doris amara suam non intermisceat undam.

In Meteoris itaque risum mouit mihi: cùm de Vrania sic, *– nec multa loqui, nec garrula curat.* Sanè verò igitur ille non ex illius ore loquitur. Sic toties Nymphas admisceet: vt videar nuptialibus ludis iocisq; interesse. Sic ab earundẽ Nympharum inuocatione auspicatur Hortos suos. Sic in eorum fine centum circiter in easdẽ insumit versus. Lepidinę initia lepida sanè, suauia, & composita. cæterùm si pompas illas deducas omnes: profectò lactis obba illa, antequã absoluerentur, bibenda fuit Lepidinæ. Sunt autem innumera quę reprehendas: nisi aliorum operum tueatur authorem magnitudo. Versiculi illi duo lepiduli,

Tunc Orcus si nos vnà rapuisset: amantum
Vna futura anima: vna etiam simul vmbra futura.

quanquam malim ego, *simul vmbra fuisset.*

Mammas autem cùm voluit laudare, ait,

Nec liquido cedunt argento, aut pondere plumbo.

De duritia voluit: de pondere falsus est, põdere enim omnia deorsum vergunt: vnde & pẽderę. quæ verò maior mammis turpitudo aut fœditas? Quare nihilo felicius in Lyricis,

Fluitantq; nudæ æquore mammæ.

At quis velit puellæ suæ mammas æquè atque capillos fluitare? In libris Amorum festiuissimè imprecatur Somno vigilias. nihilo secius atq; si ei imprecareris orationis temperationem. Sũt sanè venustissima,

At tibi Somne tuis semper sopor absit ocellis,
Imprecor: & semper lumina aperta geras.
Quæq; papauereis tecum sers pocula succis,
Rupta cadant. Hactenus scitè ac lepidè: at cùm subdit, *– & sis peruigil ipse dia:*

ludit imprudens seipsum. Precabatur prius vt sempiternis vigiliis angeretur: nunc satis habuit si diu vigilet. Obseruatione dignum illud, Eum in librum quæcunque vnquã scripserit, omnia congessisse. quare cunctanter & cum iudicio illa tibi legenda sunt. Vel Scazõtem specta de amantum qualitate: quo carmine nihil esse quię insuaui'. sine cura multa: vt in Hendecasyllabo,

Si non sunt satis hæ oculationes. dicerem potiº, *Si hæ non sunt.* & ibi *bracas* posuit pro subligaribus, ex vsu vulgi. Iambos verò tractauit vel infelicissimè. igitur penè omnia inuertenda. saltem ad illius normam,

Sumus hîc tot inferi, quot homines viuimus. sic cõmodius, *Tot inferi sumus, quot homines viuimus.* vel sic, *Quot viuimus, tot inferi miseri sumus,*

Libros duos de Amore cõiugali cùm inscripsisset: primum quidem expleuit equali argumẽto: alterum verò longè diuersa materia diuulsit, amore lasciuo puellarum, militia, rure, næniis. In sexta Næniã memini aliter scriptum olim in Aldinis exemplaribus,

I citus hinc alias: i puer, quære alias:

pro *puer.* qui nunc ita legitur,

I puer hinc alias: i male, quære alias.

Equidem non mutassem. licuit enim è nutricularum balbutientium blandimentis lepores fingere etiam in medio Latio. Tumulorũ libri penè constant vniuersi verbis hisce: Rosæ, Violæ, Lilia, Hyacinthi, Blanditiæ, Nequitiæ, Lusus, Ioci, Decor, Nardus, Ver, Corolla, Thus, Mars, Pallas, Venus, Charis, Crocum, Laurus, Myrtus, Vnguẽta, Costũ, Lacrymę, Myrrha, Musę, Clio, Aganippe, Aon, Pieris: *Spiret ver: Floreat vrna: Fregit Amor pharetram: Ambrosius liquor.* qui odores toties iterati fœtent, sordent munditiæ. Ver fit Hyems, Musæ rauescunt, Amor odium fit. Adeò placuit ille sibi: vt quicquid commentaretur, posteritatis auribus dignũ esse iudicaret. Contrà equidem, si poetę nomen mihi quærere statuissem, malim ex perpauxillis meliorum opinionem mihi comparare, at ille nũquã quicquam detraxit sibi. In tumulo mendici,

Nudus eram viuus, mortuus ipse tegor.

Quid est illud *ipse*? meliº *ecce.* Vbi de Inscriptionibus à nobis actum est, inde colligi potest, non esse ab eo rectè inscriptum librum, De laudibus diuinis, sed Laudes diuinæ. nihilo melius quàm si inscribas De hymnis, potius quàm, Hymni. nõ enim quibus modis laudandus sit Deus, docet ibi sed laudes ipsas canit. Maiore culpa recentiores, cùm Hymnorũ libros inscripserint, immi scuere laudes hominum priuatorũ: quibus non venissent in mentem, quantum interesset inter ὑμνεῖν & αἰνεῖν, aut ἐγκωμιάζειν: sed de his alibi. nam in illis iisdem libris etiam Fescenninum inseruere. Sic sub titulo Epithalamiorum, Elegidia, Epicedia, de Aula atque curis familiaribus. cæterùm parcamus viuis: qui etiam defunctorũ poetarũ manes veneramur. Est ex hymnis Pontani,

Christus, cui parent sidera, terra, fretum.

Non potest hîc reprehendi: qui Ouidium quoque authorem habet, quem sequatur. Ille enim in pentametri fine ponit *fretum.* Mihi videntur duæ illæ consonantes tãtum flatus habere: altera verò tantum etiam, cùm priori adiũgitur, vibrationis: vt antecedẽtem dactyli syllabam auribus quidem meis remoretur. Itaque eius loco vbique libens reposuerim *mare*, aut *salum.* Sunt & illa,

Inrideat latis audax Germania terris,
Dites aquis, populis dites & ipsa suis.

Sic malem,

Inrideat populosa suis Germania terris,
Vi populi dites, vi quoq; dites opum. vel
Munere aquæ dites, munere dites opum.

Baiana carmina elegantia & lasciuia, prouocant ipsa Catulliana. sunt enim quædam supra illius aleam. planè accommodata illius ingenio redũdanti. dictionem tamen rotundiorem cura tua possis efficere. Exempla igitur aliquot proponã ad exercitationem,

Et crinem lauis, & comam repectis.

Verbum coactum. quod vt facias genuinum ac requisitum, sic dixeris,

Depectis torulos, comam repectis. oportet enim vt *pectere* antecedat. Itaque etiam sic,

Crinem sedula pectis & repectis.

Etiam diminutiua cauendum, ne pedum causa posita esse videantur, sed cum ipsis orta sententiis: vt in illo,

Lassi, languiduliq;, sessuliq;. Geminatio enim illa fouet ipsam diminutionem. quare minus accuratè in illo altero,

Huc deferte minutuli citiq;. Malim: *Huc deferte minutuli, pusilli.* Aliud,

Quod vos ea precium, aut manet voluptas? melius:
Nam quod vos precium. adhuc,
Nam quod vos teneros minutulosq;
Precium manet, aut manet voluptas? Posita enim particula, & voce præcedenti repetita, fiũt mollissimi. *Manet, aut manet.* Sic ipse alibi,

Et ludunt simul, & simul lauantur.

Nostrum extat natum sine arte tale: at quouis artificiosissimo operosius,

Nox breuis nimis, ah nimis breuis nox. Vtrinque enim & tantundẽ verborum, & eadem. Aliud,

Quot suspiria, murmura, & cachinnos. Infelix cõiunctio: cuius vsus apud illum tam frequens, vel geminatæ, vel repetitæ; vel inconcinnæ postpositæ, vt iam ferulã poscat. nolo citare loca, quæ legendo tantum mihi negotii facessunt, vt etiã faciant abhorrere. Quid enim insuauius?

Tarpeia pro rupe, canit tuba & ænea martem.

Semel aut iterum apud Virgilium inuenias, sed varietatis causa: tollendi sque, non vt hic pariendi fastidii. est enim plus mille locis. Quin etiam in soluta oratione geminata, prodit hominis aut incuriam aut obliuionem. nam iudicium non est quod accusemus: fuit enim ille vel acerrimo, & illud, *κωδωνοπεκτονεῖν te ne deambulare*: dixissem. *te deambulare.* Sic illud minus placet,

Verno passere, & albulis columbis. Diminutiuũ enim adiectiuo non dederim: nisi & eodẽ flexu afficiatur substantiuum. Melius dicam albũ columbulum, quàm albulum columbum: aut vtrunque, vt Catullus,

Vt albulus columbulus Dionæus. Dicam igitur,

Verno passere, candidis columbis. Vt in his odi illas intẽpestiuas copulatiuas: ita in illo desiderabã, *Quem cultæ fugiunt nurus amoriq;.* die, *nurusq; amoriq;.* Quæ verò præter hæc sunt animaduersione digna, penè infinita deprehendes. quare cùm & ingenii rapiditate auferatur auius ab ea moderatione, quæ mens est poetæos: & frequẽti incuria, aut amore sui, sordidus etiam alicubi aut malè cultus videatur: ne ipse quidẽ poetarum nostri temporis sibi vindicet principatum.

Reliqui duo sunt: Actius Sincerus Sannazarus, & Hieronymus Fracastorius. quorum vterq; cùm præter illa quatuor à nobis toties decantata, etiam castigatissima fluat vena, atq; moderatissima: non potest committi quin aut alter aut ambo pari æqualisque gloria nomen suũ tueantur. De SINCERO igitur prius:

Qua tempestate melioris vitæ officia Bononiæ auspicatus sum: habui studiorum sociũ Pacium Aquilium ciuem Romanum, qui antea militiæ quoque fuerat contubernalis. E Calabria igitur commeatus gratia Neapolim cùm venisset, decedens inde, secum attulit Eclogam Sannazari; cui titulus est, Lycõ, ac præter eã ex Christeide (sic enim appellabat) aliquot carmina sanè quàm luculenta. quorum mihi nunc cùm in mẽtem venit: non possum non dicisse ex iudicio tanti viri, qui opus diuinum illud suum mutato cõsilio postea non Christeidẽ, sed De partu Virginis inscriptum maluit. Quare verò prioris inscriptionis titulum repudiarit, cognoscere, satis in promptu est. Etenim vitam actáque Christi cùm in eo neutiquãnarret, sed natalia tantùm canat: simplicissimè profectò Latinis verbis expresit operam suam. Insuaue fuisset, Partheno tocia, & Theotocia. Atque vt hæc valdè probamus: ita minus illud placet, cùm & per initia dicit in numero plurali, *Virginei partus:* & in fine operis, *partusq; revendos.* Omnino, inquã, displicet mihi, neque acquiescam diluere conanti iudicium hoc. Et maluissem, *summo parenti*, quàm *magno.* non enim designat Deum vox illa, *ma-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno: sed altera. Præterea plus satisfacit, *rerum parenti*. neque numerus arridet, *quæ æquæua*. sed sic, *& summo æquæua parenti*. & malim, *sub auras*, quàm *per auras*. numerus enim compositior, & sententia efficacior. Præterea Musas quid attinet admiscere? nam & numina Ethnica sunt, & ficta, atque etiam à poetis prostituta. Ipse in secundo negat Musis notũ antrũ rectè illo versu,

Nunc age Castalijs quæ nunquam audita sub antris.
Musarúmve choris celebrata, aut cognita Phœbo.

at hîc notũ ait. quos verò fontes optat, aut quas rupes? vnus fons Iesus: vna rupes crux. à quibus deducere debuit venam suã. Ad hæc, quæ connexio illorum esse queat?

Vestras nemora ardua rupes. nam neque rupes nemora, neque nemora rupes nostrates sunt. cõ sultius Angelos aduocaret, qui conscii fuerunt omnium mysteriorum. Ridiculum verò: poetâ vnius Dei concentorem apposuisse illa, *spes fida deorum*. nam quorum deorum spes fida est semper Virgo? Neque placet *mille acies*, & *mille currus*: vt in singulas acies, singuli tantũ currus sint distributi. Impræsentia sic venit in mentem,

-quam mille acies, tota Ætheris alti
Militia, igniti currus. Et quia maximè omniũ cultui studuit, illum versum,

Informesq; domos, obscuraq; regna subire:

ita corrigerem, vt in illud infinitiuum ne desineret: sed sic,

Informesq; domos tentare, obscuraq; regna. Si nõ placet verbum *tentare*, aliud substituito. Neque verò si eiusmodi tractem argumentum, adeò admirer Virgilium: vt quos ventos Mercurio attribuit adiutores, eosdem Gabrieli. Maro,

Vade age nate, voca Zephyros. quapropter & ipse, *Ille altum Zephyris per inane vocatis*. Neq; prudenter posuit in Virginis manibus libros Sibyllinos. potius Isaiæ. Cætera ibi diuina omnia: vt versus ipsos è cælo deduxisse videatur. inter quos illum admirere,

Nec sceptri iam finis erit, nec terminus æui.

Potuisset etiam, *Imperij nec finis erit*. Quæsitam verò seruatámque vbique orationis moderationem contaminauit insolita luxuria,

-aduerso qui carceris antro
Excubat insomnis semper: rictuq; trifauci
Horrendum stimulante fame, sub nocte profunda
Personat, & morsu venientes appetit vmbras.

Tolle, *stimulantem famem*, & *noctem profundam*, quæ hîc nihil præter sonum quærunt. Confer cũ Cerbero illo Virgiliano: & acquiesces iudicio nostro. habuit enim satis ille, si terreret vmbras, non autem deuoraret. Iste verò, si deuorat, etiã per aluum demittat: quod est admodum puerile. Quòd si dicas non esse verbum hoc odiosum, Deuorare: sed, Appetere. At ô bone: nullum, quod fame affici potest, aliquando non comedet. verum profectò monstrum. Mihi verò tametsi quæ ponam non admodum placent: minus tamen quàm illa displicent:

-aduerso carceris antro,
Excubat, æternum latrans, rictuq; trifauci
Turbam infelicem trepidantes territat vmbras.

Neque Dauidem cùm facit canentem, faciat oculos intorquere insanorum more, qui malo afflantur spiritu. Ex Æthiopia Magos ait venturos: nihil minus. ex Oriente nánque venerunt. Nec de sapientissimæ Virginis modestia, atque diuinorum factorum assensione detraxerit tãtũ maternus amor, vt ei attribuas è medio plebeiorum affectuum vlulatum. Nimis arrisit sonitus ille verborum,

-tum luctisono vlulatu
Cuncta replens. Equidem ne clamasse quidem eam vnquam putauerim: quam simul cũ eo munere quo Dei mater appellaretur, illis quoque affectibus temperauit Deus: quibus eius animus esset Deo, quem gessisset, simillimus. non enim vnquam locus locati dissimilis est. Neque decorum seruat illa metaphora,

-quis te mihi fluctus ademit? nec dixerit,

Stygias tecum duc nate sub vmbras. quippe sciebat reuersurum, si sciebat eò descendisse. descẽ disse enim, vt cum captiuis liberali causa manu assertis reuerteretur: quos decuit expectare, atque beneominatis vocibus prosequi in cælum abeuntes. Non igitur deterius saperet quàm latro: cuius verba illa fidei plena & sapiẽtiæ: Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Igitur si (vt subdit) sperat *Erebum* eius opera euersum iri: quem parat *comitatum*, quem *sudorem* pollicetur absterſuram? Prorsus pulchra carmina: sed quæ alii conueniant personæ: qualem aiunt Lysiæ pro Socrate orationem. Sic in illis quoque illius modestię minus consultũ est, cùm scribit, *Crudelia dicit sidera*. Nõnne hæc est cui arcana omnia aperta sunt de Filio Dei? nõnne est hæc ancilla Dei? Rapuit bonum virũ ardor imitationis: ait enim Virgilius,

Atq; deos, atq; astra vocat crudelia mater.

Quid item futuri nunciam iudicii tubam vocat, *martiam*? Asomniis quoque Briarei, & Cẽtaurorum, & Gorgonum, & Scyllæ, & Sphingis, & Chimęræ, & Hydræ, & Harpyiarum abstinẽdum fuit. nec dignam duxerim Orgiorum vocem, quam interſererem veris Dei rebus,

Longaq; perpetuis indicimus Orgia fastis.

Et quid est, *longa*? præsertim cùm addatur perpetuitas. Mitigauerit tamen profanæ vocis asperitatem si dicat, *Et noua perpetuis*. In tertio est oratio Dei patris ad Angelorum choros,

Ac primùm duris parui sub cautibus antri
Gramineos lustrate toros: lustrate beatam
Pauperibus sedem calamis: cunctiq; recentes
Somnissa cumas accedite. At quis putarit, non tantò antè Dei optimi maximi natalibus choros omnes Angelorum astitisse? Quare ipse quoque in 11, *Miratur lucem insolitam, miratur ouantes*
Cælicolum cantus senior. & paulò suprà, *superum cingente caterua*
Aligera. & ante hæc,

Ecce autem nitor ex alto nouus emicat: omnemq;
Exuperat veniens atræ caliginis vmbram:
Auditiq;

Auditiq; chori superum, & cælestia cuncta
Agmina pulsantium cytharas, ac voce canentium.

In fine orationis hæc sunt,

Procumbit pecus, ac domini vestigia lambens
Peruigilat longos fundit dum tibia cantus.

atqui nondũ pastores aduenere. Iordanes quoq; fluuius scitissimè introductus est ad acta Domini prædicenda. cæterùm nemo sanus eiusce prædictionis Proteum fecerit authorem. Quot Prophetæ in illius fluminis ripis extitere, quib' ea pars diuinorum officiorum attribuenda fuerat? In verbis ac numeris quid sequi probarève possis, tu ipse adnimaduertes, veluti cum Cellam, Virginis cubiculum vocat. & cùm dicit,

Interea terra parta iam pace. primum est - *terea terra*. deinde vocalis illa vasta nimis frequẽs hîc. malim, *At parta interea terris iam pace*. Præterea quatuor penè cõtiguis versibus videas eodẽ modo ac filo differri verbum in proximi carminis initium,

-lætitiam choreis tum fortè vacantem
Aduocat,
-hæc magni motus animosq; Tonantis
Temperat.
-quæ Cælicolum per limina semper
Discursat.
-lacrymasq; exosa virago
Exultat. & cùm dixit,
-spinasq; clauosq;: vix septimo versu abstinuit,
-lunamq; stellasq;. quam ambitionem in sola poetica Vidæ plus decies animaduertas: Ludit verò nos SINCERVS, cùm Iudæum pastorem vocat Ægonem: quique *Massylis pascuis* adeò fuerit diues: vt centenos habuerit greges. Atqui à Iudæa in Massylorum terram tam facile est transmittere, quàm è Gallia in Epyrum. Idem primus Epigramma cultum dedisse creditur à nobis: primusque argutias terſas ostendisse. In carmine quoque pastorali solus legi dignus omnium qui post Virgilium scripsere. Memineris illud oraculum nostrum: Pauca licere perfecto poetæ. Non quoduis argumentum, non quæuis vox, non quæuis iunctura vel vocum, vel numerorum inter genuinas legitimásque referri debet. hoc ille, si quispiam alius, præ oculis habuit. In Phyllide tamen quare dixerit *leues Thynnos*, me quidem fugit ratio. Sunt enim grandes, graues, atque inter Cetacea: vt diximus in Historiis. Melior versus & doctior,

Præcipitem lenta expectans ad vetia Thynnum.

Exime illud carmen ex optimis,

Quis mihi, quis tete rapuit dulcissima Phyllis.

Ecloga verò Galatea longè optima est. eam antè etiam quàm ederetur, manu nostra descriptã habuimus. non igitur operam perdidi. quod enim nunc legitur,

Æquora colluſtrant flammis: ita scriptum fuit,
Æquora rimantur flammis: vt intelligas magni viri iudicium. Item,

-phœres Nesis mihi seruat Echinos: legebatur,
-totidem virides mihi Nesis Echinos
Seruat adhuc. Quæ sequebantur in memoria non habeo. restant vestigia tamen iudicii castigati: cùm redegit ad pauciora. Atque vt hæc optima, ita Salices pessima: tametsi eam scio placuisse ei, cui meum iudicium non displicebat.

Ad HIERONYMVM FRACASTORIVM tandem aliquando deuentum est in quo cũ nihil soleam desiderare, admirationi potius erit locus, quàm castigationi. Quanquàm ne superiores quidem operæ tanquam censoris accipiendę sunt: sed quasi vestigatoris. Hoc vnum agimus, vt Poeta noster ad maxima quæque sese accingat. quæ si ego in aliorum animaduersionibus non sum assequutus: at excitarim saltem nobiles animos ad expetitam illam perfectionẽ. Diuinum igitur poema cùm sit eius Syphilis: quid agendum sit nobis, si ab sua ipse magnitudine discessisse credi potest aliquando? Est igitur quod in rebus ipsis: est quod in legib' poeseos animaduertamus. Non accesserim ad eam sententiam, quæ illo versu continetur, tametsi vetus est apud Laertium,

Aer quippe pater rerum est, & originis author.

Quis enim statuat Aerẽ vel principium solùm materiale, vel, quod est tam nouum quàm falsum, causam effectricem? hoc enim est patrem esse. Nescio verò quemadmodum tantus astrologus (fuit enim summus) apsidem, quã Arabes Augem vocãt: oblitus fuerit sub Cancro esse. de Sole enim sic scribit,

Idem vbi nos Cancro propior spectauit ab alto.

sed tuendus est. dixit *propiorem*, propter radiorum directionem. dixit *altùm*, propter apsidẽ. Illud præter animi moderationem,

-Sol ipse nouum (quis credere posset?)
Curret iter. Cùm verò negat animalia cętera præter hominem, morbo Gallico tentari: cũ multis quidem facit. nos tamen vidimus canem ea lue captum: qui heri sui emplastra linxisset. at quòd ait morbũ hunc extinctũ iri: ac certis posteà seculis fore vt denuò renascatur: atque iccirco sese parare suo carmine remedia quæ tum vsui futura sint: non intellexit eum qui ita sentiat, illud quoque sentire necessariò, vt & eius tã præclarum intereat poema: & aliquando tam poema, quàm poematis author idem renascatur. Id quod non minùs absurdè deducitur ex mũdi æternitate: quàm ex mundi creatione mutatio in Deo. Neque potest defendi in illis verbis,

-lux alma diei
Cesserat, & noctis triſtes adduxerat vmbras.

Nemo enim dicat, à die recedẽte adduci noctẽ. sed eius decessione subire noctem. nec prudentis medici fungitur officio, cùm dat Erucã Gallicano. acuit enim muccos illos ita vt vrant: neque Crithmum: præsertim cùm ipsum ibi falsũ vocet. Turbith Arabum putauit è lib. Serapionis esse Dioscoridę Tripolium. qui error quãtus sit, suo loco est disputatum. Illud quoque,

Quorum suffitu pertingunt corpus acerbo.

Ex vlu vulgi dictum est. at philosophi, medicíq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

intereſt acerbum vel ſaporem vel odorem (ſic enim ſuo loco diſputatũ eſt) ab acri diſtinguere. de Cinnabari, Stibio, Minio igitur cùm loquatur: hunc non illum debuit attribuere. De eruditione hæc de poeſi quæ ſequuntur. Primũ illud ſeſe offert in inuocatione. cùm enim dixit *Dic de*, ſubdit ſuam ipſe, non Muſæ narrationẽ more aliorum Poetarum. ait enim per interrogationem,

-num tempore ab illo, &c. poſt quæ ipſemet iudicium facit ſic.

At verò ſi ritè fidem obſeruata merentur
Non ita cenſendum. De elemẽtis quoque cùm loquitur: minus probarim epithetum,

Sic elementa modis variis ſe grandia vertunt.

Sonus eſt in voce: at malim, *mutua*. quid enim eſt *grande elementum*? Eſt etiam ſic ſcriptum,

Aſpice cadentes magni qua Cancer Olympi
Excubat ante fores, & brachia tendit aperta.

Malim tamen *ſommi*, quàm *magni*: quibus locum declararem. neque *fores* ibi cæli: ſed arx potius. in Ariete verò aut Capricorno fores: hinc enim redux annus. Tum *Cancer* pro excubitore ineptus eſt. accommodatior Scorpius: atque hoc ipſo Leo. Præterea ignaua illa, *brachia pandit aperta*, aut *otioſa*. In illis autem præter loquutionem neſcio quam, dicat quare *prælia* cùm poſuit, *arma* addidit. ſic enim ſcribit,

Bellipotens Mauors: animis cui prælia & arma,
Vindictæq; manent.

Sanè in prælis arma ſunt: pquutio verò eſt, vt illa Homerica,

Ἀλλ' ἄνεῳ δ' ἀγαμέμνονα λώβην θυμῷ.

Sic exuberat *ſopor* poſt *ſomnum*,

Interea dulces ſomnos, noctiſq; ſoporem
Omnia per terras animalia feſſa trahebant.

Neſcio an alius dixerit, *trahere ſoporem*. & cætera, non *omnia* dicendum: ipſi enim quoque erant animalia. In illis autem decreſcit oratio,

-ſummiſq; voluti montibus amnes,
Præcipites ſecum ſyluas, ſecum aſpera ſaxa,
Secum armenta trahunt.

Minore enim opera trahetur armentum quàm ſylua. Sic depreſſiores ſunt domus quàm ſyluæ. ille tamen dixit,

-ſuper & nemora alta domoſq;
Turbidus.

Neque probes modorum mutationem: pauperis enim ingenii eſt, aut negligentis, aut confidentis,

Qui ſtatus illorum fuerit, quæ ſigna dedere
Sidera, quid noſtris cælum portenderit annis.

Etiam illa, *-Stygiaq; ab ſede laborem,*
Peſtemq; horribilemq; famem, bellumq; necemq;: aliter dicerem, *-Stygiaq; ab ſede furorem,*
Peſtemq; horribilemq; famem, belliq; labores.

Neque illud vllo modo placet,

En etiam ceu nos agerent crudelia nulla.

Neque de ceruo vno, *capita* in numero plurali,

Cui nuper ramoſa ferens ego cornua cerui
Æuia victor fixi capita ardua quercu.

Neque enim ſic dicam vt *pectora*. vſus enim hoc extorſit: illud non admiſit.

Hîc dea vicino quæ ſeſe fonte lauabat
Calliroe, liquido ex antro per lubrica muſco
Saxa fluens. Quomodo dea fluens? Quomodo fluens lauet ſe fonte? Multis hoc euenit ſummis viris: vt cùm quædam mutent, ea relinquant quæ cùm inductis non cohæreant. Ibi quoque exundat,

Qui ſolis violatis aues, ſacraq; volantes
Heſperij. Sed & quod oblitus fueram dicere: valde abſcedit à vera philoſophia,

-Naſcuntur pecudes q; feræq;

Sponte ſua. Qui hoc dicat, poſſit in hac ſcientia facere progreſſus ad hominis vſq; fortuitam generationem. Quod verò attinet ad numeros, verſus ille minus placet,

Et faciles ortus habet, & primordia præſto.

Neque, ſi cauſam quæras, vllam impromptu habeo quam dicam: ſolùm id profiteri poſſum, degenerem mihi videri. neque næuum eſſe in tam bello poemate, ſed luxationem. ille verò diuinus eſt,

Nec monumenta patrum ſeri vidêre nepotes.

Malim tamen *ſenſêre* quàm *vidêre*. Iudiciũ quoque tanti viri in illo conſiderandum,

Omnis & euentus tanti via prima pateſcet:

potius quàm *patebit*. at ille minus ſatisfacit,

-æquabit pelago freta lata ſonante.

plus arridet, *-vaſtis freta lata ruinis.* Sic ne ille quidem aut animum aut aures explet,

Sidere ſub certo fieri, & per ſecula longa.

malim, *& per ſecula gigni.* Sed & quod per initia poſitũ eſt, vellicat acrem auditorem,

Europam, partimq; Aſiæ, Libyæq; per vrbes.

Offendit enim prima ſyllaba ſecundæ vocis, ſequens ſibi ſimilem vltimam prioris. Præterea vt non per totam *Europam*: ita aduerbium *partim* minus conſultò attribuitur *Aſiæ*. melius videtur *Diteſq; Aſiæ*. Sic illũ pauci, quanti ſit, deſignabũt,

Quarta luce frequens fato perdebat acerbo.

Nam neque epithetum hîc hoc placet, & ſyllabæ poſtremæ vtriuſque vocis eãdem habent cõſonantem. denique verſus mihi plebeius videtur. cui quẽ volui ſubſiſtere, longè fuit deterior,

Fato inſtructa fero, paucis lux quarta pepercit.

Poſui verò ingenuẽ, vt intelligeres quàm parũ mihi plaudã: & quàm rarò bene cadat, bene ſcribere. Hunc verò nequeam mutare, niſi etiam ſuperiores, qui optimi ſunt, inuertantur. Illa autẽ faciliorem admittunt cenſuram,

Ecce aliquam tuſſis ſubitò irrequieta tenebat:
Nec longè mora mortis erat. namq; acta repente
Circum præcipiti lapſu, reuomenſq; ſupremam
Ore animam, ſocias inter moribunda cadebat.

Huius vltimi verbi ſonus non placet. neque ſcio quid ſit, extrema anima. & nõ cohærẽt illa duo, aduerbium *ſubitò*, & verbum *tenebat*. Hoc enim eſt *ſtiuo*: ſubitum autem, tenorem habet nullũ. neque neges fuiſſe mortis moram *longè*. profectò prope quem mors eſt, procul ab eo eſt *mora mortis*. Ita ſcriptum eſt in duabus editionibus: cæterùm quia deſcriptores iſti deformant optima quæque: fortaſſe *longæ* fuit epithetum,

non

non aduerbium. Fauendum eſt enim ciui optimo, præſtantiſsimo poſt Virgilium, poetarum. Ne ſic quidem tamen carebit calumnia. nemo enim dicat, longã mortẽ. ſic igitur olim cõmentus fuerã, *Ecce grauis motu correptam tuſſis acuto:*

Nec certæ mora mortis erat, agitata repentè
Pulſo pectore corda quatit, reuomenſq; ſupremam:

vel, *fundẽſq; ruẽtem*
Ore animam, ſocias inter moribunda reliquit. ſicut eſt apud Virgilium,

-vitamq; reliquit in aſtris. Videtur autem poſſuiſſe animæ vomitum propter tuſsim. at vomitus à vẽtriculo tuſsis à pulmone. quare illa quoque auſus ſum, *Ecce autem ſubitò tuſſis quaſſata tumultu*, aut *concuſſa*: *Præcipiti q; grauis lapſu circum acta repentè*
Corruit infelix, animamq; reliquit in aruis. Secundi libri initiò,

Nunc age, quæ vitæ ratio, quæ cura adhibenda:

maluit, quàm *petenda*. quod admonui, vt maximi poetæ iudicium ne te præteriret. Ille ſonus infelix, *Ille ſubit magnos terræ miratus hiatus*. & verbi tempus preſens, quàm præteriti participiũ magis conuenit. malim ſic,

Ille autem vaſtos terræ miratur hiatus. aut, *Ille autem ſubiens*. PONTANVS coniunctioni non pepercifſet, *-ſubit magnos terræ & miratur.*

QVARTA AETAS. CAPVT V.

HActenus non ſolùm cum opinione hominum, verumetiam cum inuidia luctati ſumus. quorum alterum iudicio noſtro maximum negotium facceſſere poteſt: alterum etiam boni viri nomen labefactare. veterum enim poetarum opera examinare nulli vitio datum eſt: nos verò qui non paucis monumentis eandem queſiuimus gloriã, cuius aditus tot tantiſque ætatis noſtræ viris patuit: non defuturi ſint, qui putẽt illorum depreſsione ac ruinis extollere noſtra velle, atque aliis anteferre. quorum ego animos neque caſtigo, neque mihi potius quàm meum cenſeo reſpiciendos, quem ſcio candidiſsimum atque humaniſsimum, non tam ſibi velle comparare principatum, quàm aliis oſtendere. In noſtris etiam poematiis, id quod multis aliis in locis quoque profeſsi ſumus, ſi quis ſuum dignetur exercere iudicium, magnam à me is inibit gratiam: cuius opera noſtri labores meliorẽ ſpeciem conſequãtur. Sciat ille tamen, quod in alienis fecimus, in noſtris item facere potuiſſe. cæterùm vel alia ſtudiorum genera, vel negotia, vel ipſum otium quoque obruiſſe non ignauam voluntatẽ. Nũc ad proximam nobis ætatem tranſeamus,

MACER, SERENVS, SIDONIVS, CALPHVRNIVS, NEMESIANVS, BOETIVS, AVSONIVS, PAVLINVS, CLAVDIANVS.

MACRVM, qui Auguſti fuit tẽpore, nõ hũc eſſe cuius de herbis circũfertur poema, ſatis conſtat tũ ex quibuſdã barbaris nominibus, tũ ex Plinii ætate: cuius authoritatẽ cũ ille ſuis verſibus interponit, quãnã ratione ab Ouidio inter æquales ſuos recẽſeatur? Is igitur cui' opus in manibus habemus, neq; poeta fuit, neque bonus medicus, neque ſincerus verſificator.

Paulò mundior SERENVS SAMMONICVS: verùm adeò tenuis, vt nullum vnquam æquè meminerim. vtitur tamen vocibus valde bonis. vt, *Porrigo*, *Oſcedo*: & poeticis, vt *ſaporeſcere*. auſus & cõponere *dulcacidis*, quæ Africani vocant *Mazi*. verùm, vt tumor dicitur: ita ab eodẽ, *diuro* Pauciſsimis figuris vtitur:

Seu Salamandra potens, nulliq; obnoxia flammis
Eximium capitis tactu deiecit honorem.

SIDONIVS accuratus: aliquãdo etiam axius: plenus electorum verborum & ſententiarũ; quas acutas breui concludit gyro.

CALPHVRNIO qui poſt Maronem primas deferant, inueni. Quod iudicium neutiquã probatur mihi: laxus enim & tumidus eſt. Is tamen cùm verſus ſæpe fundat non contemnendos, permittit me legentem dormitare. nuſquã acuit, nuſquam tenet: aueóque frequenter abſoluere quæ vixdum occœpi videre. primam igitur Eclogam ad Pollionis Virgilianæ normã cùm elaborarit, diuinitatem illam planè ruſticam fecit. nec minus in ſecũda Muſam Damonis & Alphefiboei: in qua etiã cùm paſtoralium cantionum admiratores faciat Satyros & Faunos, iudicem conſtituit Thyrſin, non illorum quenquam. neque cùm illo dicas,

Et mea frondenti circundat tempora teda.

Teda enim nullo modo frondet: nullis argumẽtis humanis inclinari poteſt ad plicationes. quare igitur non dixit, *Pinu*?

De teda quid ſit, ſatis eſt à nobis dictum apud Theophraſtum. Tum autem quid eſt, *matura Pomona*? poſt tot ſecula iam ſit omnibus matura. Qui ſequũtur verſus ſexdecim, nõ ſunt aſpernandi: cæteri parum ſapiunt. Tertia puerilis. & illo verſu agnoſcas illius ambitionem,

Et matutinas reuocat palearibus herbas.

quod enim taurorũ genus ruminat *palearibus*? Par cura cùm in eadem, *acerbam* dicit noctem. Lycidę quoque carmen totum nihil niſi rus eſt: ſed illud Catullianum: ſcilicet infacetum. Quarta verò, propterea quod immodica eſt: placuit ad hæc pauca reducere,

Dũ medio ſomnus tacitũ pecus obſidet æſtu:
Nos quoq; lẽta ſinu gelido iuuet vmbra canẽtes
Murmure dũ certat cantantibus humida rauco
Ripa, leuátque diem vicini ſpiritus amnis.
Ab Ioue principiũ, ſi quis canit Æthera: ſed qui
Carmina Cęſareas trepidus meditatur ad aras:
Vota ſui cantus, & ſemina ſumat ab aris.
Ipſe mihi, qui nunc præſenti numine terras
Perpetuámq; fouet cæleſti pectore pacem,
Pierium decus auguſto ſpirabit ab ore.
Hucades ô, nec ſperne feros mitiſsime montes,
Sacra triumphales vbi paſcit laurus honores.
Ecce pater patrium qui altè tibi tẽperat orbẽ
Iuppiter, imperio furtim digreſſus ab alto,
Creſsia rura petit facilis: curiſque ſolutus
Carmina dictæis audit Curetia ſyluis.
Aſpice, vocales audito vt Cæſare ſyluæ
Excipiant cantum faciles, notóque fruantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numine:& eductus cælo vigor excitet agnos?
Proximus ille deo est, deus est vt proximus illi.
Cuius ad auditi cælestem nominis auram
Iam distenta magis demittunt vbera matres,
Prata virent, rident horti, fœcunda grauantur
Arbuta pigra prius, non noto semine tellus
Incaluit, vernatque frequens hyemalibus aruis:
Pascinus exul abest, nec sueco exhausta malignis
Messis hebet loliis, nec inertibus albet auenis.
Iam positos fessus poterit spectare ligones
Fossor, & intento lætus requiescet in auro.
Dii precor hunc iuuenem: quem vos (nec fallor) ab ipso
Æthere demissum, voluistis condere terras:
Vincere longæuum famulantia sæcla iubete:
Et date perpetuo cælestia fila metallo.
Sit deus hic: nolit mutare palatia cælo.

VERVM nimis in hoc laborauimus, NEMESIANVS enim vocat nos, longè hoc castigatior. Ad quem Flauius Vopiscus cùm scribit missas Eclogas à Calphurnio: iudicandum relinquo vter alteri furatus sit versus illos

CALPHVRNIVS,

Te sine, væ misero mihi, lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti:
At tu si venias, & candida lilia fient,
Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.

OLYMPIVS,

Te sine, væ misero mihi, lilia nigra videntur,
Pallentesq; rosæ, nec dulce rubens hyacinthus:
Nullos nec myrthus, laurus nec spirat odores.
At tu si venias, & candida lilia fient,
Purpureæq; rosæ, tum dulce rubens Hyacinthus:
Tum mihi cum myrtho laurus spirabit odores.

IDEM,

Idas ille ego sum Donace, cui sæpe dedisti
Oscula, nec medios dubitasti rumpere cantus:
Atque inter calamos errantia labra petisti.

CALPHVRNIVS,

Ille ego sum Lycida, quo te cantante solebas
Dicere felicem: cui dulcia sæpe dedisti
Oscula. atque illa eadem.

CALPHVRNIVS,

Vt Lycidas domina sine Phyllide turbidus erro.

NEMESIANVS,

Pallidior buxo, violaq; similimus erro.

Idem verò De venatione librũ edidit valde bonum, valdéque luculentum: de quo nunc nihil. Cum Gratio nánque in optima poeseos ætate comparauimus.

BOETII SEVERINI ingenium, eruditio, ars, sapientia facilè prouocat omnes authores: siue illi Græci sint, siue Latini. Seculi barbaria eius oratio soluta deterior inuenitur: at quæ libuit ludere in poesi, diuina sanè sunt. nihil illis cultius, nihil grauius. neque densitas sententiarum venerem, neque acumen abstulit candorẽ. Equidem censeo paucos cum illo comparari posse. Valla docet eum Latinè loqui: at Vallã BOETIVS bene sapere.

IAMverò cum PAVLINO suo sese offert

A AVSONIVS. Paulini igitur probitatem legis in ipsius epistolis. neque solùm hoc, sed etiam animi æquabilitatem, quam cum suo stilo communicauit. Ferè enim quibus quisque moribꝰ præditus est, eos etiam transfundit in suam dictionem. id quod & in Messala notauit, & in Cæsare Quintilianus. Ausonii verò ingeniũ magnũ, acutũ: stilus durusculus. Multa scripsit, nõ solùm varia, sed etiam varié. quare quid facere potuerit, non quid fecerit potius iudicandum. Vtinam Epigrammata ne scripsisset. nam & inculta sunt penè omnia, & omnia dura: quædam etiam inepta, aut frigida, aut friuola: vt è Græcis satis habuit quæ exprimeret. nonnulla verò adeò fœda atque detestanda, vt neque scriptore, neque auditore digna, non in spongiam incumB bere merita sint, sed solis flammis expiari posse videantur. Sanè sibi multùm placuisse cõstat ex incuria scriptionum, futurorum seculorum securum, cùm sibi videretur sui esse princeps. eum verò piguisse castigationis videmus in ipsis Iambis: quos cum puriores inchoasset, lutulentos fieri permisit. Nonne potuit?

Contentus esto Paule mi
Ludente Paule pagina. At maluit Spondęo cõtaminare, *Lascina ô Paule pagina.* Sic,

Declinas, vt Lucas boues. potuit purius, *Horrescis.* Ad eundem modum, cùm tamen longè concinniora posset, neglexit curam in ludo septem
C Sapientum. ponemus igitur ad iuniorum vtilitatem, quæ voluit & quæ potuisset,

Septem Sapientes, nomen quibus illud dedit,
Septem Sapientes, nomen hoc quibus dedit.
Quid eruberes, tu togate Romule? O togate Romule.

Scenam quod introibunt tam clari viri, Scenam tuam introire.

Campus comitijs, vt conscriptis curia, Campus comitii est, vt Senatus curia.

Ædilis olim scenam tabulatam dabat, Ædilibus olim scena tabulata extitit.

Subito excitatam nulla mole saxea, Subitò excitata mole nulla saxea.

Opulentus, concertantes sumptibus, Æmulantes sumptibus.

D *Sed quid ego istheccine non hac causa huc prodij,*
Verùm quid ego hæc? non hacce causa.
Quis condidisset primas partes mœnium,
Prima septa mœnium.
Scitis profectò quæ sint, sed si memoria,
Scitis profectò quæ, sed hic si memoria.
Rebus vetustis claudit, veniet Ludius,
Ecce Ludius.

Finem intueri longæ vitæ, quo iubes, Longæ intueri terminum vitæ iubes.

Καιρὸν γιῶσι, quod, tempus vt noris iubet, *Καιρὸν γνῶναι.* aut si vis id seruare,

Cognosce tempus, γνῶθι καιρὸν est idem, aut, Quod nosce tempus,

Sed καιρὸς iste tempestiuum tempus est. quũquã veteres comici etiã iuis in carminibus ita pronunciarunt,

Panius Paulin⁹.

nũciarunt, vt ne consonantiũ quidẽ positione efA ficeretur quominus syllaba breuis, breuis esset: alii tamen nulli poetarum licuit. illi enim soli quasi quotidiano sermone vtebantur. Itaque vox hæc *tempestiuum* vbi libuisset, media priore correpta enunciabãtur id quod etiam hoc in versu Ausonius facere poterat. quippe vt *temporis* media breuis, ita & eius compar in deducto. At verò castior lex in hisce versibus. quare & festiuius,

Sed καιρὸς iste, tempus ipsum est temporis.

Sanè peracutè,

Quod est Latinè, plures hominum sunt mali:

imò, *plurimi*: sic & versus purior erit, & Græcum expressius, *οἱ πλεῖστοι.*

Ἄ ειστον μάχιστον esse dicit Lindius, Κ ειστον esse *μάχιστον,* inquit Lindius. B

Neque esse me primum, vnum vestrũm existimo,
Neque me esse primum, vestrum aut vnum.
Quærentem, quisnam primus Sapientum foret:
Vt in orbe tereti nomen insertum incideret.

& mutila est oratio, & versus non boni.

Nam scisciranti ritè cui primas daret
Sapientiæ imperauit vt ille omnium
In orbe tereti nomina ipsa incideret,
Vt quod dixisse Cræso regi existimor.
Vt me quod vni dixi Cræso existimant.
Rogat beatum prodam, si quem nouerim.

Iisdem verbis alia collocatione satisfacias,

Prodam beatum, nouerim si quem rogat.

Sic & illo, *Telena dico ciuem non ignobilem,*

Ciuem Telena dico.

Pro patria pugnans iste vitam obiecerat.
Pro patria, cui pugna vitam dempserat.
Fines agelli proprij nunquam excesserat,
Fines agelli excesserat nunquam sui.
At ille ridens, Quo deinde me ponis loco? Auferides, vel
Ridens, at ille, Me ergo quo ponis loco?
Beatus orbe toto qui solus vocor, Toto beatus orbe.
Relinquo regem, bellum ille in Persas parat,
Exercitum in Persas parat.
Profectus, & deuictus, & regi deditus,
Profectus, atque victus, atque captus est:

non enim deditionẽ fecit, sed proditus fuit, vt ait Herodotus in 1.

Per ministrorum ducitur lectam domum. Puto D esse mendum, Eo per ministrum: vt sit genitiuus concisus, vt apud Terentium *Æquûm & iniquûm.*

Reliquum quod esset vitæ totum degeret, Id omne degeret,
Ego duorum regum testimonio
Laudatus, & probatus ambobus fui.

concinnabimus & versum & sententiam. nam quisensus hîc, Testimonio Cræsi & Cyri, laudatus fui Cræso & Cyro? etenim iudex laudat, aut vituperat ex testimonio. est autem iudex aliud à testibus. quare sic accipiendum est: Ab vtroque vtriusque testimonio probatus fui. at hoc ea verba non sonãt. sic igitur dixerim, Ego regis vtriusque testimonio.

Quodq; vni dictum est, quisque sibi dictum putet, Vnique dictum quisque,

Ego iam peregi qua de causa huc prodij, Cuius ergò huc prodii. T

Lumbi sedendo, oculi spectando dolent. non immutabimus, quia Plauti est. quare non rectè addiderunt copulatiuam, *oculiq;*.

Manendo Solonem, quoad sese recipiat. insuauis versus. & vox illa, *manendo*, aliud quærit quod doleat: sicuti *oculi spectando, lumbi sedendo.* Quid igitur *manendo*? quare sic dixerim, Vtrique manendo, Solon quoad se recipiat.

Breuitate nota, qua Lacones vsi sunt. ausim dicere scriptum à poeta, *Vtimur.*

Dixi. Valete memores, plausum non moror, Memores valete.

Cleobulus ego sum paruæ ciuis insulæ, Ciuis exiguæ insulæ,

Κ ειστον μέζον, quem dixisse existimant, Quem *μέζον ἄειστον* protulisse existimant.

Interpretare tu, qui orchestræ maximus
Gradibus propinquis in quatuordecim sedes:
Κ ειστον μέζον, an sit optimus modus.

voluit Plautissare,

Interpretare tu, qui ad orchestræ latus
Gradibus in istis quatuordecim sedes:
An *μέζον ἄειστον* optimus fiet modus.
Per ordinem dixisse ex isto loco
Afer poeta videtur, Nequid nimis.

C Per ordinem videtur ex isto loco
Sumpsisse Afer poeta suum, Nequid nimis.
Rebus creandis dixi, vt vates Pindarus, Vt ex me Pindarus.
Dedêre piscatores extractum mari.

hîc videntur deesse aliqua, neque cohærẽt quæ sequuntur,

Nanq; hi iubente Delio me legerant.
Cuiq; munus hoc sapienti miserant. Quomodo si legerant Thaletem, miserant cæteris aliis? quare non rectè inferret,

Ego recusans, non recepi, sed dedi
Ferendum ad alios, & quæ sequuntur. quare si dixissem,

Tripodem ex profundo retibus tractum mari
Apolline id iubente, tanquam principi,
Septem sapientum dedêre piscantes mihi:
Ego recusans non recepi, &c.

Is, qui ego sum. causa sed in scenam fuit, Dixi, Quis ego sim,

Ἐγνὼς πάρα δ' ἄτα, ecce dicimus.
Latinum id est, Spondes: noxa præsto est tibi.
melius
Sententia mea est, *ἐγνὼς πάρα δ' ἄτα.*
Latina, Spondes: noxa præsto fit tibi.
Gratum hoc officium maneat ambobus tamen.
Pars plaudite ergo: pars offensi explaudite.
inuerte priorem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratum maneat officium hoc ambobus tamen.
Pars plaudite ergo: offensa pars explaudite.
Bias Prieneus dixi, οἱ πλεῖστοι κακοί. non collidit,
Latinè dictum, dictum Latinè.
Malos sed imperitos dixi, & barbaros, Malos sed accipe imperitos.
Quirites, & æquum, & sacros mores negligunt, Et sacra morum.
Iam fugit illum inuisum nomen mali, Iam fugit illum hoc nomen inuisum.
Et esse καιρὸν temporis tempestiuum quod vocant, Est καιρὸς is quem temporis articulum vocant.
Romana sic est vox, Veni in tempore, Romana quoque vox illa, Veni.
Reputate cuncti, quot vs offensam incidat, Reputate nunc cuiusmodi offensam,
Μάλιστα τὸ πᾶν, qui dixi, & dictum probo, Qui dixerim, dictum probo.
Locare sedes, bellum gerere, aut ponere, Gerere bellum.
Agere volentem semper meditari decet, Semper volentes agere.
Nam segniores omnes incœptis nouis, Nã segnior fit omnis.
Incogitantes fors, non consilium regit, Incogitãtes fortè, non consultò agunt.
Sed ego me ad patres iam recipio. Plaudite,
Meditari vt vestram rem curetis publicam.
Sed ego domum iam me recipio. Plaudite, Vestram meditari rem studeatis publicam.

Hæc ita sunt ex illius viri ludo Sapientũ. In quibus maiore scribendi, quàm commentandi labore affecti sumus. Non vt bonum poetam lacesseremus: illius enim adeò fuimus studioli, vt præter vulgatas emendationes, amplius quadraginta loca, sed illustria, restituerimus. Nihil verò magis excitare possit ingenia studiosorũ, quàm hæc iudiciorum concertatio. Proinde in hisce nos exercitatos sciant poeseos candidati: vt procul ab ignauia nihil incultum, nihil plebeium aut cogitemus, aut excogitatum foueamus. contrà enim nobis atque Iurisconsulti sanxere faciendum est: illis enim ita videtur, Prælarius cõsuli rebus humanis, si decem fontes absoluãtur, quàm si vnus innocens damnetur. At enimuerò poetæ id agendum est, vt potius centum bonos versus iugulet, quàm vnum plebeiũ relinquat. Ac nuper extitere quidam versiculi, qui sine numeris, sine sale miserrima quędã Epigrãmata ediderẽ. atq; ipsis cõmentum placet. quos tantũ abest vt probem: vt eos cum Megarensibus neque secundos, neque tertios: sed neque in numero poetarum, at enimuerò ne in vmbra quidem numeri existimem, verùm ad Ausonium. interest & illud poeticæ Reipub. vt quid illis senserit versibus, videamus.

Qua caret Æthiopum plaga perusta gel.
Semper vbi æterna vertigine clara nitet lux.

Siqua enim gens minimo die vtitur, & æquè minima nocte, ipsi sunt Æthiopes: siue qui sub Ægypto sunt: siue qui in extremis Africæ partibus agitant. Longo enim interuallo supra Lunę orbem habitent necesse est, qui extra terræ vmbram perpetua luce vti volent. Inter cætera verò eius poematia sunt quæ ipse partim αἰνίγματα, vt Gryphum de numero ternario: partim vocat Eclogas. sic enim inscribitur ea quæ vitæ nostræ miserias describit: valde sanè bona, & quouis magno poeta digna. sed longè illustrior illa in qua Cupido cruciatur. Est enim docta, cãdida, neque carens numeris. velut illis versibus, in quibus est tergemina distributio,

Parte trucis alia stricti mucronibus omnes
Et Thisbe, & Canace, & Sidonis horret Elisa.
Coniugis hæc, hæc patris, & hæc gerit hospitis enquanquam etiam melius puto, (sem.
Coniugis hæc, patris hæc, sibi hæc gerit.

In illo Epigrammate sibi contradicit,

Non est diues opum, diues: nec pauper, inops q;
Infelix: alio nec magis alter eget.
Diues eget nummis, cereali munere pauper:
Sic cùm egeant ambo, pauper egens minus est.

In secundo versu negat alterum altero egẽtiorem: in quarto affirmat diuitẽ plus egere. quod sic poteris castigare. *Si plus alter eget: pauper egens minus est.* memini olim à nobis breuiore congestum gyro hunc ad modum,

Non est diues, opum diues, si discupit vltrà:
Diues erit solo nomine, quisquis eget.

In illis verò videtur abiecisse spem seruandi modum. etenim in Epigrammate de fratrum falsis nominibus, pro elegiaco pentametro senarium posuit,

Falsum nomen vtrique, sed vt verum sit vtrique.

Ego verò etiam à tyrunculis poeticæ puto posse substitui quinarium: cuiusmodi fuerit ille,

Falsa ista, verùm ita tu nomina vera dabis.

Etiam acutius de statua Ruffi sic,

Hęc Ruffi statua est, imò si saxea Ruffus
Ipsemet, vnde id ais? saxeus ille fuit.

Operam verò totam in illo perdidit, cuius argumentum lepus est à cane marino captus: nánque & pelagius piscis est canis: & lepus aquas odit. Potus autem gratia non petet mare: sed & tres caniculas auferat è mari fuga sua lepus, si ab illis pede mordicus corripiatur. Heroicum quod initium libri facit, non est contemnendũ. meretur enim laudem tum argutia, tum numeris. Multa nánque in eo bona sunt, & magno poeta digna. quare verò mihi non penitus satisfaciat declarandum est: Ponit in Imperatore virtutes duas, belli & eloquentiæ poeticæ. Concludit tamen vnum tantùm de poetica scilicet,

Exulta Æacide, celebraris vate superbo
Rursum, Romanus q; tibi contingit Homerus.

At in principio duplicem petebat coronam: hîc vnam dat à poesi. Nobis commodius videbatur si nõ Homerum solum, sed & Achillem faceret: neque sic languidè, sed hac argutia, vt Augustus esset Achilles Homero, Achilli autem Homerus,

Ingentem

Ingentem Æacidem celebras Romanus Homerus.
Idem Mœonio vati celebrandus Achilles,

Qui verò versus positi sunt in præfatione, pleni sunt ingenio, candore, venustate. In illis tamen duobus versibus non deest quod offendat,

Insanum quanuis hyemet mare, crudaq; tellus
Seminibus, bello nec sit aperta manus.

haud enim scio an dicas manum apertam bello. Præterea secundum membrũ illud, *crudaq; tellus Seminibus*, caret verbo. neque ei accommodare possis aut præcedens, *hyemet*: aut sequens, *nec sit*. negat enim. Quare vt hoc reddi queat: potius dicam *coctaq; tellus*: scilicet, *non sit*. *-coctaq; tellus, Seminio, aut bello non sit aperta manus.*

& quia *cruda* epithetum arridet, sic etiam liceat,

-crudaq; tellus
Arua neget: id est, arationem. excogitaueram' etiam illud, *si segeti*. cæterùm vt & quod sequitur cõponas meliorem in modum, ita dixerim,

Seminio, & bello si minus apta manus.

Quod si refugis vocum illarum allusiones, *minus, manus*: sic agas, *nulla sit apta manus*. Mosellã adeò excoluit, vt ea sola magni poetæ nomẽ sibi comparare potuerit. est enim in ea multa ars tum dispositionis, tum eloquutionis. Multa lumina figurarum, multum ingenii deprehendas. Candidè simul atque acutè dicta multa, quę ad iudiciorum exercitationem subiecimus,

-lucetq; latetq; Calculus.
Vibratas patiuntur aquas.
-vicinaq; timent decrescere montes.
sens
Tota natant crispi iuga motibus, & tremit ab-
Pampinus.

Nonnulla tamen loca sunt, in quibus acquieuisse videtur fiduciæ suæ. Contẽtus enim fuit tum vocabulis, tum numeris minus exquisitis: qualia sunt, *simulamine, decoramine, alius sexus, solamen, luctamen*: sic, *triboria*: quo & alibi vtitur. Etiam cum dixit,

Subterlabentis tacito rumore Mosellę,

videtur posuisse *rumorem* pro strepitu. sed & verbum *fluitare* non ausim statuere pro natare. neque dixerim pisces fluitare, qui natant: sed cùm mortui sunt, & salo agitantur. sic fluitant ligna, quæ fluore temerè feruntur. at ille de Glauco dixit,

Inter captiuas fluitauit prædo catervas.

quo in versu etiam animaduertas, non natasse Glaucum inter captiuos pisces. Quos enim nõ teneret: quônam modo diceret *captiuos*? nisi intelligas eos qui antea capti, saltu libertatẽ vindicarant. Omnino autem *fluitare* est quod Græci ἐπινηλάζειν. Sed & eundem Glaucum iam piscem factum, cùm appellat nouum ponti accolã: abutitur Latina puritate. antè enim quàm piscis fieret, accola maris erat: piscis verò factus, incola. Villas quoque ac prætoria vbi describit: alia in rupibus, alia in collibus, alia in recessu, posita semel ea quæ in pratis sunt, repetit iterum. Vsurpat etiam vocem hanc, *fluores*, pro fluentis, haud satis accuratè. sed & fluuiorum nomina fœminini fecit generis,

Nanq; & Prouæ, Nemesaq; adiuta meatu
Sura, tuas properat non degener ire per vndas.
Sura interceptis tibi gratificata fluentis:
Nobilius permista tuo sub nomine, quàm si
Ignoranda patri confunderet ostia ponto.

Numeros autem valdè obscurant duæ, præter cæteras, voces: *natatu & meatu*. nánq; alium audis in illis sonum: *-frustrata vocatus Hasta meos*, atque huius quidem tanta frequentia est, ac potius inculcatio: vt vellicet aures auditoris. Itaq; iniuriam fecit sententiæ generosæ illius versus cauda,

Et sulcata leui crispatur arena meatu.

Malim sic,

Quod sublata leui flexu crispatur arena.

Insuauis & ille,

Tu mihi flumineis habitatrix Naïs in oris.

Nouies enim exilis illa vocalis posita est.

Tu mihi cæruleis ludens lasciua sub vndis,
Lubrica flumineæ Naïs vetus accola ripæ
Squammigeri gregis ede choros: patriq; sub alueo
Dissere perpetuo florentes amne catervas.

Mutabis & illa,

Sic viret Ismarius super æquora Thracia collis:
Sic mea flauentem pingunt vineta Garumnam:

ad hunc modum,

Sic viret Ismarius latè super æquora collis
Thracia: sic celerem pingunt vineta Garumnam.

neque enim flauus vnquam Garumna est, nisi cùm Tarnem excipit turbidum è Rutenis. & cùm dixit,

-Pangea Lyæo: quinto ab eo versu,

Conseritur viridi fluuialis margo Lyæo:

non potest infuauiis disponi *margo Lyæo*. concinnius *ripa* quàm *margo*. quam vocem si retinere velis, ita digeras,

Conseritur viridi margo fluuialis Iacchо.

Par superiori numerus exilis vocalis.

Summis quippe ingis tendentis in vltima clinat.

malim,

Quippe ingis pronus quà tendit in vltima clinus: vel

Quippe ingis quà deuexus petit vltima clinus
Pingitur amnicola margo fluuialis Iacchо.

Verùm satis hæc futura spero ad acuẽdam eius quem formamus poetæ diligentiam. Permulta nánque sunt in quibus vel vim, vel venustatem, vel denique cultum desideres. Cæterùm tanta sunt merita cæterorum locorum, vt gratia sua facilè obruere possint animos perfectionis studiosos. nunc ad Claudianum transeamus.

Maximus poeta CLAVDIANVS, solo argumẽto ignobiliore oppressus, addit de ingenio quãtum deest materiæ. Felix in eo calor, cultus non inuisus, temperatum iudicium, dictio candida, numeri non affectati, acutè dicta multa sine ambitione: quorum aliqua posui,

Dissensuq; alitur rumor. vbi *rumor* non procul abest ab eo significatu, quem suprà notabamus apud Ausonium. & illud,

Universidad de Deusto
Biblioteca

-spatium non inuenit ira: Nec locus est odijs.
-& puluere raro
Per partes tegitur: nusquam totiesq; sepultus.
Ivet adhuc in verba dolor.
Restitit in speculis fati. Idem de eunucho Eutropio consule,
Ciuilibusq; effœminat annis. De eodem,
-nubas ducasve licebit: Nunquam mater erit, nunquam pater.
-& pax à fonte profecta Cum Reni crescebat aquis.
Et illud,
Atq; illic domitus, vix tandem interprete casu,
Agnouit dubijs illusa vocabula fatis. &,
Plus error decuit: de cultu & comptu Veneris.
De Phœnice,
Componit bustumq; sibi partumq; futurum.
Et illa de eodem,
O senium positure rogo, falsisq; sepulcris
Natales habiture vices, qui sæpe renasci
Exitio, proprioq; soles pubescere letho.
Et elogium de eodem,
O felix, hæresq; tui. &,
-moritur te non perente senectus.
Item illud Maronis, *Rimanti telum ira facit:*
In iaculum, quodcunq; gerit, dementia mutat:
& quæ sequuntur. De Apono,
Admissiq; oculos, quò vetat ire calor.
Cuiusmodi argutias tam ex hoc quàm ex aliis, operæpretium est subiicere oculis poetæ nostri. excitant enim languentes animos ad non vulgares inuentiones: multúmque conferunt ad Epigrammatum conclusiones. Quærunt autem doctiores, recténe factum sit à Claudiano, cùm maximæ suorum librorum parti affixerit præfationes. nam quod apud alios nō inueniatur, apud illum vitium putant. primus, quod equidē sciam, & solus veterū fecit id Persius. Arbitror ego, cùm recitaturus esset sua poemata Claudianus, citharœdorum more versiculos illos prælusisse. Licuit verò, quia libuit. quę si quē offendant, iis omissis illico iustum opus aggredi ius esto. Ac quanquam libri de Raptu Proserpinæ sunt candidi, culti, tersi, numerosi: nonnulla tamen animaduersa sunt à nobis, è quorum castigatione multum fructus capere possimus. Iam primum non placet illud,

Mens congesta iubet. Quid enim est, *mens congesta?* nonnisi multa congeruntur: ac ferè congeries sine ordine. Quod aliis dictum est, *procul procul este profani:* ipse dixit, *gressus remouete profani.* est autem Syluę propior impetus, quàm iusti operis aggressio: similisque Callimachi Hymno quem Apollini nuncupauit. & illa,

Angues Triptolemi flrident: melius, *Triptolemi flrident angues.* & malim *rutilas crinitas*, quàm *roseas*: nimis enim delicatum epithetum. quare verò adiunxerit Bacchum Hecatæ, non cuiusuis est explicare. Sanè *νὺκτερίζια* nocturna sacra Libero, cum Hecatæis concelebrari solita erant. habes apud Oppianum. apud Demosthenem *ἀκοῖς*, vt *δοῦ*. Ego verò ferocem Proserpinam neutiquam dicerem, cùm rapta fuit: quippe virgo simplicissima, ac lenissimæ deæ filia, ac Iouis opulenti. non damnabo quod ponam, sed conferam cum pari, quod videbimus an sit melius,

-& diræ riget inclementia formæ. sanè bene præponitur epithetum: non tamen sæpe optimé. Iam vidimus illud Maronis,

-& vinclis immaret Chlœlia ruptis: sic puto accuratius futurum fuisse,

-& formæ riget inclementia diræ. Nam suspēsus animus in forma, expectat cuiusmodi futura sit. & diritas est in ipsa voce, *dirę:* qui sonus explet animum in fine orationis,

-si nobis noxia vires
Cum cælo fortuna tulit: non robur & arma
Perdidimus. Fugit me ratio, quare *vires* à robore disiunxerit. Dixerim,

-si nobis noxia sedem
Cum cælo sors eripuit. Neque ambiguo veteris. verbum nánque *tulit*: & attulit est, & abstulit. Importunè autem causam quærit incendiorum Ætnæ ex persona sua. quid enim nūc agat Physicum? Si quem hęc narrantem introduxisset, paterentur: nunc excurrit ipse suo relicto argumēto. Ad solicitandum Proserpinæ fatum in futuras nuptias, iussu Iouis agit in Siciliam Venerē. sanè rectē. Palladem addit: sanè non rectē. Dianam verò etiam ridiculè: vtranque virginē: hanc verò etiam vindicem virginitatis. id quod cùm mirarer: atque reputarem à viro doctissimo nequaquam temerè factum: inueni apud Diodorū in v. fabulam: Dianam, Mineruam, Proserpinā socias in Sicilia flores legisse, atque ex eis vestē Ioui confecisse. Quibus nunc poeta Venerem adiunxit ob futuras nuptias. De equis Ditis,

Craslina venturæ spectantes gaudia prædæ.
At vnde id sciebant equi? Ne verò versum illum reposueris inter inculpatos,

Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis. sed sic, *Qualis Amazonidum positis agit agmina peltis,*
Cum gelidam socijs Arcton populata virago.
Non placet: & puto esse mendum,

-ille nouo madidantes nectare pennas: reponerē *manantes.* Suppudebat penè mouere de statu suo initium libri tertii. est enim magnificum, & elegans, & politum. sic tamen plus arrideat nobis,

Iuppiter interea varijs Thaumantida nimbis
Præcinctam ire iubet, totoq; arcessere mundo
Numina, quæq; polum radiantibus incita flammis
Quæq; orbis medias sedes, infanaq; ponti
Murmura, & immotæ moderantur pondera terræ:
-& placidi mirantur numina Fauni. melius *stupidi.* Ibi autem epithetum ignauum est,

-heu fluuas animo transgressa leænas.
Homericum est, otiosa accidētia apponere substantiuis. quid enim est fluuo & diro cōmune? *Sæuas* igitur dicas. Neque assimilatio proba est. nō enim *crudelis Ceres* quę nihil scit. Quod autē in Ausonio notabamus, in hoc quoque obseruādum est: In fine carminū *volatu & natatu* nobis non placere. Posuit etiam *datur* pro dicitur: sicuti *da* pro dic. versus est in tertio,

Ægida, captiuamq; pater post prælia prædam
Adnexisse datur. Quo nihil insuauius remotiúsve à castitate Latinæ loquutionis. Illud quoque minus conuenit naturæ rei,

Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles.
Tument enim pelles, aut distenduntur, aut crispantur: non autem *suspirant.* Malim,

Exhaustæq; rigent infesto fulmine pelles.
Quam naturam æquè infeliciter interpretatus est in Cupresso: ex qua faces attribuit Cereri. neque enim cupressus tedam habet, vnde fiebant olim faces: & nunc etiam in vicinis nostris mōtanis fiunt è picea. quòd si à Græcis desumpsit: malim castigare quàm sequi.

TERTIA ÆTAS. CAPVT VI.

Ascendēdum est ad tertiam ætatem, quæ post Augustum ad externos vsque Imperatores demissa (Neruam dico, & alios) certum suúmque genus poeseos comprehendit. Quum enim à superioribus, vnóque Virgilio exhausta essent argumenta omnia, ipsæ dicendi leges, omnes excussæ veneres: coacti sunt nouè eadem dicere, ne idem dicere viderentur. quare necesse fuit, vt illa gratia simul periret cum ipsa simplicitate. Quum tamen essent grandes & pleni: id quod prætulissent ei, quàm pauci eōsequuti sunt, suauitati. Eos igitur aggrediamur:

MARTIALIS, VALERIVS FLACCVS, STATIVS, IVVENALIS, PERSIVS, SENECA, SILIVS, SVLPITIA, LVCANVS.

A Fœmina incipiendum est. Aiunt enim SVLPITIAM fuisse temporibus Domitiani. eius Satyra falsò Ausonio attributa fuit: satis enim patet à fœmina factos versus, in quibus Musa cultricem appellat suam: quæque ait sese primam docuisse Romanas mulieres posse cum Græcis poetriis comparari,

Primaq; Romanas docui contendere Graijs.
In ea multum dexteritatis, ad Satyricam amarulentiam aspirantis. Numeri verò, vt in eo genere poematis, non contemnendi. Igitur vt tam laudabilis Heroinæ ratio habeatur: non ausim obiicere ei iudicii seueritatem.

PERSII verò stilus, morosus: & ille ineptus. qui quū legi vellet quæ scripsisset, intelligi noluit quæ legerentur. quanquam nunc à nobis omnia intelliguntur. at fuit tempus, cùm inter ignota haberetur. illum igitur mittamus.

IVVENALIS autem candidus: ac Satyrorum facilè princeps. nam eius versus longè meliores quàm Horatiani: sententiæ acriores: phrasis apertior. Hos autem omnes hoc in genere dicendi missos faciamus. quippe Horatius modò purè diceret, nihil pensi habuit. de his mox. PERSIVS ostētator febriculosæ eruditionis cætera neglexit: Iuuenalis paulò cultior, hac ipsa diligentia censuram nostrā meritò deprecatur.

NE MARTIALEM quidem trāsferre libet ad meliora. De illius libris alibi satis à nobis dictum est. Multa sunt eius Epigrammata diuina: in quibus & sermonis castitas, & argumenti species luculenta est. versus verò candidi, numerosi, pleni, denique optimi. Alia fœda ne legerim quidem, tántùm abest vt ad censuram vocem.

Quatuor supersunt maximi poetæ, (nā SILIVM his annumerare, sanè religio est) quorum SENECA seorsum suas tuetur partes, quem nullo Græcorum maiestate inferiorē existimo: cultu verò ac nitore etiam Euripide maiorem. Inuentiones sanè illorum sunt: at maiestas carminis, sonus, spiritus ipsius. In quibus Sophoclis se esse voluit similiorem, frustra fuit. quare ipsum quoque intactum relinquamus. non quòd omnino desperemus quædam melius dici posse: sed quia ex aliis tribus satis erit nobis suppeditatum, vnde poeta noster quid fugiat, quid sequatur intelligere queat.

Est igitur VALERIVS FLACCVS excusatione dignus. Cuius cùm esset ingenium felix; iudicium magnum, diligentia non vulgaris: immatura morte prœuentus, acerbum item poema suum nobis reliquit. Est autem omnino duriusculus: penitus verò nudus gratiarum comitate. Principium verò, quod (vt ait Pindarus) illustre oportet esse atque luculētum, maximè est insuaue,

Prima Deum magnis canimus freta pertia nautis,
Fatidicamq; ratem: Scythici quæ Phasidis oras
Ausa sequi, mediosq; inter iuga concita cursus
Rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.
Sonus carminis multus: & ipse artifex non vulgaris. nam quum versus magnitudo constet aut accētuum frequentia, aut longorum verborum tractu: illo muniuit initium diui ni operis Maro. octo enim voces disposuit. STATIVS autem hoc probauit magis: quatuor enim tā longas posuit, vt pronuntiātis exhauriant anhelitū.

Magnanimum Æacidem, formidatamq; tonanti.
Quatuor inquam hīc, ibi octo accentus numero: nam copula præcedentem sequitur. sic Donatus in Adelphis, ait à Terentio octosyllabam vocem positam: ea verò est, *immiserit corditerq;*, quæ duo nisi vnum censeas, nō fit octo syllabarum. Flaccus igitur qui harum legum ignarus non esset: septem dictionibus expleuit versum, sonorum sanè, sed quod mihi nulla ratione satisfaciat. non quòd ibi quicquā vitiosum sit: sed quia venustas absit. neq; illi fuerūt nautæ deorū, qui aduersis fatis tories afflicti sunt: pars etiā eorum ipsa in nauigatione interiēre. sola Pallas dicitur nauis author fuisse: nauigationis non item. Quónam verò modo hīc dicantur *prima freta pertia*, quum ipsemet in primo canat *Pharias, Tyriasq; carinas?* APOLLONIVS autem naues Iasoni obuias in ponto scribit. Præterea classis apparatum Æetæ vterque commemorat: Catullus quoque, qui dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten:
ima ratione pingit in ea nauigatione vestem Thetidis cum Theseï nauï? vt omittã Dionysii authoritatem, cuius hi versus,

Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευε Διὸς θοὸς υἱὸς Ἀχιλλεύς.
Οἱ πρῶτοι πόντου ἐπεμήσατο δια λάασσης.
Θέσκελα δ' ἔμπλειον ἀλεείνῳ ἰμάσσατο.

Et dictum est illud, *Oras ausa sequi*, neque enim præibant oræ. nisi dicas vt *secare viam*: quia *sequi* & *secare* indidem sint. Quòd autem dicit, *fatidicam*, neque extet in toto opere: id factum est fati culpa. etenim morte affectus, non explicuit fabulã. at loquitur apud Apollonium. Nos in gratiam studiosorum hisce ingenium exercituimus, vt ipsi quoque audeant,

Æquora fatidicæ primùm sulcata carinæ,
Cognatumq; cano fulgentis tergoris aurum.

Item,

Prima rudem quæ ferre nouo discrimine pontum
Ausa, grauem canimus fulgenti vellere puppim.
Proditaq; hospitibus placato connubia furto.

Etiam sic,

Intentata prius fidentibus æquora nautis,
Fatidicamq; cano concepto numine puppim:
Diuæ opus, aerias celsis in montibus arces
Quæ colit, & patrios iaculatur cælitus ignes.

Quòd si eam desideras propositionis partẽ quæ in cælo nauẽ illã collocat, valde placet. cæterùm omnino velleris ipsius mentionem fieri decet. post igitur nostros binos versus, collocabis hos,

Diuæ opus illa feras Scythici quæ Phasidis oras,

& quæ sequuntur. In reliquo operis tractu permulta sunt maiore cura legenda, quàm quanta scripta fuerint. Nescio an sint per metaphoram illa dicta, *Ignis crinem, ignis linguam*: an verò sint erута è libris Aruspicum. Neque illud placet,

-& fictis dat vultum, & pondera dictis.

melius *verbis*. Achillem ante eam nauigationem natum canit Flaccus: Catullus in eo matris illius celebrat nuptias. Non decet Boream irasci nauï in qua eius essent filii, Zethus & Calais. quare alium expediret ventum ad eam tempestatem. neque sibi constat illis versibus,

-tota quum protinus alnus
Soluitur: & vasto puppis mare sorbet hiatu.

Etenim si tota soluitur: quo modo potest deinde præstare quin nulla sit? & vastos hiatus nequeunt sarcire nautæ. Illi verò plebeii, in 11,

Iam non dura toris, Veneri nec iniqua reuersæ.
& *Inuidisse Deum tantum maris æquor adortis.*

cuiusmodi multos inuenias. In quinto autem abstinuisse ab illo participio,

-ante omnes secum dequesta labores.

Et in illo malus sonus,

Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum.

Antequam Statium aggrediamur, SILIVM expediamus. quẽ equidem postremũ bonorum poetarum existimo: quin ne poetam quidẽ. Non neruos, non numeros, non spiritum habet. adeò verò ab omni venere alienus est, vt nullus inuc- A nustior sit. Totus hæret, trepidat, vacillat: vbi audet, cadit. Acutè dictum vnum modò inueni,

-in magno præcedens agmine ductor
Imperium perferre suum.

Comparatio quoquè calculi in aqua circulos efficientis, non illepida est. Etiam vehemẽter miror quemadmodum solum Boream ad Monœcum regnare feriãt. quòque modo Borea flante ait, *-iniecto conduntur gurgite montes.*
Imò verò illius flatu abducitur fluctus, & montis vadorúmque ima nudantur. Quum verò dicat Veronam Athesi circũfluam: nescio an credam ita fuisse. nunc enim contrà est: clauditur nánque ab vrbe fluuius. Cæterùm relinquamus ipsum scolasticis declamatoribus. ad meliora transeamus.

B De STATIO doctiores ita iudicant: Meliores esse Syluas Thebaide atque Achilleide. cura igitur & cultu detractum vel robur orationi, vel numeros versibus, vel gratiam vtrisque. at ego contrà sentio: Magnum in vtrisque: maiorem vbi ille esse conatus est. Græculi quidã eum tanquam tumidum damnarunt. sanè quem tumorem dicant nescio. nam neque metaphoris ferreis vtitur è Pindaro, quem illi gentilẽ suum non audent iudicare: & sonum si spectes in carmine, id verò tumidum non est. alioqui tumidus etiam fuerit Maro. Sed neque viuidam orationem tumidam voces: hoc enim de Sallustio dixeris. Denique quis tumor est in principio Thebaidos? mihi verò videtur admodum sedatum atque compositum,

C *Fraternas acies, alternaq; regna profanis*
Decertata odijs.

Nihil simplicius. An verò tumor est, quum Achillem vocat *magnanimum*? quum Æacidem? at Virgilius quoque Æneam sic. An quum ait, *formidatam Ioui progeniem*? nonne hoc Themis dixit? & vulgatum est. Sanè illi nesciũt quid sit tumor in oratione. est enim tumor nõ in sono tantùm, sed in sentẽtiis abditis, & figuris inusitatis. Qui verò Syluas præponunt, nugãtur: delectati calore illo vago, cuius impetu quasi per saltus omnia carpat oratio. quare desultoriũ poema Syluas ipsas appellare solitus sum. Multa tamen aut aliter dicta, aut non dicta ab eo vellem. nam quæ fuit illius audacia, quũ in ludis funebribus cursus certamen scribit post Virgilium? quare puerilia addidit. quis enim cursorem ferat, qui præcurrentem crine retractum, ab se victum atque præteritum dicat? hoc tamen ille de Ida & Parthenopæo scribit. Alpinam verò Cupressum vbi inuenerit, nescio. vniuersas penè alpes peragrauimus nos: at nulla cupressus visa est. Cæterùm maximus ille, vt dicebamus, poeta. cuius nomen haud quaquam tam friuolis recessibus obscurari decuit. Multis profectò locis nulli poetarum secundus. Acutè dicta penè innumera. Ex quinto Syluarum,

Obtusæq; aures: nisi quam vox sola mariti
Noscitur. In primo Thebaidos,

Angustaq;

-angustaq; tartara pœnis
Qui regitis. In secundo,

-& magna lacrymas incluserat ira.
-iam socium cœptis iam pectore fido
Æquantem curas. Fortasse illud paulò tumidius de Apro, *-& aduncæ fulmine malæ.*
Illud luculentum de angustiis loci,

Insidias natura loco, cæcamq; latendi
Struxit opem. Illud molle ex tertio,
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Æquor. at sequitur tumidum,

-& imbelli recubant vbi littora somno.

De fera mansueta, *In mores negat ire suos.*
In eodem quinto, *-donec lassauit euntes*
Lux oculos. In sexto,

-sic omnia casum
Fecimus: & vires auxit fortuna nocendi.

In octauo, *-Styga; q; emissa tenebris*
Mors fruitur cælo. Rotundissimum illud in eodem,

Cultor Ion Pisæ cultorem Daphnea Cirrhæ.

Illud magnificum,

-neque enim mihi cura supremi
Funeris odi artus, fragilemq; corporis vsum
Desertorem animi. Pulchrum illud in decimo,
Condiderant iam vota diem: nox addita curæ
Iungit. In eodem,
Par operis iactura lucro. Illa verò diuina,

-feruent discussibus arces:
Miscentur clamore viæ. ferrum vndiq; & ignes
Mente vident, sæuas mente accepere catenas.
Consumpsit ventura timor. iam tecta replerant,
Templaq; & ingratæ vallantur planctibus aræ.
Vna omnes eademq; subit formido per omnes.
Poscunt fata senes: ardet, pallet q; iuuentus.
Atria fœmineis trepidant vlulata querelis.
Flent pueri: & flendi nequeunt agnoscere causas,
Attoniti, & tantùm matrum lamenta timentes.
Illas cogit amor. Melius, *vrget.*

-nec habent extrema pudorem.
Ipsæ tela viris, ipsæ iram animosq; ministrant:
Hortanturq;, vmæq; ruunt: nec auita gementes
Limina, nec paruos cessant ostendere natos.

Deinde sequitur nobilissima comparatio. quæ sola satis esse possunt ad ineundã rationem contemplandi cultissimi poetæ atque ingeniosissimi artificium. neque enim vllus veterũ aut recentiorum propius ad Virgilianam maiestatem accedere valuit. etiam propinquior futurus, si tam propè esse noluisset. Siquidem natura sua elatus, sicubi excellere conatus est, excreuit in tumorem. At profectò Heroicorum poetarum, si phœnicem illum nostrum eximas, tum Latinorum, tum etiam Græcorum facilè princeps. nã & meliores versus facit quàm Homerus: & figuris frequẽtior, & officiorum, habitudinum, animorum prudẽtior distributor, & castigatiorum author sententiarum. Nunc ad Lucanum transeamus.

LVCANVM igitur, si diis placet, etiam Maroni parem facere ausi sunt. qui non tam illius A magnitudinem, quàm suam insolentiam iis ineptiis prodidere. Fatemur in illo ingenium magnum. equidem etiam plusquã poeticum condonabo. Effrenis mens, sui inops, ferua impetus, atque iccirco immodica, raptáque calore simul & calorem ipsum rapiens, hostem maximum eius temperamenti, quod in vno omnino Marone & admirabile est & diuinum. Proinde vt nimis fortasse liberè dicam, interdum mihi latrare, non canere videtur. Non igitur perdemus opera, si paulisper in eius Pharsalia immoremur.

Principiò, quod & alibi monuimus, pessimo consilio inscripsit Pharsaliam. quippe ne tantilla quidem operis pars illius ea regio, eáve in regione bellum factum fuit. sic enim Thebais, Ilias, & eiusmodi: ad quas, aut propter quas vrbes omnia quæcunque in illis libris continentur, gesta sunt. Multa tamen in eo opere acutè B dicta: ac nescio an nimis multa. qualia,

Iusq; datum sceleri. & in secundo,

-æquataq; vulnera membris.

& de Scæua, *-seq; ipse minatur.*
& *-nondum compage soluta*
Naufragium sibi quisq; facit. At verò quid dicemus de illa loquutione, quæ in nono est?

Quid prodest miseri Basiliscus cuspide Murri
Transactus? Latinè aliter dicimus, Quid prodest basiliscũ transactum cuspide fuisse? nam basiliscus neque viuus neque mortuus prodest: sed factum ipsum, id est, totum hoc: basiliscum esse transfixum. Par fides loquutionis in illis,

Iustitium latuit: imò *patuit*. Ius enim latet in C Iustitio: quippe in bello. Versus plebeius,

Crinibus effusis toti prælate Comatæ.

Etiam dubitandum an purè loquatur, qui Veneris comam cæsariem appellat: id quod fecit Claudianus. sic & Lucanus in primo, *Liquidam palæstram* nimis ambitiosè dixit. Multos excursus captauit: vel quum Pompeius rebus acciſis extremo & in metu & in periculo otiosè tanquam Græculus nugatur, aut nugantem audit de rerum Natura & nauiculatoria. Quem virum quum laudandũ suscepisset: eiúsque partes ambitiosè foueret, deformat tamen mirum quantum. Introducit enim sic: scire sese quanti esse D queat iugulum suum apud Cæsarem: quippe quantum ipse pro Cæsaris ceruice daret. Sed & pauitãtem ignauo animo eundem facit in principio octaui, sanè versibus pudendis atque indignis viro. Et quis eum ferat exciẽtem Iuliæ vmbram: quam ab Elysiis exactam scribat, ob culpam criménque viuẽtium? neque verũ est quod ait, Timauum esse vbi est Aponus. nam & fluuius Medoacus haud parum distat ab Apono: & Timauus Virgilianus, *per ora nouem vasto cum murmure montis It mare præruptum*. at in toto agro Patauino nihil eiusmodi. Par error quum dicit,

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis. nam Sueui Reno propiores. Extremi nánque eam ad partem Germanorum sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Albim verò mediam secare Germaniam & scri- A ptum est ab authoribus, & nomen ipsum id indicat. quippe ea vox Medium significat. De Pado verò nugatur,

Non minor hic Nilo: si non per plana iacentes
Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas.

Quid est hoc, *Non minor Nilo*, nisi Nilus maior esset? Nam quod ait per plana decurrere, falsum est: hoc enim vtrique commune & Nilo in Ægypto, & Pado ad Ferrariam. Quanquam maiores aquas colligi par est in alueis conuallium, quàm in campis patentibus. Insanit verò in alia collatione,

Non minor hic Istro: nisi quod dum permeat orbem
Ister, cæsuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non solus in vndas.

Nam qui vtrunque flumen norit, nequaquam B hæc æquo animo ferre queat. Primùm hoc ipso fluuiorum regem potuit appellare Maro, cui tot clari fluuii seruiãt. deinde quis non videt longè pauciores amnes in Istrum ferri, quàm in Padum: Sanè totidem sunto. neque enim riuos omnes habemus innumeratò. Verùm tanti sunt illi qui in Danubium erumpunt, vt etiam non minores sint Pado ipso. quippe quorũ aliquot vidimus. inter quos Vag permagnus est. maior Saua: Tibiscus verò atque Draua lõgè maximi. Padus autem, nisi alienas acciperet aquas, quid esset ille tandem? pusillo nánque atque ignobili de fonte exit, adeò humilis, vt ne ripas quidem vllas habeat. vix primorum articulorum vestigia equi nostri in eo tingebant. Mox ex iisdem vnde ille fertur Alpibus, populares suas populatur aquas: tot numero vt ne describere quidem vacet. quippe inter Pœninum, & Vindelicos, atque Noricos montes depresso sinu colligit omniũ. Quid Sebinum memorem, quum præsto sit Larius & Verbanus quasi vasta quædam maria: orbísque delitiæ Benacus noster, qui innumeras riuorum scatebras in ipsum refundit Padum? sed iam sit modus, ne declamare videamur. Neque vero Lucani affinis Seneca, Montanum appellet Ouidium oratorum: propterea quòd idem bis aut ter dicat. Hoc enim vitium tam est Lucano peculiare: vt penè sibi proprium fecerit. nam quid aliud est quàm Cometes?

-crinemq; timendi
Sideris, & terris mutantem regna Cometen.

De excursibus dicere occœperamus: quos ille tam ambitiosè quęsiuit, quàm ineptè persequutus est. Figuli igitur commentatio tota, in primo libro tota frigida, nec Matheseos vmbra digna. Sed & fabula Persei nihil intempestiuius. satis erat perstrinxisse. Titus Liuius damnat huiusce modi diuerticula: quæ tãtopere videtur Herodotus appetisse. at iste vulgaris aut falsæ ostẽtator eruditionis, insicitiam suam prodidit non semel. nam quid illa sunt?

-Sol tempora diuidit æui.
Mutat nocte diem, radijsq; potentibus astra
Ire vetat, cursusq; vagos statione moratur. Sunt hæc scutica digna. quis enim dicat ἐπιχὰς Planetarum fieri à Solis cursu? quantominus à radiis? In illis verò quid dicat, nescit. de Ebeno enim sic scribit,

-quæ quamuis arbore multa
Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat vmbra.
Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.

Sanè verò bellum hominem. quasi verò tota æstate nihil aliud sit quàm meridies. At post & ante meridiem profectò vbique terrarum vmbra est. In tertio quoque de vmbris Arabum nugatur,

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire finistras.

Atqui dextrum & sinistrum non est, nisi animalium ratione. quare dextra erit vmbra arboris, quæ fuit sinistra: nec alia fiet. Quid quòd Pythagoras, & Aristoteles dextrum mundi & sinistrum non ad Austrum aut Aquilonem refert, sed ad Orientem & Occidetem. Neque verisimile est ex Arabia felici, quæ sola vltra circulum Solstitialem protenditur, aduenisse in Thessaliam. neque enim militant illi: sed ex Petræa, & deserta latrunculi nomades. verùm vt hoc hic diceret, huc eos adduxit ille. Nequeo verò satis mirari, quid ei venerit in mentem quum dixit,

Æthiopumq; solum, quod non premeretur ab vlla
Signifer regione poli: nisi poplite lapso
Vltima curuati præcederet vngula Tauri.

Duo hîc errores: alter ab eruditis solis castigandus: alter vel à pueris. Astrologorum irridẽdus. Primùm igitur animaduertendum est, extra Signiferi latitudinem curuare genu Taurum. at non minus eius contrarium Scorpionem penè totum exire spatium illud. Deinde quis ignorat, si Tauri vngula dirigitur quasi μεσουρανήμα siue Zenith ad Æthiopum regionem, necesse esse regionem illam tegi aliis signis: quippe Geminis, Cancro, Leonéue: quorum inclinationes ei respondeãt parallelo qui Tauri secat vngulam? Quàm verò fuerit sciẽs orbis terrarum, etiam illis ostendit,

Quà colitur Ganges: toto qui solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo
Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.

Nonne Padus, nonne Ister in Orientem fluunt? Quòd si vult dicere è directo Solis orientis: hoc quoque falsum est. Gãges enim in Austrum exit. at Raptus fluuius Æthiopiæ rectà in Orientem sub mari rubro: rectà Doamas fluuius nobilis in eandem partem actus, excipitur à sinu Indico, cui Magno cognomen est. Posset etiam illud à Criticis exagitari, quod scribitur in v,

Primus ab Oceano caput exeris Atlantæo
Ore, mouens æstus. Neque enim Atlantico è mari spirat, sed Britanico. Hoc tamen ferri potest. at quod sequitur, etiã alibi castigauim°,

Occurrit gelidus Boreas: pelagusq; retundit.

Non potest ferri. nam neque *occurrit Boreas* sed vterque ad angulum eundem trigonum efficiunt: neque *retundit pelagus*: sed cum Cauro simul propellit rectà in Austrum: quemadmodum

dum Tigris & Euphrates, vbi in vnum conue- A nere. Lucanus Europæ Libyam esse partem: eius ratio est, tantundẽ abesse ab extremo litore Occidentali ad mare Rubrum atque ad Tanaim. at Silius contrà,

Æstifero Libyæ torquetur subdita Cancro,
Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia terris.

profectò meliore consilio. Continens enim est Asia atque Africa: cum Europa nihil habet Africa commune. Quòd si per segmẽta, quos Meridianos circulos vocãt recẽtiores, partitur terras, earúmque terminos aut coniunctiones designat: nequaquam decuit tam inæquales facere portiones. vix enim est quinta pars reliquæ terræ: ne quid exactius dicamus. Est enim versus in primo non negligendæ censuræ,

Dum terra fretum, terramq; leuabit Aer.

Neutrum enim verum est. siquidem vnicuique B elementorum suus est attributus locus. neque si terra deficiat, eius in locum non descendet aer ita vt cadat: sed ne detur vacuum. Hoc autem in nobiliore scientia declaratũ est. Præterea si terra sustinet mare: mare eadẽ ratione sustinebit aerem: non autem ab aere sustinebitur. Sic Iarchas Apollonio respondit in tertio apud Philostratum: Terram ab aqua ferri. quod quemadmodum fieri possit, sanè me latet. Eius verba sunt, Εἰ μὴ θεὸς πως διαλαμβάνει τὴν γῆν ὑπὸ τοῦτο, μείζων ἔσται. πλὴν ὁ διαλαμβάνει αὐτὴν ἔχει. εἰδὲ θεὸς πάσαν πλὴν ὑγρὰν οὐσίαν διαφέροντο, ἵνα πῶ πλὴν γλίσχρου ἀποφαινόμεθα αὖ· ἐγὼ δὲ ἐκείνῳ τὸ ὕδωρ φέρει. Hanc quoque quæstionem maioribus operis suo excussimus loco.

Cæterùm vt studiorum meorum ratio con- G stet posteritati: nos enim nullum laboris genus deterruisse, quominus poeticæ perfectioni consuleretur: ausi sumus Antæi fabulam, quæ in quarto est, reducere ad illud temperamentum, quod in huius viri impetu atque licentia desideratur. Quam fabulam quum totam neque probaremus neque damnaremus, effusum calorem illum ad certas leges redegimus æquabilitatis. Recisa nánque sunt à nobis superflua, quasi Syluã declamantis de Briareo & aliis. præterea sublata sunt quæ non constabant. Ait enim Antæum sese arenis cõsperssisse: vt ex eiusmodi terræ contactu perpetuas vires consequeretur. nequaquam igitur ab Hercule tunc fuisset victus: quippe qui terram semper tetigisset. Ad hæc in ipsa lucta scribit Antæi crura ab Hercule percussa manu. hoc igitur qui potest? quare nos genu, non manum posuimus ibi. Illud quærẽdum ab antiquis: quum staret Antæus in lucta, terram pedibus cõtigisse. quemadmodum ergo vel deiici vel tolli potuit: si parentis contactu dicitur inuictus fuisse? selegimus autem quę essent optima: nostráque adiunximus, quasi semicentonem: sed suo stylo. nostro enim longè alios numeros addidissemus.

Terra parẽs, nec post genitos effœta gigãtes: Sed quasi collectis vteri conatibus vni,
Extulit Antæum, tanta se mole ferentem,
Vt vetus hoc solo steterit tum gloria fratrum.
Illi etiam, ne fortè foret superabilis vllis
Viribus, hoc dederat munus sæuissima mater,
Quàm materna diu contingere tergora posset
Infractus, seipso & melior, reparabilis esset.
Ille igitur hominũque met°, terrórque leonum,
Omnia vasta dabat. cæsis cultoribus agri,
Et saltus pastore vacant, & littora nautis.
Fama mali terras monstris æquórque leuantem
Magnanimum Alcidẽ Libycas exciuit in oras.
Ille Cleonæi proiecit terga Leonis
Antæus Libyci. tum duro brachia nexu,
Immotúmque caput rigida ceruice tenetur.
Mirantúrque habuisse parem. Certamine primo
Noluit Alcides effusis viribus vti:
Pòst, vbi colla diu frustra tentata lacertis:
Exarsit pudor: incũbítque, trahítque, quatítq;,
Exhaurítque virum. tum creber anhelitus olli
Arida corda quatit: gelidus fluit vndique sudor.
Tum ceruix excussa premi, tum pectore pectus
Vrgeri, tum curuato percussa labare
Crura genu. iam terga viri cedentia victor
Duplicat: & medium compressis ilibus arctat,
Inguinaque infertis genibus diss rũpit. ibi omnẽ
Explicuit fine lege virum: tremit excita tellus
Pondere. vix pressus tetigit grauis arua, repentè
Intumuere tori, vacuõsque induruit artus:
Et stetit: & visus melior quàm cœperat anté.
Rursus inexpletæ repetunt certamina pugnæ:
Rursus opes reparant: telluris viribus ille,
Ille suis. plus miratur Ioue natus, ab illo
Quàm patitur: quoties defessum deiicit hostem, G
Surrexisse nouum: postquam victoria damno
Constitit: & toties victor, dum vincitur, exit.
Consilium subit Alcides: tactæque parentis
Sẽsit opem. Strãdum est ergo mihi, dixit: & vltrà
Non credère solo: miserõve iuuabere casu,
In me Antæe cades. Sic fatus sustulit altè
Luctantem in pectus iuuenem. moriẽtis in artus
Non potuit nati tellus summittere vires.

Sed iam nos ad felicissimam ætatem conferamus.

SECVNDA ÆTAS.

Caput VII.

QVum virtutes alii aliæ ætati datæ sint à natura: cunctæ simul inuentæ D sunt in secunda. Cæterum candor ei venustásque peculiaris, ac ne vnum quidem affectatæ dictionis inuenias authorem. singulos igitur adeamus.

Gratius, Cornelius Gallus, Quintilius Varus, Sabinus, Propertius, Ouidius, Tibullus, Catullus, Horatius.

CVm duo elegantes poetæ venationis præcepta poemate tractarint, Gratius & Nemesianus: de hoc suo loco nõ diximus: quem in animo haberemus cum Gratio comparare. Tolletur enim labor noster, aut leuabitur saltem, neque enim nostri versus supponen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur illis: sed alter alterius aut lima aut cæsor esse poterit. Igitur Nemesiani stilus candidus, nec vulgare sonans. minus tamen prudenter in operis principio numerum mutauit. vbi nánque dixit *cano*, subdit *pandimus*.

Venandi cano mille vias, hilarosq; labores:
Discursusq; citos, securi prælia ruris
Pandimus.

Præterea Syluæ propior, atque effusus. GRATIVS castigatior. solo enim versu proponit, & semiuersu inuocat. tum narrat candidissimè,

Dona cano diuûm, lætas venantibus artes,
Auspicio Diana tuo.

Malim tamen aliud quàm *lætas*: siue *placidas*, siue aliud melius excogites. Nemesianus autè falsam sibi vindicat gloriam, quum ait,

-ducitq; per auia, qua sola nunquam
Trita rotis.

nam ante illum Gratius. Multa quoque faciunt mihi negotium,

-& latè campos metatur apertos.

Equidem metam nullam ponerem: sed potius *ostentat*, quàm *metatur*. & quid opus habet *curru* venator?

-iuuat aurato procedere curru.

nec museus ineft pratis,

-intacto premimus vestigia musco.

& loquutio dura,

-qua sola nunquam
Trita rotis. Nullis

potius quàm *nunquam*. Et illa dura, & partim plebeia, partim affectata,

Obuia Calliope facies insistere prato
Complacito.

rude hoc. illud affectatum,

-iudibus qua luceat orbita sulcis.

Quomodo lucet si nõ est *trita*? quomodo, si *nunquam* sulcos habet à *rotis*? hoc enim est *orbita*. Nimis quoque immoratur in fabulis recensendis. ad septuaginta versus impendit, extra materiam expatiatus, antequam venationem aggrediatur. Quod pudentissimus omnium poetarum Maro paucissimis absoluit,

-quis aut Eurytheа durum:

& quæ sequuntur. Ille quoque versus è triuio,

Sit chlamys auratо multum subtegmine lusa.

Et ille,

Fœcundos aperit partus matura grauedo.

& pessimus numerus, & abusus est Romana vocegrauedo. *Grauedo* enim pectoris tãtùm morbus est. Decanibus vterque longè elegantissimè. Hoc errat Nemesianus, quòd in principio quum partitus sit eanũ genera in Lacedæmonium, Molossum, Britanum, Hispanum, Pannonicum, Libycum, ac mox faciem, quæ optima esset, describerit, deinde exercuerit ad tentamẽta venationis, tum morbos leuiter attigerit: redit ad canum patrias,

Quin & Thuscorum non est extrema voluptas.

Longè exactius ille simul cum natalibus ipsis designat mores, animos, vires, celeritatem, sagacitatem, faciem. & sanè diuini versus multi: velut ille,

Sed premit inuentas, non inuentura latentes
Illa feras.

Sed & festiuus. nam quum Geloni populi sint ad prælia acerrimi: canes ait illorum martem detrectare: contrà Acarnanes tam viri quàm canes similes,

Sic & Acarnanes subierunt prælia furto:
Sic canis illa suos taciturna superuenit hostes.

Quæ verò vtrobique describuntur species, poterunt inter se comparari. Illud vulgare epithetum simul & insuaue,

Verùm vbi Caurino perstrinxit frigore vesper.

Vbi verò canum tum morbos tum remedia describit Gratius, satis ostendit ætatis suæ felicitatem. sunt enim luculentissima. Omnino verò ei Nemesianus impar: atque etiam lõgè minor,

CORNELIVS GALLVS durior. sentẽtiarum tamen lepore ac festiuitate condiuit asperitatem numerorum. Quod Lyricum inscribitur, illius sanè non est, sed inepti cuiuspiam. ea verò Elegia, in qua canitur Aquilina, quãquam habet sententias elegiacas, tamen hominis est Græcæ literaturæ ignari, & quem ratio fugerit syllabarum. In sequenti,

Atque sub exhausto pectore pingue femur.

Non est *femur* sub *pectore*. neque pectus exhaustum probaueris, quasi Phthoe laboret. melius Ouidius,

Et castigato subeat sub pectore venter.

Oportet ventrem castigatum esse, femur pingue, plenum, tumidum, teretibus toris firmum. Pectus semiplenum, pressum, cõstans: non laxum, non tumidum, non siccum.

Ætna tanta est: vt non penitus temerè Virgilio attributa esse videatur. Quidã tamen Quintilii Vari autumãt: quibus nos quoque interea facilè assentimur. nam Maronis non esse maximum est argumentum, quòd nusquam ei similis est, id quod in Diris, & in Ciri planè animaduertimus. nam ne culicis quidem ita spreuit omnia, quin seipsum sit imitatus. quod enim fuit in Culice rudè,

O bona pastoris: si quis non pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat, & probet illi
Omnia luxuriæ precijs incognita, curis
Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.
Si non Assyrio fuerint bis tincta colore
Attalicis opibus data vellera: si nitor auri.
Sublaqueare domos animum non angit auarum,

& quæ sequuntur: miris versibus excoluit in secundo perfectissimi operis,

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantûm totis vomit ædibus vndam:
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
Illusaq; auro vestes, Ephyreiaq; æra:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,

& quæ sequuntur: tum iccirco huc adducta, vt ostenderem quod dicebam, seipsum imitatum esse Maronem, expolitis versibus atque sententiis quas in primoribus studiis excusisset: tum vt cognosceret leges modósque poeta noster, quibus commodiores nobis ipsis esse possimus. Quare & alios videamus. & in eodem poematio, de quercubus

cubus loquens, ait,

Illas Triptolemi mutauit sulcus aristis.

In primo Georgicõn,

Chaoniam pingui glandem mutastis arista:

Item,

Et piger aurato procedit Vesper ab Oeta.

Damon ait, *-tibi deserit Hesperus Oetam.* At eorum omnium quæ in Ætna legũtur, ne vllum quidem in tribus operibus extat vestigium. Quin idem argumẽtum vbi tractatur, tam sunt diuersa phrasis, numeri, spiritus, vt nihil aliud ad testimonium opus sit. Toto quidem poemate canitur Ætna: at priuatim illa quãtum distant à Virgilianis?

Pellitur exustæ glomeratus nimbus arenæ:
Flagrantes properant moles: voluuntur ab imo
Fundamenta: fragor tota nunc rumpitur Ætna:

Grandis igitur poeta Quintilius: nec temerè ab antiquis dilaudatus. Splendida sanè oratio, & non vulgaris. etiam sententias quærens & inferens. nihil tamen quod nos detineat.

SABINVS autẽ adeò tenuis vt verè sit vmbra Ouidii, & quasi eius ἀντιγραφεύς. neque dignus in cuius censura multũ operæ ponamus.

PROPERTIVS facilis, candidus, verè elegiacus: tersior tamẽ quàm existimatus est à Criticis. nam & amat quædam quæ minimè sunt vulgaria: & quibusdam locis paucorũ iudicium sequutus videtur. nam & principiũ operis tum elegans est, tum compositum. In primo tamen libro apparet ambitio quædam claudendi pentametrum vocabulis multisyllabis. qui numerus mollior iudicatus est etiam in Iambicis. Penè igitur cõquisisse atque corrogasse voces existimatur, quibus obnoxias efficeret sententias. id quod manifestius deprehẽditur ad calumniã constituendam, quòd in sequentibus libris aliter instituit: quasi defecerit eum similis materia. aut fortè castigatus vel ab amico, vel à seculi iudicio elimatiore: quod iam probarat & Ouidium & Tibullum, frequentius alterum vtentem bisyllabis, alterũ longis illis penè nunquam. Sequutus verò Corinnæ consilium est, quod illa Pindaro dederat, ne sine fabulis poemata conderentur: esse nánque eas illorum animam. inculcat igitur quantum potest. Cæterùm cùm ea omnia iam sint vulgata, nostrum poetam vehementer tum ab ipsis, tum ab ignotis abstinere iubeo. nam quemadmodum in illis nulla gratia, ita in his etiam odium subesse arbitror. Pro his igitur sententiæ sunto dulces, luculẽtæ, non languidæ, non affectatæ, non nimis frequentes.

Iam verò ad eum peruenimus locum, in quo & ingenii magnitudo, & acumen iudicii exercenda sunt. Quis enim de OVIDIO satis dignè dicere possit: nedum vt eum audeat reprehendere? Dicendum tamen non obtrectationis causa: sed vt illius magnitudine nos quoque crescere valeamus. Incipiamus igitur ab eo loco, in quo suam accusat negligentiam. neque enim quæ ibi dicũtur, inter se videntur conuenire. ait enim,

Corrigere est tantò res est magis ardua, quantò
Maior Aristarcho magnus Homerus erat.

Qui si id vult, vt emendandi vel studium, vel opera, vel labor longè sit difficilior quàm calor ille componendi: quónam pacto hisce carminibus maiorem facit authorem compositionis, id est Homerum, quàm castigatorem, hoc est Aristarchum?

Fastorum stilus facilis, candidus: eruditio prisca & multa. ac tametsi materia non semper admittat cultum, ingenium autem viri non sæpe: multis tamen in locis seipso limatior atque tersior est. Quòd siquis nolit eius vel lasciuiam vel licentiam tolerare, aliis numeris penè omnia illius poemata poterit interpolare. hoc tamen vetat pudor animos nobiliores: qui non infectando, sed admirando antiquitatem, ineunt gratiam à posteritate. Paucula igitur ex propemodum infinitis,

Edidit hos nobis ore priore sonos.

Concinnius, *voce priore*. vox enim soni species est. & sequens pentameter sic staret,

Quod petis: & mentem concipe mente meam.

Quæ verò aut in hisce, aut alibi acutè dixerit, penè sunt infinita: velut illa,

In precio precium nunc est.
-mille animas vna necata dedit.

Et illud in Epistola,

Medeæ Medea forem.

Versus autem ille diuinæ est rotunditatis,

Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.

& in epistola Deianiræ,

Spes, timor dubia, spes, timore cadit.

Et Hypermestra,

Quæ bos ex homine est, ex boue facta dea.

Tanto minus laborati libri tristes. nam de Tristibus malè inscriptos suprà declaratum est: quemadmodum & de Ponto, nihilo maiore cura commendandi. Epistolæ omnium illius librorum politissimæ. nam & sententiæ sunt illustres, & facilitas composita, & numeri poetici. Quæsitus quoque splendor ex imitatione simulatæ veteris simplicitatis: velut,

Castori Amyclæo, & Amyclæo Polluci.

Non placet tamen,

Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.

quid enim aduersatiua? *Cyus ipse veni.*

Hanc tua Penelope (an memori?) tibi mittit V-
Scribendi periit tempus: at ipse veni. (lysses.

Et solœcon est,

Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat.

Quid enim facit illud, *Quisquis*?

Victa suis Troica fata canunt.

Non erant *victa fata*: imò Troianum fatum vicit. vicit enim Troianorum vota: quia in fatis erat Troiam capi.

Omnia nanq; tuo senior te quærere misso
Retulerat nato Nestor.

Neque hic vlla causa reddẽda est. Igitur illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

nanq; dispungendum. non enim relatio Telemachi efficiebat, vt Græci prælia pingerent vxoribus. Durum est,

-murus, quod fuit antè solum.

Murus enim nunquam *fuit solum*. Itaque melius in Fastis,

Hîc vbi nunc Vrbs est, tunc locus Vrbis erat.

In Epistola Briseidis,

Auxerunt blanda grandia dona prece.

Vide an melius, *blandæ preces.*

Iuro: fallentem deseruisse velis.

Insuauis & languida oratio. malim sic,

Iuro: si fallam, defere: pœna decet: aut *placet.*

Nec tibi magnificum fœmina iussa mori.

Melius per interrogationem, *An tibi?*

Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.

Magis placet, *Vt tibi dilecto pectore.*

In Phædræ epistola pessimè cõsuluit persuasioni, illo versu,

Et pariter nostrûm fiet vterque nocens.

Omnino eum sustulerim, atque hunc aut huic similem substituerim,

Quæ mihi amor certus, quæ tibi fata parant.

In Oenones, versus leoninus,

Vim licet appelles, & culpam nomine velis.

Sicut & in Hermiones,

Vir precor vxori, frater succurre sorori.

Itaque malim, *Vim licet hanc dicas.*

Alterũ haud facile mutare est. oportet enim tota illa stare, *auxilium fratris, mariti, sororis, vxoris.*

impræsentia illud excogitaui,

Fratrem orat sovor, vt pugnet pro coniuge cõiunx,

Illud simplicius,

Vxorem tibi vir, frater defende sororem.

Illud coactius,

Ecce soror fratrem expecto, coniunxq; maritum.

Illud rectius,

Fratris opem soror imploro, coniunxq; mariti.

Multa aliter possim, quæ nolo. ac ne hęc quidem à me essent posita, nisi necesse fuisset ostendere quãtum vir ille sibi pepercerit, quum meliora multò posset. Inter Heroidas Dido artificiosissimè, cõpositissimè, scitissimè, elegantissimè loquitur. Muta illud,

Oppositæ frondes, vellera & alba tegunt.

Iam alibi monuimus, non minus feliciter coniunctionem illam postponi. Sane commodius,

-vellera q; alba.

Nota mihi freta sunt Afrum tangentia littus.

In aliis codicibus, *frangentia.* & sanè accedit ad maris naturam sonus numerorum, *Frum, Fran.* mihi tamen plus placeat, si dicat *mutantia*. nihil enim melius exprimat Syrtium naturã: quarum infida sede litus Africæ modò propius sit certam pelagi profunditatẽ, modò longinquius.

Hermione,

Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo.

plus sapiat,

Hæc tibi de domino Pyrrhe petenda truci.

Aspera pro charo bella tulisse toro.

etiam potuit *vacuo.* Deianira,

Se tibi pars terræ, tibi se tota æquora debent.

Si intelligas ob monstrum Hesiones pacata maria: non erunt tota. quare ita dicendum,

Se tibi terra omnis, tibi se multum æquora debent.

quòd si illud malis, intellige tota æquora ob Oceanum admissum in Mediterranea, & in Oceanũ emissum Mediterraneũ: vt pessimi Græci pluspuam fabulantur,

Si cumulas Stupri facta priora nota.

plenius *notis*. nam tametsi vnũm erat crimen, tamen sic dixit Cicero, Notas inurere: multis enim notis vnum describitur nomen. Denique poetis licet numerum alterum alteri supponere. sic pectora & corda de vno tantúm. sic ipse in epistola Medeæ, Absyrti corpus, *corpora* dicit. à quo tamen abstinere malim. Illa verò planè Ouidiana, id est arguta, ac digna quouis Epigrammate,

Falleris & nescis, non sunt Spolia ista leonis,
Sed tua: tuq; feræ victor es, illa tui.

Videamus Medea quibus versibus aggreditur accusationem suam,

Vt tibi Colchorum, memini, Regina vacanti
Ars mea, quum peteres, vt tibi ferret opem.

Profectò neque structura, neque numerus laudabilis. quid enim est hîc, *memini*? aut quo pacto *Regina*, viuo patre, viuente successore? An verò audeamus sic reformare,

Quum te prætuleram demens, patriæ atq; parenti:
Vt fieres nostra perfide victor ope. aut,
Quum te præferrem Colchorum perfide regnis:
Et potui puras conscelerare manus.

Quid illa?

Isset anhelantes non præmeditatus in ignes,
Immemor Æsonides, oraq; adunca boum.

Immemor hic nihil est, nisi addas beneficii aut mei, aut promissorum. neque *boum ora* fuerunt *adunca*: sed cornua.

Iussset meritos non præmeditatus in ignes
Et ferro æripedum cornua torua boum.

vel loco huius pentametri illum poneres,

Texisset dubiam tunc mihi morte fidem.

aut illum,

Præueniens fractam nunc mihi morte fidem.

Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses.

argutius, *-nec cœpi scire quid esses.*

In Paridis epistola mutilus ille locus est,

Forma, vigorq; animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erant.

neque enim cohærent cum superioribus. Itaque aliquot versus desiderari videntur: quibus declararetur quemadmodũ pastoribus datus fuisset ad alendum. quo facto fatum vitaretur. Sicut ergo desunt hîc, ita ibi redundant,

Quum Venus, & Iuno, Pallasq; in vallibus Idæ
Corpora iudicio supposuere meo.

Cuius rei duo sunt argumenta: primum, quod in versu prçcedẽte nomen est Palladis: ait enim,

Contempta est virtus, Pallade dante mihi.

Hæc insãtia lõgè abest ab ingeniosissimo poeta. Alterũ, quod suprà latius omnia narrauit. quod

iudicium

iudicium nostrum est illis contrarium, qui superiora tollenda putant, non autem hæc: sunt enim illa Ouidii nitida & luculenta, non dura, vt illis videbantur. tum verò in responsione repetitur eorum sententia,

Vnaq; quum regnum, belli daret altera pœnam:
Tyndaridis coniunx, tertia dixit, eris.

Quam Helenæ responsionem frustra simul ac temerè amouerunt ab Ouidianarum cẽsu Critici. nam & ea spirat vigẽtque illius ingenium: & stilus idem, ac nescio an maior in hac sit ars. etenim per initia tractat causam tanquam iniquam: deinde quasi dubiã: postrem ò cedit. Sententiæ verò in illa diuinæ: quantas qualesque materia illa pati potest. Ponam igitur aliquas, in quibus elucet vis illius ingenii similis sui,

Esset vt officij merces, iniuria, tanti?
Qui sic intrabas: hospes an hostis eras?

Similis enim in Laodamiæ, de eodem Paride,

Tam sis hostis iners, quàm malus hospes eras.

Et nonne illud verè Ouidianum?

An quia vim nobis Neptunius attulit Heros:
Rapta semel, videor bis quoque digna rapi?
Crimen erat nostrum, si delinita fuissem.
Quum sim rapta: meum quid, nisi nolle, fuit?

In illis expressus Ouidius,

Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti?
Si modò, quem præfers, non simulatur amor.

& quæ sequuntur omnia: vt,

Quòd tam per longas, spes tua venit aquas.
Hei mihi iam didici, sic quoque posse loqui.
Non tu plus cernis: sed plus temerarius audes.

Illis seipsum imitatur in Oenones,

Quid bibulum curuo proscindere littus aratro?
-quid arenæ semina mandas?
At tu dissimula, nisi si desistere mauis:
Sed cur desistas? dissimulare potes. &,
De facie metuit: vitæ confidit. & illum
Securum probitas, vita timere facit.

& illud igneum ex Ouidiana fornace,

Quod malè persuades, vtinam bene cogere posses:
Sic mea rusticitas excutienda foret. &,
Certus in hospitibus non est amor: errat, vt ipsi.

Quis neget illud Ouidii?

-cum ventis noster abibit amor. sic,

Demophoon ventis & verba & vela dedisti.

sed & illa prorsus,

Tu quoque quî potuis fore me Sperare fidelem:
Et non exemplis anxius esse tuis?

Etiam illo se imitatur,

Is tibi solliciti causa timoris erit. Penelope,
Res est solliciti plena timoris amor. &,
Oblitus nostro crimen inesse tuum.

& quod alibi toties, *Da veniam fassæ.*

& alia multa penitus ex eadem officina. Quòd siqua præterea videntur curiosis meliore cura perfici potuisse: iidem meminerint hoc quoque cæteris Epistolis obiici posse. nã sanè versus hic in illa plusquam monachalis est,

Si te vidissem primus de mille fuisses.

verùm ad alia. Acontii epistola tenuis admodum & lasciua: neque satisfacit. quæ iccirco aliquãdo penè persuasit mihi, se non esse Ouidii. Responsio verò duriuscula, quanquã arguta, facit etiam plus dubitare. Tres epistolæ, Vlyssis, Demophoontis, Paridis ad Oenonen, sanè parui sunt momenti. quas propterea qui negãt Sabini esse: si Sabinus quantus fuerit nesciunt, quònã pacto negare audẽãt? non meminere illo quoque seculo extitisse Marios, Suffenos, Volusios, Bauios, Meuios, Anseres. Cassii quoque Parmensis scripta minus accurata fuisse prodiderunt. sed de Epistolis satis.

Amores ipse suos olim castigauit. Libros enim quinque ad trium redegit compendium. Multa arguta, multa culta, multa lasciua, luxuriantia, effusa: multa in quibus omnia præter licentiam à nobis desiderantur: noluimus tamen laborare, quum pigeret libelli. Lõgè verò magis lesit animum ars illa amatoria. nihil enim aliud quàm nugæ. Illud animi gratia paulò attentius cognoscendum est. In vndecima Elegia secundi amorum videtur fuisse versus ille, quem scribit Seneca Criticorũ animaduersionibus esse sublatum. cæterùm in libris Senecæ mendum est: sic enim legitur,

Gelidum Boream, gelidum nomen. hoc enim nihil est. Ego puto sic scriptum,

Egelidum Boream, egelidumq; Notum.

Argutia est in ambiguo significato eiusdem vocis, attributæ duabus contrariis vẽtorum naturis. quippe *egelidus* est vt enodis: item *egelidus*: vt edurus. Arbitror igitur fuisse in prima quinque librorum editione illum: qui quum Criticis non placuisset, mutatum esse à poeta in secunda editione: vbi sic nunc legitur,

Et gelidum Boream, præcipitemq; Notum.

Verùm sanè Auster minimè præceps est. non enim ab excelso, sed ab imo loco flare dicitur. sic igitur potius,

Præcipitem Borean, egelidumq; Notum.

Hoc quoque non est contemnendum, quod de principiorum splẽdore diximus alibi: atque hic considerandum est. non enim probantur quæ insuauia & coacta sunt: quale illud,

Si quis in hoc artem populo non novit amandi.

Quis non videt coactum à versu difficisse membra, quæ sua cohærent natura? Alius dixisset,

Si quis in hoc populo leges non novit. aut *morem.*

Denique potius sic, *Artem si quis in hoc*, &c. De Metamorphoseõn verò libris quid sentiamus, declarandũ est. Sanè digni quos felicior fortuna sequuta esset, vt essent emendatiores. id quod & ipse cõqueritur versibus luculẽtis: inter quos ille diuinus,

Sed quasi de domini fumere vapta sui. Quãobrẽ tot locis reformari possũt: vt propior iniuriæ castigatio esse videatur. Sunt tamẽ in ipsis penè infinita, quæ alius viri ingenio nunquã meliora effici posse putẽ. neq; verũ est quod aiebat ille, Ouidiũ nullo alio duce quàm seipso militasse. nãq; & totũ Trãsformationũ argumentũ trã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit è Græcis. quippe tum Parthenius, tum alii eandem materiam tractauere: & multa sunt quę ex antiquis Latinis, ex Græcis ipsis Tragœdiis expedire in promptu fuit: Medeæ, Myrrhæ, Penthei, & aliorum: qualia sunt quæ ad Io, quæ ad Ino pertinent. Armorum quoque iudicium, quod propter summum ac rarum artificium est admirabile, ex Accii fabula potuit illi repręsentari. Igitur quum multa liceret nobis aut reprehendere, aut tollere, aut addere, aut castigare, aut immutare: paucis erimus contenti, ne penitus eum contempsisse videamur. Ergo principium operis admodum infelix censeri potest,

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora. dij cœptis: nam vos mutastis & illas:
Aspirate meis.

Sanè breuitas pura & scitatat numerus non bonus, *animus mutatas*. syllabæ nánque iisdem concurrunt elementis. Præterea non est vsitata illa dicendi ratio, *formas mutatas in corpora*. non enim sic loquar, Æneas mutat[a] est in nouas sedes: sed, mutauit sedes. Philosophi quoque mutant corpora sub formis. materia enim per formam fit hoc. Accepit igitur *mutatas*, pro eo quod est trãslatas: aut *formas* pro figuris. Pręterea quid est, *& illas*? & illas: & quid aliud? Iccirco sic ausi sumus,

Quas mutata nouas immotis corpora formis
Induerint facies: se vt miraventur in illis:
Tecta fide veterum canimus miracula vatum.
Dij, quibus imperium hoc, verum variare figuras:
Et fluxo reparare orbi sua semina: cœptis
Aspirate meis.

Malè quoque sibi constat. negat fuisse mare ac terras. ait enim, *Ante mare & terras*. tum autem, *Quaq; erat & tellus, illic & pontus & aer*. nam quî poterant esse, si non erãt? Præterea non poterãt, si erant, esse in eodem loco. voluit sic: Ante terrã, scilicet, in suum reductam globum. Ad hæc, si erant habentia pondus & carentia pondere: satis manifestum est non potuisse pugnare quin per seipsa vincerent. ex lite enim fit amicitia: ita vt quod succumbit, velit succũbere. verùm hæc supra poetæ crepidam. Quo verò modo dixit illud? *-circumfluus humor*
Vltima possedit. neque enim aqua vltima est. Duæ sunt Philosophorũ veterũ opiniones, quidam aiebant mare esse quasi lacum in terra: ambiri enim ab ea, atque in sinu contineri, circuniectis quasi ripis. alii è contrario, Terram vniuersam esse insulam. id quod sanè verum est. nullum enim mare est, præter Caspium, quod non continenti tractu cum alio mari coniungatur atque perpetuetur. Illud,

Et subiecta tegunt curuæ vineta carinæ:

sic efficies efficacius,

Et curuæ sulcata tegunt vineta.

In secundo autẽ ratio reddenda est Phaethõteæ aurigationis. Perducit enim ipsum per totũ Zodiacũ eadem die: quod spatiũ annuo labore exhauritur à Sole. idq; non ab Oriẽte vulgato in Occidentem: sed à suo oriente, qui orienti diurno contrarius est. ac de his satis.

Facilius è Tibvlli locis expediemus censurã nostram. Vniformis ille penè totus est: vixque discedens ab seipso, eodem penè gyro concluditur. audis enim casas, focos, rura, nemora, prela, spicas, sacra tum sæpe, tum multùm. Omnium verò cultissimus, nec redundãs in Elegia. In fine quarti Epigrammata sunt & dura, & languida, & insuauia. Elegiam quoque ad Iunonem non optimo consilio confectam iudices. orat enim eã pro impudicitia suæ puellæ: quod esset numen matronalis castitatis. Quod verò etiam apud Ouidiũ designari potuit, in hoc authore tam frequens non placet vsus infinitiuorum illorum, Cõtinuisse, discubuisse, increpuisse, pertimuisse, & alia vsque ad fastidium: etiam persoluisse: quorum tum flexus, tum crebritas arguit hominem vel ignauum, vel inopem consilii in verbis eorúmque sonis tum inueniendis, tum collocandis. Laxior etiam est aliquando, quàm quantum ab eruditiorum auribus ferri debeat: vt in illis,

Tunc tibi lena precor diras, fatis anxia vinas:
Mouerit è votis pars quotacunque deos.

& satis plebeium est tertii principium,

Martis Romani festæ venere calendæ.

Tot spondæi, tantus eiusdem penè vocalis sonus, saltem ita disponeret,

Romani festæ Martis. nec illud politius,
Sed primùm Nympham longa donate salute.

quid si sic?

Sed teneram facili donate salute puellam.
Sed dominam rara primùm donate salute.

Quinetiam copulatiua verbo addita vehementer apud me malè audit: vt in illo,

Fœmina præfractas conqueriturq; fores.

quod tametsi & à magnis poetis, & à nobis quoque factum est olim: nunquam tamen, ac ne tunc quidem quum facerem, probaui. Poematium quo laudat Messalam, adeò laxum est, adeò vacuum numeris: vt primo effusum calore, nunquam castigatum: prius penè editum, quàm absolutum fuisse videatur. modò nánque dicat aliquid, parũ quo dicat modo curat. Quẽ cùm, vt ipse profitetur, maximum canat Heroem: splendida oratione, compositis numeris dicere decuit. nunc verò humi repit: atque ita repit, vix vt vsquam sese attollere audeat. nam qualia?

Quisque tibi maiora gerit castrisve foróve. &,
Nec tamen hinc, atque hinc tibi laus maiorve minórve.

Vlyssem verò, quippe rem vulgatam, ineptè excutit, vt interserat. tandem verò quum Vlyssis errores percurrit, ait,

Sit labor illius, tua dum facundia maior.

Præfert Messalæ facundiam Vlyssi. infert tamen non aptè,

Nam te non alius belli tenet aptius artes.

Particula *nam*, non reddit facundiæ causam: sed transit ad bella.

In illis autem mala connexio,

Aut quis equum celeremve arcto compescere freno
Possit: & effusas tardo permittere habenas?

vacat

vacat enim *ve*. & illa non cohærent, *permittere habenas tardo*: imò *auido*.

Quadrupedemq; arcto celerem compescere freno.

aut, *Quadrupedem luctantem arctis componere fre-*
Possit: & vndates auido permittere habenas. (nis

E triuio inde carmina,

Instant: compertum est veracibus vt mihi signis.
Fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget.
Solus vtroque idem diceris magnus in orbe,

& alia permulta: in quibus quũ sint errores non pauci, abstinui à castigationibus. Cæterùm illa non meliora,

Teq; intercluso mundi pars altera Sole.
Et nulla incepto perlabitur vnda liquore.
Dixeris,
Lubrica nec facili tractu perlabitur vnda.
Illud bonum,
Densa riget glacies, faciemq; induta nitalem.

Recentiorũ tamen ambitio aliquorum ad hanc ideam fortasse detorsisset,

Densa rigent duram in faciem niuis aut crystalli:

vel, *Sed stupet in faciem niuis, & rigidæ crystalli.*

In illo,

Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci:

si non placet *ditantes* pro diuites, da illum,

Vndantesq; nouo Cereales ordine sulci.

Importunè quoque coactus à numeris, mutat tempora. quod siquis alius fecit: vt sanè fecit: fecit mollius. Sunt autem hæc,

Quin rapidum placidis etiam mare constitit vn-
Vlla nec aerias volucris perlabitur auras: (dis:
Nec quadrupes densas depascitur asperа syluas.

Ad hæc in die festa magis probarim volantium cantillantiúmque auicularum lasciuiam. è quibus non solùm voluptatem, sed etiam capias auguria. hinc enim est & præpes & oscen. Neque epithetum *aspera*, placet. nam si agro sunt otia & impunitas herbis: etiam mites absistere par est, non solùm feras. Quanto purius noster Imperator, *-nulla neque amnem*

Gustauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Catvllo docti nomen quare sit ab antiquis attributum, neque apud alios comperi: nequedum in mentem venit mihi. nihil enim non vulgare est in eius libris. eius autem syllabæ cùm duræ sunt, tum ipse non rarò durus: aliquando verò adeò mollis, vt fluat, neque consistat. Multa impudica, quorum pudet: multa languida, quorum miseret: multa coacta, quorum piget. nam inuitum tractum esse, & multùm & sæpe constat, à suis versibus. Cur enim aliter sentiam, quándiu in memoria habeo tot spondæos in Hendecasyllabis dactylorum expulsores? & ibi deest pronomen,

Ait fuisse nauium celerrimum.

& toties productam breuem finalem à subsequenti, *Propontida trucemq; ponticum sinum*: vbi maluit quàm *Propontidem*, propter *trucem*: ob soni similitudinem. quæ fuit ratio vt etiam dixerit,

Arida modò pumice expolitum: non *arido*. quæ vocalis bis erat in sequenti aduerbio.

Et inde tot per impotentia freta.
Nec deprecor iam si nefaria scripta.
Nulla fugæ ratio, nulla spes.

Neque curat elidere vocales,

At tu Catulle obstinatus obdura.

quod semel Cicero ab se factum excusat ibi.

Qui Eteſiæ esse feruntur:

at ille etiam atque etiam,

Deferri mane inquio puellæ.
Malè est me Hercule, & laboriosè.
Vno in lectulo erudituli ambo.
Te in circo, te in omnibus labellis.

& dissitas dictionum syllabas transferre,

Qui illius culpa cecidit, velut prati.
Quænam te mala mens misellе R-uide.
Saltumq; reconditorum.
Gallicon Renum, horribilesq; vltimosq;.

vbi etiam redundat copula. Nec tibi sine iudicio prætereundæ sunt voces quædam, aut venustæ, aut poeticæ, aut peregrinæ, aut alio flexu, quàm vsa sint secula politiora. *Gaza*, *Ploxenum*, *Caybatinæ*, *Myrmice*, *Anilitas*, *Creui*, *Depositit*, & alia talia. Galiambicum carmen diuinum est, fruſtráque à nobis sæpe tẽtatum. Argonauta quem inscripsit librũ, falsò inscripsit, quem admodum alibi quoque dictum est: argumentum enim est, Achillis natalia. cæterùm Ariadna maximam item partẽ agit. Depicta verò vestis illa fuit Græcorum imitatione, qui clypeos etiam intulerunt in sua poematia tales tantósque, vt vniuersa opera occuparint. cuiusmodi Hesiodo quoque ascribitur. Stilus mollis, tersus, rotundus: qualem alibi diximus in Ciri Virgiliana. verus sanè aditus, gradúsque ad Æneidis diuinitatẽ. Profectò mediocre hoc dicẽdi genus Criticorũ aut superat, aut etiã eludit diligẽtiam. Admisit verò hoc in opere spondaicos tam frequentes, vt vltro eos ad elegantiam quæsisse videatur. Amauit etiam nonnulla suo arbitratu dicere: vt *pergignunt* quàm progignunt, *gnatę* quàm nate. *Rectas* quoque *lauros* inuenit, prodidítque ille vnus omnium. nullam equidem vnquã rectò stipite à nobis visam memini. Paucula sunt præterea, neque magni momenti, quæ animaduertas,

Putridaq; infirmis variabunt pectora palmis.

Non conuenit *putrida*: potius,

Et tenera infestis. Mœstáque luctisonis.
Quum teres excelso coacervatum aggere bustum.

potius,

Funereum celso congestũ ex aggere bustum.
Nam simulac fessis dederit fors copiam Achiuis.

commodius,

Nam simulac dederit fessis fortuna Pelasgis.
Nam simul annuerit fessis fors obuia Graiis.
Proiiciet truncum summisso poplite corpus.

Si *corpus truncum* est, quomodo ipsum illa *proiiciet*? neque placet omen virgineæ cædis in Epithalamio. In carmine ad Ortalum, tantum est hyperbaton, vt quatuordecim versus

Universidad de Deusto
Biblioteca

exhauriat. excusabitur, quòd fratris pathos ad eum vsque locum abstulerit orationem.

Hactenus multo labore, nõ sine maximis periculis defuncti sum⁹. Cæterùm hic nobis cùm haud liceat conquiescere: id superest conficiendum, vt penè nihil egisse mihi videar, quis enim HORATII stilo putet vllam censurã esse potiorem? Est enim omnium Latinorum Græcorúmque poetarum elaboratissimus. nam in Lyricis quem sonum, quos numeros, quam maiestatem quæsiuit, obtinuit: quæ omnia quum in aliis neglexit operibus, omisit sine gloriæ dispendio. quam puritatem, elegantiam, venustatem invtrisque appetiit, cõsequutus est. Duritia tamẽ quæ in Lyricis tegitur, in dactylicis offendit. nam si quis arbitratur satis esse, versum pedibus senis concludere, haud mecum sentit. Voluit purè loquí: esto. at ea puritas quominus officiat dictionis lenitati, danda opera est. Lutulẽtum ait fluere Lucilium: at ego ipsum ne fluere quidem dico. Et quoniam quidam stolidi ita eum sunt admirati, vt solum scisse Satyram scribere iactitarent: Iuuenalem verò non Satyrum, sed declamatorẽ existimandũ: perpendendum est acrius quis sit Satyræ finis. Ac Satyram quidem esse à tragicis introductam ad diluendam sæueriorum dramatum atrocitatem: satis est suo loco dictum. quum verò risus captaretur, isque duceretur vel à ridiculis euentis, vel à dicacitate qua populũ perstringerent: interdum vtrunque, nonnũquam alterutrũ deducebãt in scenã. Postea verò quàm etiã Mimi sunt introducti: solis iis iocularia reliquerunt Satyri, sibi maledicentiam reseruarunt. quod institutum sequutus LVCILIVS, eò acrimoniæ progressus est, vt meritus sit à Iuuenale sic describi,

Ense velut stricto quoties Lucilius ardens
Infremuit: rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus: tacita sudant præcordia culpa.

Inde iræ & lacrymæ. Igitur non semper quæritur risus: hoc enim væcordiæ potius atque amentiæ: sed obiurgatio, quæ est altera pars sapientiæ. quippe quum primum eius officium sit, eiusmodi præcepta dare, quæ ad bene beatéque viuendum nostros animos comparare possunt: quod reliquum est, auersa ingenia reprehendat. Quòd si hanc partem concedunt nobis, risum sibi vendicãt: videamus quemadmodum ne hac quidem professione simus inferiores. quod antequam aggrediamur, recensenda sunt in Iuuenale nõnulla, quæ adeò sunt acutè dicta, vt vix vni aut alteri par sit Horatius,

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dijs
Iratis: at tu victrix prouincia ploras.

Quid enim argutius dici queat, quàm nos fructum capere ex ira deorum: vt quod obest, iuuet? quid tam dissimile, quàm victorem plorare? At quomodo scribit sumptus inanes?

Qui bona donauit præsepibus.

Quid de sceleftis, qui per mala facinora sunt locupletati?

Criminibus debent hortos, prætoria mensas.

quúmque adoraretur pecunia, admirabile id,

-nullas nummorum ereximus aras.

Et illud desperatorum,

-vota, deponunt.

Et de summa scelerum,

Omne in præcipiti vitium stetit.

De simulatore,

Frontis nulla fides.

Festiuissima figura de vitæ residuo,

Et superest Lachesi quod torqueat.

Adulatorem,

Nocte die, potest alienum sumere vultum.

Diminutio oratoria,

Hoc precium squammæ? Potuit fortasse minoris
Piscator quàm piscis emi.

Auarum quàm rotundè,

-dines tibi, pauper amicis.

Sed illud valde festiuum,

Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par.

Acutè & hoc,

Et melior satis donaret homuncio.

Sanè nihilò minus,

Virro sibi & reliquis Virronibus.

Et alius modus attributionis,

-& cum tota Carthagine migrat.

quia Carthaginem victam in ore haberet.

Connexio quoque cõtrariorum iucundissima,

-illam quam laudibus effert,
Horreat. & modus dicendi festiuus,
-quam sextus & octogesimus annus
Pulsat. Sicut & illud de fœmina satagente, *Quæ fugit à sexu.*

Notatio rhetorica de ingenio muliebri,

-iram atque animos à crimine sumunt.

Nihil illo salsius,

-sed quis custodiet ipsos
Custodes? Nihil illis acrius,
Tune duos vna sæuissima vipera cœna?
Tune duos? septem, septem si forte fuissent.

Hoc acceptum est fortasse de Ciri Virgiliana: sic enim ibi,

Tene ego plus patrio dilexi perdita regno?
Tene ego? Sed & id vrbanum,
Tunc par ingenio precium.

Illud diuinum,

Summum crede nefas, animam præferre pudori:
Et propter vitam viuendi perdere causas.

De periculis, *-quanti sua funera vendant.*

Quàm generosum illud?

Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere.

Multa tegũtur illis verbis: & efficaci indicatione ostenditur fœcunditas,

-dedimus quod famæ opponere possis.

Hoc acutum & festiuum simul,

-madidíq; infantia nasi.

Illud ex opinione vulgi stolidissimi: præsertim in Gallia, *A censu famam trahit.*

Non potuit illis clarius describi anxietas habendi, *-propter patrimonia viuunt.*

Erepti

Erepti è naufragio,

-fatumq; valentius Euro. &,
Spes vitæ cum Sole redit. Illo verò non potest quicquam falsius aut amarulentius,
-si curant cunctos punire nocentes:
Quando ad me venient? Hæc è multis pauca, quę ficta, nõ plebeia dicẽdi ratione posita sunt ab illo. ne adducam sententias ita crebras, vt ne tamen conquisitæ sint. De risu autẽ ita censeo, neque in hoc, neque apud Horatium quippiam ridiculum esse, qualia fabricatus est Aristophanes. Cæterùm vrbana & falsa multò plura Iuuenali attribuas, quàm excipias ab Horatio. sunt autem multa loca tanquam fundamenta quædam festiuitatis. Ab irrisione,

Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.

A notatione,

-veniat lectica Mathonis
Plena ipso. Cum indignatione,
Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres.

&, *-si Laurenti custodit in agro*
Conductas Coruinus oues. &,
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

&, *-speculum ciuilis sarcina belli.* Ex ambitione,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Ex nequitia dissimulata,

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

Ex illusione de malo versu,

Qualemcunq; potest: quales ego, vel Cluuienus.

Ex importuno,

-& Augusto recitantes mense poetæ.

Ex despectu & vilitate notatio,

Iudæis, quorum cophinus fœnumq; supellex. &,
-sequitur sua quemque culina. &,
Propter quod Romæ cum boccare nemo lauatur.

Notationes præterea multæ,

Lectus erat Codri Procula minor. & quæ sequũtur, vsque ad illum versum,

Nil habuit Codr⁹, quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nil. &,
-flantis conuicia mandræ
Eripiunt somnum Druso, vitulíq; marinis. &,
Corbulo vix ferret tota vasa ingentia, & quæ sequuntur omnia festiua. Ex tenuitate,

Me, quem Luna solet deducere.

Ex impotenti auiditate,

Sic inde huc omnes tanquam ad vinaria currunt.

Ex definitione,

Si rixa est: vbi tu pulsas, ego vapulo tantùm, & quæ sequuntur: vt,
-libertas pauperis hæc est:
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat:
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Quid illo magis expressum?

-hoc tu succinctus patria quondam
Crispine papyro. Illusio ex contrario,
-iam quartanam sperantibus ægris, pulchram sanè spem. Ex calumnia valde sapidum,

Non dubitaturi fugitiuum discere piscem.

Et de eodem adulatio festiua.

Ipse capi voluit. Ex comparatione, siue collatione,

Quantum vix redolent duo funera. Apparatus verò concilii, & quasi S.C. de Rhombo adeò est elegãs & vrbana, vt nihil suprà. Ab amentia,

Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ.

Attributio ex historia: vt ibi de figulo,

-fibit ut q; Prometheus. Adulatio in re inepta & absurda, *-sed ex hoc*
Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur.

Ab impuritate,

Venus Iberinę vir sufficit. Ocyus illud
Extorquebis, vt hæc oculo contenta sit vno.

Ex ritu,

Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Qua vrbanitate vsus quoq; Augustus est: cùm dixit, Malle se esse Herodæ porcum, quàm filium.

Ex ridiculo,

-citharœdi cauda magistri. quis enim non rideat hoc? Ex decoro,

In Corum atque Eurum solitus sæuire flagellis,
Barbarus, Æolio nunquam hoc in carcere passos.

Acumen est in seruitute ventorum apud Æolũ, quæ designatur per vocem illam *carcere.*

Ex indignitate, *-audis*
Iuppiter hæc, nec labra moues cùm mittere vocem
Debueras vel marmoreus? maluissem, *fulmen* quàm *vocem.* Illa etiam falsiora ex veritate,

-vt video: nullum discrimen habendum
Effigies inter vestras, statuamq; Bathylli.

Illud ex eruditione profectò festiuum,

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit.

A Cynicis tunica distantia. seueram sanè differentiam, si *tunica* tantùm distant.

Illo verò nihil falsius, de Claudio,

-tremulumq; caput descendere iussit
In cælum. quia inter diuos relatus, in Orchũ raptus fuit. Sanè valet facetum illum titulũ: ἀποκολοκύνθωσις dico, quem ἀπὸ τῆς ἀποθεώσεως posuit ad irrisionem,

HORATIVS autem pauca horum similia. Fabellas quidem & Apologos interserit suauissimos: sed quibus nullo modo risus moueatur. Acutè dixit illud,

-quàm sibi non sit amicus. &,
-famæ seruit ineptus. &,
Inuidiam placare paras virtute relicta. &,
Non horam tecum esse potes. &,
Teq; ipsum vitas fugitiuus. &,
Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Risus ex dicto festiuo in hoc,

-equi frenato est auris in ore.

Simile est vrbanis definitionibus nostris, Quid est vxor? scabies animi mariti. Quid est populꝰ? mare seipsum mouens. Et ex Publii Mimis multa eiusmodi,

Hæredis fletus sub persona risus est.

Ex facto ridiculo, in quinta Satyra secundi, de anicula vncta. sed illud præter expectationem omnes superat vrbanitates,

O Laerti ade, quicquid dicam, aut erit, aut non.

Quod deprauant Grammatici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc igitur cùm ita sint: non est à Satyris excludendus temerè Iuuenalis: sed eum tantò anteponere decet Horatio, quantò melior Horatius Lucilio iudicatur. Si neque argumentorũ varietate par est illi Horatius, neque dexteritate tractandi, neque vbertate inuentionis, neque crebritate sententiarum, neq; acrimonia reprehensionis, neque acumine dicendi, neque facetiis aut vrbanitate: istorum Criticorũ vel ineptum, vel malignum, vel factiosum iudiciũ deprehendetur. Age verò quando non solùm Satyra ipsa, verùm etiam quoduis opus scripturaque simplex esse debet & vnum: neque in Satyris, neque in Epistolis, at ne in Poetica quidem, in qua hoc ipsum præcipit, obseruauit. quippe qualencunque materiam aggressus fuerit, illico erumpit in Satyricas reprehensiones. credo ad id rapiente ingenio suo. id quod vt clarius pareat, non pauca loca nobis adducenda sunt. In prima statim Ode mortaliũ studia excutit, quẽadmodum in 1, Satyra. In 11,

Audiet cines acuisse ferrum, &c. In 111, tum alia tum illa, *-si tamen impiæ*
Non tangenda rates transiliunt vada.
Insequenti,
Iam te premet nox, fabulæq; manes.
In sequenti,
Miseri quibus intentata nites.
Illa est tota reprehensio,
Lydia dic per omnes,
Te deos oro, Sybarim cur properes amando,
Perdere? sicut & x1.

De quartadecima, nihil dicendum: seipsam enim prodit: nec minus ea quæ sequitur. non parum duodeviceſima, & viceſima quinta. Item altera ab hac, & vndetriceſima. sed & idem sapit triceſima tertia & quarta, & quinta, & octaua. Qua diligentia si in cæteris quoque vtaris, eundem spiritum deprehendes. Iam verò Epodos præter paucula, nihil aliud spirat. hos enim Parios Iambos Romanos ab se primo factos temerè gloriatur. quis enim nescit à Catullo id antea feliciſsimè factitatum? nam cuiusmodi sint Horatiani, mox videbimus. Verùm vt ad id vnde digressi sumus redeamus. non semper quod semel orditus est detexit. quippe tertiam Satyram cùm ita incœpit, vt in Tigellio damnaret homines inæquales: oportuit hoc prosequi. at ille transilit ad malignos animos, qui peruersè omnia interpretantur. postremò diuertit ad disputandum contra Stoicos: quòd peccata paria nõ sunt. at quæ disputatio? nempe quæ id concludat: Stoicum neque esse regem, neque sapientẽ. In secunda Satyra cùm proponat extrema esse vitiosa, ac propterea medium eligendum: iubet abstinere à matrona: rectè sanè. narrat incõmoda atq; pericula illis, *Hic se præcipitem dedit*, &c. Nec puduit eadem in fine repetere ibi, *- ne vxor iniuriare recurrat.* Quod loquacitatis, & obliuionis, aut negligentiæ vitium non prætereũdum. hic primus error. alter ille: cùm deletis præceptis modò positis, laudat concubitus meretricios. Quinta Satyra tota frigida: à qua nihil doceri queas. Eam quam posuit Mensi atque Sarmenti altercationem, puto esse omnium insulsiſsimam: nisi huic anteponas cœnam Nasidieni, aut Rupili cum rege ineptiſsimam controuersiam. in qua etiam plus octo versuum hyperbaton animaduertendum est. Cùm verò Vlyssem ita loquentem inducit,

Ipsine tegam spiritu Damæ latus: etiam atque etiam videndum est, an per poeticam prolepsin defendi queat. alias debuit introducere personas. non enim cogitur ab historia. sicut & id dubitare possumus: vbi gentium mulas inuenerit acidas. Quibus è locis neque temerè, neque frustra contendemus, Iuuenalem longè accuratioris Satyræ authorem esse. Sanè prima adeò pulchra est, adeò rotũda: vt nihil extet. Sexta diuina tota, & quæ grandem spiret poetam. Decima quoque optima est. Quod si damnant in Iuuenali copiam exemplorũ, atque propterea per conuicium declamatorem vocant: eadem ratione philosophi nomen à Cicerone tollant, declamatoris attribuant. quis enim eo copiosior, siue legas quæstiones Tusculanas: siue libros tum de Fato, tum de Diuinatione? Aristotelis quoq; liber secũdus Oeconomicôn, post aliquot præcepta totus absoluitur exẽplis historiarũ. quid? soli oratori licebit vti ad subsellia exaggeratione? distributione? Nonne vel communium rerũ exemplis, vel priuatis tum fabellis tum historiis addenda est anima scriptis nostris: sine quibus tota poesis mortua est? quid? nonne idem ab Horatio factitatum est? nam quot quantáque de Auaro in prima Satyra? Primùm enim defodit aurum. deinde de aceruo. tum de iugeribus. postremò conferuntur vel commoda vel voluptates haurientium hinc è flumine, inde ex vrna. ad hęc exempla duo, Atheniẽsis cuiusdam, & Tantali: ac mox de Vuidio. In secunda de mœchis exempla vsque ad fastidium. Secunda pars tertiæ pura est declamatio. Idem potest obiici ex illis quartæ,

Hic nuptarum insanit amoribus, & aliis quæ sequuntur. Obseruabis etiã quæ ex prima & tertia secundi afferre queas. Eadem verò argumẽta si vtrinque conferantur, nunquam inuenies Iuuenalem inferiorem: sæpe etiam præstantiorem. Octaua enim longè est excellentior quàm sexta Horatii. Etenim perpauxilla de virtute, eũ qua comparat vulgarem nobilitatem: multa deseipso. vbi non eum pudet ignauam commendare vitam, nullisque ciuilibus officiis luculentam: vt natalia sua libertina verè prodat. Decima quoque Iuuenalis cum prima Horatii comparetur, de votis studiisque mortalium: sanè ille tibi poeta videbitur, hic ieiuni cuiuspiam theseos tenuis tentator. Multis etiam locis astrictior, & castigatior Iuuenalis est: veluti de formica in sexta,

Tamen vtile quod sit

Prospiciunt

Prospiciunt aliquando viri: frigusq; famemq;
Formica tandem quidam expauere magistra.

at HORATIVS multo tractu orationis,

Paruula nam exemplo est magni formica laboris.
Ore trahit quodcunque potest, atque addit aceruo
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.

Ampullatur deinde supra Satyram,

Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam prorepit: et illis vtitur antè
Quæsitis, patiens. tum autem quid est *patiens*? nam profectò nihil tum patitur: non igitur *patiens*, sed genialiter gaudens. In verborum quoque collocatione non semper optimus obseruator. coactus enim truditur aut ad asperitatem aut ad licẽtiam: veluti cùm postponit quæ ex vsu præponi consueuere. quemadmodum fecit ibi, *Aulæa ruant si.* quam temeritatem castigauit atque irrisit olim Ariphrades, comœdiæ veteris author: cùm illuderet Tragicis qui dicerẽt, ἀμφιάσαν ἄπο. verùm hæc labes allata fuerat antea ab ipso Homero, non sine maximo flagitio decoris atque suauitatis, οὐκ ἀνὸν ὧδε: cælitus adtantum potuit versus vis, & authorum ignara securitas, contemptúsque posteritatis. Sic,

Et qui nocturnus sacra diuum legerit. melius, *diuum sacra.* & inconcinna illa,

Penè macros arsit, dum turdos versat in igne:

neque in igne versabat,

Pene arsit macros turdos, dum versat ad ignem.

Etiam in illis dubito,

Flere vt si filius immaturus obisset:

mihi videtur adultus magis lugendus.

Nõ omnibus placet Dauũ illius, cùm philosophatur. nã rametsi adducit ea tanquã audiuerit de Crispini ianitore: tamen multa memini me audire à philosophis disputata, quorum ne nũc quidem ausim me idoneum recitatorem profiteri. Sic & inepti profligatsque & pudoris & iudicii barbari, suis in colloquiis Lanium ac Salgamarium de rebus diuinis tanquam theologos faciunt disputare. De Satyris hæc: de Epistolis deinceps videamus.

Erasmi colloquia

Eiusdem stili Epistolæ, sed nitidioris. harum verò argumenta cùm varia sint, suo quęque iudicio metienda ac perpendenda erit. Quædam enim sunt familiares, haud magna (vt ille ait) cũre, tertia pura est admodum, minimèque ambitiosa. quartam auxit præceptionibus bene viuẽdi. quinta quoque valde familiaris est: exit tamen ad loquendum de ebrietate, præter propositum. Aliæ sunt commendatitiæ, vt nona: nihilo vtilioris operæ. aliæ conatus habent philosophi ad frugalitatem & libertatem: vt decima. de temperantia, vt duodecima. Cæterùm in sextadecima, vbi rus describit, exilit temerè ad discutienda præcepta sapientiæ. Sic in duodeuiceſima, ingressus eam disputationem qua reducit virtutem ad medium ab extremis: saltuatim agitur per præcepta diuersa, quæque inter se nulla cohærent affinitate. Septima adeò elegans est, adeò vrbana, vt ad eas virtutes nihil addi posse videatur. at sexta nugatrix de beatitudine: vtitur autem verbo *admirari* ambigué. nam admiratio in Philòsopho est impressio rei nouæ ad causam disquirendam. quæ sola via fuit prima tum ad virtutem, tum ad scientiam: atque ex hisce porrò ad beatitudinem. at hic ait nil admirari creare felicitatem. intelligit percelli rerũ æstimatione. Harum autem, vt ita dicam, sapientium Epistolarum ratio atque natura, neutiquam differt à Satyra. nam quemadmodũ medicina aut præseruat à morbis, aut eos tollit: ita Epistolæ proponũt ea quibus à vitio abstineamus: Satyra illis pugnat quibus vitia extirpentur: quamobrem qui versus in Satyra septima, idem in Epistola prima,

Leno suspensi loculos tabulamq; lacertò.

Maxima pars primæ Satyra est, & secundæ, & quintædecimæ. tota vndeuicesima lacerat imitatores: ad Augusti ũ, veteres poetas & populi iudicium. In vltima verò postquã de poetis scribere cœpit, proripit se ad infectationem auiditatis: secunda verò adeò ineptus est, vt ab eruditioribus nequeat tolerari. quis enim dicat Homeri nugas esse potiores præceptis philosophorum? An rectè facit Agamemnon, cùm petenti patri negat se daturum virginem? hoc sequeris tu? Nam quare cœtus vniuersus non diremit litem? non erat rex Agamemnon populi, nõ procerum, cuius libidine exercitus morbo periclitaretur: sed imperator ad bellum tantúm. Non rapit ei Chryseidem Achilles, sed reddit patri, donat deo, mutat pro salute populi. Quare pro Paride sustinet bellum Priamus? bellum? imò interitum filiorum. quare pro mœcha? Quare deos adulteros, ignauos, seditiosos, factiosos facit? Quæ Vlyssis sapientia, cùm iret ad Polyphemũ ignotum? cùm ad Antipharen? illius vafritiam anteponit Crãtoris & Chrysippi sapientiæ. Nolo impræsentia cum Homeri puerilibus ineptiis ineptire. Satis ostendit Plato quanti eum faceret, quando interdixit sua Republ. Prima verò Epistola quouis melle dulcior est. Sẽtentiæ appositæ, dictio casta, rotunda, suauis. quapropter arbitror postremam omnium factam, primã positam ob luculentam raritatem. Itaque dicit,

Nunc igitur versus, & cætera ludicra pono.

Quare etiam Epistolarũ librum Satyris postponendum censeo. Id quod cùm in vetustis exemplaribus videamus: nescio quid cõsilii in mẽtem venerit iis qui inuẽtum ordinem subuertêre. Grammaticò nihil infelicius. credo quod viderent versum illum, *- summa dicendi camœna:* quasi verò non hanc ipsam postremam intelligeret. Sunt in ea quoque ad institutionem sapientiæ præceptiones, verùm vbi ait,

Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor:

quomodo res sibi, non se rebus summittat? nãque Aristippum, vt ipse ait, omnis decuit & status & res. quippe omni & loco, & tẽpori, & personę non solùm cedebat, verumetiam seruiebat. Haud ita Diogenes, qui ne Polypo quidẽ cru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do sese voluit summittere. Hæc de Epistolis in A vniuersum: illa priuatim, Multi versus frigidi aut incompti, quid enim ineptius illo?

Viribus viceris, per riuos, flumina, lamas.
Verùm vbi oues furto, morbo periêre capellæ.

Apud nos quidem ouis pecus morbosius: quanquam in libris pastionum aliter scriptum est. Etiam est animaduertendum quo vsu Penelopes procos appellat Sponsos. Quis eos spopõdit, aut despondit? Præterea ne illud quidem prætereũdum: ait enim se *ponere versus, & cætera ludicra*. at verò qui sibi constat, tot postea versibus compositis, non depositis?

De arte quæres quid sentiam. Quid? equidem quod de arte sine arte tradita. nam quod principium? nempe Satyræ. Summa tot versuũ B hæc: Ea scribere quæ inter se conueniant. tum statim de modo inter breuitatem & laxitatem: & quantũ ibi Satyræ rursus? Tertio loco, quod in primo esse decuit: deliberatio de materia eligẽda. Quarto de ordine: quem sanè mutilè docet. In quinto iã de partibus eloquutionis. quod præceptum trahit causa sententiarum: at interea poeta suspensus nihil discit. Sexto de accommodatione versuum ad materiam. Septimo de venustate. hoc tamen pertinet ad vim legẽsque eloquutionis: simul de efficacia. Octauo de personis, earúmque oratione atque moribus. Nono de imitatione. Decimo de prudentia in scribẽdo modo. Vndecimo de modo rei ipsius, hoc est argumenti. Duodecimo redit ad personarũ modos ab ætatibus. Tertiodecimo de repræsentatione fabularũ, Quartodecimo de chori officio C & apparatu. Quintodecimo de Satyrarum tum argumentis tum phrasi. Sextodecimo de pedibus. Septimodecimo de prudẽtia ad edendũ, simul & exhortatio ad imitandum: cùm tamen alibi vocet imitatores, *ferum pecus*. Decimooctauo insectatur veterum iudicium. Decimonono de Tragœdiæ inuentione. Vicesimo castigat præcipitatam editionem. Vicesimoprimo Satyram exercet aduersus poetas. Vicesimosecundo ostendit vnde peti possit materia rectè scribendi. Vicesimotertio redit ad Græcorum commendationem. Vicesimoquarto Satyra est aduersus studia illiberalia Romanorum. Vicesimoquinto statuit virtutes duas poeseos: docẽdi, delectandi. Vicesimosexto repetit modũ scriptionis. Vicesimoseptimo materiæ rationem. rursus repetit virtutes supradictas. Vicesimooctauo dat leges excusationum. Vicesimonono examinat poematum naturas. Tricesimo statuit poeseos excellentiam. Tricesimoprimo quod primò admonuerat repetit, Ex ingenio suo cuiq; laborãdum. Tricesimosecundo hortatur ad iudicia & castigationes. Tricesimotertio poeseos ortum atque honorem. Tricesimoquarto disputat ad poesim vtrum plus conferat, ingenium an ars. Tricesimoquinto informat poetæ futuri vitam. Tricesimosexto Satyra contra recitatores, quam vsque ad finem deducit. Hæc est Horatii ars: quam si præceptores nostri nobis olim ad hunc modum partiti essent, eius sanè facies nota fuisset, ita vt aliunde auxiliũ petendũ esse intelligeremus. tũc autẽ admirãda erat simplicitati nostræ: propterea quòd vbi illã prælegeramus, nihil incremẽti cepisse animos nostros satis cõstabat, vel ad inueniendũ, vel ad inuenta elõquendum. tibi verò opera ac diligentia nostra, & vniuersum propositũ, & partes, & ordo qualis est, manifestè patet. Nunc ad politissima eius carmina contemplanda transeamus. in quibus considerandis maior laudis atq; admirationis, quàm castigationis apparatus erit.

Carminum igitur libri. vel iucunda inuentione, vel puritate sermonis, vel figurarum tum nouitate tum varietate, maiores sunt omni non solùm vituperatione, sed etiam laude: neque solo dicendi genere humili, quemadmodum scripsit Quintilianus, contenti: verumetiam sublimi maximè commendandi. quid enim altius aut præclarius illis?

Post ignem ætherea domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq; prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum. &,
Scriberis Vario fortis, & hostium
Victor Mæonij carminis alite. &,
Quis martem tunica tectum Adamantina
Digne scripserit? & quæ sequuntur. &,
Sub lacrymosa Troiæ
Mœniane virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet cateruas
&, *Permitte diuis cætera: qui simul*
Strauêre ventos æquore feruido
Depræliantes, nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.

Hæc & alia per portiunculas. At tota illa,

Quem virum, aut Heroa lyra vel acri, & quæ sequuntur. Item XIIII, & XV. quarta & vicesima. Tricesima verò prima adeò assurgit, vt facilè probet iudicium nostrum. nec inferior tricesima quinta. Prima quoque secundi est altiloqua: sicut & quintadecima. Par spiritus in vndeuicesima, & in sequenti. sed & prima tertii mãgnifico dicendi genere structa est, & secũda. tertia verò grauissima. Quarta nec Pindaro cedit, D ac ne quinta quidem. quin sexta quoque altissimè sonat: haud paulò minor sextadecima. at vicesimanona incipit leniissimè. tum verò semper assurgit eo vsque, quò nemo aliorum peruenire possit. Vltima eiusdem libri miscuit etiam fastum cum maiestate. Quarta verò quarti, profectò aliarũ nulli cedit magniloquẽtia. quã quæ sequitur, tametsi eò non aspirat, in eadem tamẽ luce versatur: sicut & sexta, quæ simul nitore quodam venustatis perfusa est. Nona altior est, & seuerior. qualis & quarta decima: nec minor eam sequens. Quæ recensere coactus sum, vt virum maximum, atque etiam cum ipso Pindaro in hisce conferendum, à calumnia vindicarem.

Nam

Nam & Pindaro accuratior est, & sententiis A crebrior, neque sibi, vt ille indulgens: sed nõ sine auditoris reuerentia, audax ad eam præstandam magnitudinem, quæ neque illi oneri, vt nobis miraculo sit. In eo nihil laxum est, nihil hiat. omnia cohærent, ita vt vnum tota illa esse videantur. Cæterq; cantiones partim in humili dicẽdi stilo, vt,

Vitas hinnuleo me similis Chloe. &,
Ne sit ancillæ tibi amor pudori: atque aliæ, partim in mediocri, vt illæ,
Mecœnas atauis edite regibus. &,
Otium diuos rogat in patenti: atq; aliæ. Omnes inquam tantæ sunt venustatis: vt & mihi & aliis prudentioribus omnem ademerint spem talium studiorum. Inter cæteras verò, duas animaduerti quibus ne ambrosiam quidem aut nectar dul- B ciora putem. Altera est, tertia quarti libri,

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris.

Altera, nona ex tertio,

Donec gratus eram tibi.

Quarum similes malim à me compositas, quàm Pythionicarum multas Pindari, & Nemeonicarum. quarum similes malim composuisse, quàm esse totius Tarraconensis rex,

Igitur tametsi tam magnificè de Horatii carminibus sentio: tamen dabunt ingenuo nobilisque pudori nostro veniam studiosi, sicubi etiam optauimus potiora.

Principiò nos offendit idem argumentum C tot locis tractatum. nam vt omittam quæ in Satyris atque Epistolis ad hanc eãdem tractantur rationem: vide nihil differre materiã primæ cãtionis primi, & primæ tertii. Eadem sententiæ decimæ, & sextædecimæ secundi. multis quoq; aliis in locis aut eadem, aut similia repetuntur. Quod verò ad dictionem attinet, sanè duriusculus est in prima. neque placet illud. ait enim, Si quis ambiat honores & magistratus: aut, Si quis horreo condidit vniuersum Libyæ frumentum: horum neutrum moueri posse vt fiat pauidus nauta. Quid mirum? Potius diceret, ambitiosum illum non posse allici ad agriculturam, etiã propositis diuitiis ex Libya vniuersa. Malim etiam legere,

Sublimi feriam vertice sidera, quàm *sidera vertice*. In sequenti verò non pauciora sunt dispiciẽda. Primùm, non est portentum niuis copia, sicut grandinis. neque nocet nix. deinde haud satis intelligo quamobrem conqueratur Ilia. neq; enim si doleat Romanorum vices ex seditionibus, adiungat etiam à fluuuio diluuii calamitatem. neque Iliæ potius quàm Romuli interest. Neque finis respondet principio. & illud nimis laxum,

Omne cùm Proteus pecus egit altos
Visere montes. Neque enim omnes egit pisces: & verbum *visere* non satisfacit. Præterea quamobrem Regis monumentum, aut Vestæ templũ diruit fluuius ob ciuile bellum? num Vestæ audet Ilia incommodare? Denique si omnia fatò fiunt: quare non probat Iupiter? aut si Iupiter non probat, cur aduersus fatum Tyberis ruit? Siue vult Cæsaris vltor esse: quid igitur Romæ pulcherrima ac religiosissima quęq; demolitur, cùm Romam ipsam Cæsaris nepotibus promiserunt fata? Ait item summas vltros fuisse colũbarum sedem. vix hoc persuadeas rerum? saturæ consultis: nisi columbas accipias pro palũbis.

In III, Ode ait, Austrum præter cæteros ventos summum habere imperium in mare Adriaticum. quod esse falsum intelliget, qui sciet Adriaticum rectà excurrere in Vulturnum. cuius impetu etiam crescit Ionio subinuecto Adriaticum. Boreæ quoque subiectũ est, qui ex alto spirat: quamobrem miræ vastitatis fluctus excitantur: premit enim: itaque etiam sustollit. Hoc enim aquæ proprium est, vt quæ pars deprimitur, subeat in proximam: atque ita tollat ad curuationem. Auster autẽ ex deuexiore parte flans, frangitur Apœnino. quamobrem non subruit, sed radit. Iccirco quod notauit Gellius, etiam postquam cessauit, mare adhuc est fluctuabundum. Præterea non est verum ab Austro Adriaticum aut aliud pelagus trãquillari: quare igitur dixit *ponere*? & commodius præposuisset hoc illi: *Ponere seu tollere*: crescere nánque oportet orationem. Atqui maiore vi opus est ad ciendas tempestates, quàm si permittas mare suo tantùm motu ferri.

In quarta, *Vulcanus ardens vrit officinas*. C Non vrit caminos: deficerent enim. at non deficiunt. Et quænam *machinæ carinas siccas trahunt*? in aqua sanè fluitant. Quòd si dicas hyeme subductas, deduci in mare: neutiquam id machinis aut tractu fit: sed pulsu, phalis subiectis. nec placet epitheton officinarum, *graues*. neque cohæret tota ea pars parti cui subest. Quid enim Gratiis choros ductantibus cum marculis Cyclopum? an excusabis eò quòd χάεος est apud Homerum vxor Vulcani? oportet enim commento quopiam subuenire, ac referre gratiam magnis viris. Melius, *vrget officinas*. quippe magistri est operas vrgere. Nec prudenter appellauit, *exilem Plutoniam domum*. nihil quippe capacius. quid enim non potuit recipere? aut quid satur remisit, quod grauaret regnum? D

In quinta, quæ merum nectar est, verbum posuit paulò languidius: *eiulabitur*. neq; enim explet ambitum animi amatoris. quippe merus verúsque furor est. Equidem probarim *detestabitur*: dixit enim *flebit*. nõ tamen damnonempe stuporem voluit intelligere.

In sexta, *Imbelliq; lyræ Musa potens vetat*: arrideat magis, *Musa potens vetat*.

In octaua, quæ pulcherrima & mundissima est, *Quid latet, vt marinæ*
Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troiæ
Funera? Non sanè conuenit, Latet Achilles in Scyro sub Troiæ funera.

In nona, *-nec dulces amores*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sperne puer, neque tu choreas. Versus coegisse videtur cum, vt pronomen interponeret. A

In decima, *Voce formasti catus & decoræ More palæstræ*. melius, *lege palæstræ*. resonatio nánque illa insuauis, *decoræ More*. neque est sicut in Satyra,

-quarta vix demum exponimur hora.
Ora manusq; tua lauimus Feronia lympha.

Sicut alibi notauimus ex Homero, ἱερωσυνη δ' ὀνε. Præterea minus satisfacit epithetum *decoræ*: sicut neque illud,

Ilio dines Priamus relicto. Quid enim hic *dines*, qui esset omnium miserrimus mortalium? orbus penè liberis omnibus: vniuerso penè regno spoliatus. Potius *mœrens* aut *infelix*,

Vndecima si à nostri temporis poeta quopiam scripta esset, nequaquam inter probas admitteretur. B

In duodecima, *cuius recinit iocosa*
Nomen imago: Echo interpretamur. potius dato quàm accepto indicio significatus. est enim vocis imago. quam vocẽ nisi addideris, nihil sonat. Malim de vera imagine, *cuius referat vetusta Nomen imago*. Quo in poematio nobilissimo notabis numerum in illis,

-temerè insectatæ: non autem simpliciter, *sequutæ*: duabus de causis. Primùm idem sonus quinquies repeteretur: quater sanè, & similis in diphthõgo. deinde quòd elisio auget numeri magnitudinem,

Cæsaris satis data: melius *fato*

In tertiadecima nõ conuenit rosea ceruix: sed lactea. Et cùm dixit, *roseam ceruicem, cerea brachia*: colorem quoque indicare suspicabimur. sicut apud poetam, *Cerea prunæ*: profectò plus sapiat, *lactea*, vt in Epigrammate Græco, ἀῤῥοδα, aut lygdina. C

In quartadecima, animaduertẽdum est quibus legibus de vna modò naui dixit, *carinas* in numero plurali,

Nil pictis timidus nauita puppibus,

Fidit: imò fidebat Brutus, neque timidus erat. quare *tumidus*, non *timidus*: & *fidat*, non *fidit*.

In quintadecima, duo consideranda. Primũ,

Sublimi fugies mollis anhelitu.

non intelligo ex toto Galeno quid sit sublimis anhelitus. dixerim,

Pulsanti fugies pressus anhelitu: etiam *quassus* plus habet efficaciæ. Alterum, cùm ait Achillis classem prolaturã diẽ Ilio. non enim fuit classis: sed ipse. D

In sextadecima, *-nec tremendo*
Iuppiter ipse ruens tumultu. quanquam pronomen emphaticon est. tamẽ ne versus id persuasisse videretur, maluerim abstinere, & in hæc mutare ac meliora, *Iuppiter horrisonus tumultu*, vel, *nec tremenda Fulminis horrisoni ruina*. nec cum ipso dixerim, bilem stomacho appositam. neque boni Philosophi interest, existimare partes nostras exceptas esse ex aliorum natura animalium quibus nos constitueremur. neque Prometheus coactus fuit, aut coactus fecit. Et quid est, cor è limo facere, bilem de Leone mutuari? neque rectè dicas, *mœris aratrum* impressum: sed murorum loco deiectorũ. & Aristoteles & alii apud Laertium philosophi, hominem rerum naturalium regulam dixêre.

In decimaseptima metiendus ille tibi versus est non incautè,

Nec Martiales hædilia lupos. etenim vox *hædilia* ex Spondæo & Pyrrichio constat. vnde neq; integer dactylus ex prioribus, neque ex vltima syllaba dactyli principium cõstitui potest: ex vtroque tamen duo dactyli. quod suspicor ad Græcorum exemplum factum.

Duodeuicesima tota insuauis, coactisq; numeris quæsita, potius quàm oblata.

Vicesimaquinta in humili genere dicendi est. Illa duo membra sine copula non cohærent.

-audis minus, & minus iam:
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis. Neque satis mollis illa loquutio, *Flebis mœchos arrogantes*: nisi addas effectos. Leuem autem pro nuda videtur posuisse, satis duré. Illa quoque omnia, *-bacchante magis sub interlunia vento*, videntur esse vnum epithetum Boreæ: alioqui ipso Borea frigidiora sint. Neque *vlcerosum* seruit potius iecori indicando, quàm metro sustinendo. Illa verò,

Læta quod pubes hedera virenti
Gaudeat, satis intelligo. at illa, *pulla magis, atque myrto*, malè disposita. Illa verò,

Aridas frondes hyemis sodali,
Dedicet Euro: potius *dedicet igni*.

Vicesima quoque octaua nihilo altius surgit. singultim tamen membra interrupta sunt: nec absimilis ab Satyra tractus totus. Numeri quoque ipsi adhærescunt. laborauit enim hac infelicitate in senariis dactylicis Horat. Quid quod sibi contradicit? etenim quid rogat nautam, vti terram sibi pusillam iniiciat inhumato: quem ipso statim Odes initio puluere tectũ ait? *Mensorem cohibent prope littus parua Matinum munera pulueris exigui*. satis enim erat vel minima terra partem quampiam corporis tegi.

In tricesimatertia, *Insignem tenui fronte Lycorida*. nunquam vel in viro vel in fœmina laudarim tenuem frontem, neque ad decorem, neque ad venustatem.

In prima secundi, stilum vertit à laudibus Pollionis ad deplorandas clades ciuiles. id quod ex proposito fecerat in secunda primi, & in tricesimaquinta præter propositum, sicut & hic.

In secunda non placent illa,

Nullus argento color est auaris
Abdito terris. sanè color nunquã abscedit, sed nitor. Neque satisfacit illud, *inimice lunæ*. nam si est auaritiæ hostis Sallustius: quare docet eũ Horatius hoc? quid igitur ait?

Latius regnes auidum domando
Spiritum. Neque seruant tenorem propositæ sententiç

sententiæ verba illa, *& aquosus albo Corpore languor*. non enim languor causa fitis est in Leucophlegmatia: quem designat hìc. A

Tertiæ argumentũ tractauit iã in quarta primi, & repetiit in vicesimaoctaua. vbi verò ait, *-& sororum Fila trium partiuntur atra*: abscedit à rei natura. vitæ nánque fila sunt: at vita, aut lux aut lucis. etiam in XIIII tertii, & XVIII, & II tertii.

In quarta non placet illud verbum, *& ademptus Hector tradidit pergama fessis Grajis leuiora tolli*. Durissimum, inquam, verbũ *tradidit*. quomodo Hector adẽptus queat tradere? neq; verbum, *mœret*, potest vtrique membro seruire in illis, *Regium certè genus & penates Mœret iniquos*. nam quos intelligit *penates*, non suos, sed hosticos esse oportet. Quid enim *iniquos* appellaret? Mœret igitur captiuitatem. at non eodem vsu significandi dicas, *Mœret regium genus suum*. Hæc vt concinnes, addes verbũ substãtiuum, *regium genus est*, B

In quinta quoque durum illud. *-& illi quos tibi dempserit Apponet annos*. nõ *annos* sanè, sed vires, aut calorẽ ab annis. sic erat sententia si versus pateretur: *Illi quod tibi dempserint, apponent anni*.

In sexta, nescio quemadmodum tam diuersas terras esset aditurus. Quantum enim distat Cantaber à Syrtibus? an seruiuit varietati? præterea tanquam qui maximè placeret, optat locũ & sedem senectutis Tibur. quónam igitur modo, si fatorum vi ab eo prohibetur, quod reliquũ est Tarenti degere appetat, ita vt dicat illum angulum sibi præter omnes arridere? hunc igitur primum pro sede exoptauerit, non Tybur. C

In septima, *Cùm fracta virtus & minaces*
Turpe solum tetigere mento. Quod ex Homero, ὀδὰξ, voluit dicere. & verbum *tetigere* languidius est, quàm rei atrocitas exigit. & mallem, *minaci mento*, quàm *minaces*. multis itaque modis mutare, aut substituere potes:

Cùm fracta virtus insolenti, aut *obstinato*
Cedere non veritа est furori.
Oblita virtus cùm vetustum
Perdere non timuit pudorem.

Quæ si non sunt illis meliora: at pro exemplo atque exercitatione admittãtur ad imitationẽ. Animaduertes flexum illarum vocum hìc bis, alibi frequentem: Æstuosis, obliuioso, periculosæ, libidinosus, otioso, luctuosæ, precious, damnosa, vitiosus, sumptuosa, studiosa, speciosa, caliginosa, maculosum, belluosus, siticulosæ, imperiosum, vlcerosum, generosum, cerebrosus, plagosum, laborioso, iniurioso, formidoloso, doloso, tumultuosum, fastidiosus, operosa, vmbrosam, famosus, bellicosis, iocosæ, animosus, fabuloso, ventosum, probrosis. D

In octaua ille Adonius monachalis est. *Sæpe minati, & miseræ nuper*,

Virgines nuptæ tua ne retardet
Aura maritos. si iam nuptæ sunt, ductæ sunt, domi sunt, non retardabuntur: melius, *tuáne reflectat*, redundat, repellat, aut quid melius.

In vndecima, *Adria Diuisus*. Memineris quoties ea voce claudat versum. quot locis naues, litus, ventos, maria, & eiusmodi: vt Myrtoũ, Creticum, Caspium, Bosphorum, Tybur, Geloni, Britanni, Medus, Ponticum, Getę, Carpathium.

In tertiadecima ait, ex Alcæi sono Prometheum pœnæ, Orionẽ venationis obliuisci. nõdum apud inferos hæc inueni.

In quartadecima perspiciendum quo consilio merum superbum dixit.

Vndeuicesimæ finis admodum languidus, & *recedentis trilingui*
Ore pedes, tetigitq; crura.
Videntur hæc inopis poetæ, non diuini, qualis ipse est.

Vltima sanè magni spiritus est, & digna tãto ingenio. Illa tamen non conueniunt loco, *non ego, quem vocas*,

Dilecte Mecœnas obibo. Quid enim? quod nec *Dec*? Imò nihil mirum: poetam qui placeat Mecœnati, interire.

In prima tertii, *-carmina non prius*
Audita Musarum sacerdos
Virginibus puerisq; canto.

Quid? quæ sequuntur carmina plena sapientiæ, numerosa, ardua, virginúmne ac puerorum auditione seipsis minora fient?

In vicesimanona, *Sole dies referente siccos*. haud semel monui, epitheta quæ in fine versuum existunt, sæpe esse argumento coactę loquutionis, quasi sint carminis supplementa. Iccirco malim hìc, *Sole graues referente luces*.

In secunda quarti,

Concines maiore poeta plectro
Cæsarem: quandoq; trahet feroces. posuisse videtur, *quandoque*, pro quandocunque.
Plenius maior resonante plectro
Cæsarem dices: trahet vt feroces.

In quarta ita loquitur de pullo aquilæ,

Olim iuuentas & patrius vigor
Nido, laborum protulit inscium:
Vernique, iam nimbis remotis:
Insolitos docuere nisus
Venti pauentem.

Iam adultum pullum describit, cùm attribuit ei iuuentutem. præterea cùm demittit in agnos & in dracones. Quare non potest hìc veris facere mentionem. nam primo incunte vere parit. incubat tricenis diebus. vix sexto mense ad venationem apti sunt pulli. quippe Septembri etiã sunt inualidiusculi. *Fama deos habuere rectos*. Olim displicebat nobis carmẽ hoc. cúmq; multos in modos vertissemus, nullus placuit: quamobrem ne hìc quidem ponam. tota verò cantione hac & seipsum, & omnẽ Græciam superauit.

In sexta, *Diuæ quem proles Niobæa magnæ*
Vindicem linguæ sensit. Nolim à me Niobes iactantiam attribui magnitudini. neque enim est vitium magnitudo. Fuit stulta vecordia Niobes, non magniloquentia, *Lyncas & cervos cohibes arcu*. verbo *cohibere* fortasse duriusculè vsus fuit. nodo fasces cohibemus, carcere, & claustris:

G.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non autem ſagitta ceruum,quem interficimus. A

Septima Ode tota eſt quarta primi: tantùm differt ſecundis verſibus. Sic animaduertes Horatium conſiſtere intra gyrum ingenii ſui: ſæpéq; multiſq; in locis circa idem verſari argumẽtum,Martis pericula, vina, excuſationem Lyricorum à grauioribus modis; commendationem mediocritatis,poeſeos vis & laus,propoſitio factorum ante oculos,amores,atque eiuſmodi.quę loca ſi inter ſe comparentur,magnopere faciant ad cultũ animorum noſtrorum, atque ad leges imitationis.

In quintadecima, *Lydis remiſto carmine tibijs*.offendit carmen Remiſtum, quod antea nõ fuerit miſtum. Muta omnino in quoduis aliud audacter, *Suffulta Lydis carmina tibijs*,ſcilicet canemus, *Et Troiam*, &c. Epodi verſus Iambici à nobis non ſemel duri diſſipatíque animaduerſi ſunt. nolim tamen omnia excutere. Illa ſunto ad exemplum: *Quid nos? quibus te vita ſit ſuperſtite*

*Iucunda.*longè concinnius, *Quibus iucunda te ſuperſtite Sit vita.*

*-decet Quem ferre non molles viros.*melius,*-viros Quem ferre non molles decet.*

Vt aſſidens implumibus pullis auis
Serpentium allapſus timet

Magis relictis. Comparatio contrarij: *Si auis* præſens plus timet quàm abſens relictis: contrà eſt quàm dicebat, *Comes minore ſum futurus in metu*. Quòd ſi tueri voles optimum poetam, coniunges illa duo in vnum membrum: *Magis relictis.*minus timet aſſidens,plus autem relictis. Tunc vides hiantem orationem, neque poteſt aſſidens reliquiſſe.

In ſecunda, quæ ſanè longè pulcherrima eſt, vides quem ambitum orationis. nânque ab eo verſ. *Quod ſi pudica mulier in partem iuuet Domum:* vſque ad illud, *Vel hœdus ereptus lupo.*quo in tractu verſus continentur(vt puto) duo & viginti.

*Vel agna feſtis cæſa terminalibus.*Et numeri cõcinnitas,& elegãtia diſpoſitionis magis probabit id, *Et cæſa feſtis agna.*

Diſiunctio quoque duorum verſuum poſtremorum odioſa eſt, *Omnem relegit Idibus pecuniam, Quærit calendis ponere.*quia verſus non patiebatur *relectam*. Sic tamen poſſumus mederi huic næuo, *Omnem vt redegit.* Verùm huic vitio non rarò eſt obnoxius:nõ ſolùm in carminibus,verumetiam in aliis poematum generibus. is dicitur à nobis,Hiatus. D

In tertia, non eſt illud ſupino aut oſcitanti iudicio admittẽdum,quippe ait Iaſonem à Medea perunctum allio,ſcilicet vt eo medicamento eſſet à tauris tutus:at enimuerò eadem quo modo vnxit veſtem qua Creuſa flagraret?

In quarta illud quoque conſiderandum: *Lupis,& agnis quanta ſortito obtigit.* Si Sors & Fors vnum eſt:quare *ſortitò* hîc naturam dicit: fortuitũ autẽ non naturam,ſed aut caſum, aut caſus ſimilem euentum. ſiquidẽ Ariſtoteles à caſu fortunam diſtinguit. An igitur Sors eſt εἱμαρμένη,Fors autem τύχη?ſic enim videtur hîc.an bene alibi diximus,*Horhane contempto ſedet.* Quomodo cõtemnebat Othonis legem: quæ permittebat habenti quadringenta millia,ſedere in quatuordecim? Præterea neſcio an ora dicamus nauium rectè, quia & roſtrum. nam ſanè roſtrum triremibus eſt:os non eſt.

In quinta ſunt aliquot loca minus ingenuæ: anxia dico, neque liberò ſpiritu edita. qualis ille verſus, *Herbasq;,quas & Colchos atq; Iberia*
Mittit venenorum ferax. Eæ coniunctiones inter ſe non reſpondent.& eſt ſonus inſuauis *,quę quas. Quæ terra plantas Theſſala atq; Iberia.*
Neque Colchos repetes vt ipſe,qui mox,

*Flammis aduri Colchicis.*ita inde ſtirpes, hinc flãmas appones.& ille verſus obſcurę dignitatis,

Abacta nulla Vtia conſcientia: imò *multa conſcientia*,multorum ſibi facinorum cõſcia.ſed intelligendum eſt non fuiſſe abactam, i. diſtractã à malis facinoribus. Omnino durũ eſt: & ſonus quanquã diſpar tẽporibus,tamẽ idem plebeius. neque intelligo quid ſit,*quantum extant aqua Suſpenſa mento corpora*. quænam in patibulo ſuſpẽſa extant ab aqua?Et illa ignota mihi,

Interminato cùm ſemel fixæ cibo
*Intabuiſſent pupulæ.*imò *terminato*. nam Interminatus eſt infinitum:at ille finitum oſtendit, cùm dixit,bis tẽrue mutatã dapẽ. Et qua natura doctus ſcripſit fixas eſſe pupulas ab inedia?

*Senem quòd omnes rideant adulterum.*poſuit,*quòd*, pro *vt*. *Quid accidit? cur dira barbaræ minus*
Venena Medeæ valent? Hæc diligentius inſpicienda.nânque accipit hîc ſua venena, quæ ait efficacia fuiſſe Medeæ,ſibi minus valere.at quę venena? quibus cremauit pellicem.at ea non exercuit aduerſus Varum :ſed philtris tantùm egit.Itaq; ait hîc,amoris eſſe poculũ:&,*Non vſitatis Vare potionibus Ad me recurres.*ego potius dicerem: *cur dira barbaræ magis Venena Medeæ valent*:ſcilicet,quàm noſtra. *Indormit vnctis omnium cubilibus Oblivione pellicum.* Neque ſtructura placet.& hæc hiant, diſiuncta à ſuperioribus.& verbum *indormit* inſuaue eſt.

Ad me redibis:nec vocata mens tua Marſis redibit vocibus. Si fiet amens, quomodo faſtidiat poculum quod mox minatur?& omnino illa ſũt duriſsima, *Venena, magnum fas nefasq;,non valent*
Conuertere humanam vicem. Profectò ſi iam lapidibus infectata eſt plebs,ſi interemptæ anus, ſi inſepultæ à lupis,& auibus laceratæ: quid addit, *Neque hoc parentes,heu mihi,ſuperſtites*
*Effugerit ſpectaculum.*quid enim agant parentes tunc? Animaduerte vocem hanc,*alites*,multis in locis ab Horatio repetitam:quam adeò amauit,vt maluerit hîc,quàm quod potuit, *Vultures.*& fugiſſet licentiam neglectæ collisionis.

In ſexta diſpoſitionis quoque paruam curam habuit,*Inultus vt flebo puer?* nunquam ſic loquor, quaſi non potuerit tũ commodius tum ſimplicius,*Inultus vt puer fleam?*

In ſeptima,nec capio illũ loquẽdi modũ:*Neq; hîc lupis mos,nec fuit leonibus,Vnquam niſi in diſpar feris*. Non enim vſquam apud quempiam inueni. An

ni. An eſt *indiſpar mos*? an *diſpar feris*, pro diſparibus. miſerè concinnant. *in diſpar* addunt, genus. Neque verum eſt Britannum fuiſſe intactum.vel lege Cæſaris Commentarios. A

Octauam & duodecimam nebulonis ac nequam eſſe oportuit,non Horatii.

In nona minus bene appellatur Antonius, *dux Neptunius*. Eſt & illud molle ac languidũ, *actus freto*.victus,pulſus,aut tale quid.ſed pes repugnabat, *Vt nuper actum dura cùm ducem fuga*
Seruauit vſtis nauibus
Vbi minatum vincla.
Illa verò ferre nequeo,
Ad hunc frementes verterunt bis mille equos
Galli canentes Cæſarem.
nam & inſuauia ſunt: neque conueniunt pugnæ nauali. Sed & illi duo verſus odioſi, B
Hoſtiliumq; nauium portu latent
Puppes ſiniſtrorſum citæ.
Quid *citæ*, ſi *latent*? aut ſi *latent puppes*,proræ nõ latent. Neque enim circunloquutio eſt, *puppes nauium*,id eſt,naues. Quid illa?
Curam metumq; Cæſaris verſum inuat
Dulci Lyæo ſolueres.
nam quomodo parta victoria poſsit eſſe in metu,quem vino ſoluat?

Vndecima aſpera eſt & inſuauis, neque digna legi.

Tertiadecima ſimilis eſt aliarum.inuitat enim ad vinum ex temporum occaſione. Quod C hîc de Achille,idem in ſeptima primi Teucer. Sic bibit ille & vere,& æſtate,& hyeme,& ſemper,& vbique,& multum.

In quintadecima cùm ſcribit de inertia,inſeruit amores Mecœnatis. Neque verò excuſetur, quòd illos cum ſuis comparet. non enim idem ſunt,inertia quæ prohibet ſcribere,& amor qui iubet.

Sextadecima elaborata eſt,alternis iambicis puris.Iccireo & factu difficilis,& emendatu. Duriſsima ſanè multis in locis,& quaſi inuitas quaſdam partes habens. tota igitur inepta eſt. Quis enim paululum modò pudens auſit hortari treenta millia ciuium Romanorum ad vrbẽ deferendam: præſertim cùm in bello ciuili neceſſe ſit alteram partium vincere? Durum epithetum, *Cærulea Germania*: ab oculis opinor: ſanè inepté. Antiquè nimis vſus eſt verbo *cavent*. D
Quæq; cavent ventis & ſolibus oſſa Quirini.
Sicut Plautus ad Ianuam, *Caruit ne te febris heri?* At Cicero in Tuſculanis aliter docet nos. nõ enim egent ventis oſſa Romuli: non igitur carent,vbi non habent. Sic mox, *cavere laboribus.* quia & apud idoneos authores inuenimus dictum,*carere moleſtia*. Qui ſequitur verſus profectò à me non intelligitur,

Forte quid expediat communiter aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus? Niſi dicas,*quæritis communiter*,i. omnes, *quid expediat aut melior pars quæritis carere laboribus*. at idem eſt. vides verò quantam duritiem. & quæ ſequuntur etiã aſperiora,Hęc ſit optima ſententia:ire quocunque fors tulerit. velut profugit Phocẽſium ciuitas. Verùm deeſt relatiuum quæ,ſcilicet,*reliquit agros*, &c. Mancus ſanè ſæpe eſt Horatius ad hunc modum.& illa plebeia,*ſunt imis ſaxa renarint Vadis leuata.*& quod ſequitur,*pigeat*, melius liceat.ſic reſpondebit,*ne ſit nefas.*

Ameriq; falſa lauis hircus æquora.
vbi reperit hircum,quem hîc poneret abhorrẽtem à mari? nam nullum eſt animalium quod magis amet ſaliquare non aut ſimtam, aut ſelẽ dixit potius,quib' beſtiis nulla peius odit aquas?

At pars indocili melior grege mollis,& expes
*Inominata perprimat cubilia.*ſic lego *at*, nõ *aut*: vult enim illos qui in iſta iurarint, abire: alios verò remanere domi.Illos igitur abire,quemadmodum apes abeunt:hos autem non. Iccirco dixit eos meliores *grege mollis indocili*. qui nequit doceri,ne deſerat lares ſuos.Cæterùm vox illa *melior*, non conuenit ſententiæ. nam ſi ſunt meliores apibus, ergo & iis qui apes imitãtur. igitur ſententia tua non optima,qua ſuades fugam. Hos igitur qui malint frui malis præſentibus quàm ſperare commodiora, ait malcominatis incubaturos cubilibus,i.manſuros Romę: vbi coniugia à fatis damnata ſunt bellorum ciuilium infelicitate. Verùm illud verbum *perprimat*,fœtet auribus puris.quod autem ſubſtituã, haud ſanè nunc in mentem venit: *Sordidet* tamen,non diſplicet.quo etiam augeatur contemptus puſillanimorum. Quid verò dicam de vinea,quæ ſemper floret? puto eam nullum vnquã fructum laturam. ait tamen,

Et imputata floret vſq; vinea. poſuiſſem,*turget*, aut *fundit*,aut aliud melius:vt *fœtat*. omnia hæc miracula quæ incitent peregrinum ad iter inſtituendum patria relicta.Illud vulgare, atq; hic otioſum,

*Leuis crepante lympha deſilit pede.*neque conuenit *leuis* epithetũ deſilienti.*deſilit* enim quia grauis. Tuearis tamen ex Hippocrate & aliis, leues aquas ſalubriores. Multis modis mutari poſsit, *crepante pura*,& alia. cùm dixit capellas venire ad mulctra,quid addidit?

Refertq; tenta grex amicus vbera. & appoſitio illa *amicus*,languida, ac pedi potius quàm ſententiæ ſeruiens.non auſim reponere *beatus*: non repugno tamẽ: *Saturq; tenta grex reportat vbera.*verbum verò *circumgemit*, non conuenit vrſo irato.ſed circumfremit. Ad hæc,qui ita cecinit,

Reddit vbi cererem tellus inarata quotannis: quî potuit mox ſubdere? *pinguia nec ficcis urantur ſemina glebis.*id quod Iouis aſsignat benignitati, qui temperati aeris beneficio affecerit illas inſulas.

Carmen in Canidiam nõ eſt palinodia,vt ſcripſere:ſed diſſimulata recantatio: nec tam diſſimulata,quin appareant opprobria manifeſta,

O nec paternis obſoleta ſordibus,&c.ſed & apertius,*Amata nautis multum, & inſtitoribus*, & quæ ſequũtur.Itaq; eadẽ eſt tũ materia tũ finis, quæ & in iis poematiis quib' illã infectatur, oratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis autē,quem Græci rethores Ductum vocant, alius. nihilo felicius in hoc fluit, atque in aliis. Responsio quoque haud multò illustrior. Iam illud nequaquam verum est,

Luxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem:
Postquam relictis manibus rex procidit
Heu pernicacis ad pedes Achillei. Neque enim fuit Hector addictus auibus, postquam Priamus eius cadauer impetrauit ab Achille: sed à patre sepultura affectus fuit. nisi dicas, prius expositū feris, postea redemptum eas luxisse. Illa verò nō cohærent,

Dedi satis superq; pœnarum tibi.

Quid tum postea? sequitur quod non consequitur, *Fugit iuuentas.* Quinetiam ruborem iuuenilem in Venefica, minus prudenter appellauit verecundum. Res ita est: ar communicatio significatus non est ex decoro. Præterea quis dicat, colorem reliquisse ossa? non igitur debuit dicere *ossa amicta pelle*: sed reliquisse pellem amicientem ossa. Par dissolutio & in illo,

Tuis capillus albus est odoribus:

quid enim sit, nescio. præsertim cùm & quod sequitur, æque disparatum sit,

Nullum à labore me reclinat otium.

vt videantur ab alio illa tota interposita,

Amata nautis multum, & institoribus
Fugit iuuentas & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida.
Tuis capillus albus est odoribus.

Nec conueniunt comparationes. Ardeo vt Hercules. rectè. Ardeo vt flamma. non rectè: sed vt Ætna. non autem flamma in Ætna. Malam quoque ineat gratiam ab ea voce, *prudens*: quā tam scelerato loco statuit,

Nec in sepulcris pauperum prudens anus
Nouendiales dissipare puluercs.

Et vltimus versus, quemadmodum alios tum suprà tum alibi designauimus, dissitus à proximo, & inconcinnus: quid enim est,

Vtcunq; fortis exilis puerpera?

In responsione posuit nautas nudos in hyeme,

Non saxa nudis surdiora nautis.
Neptunus alto tundit hybernus salo.

Sed sit satis. ne omnia excutiam, quorum sanè tædet.

Seculare carmen, doctum, plenum, tersum, laboratum, felix. Argumentum ex formula & præscripto à Pontificibus per libros Sibyllinos constituto, non potuit lenius tractari quàm factum est. Vides enim temperaturam pedum duriusculam. id quod in hoc solo poematio frequentius euenit, quàm in libris carminum quatuor. Hoc autem contingit, quoties duæ syllabæ dactyli priores in eadem voce sunt, quod & in quarto monuimus: veluti,

Lenis Ilithyia tuere matres.

Sic fit in sequentibus, Lucina, decreta, regina, mutare, muniuit, bellante, responsa, neglecta, fulgente, Diana, sentire. Quod si, vt ex Donato docuimus, vnam facias vocem cum copulatiua, adiunges his, certámque, acceptúsque, apparérque, Albanáque, terraque, prolísq; syluarúmque. ita fiet vt paulò minus quarta parte iis numeris tam bonum poema fiat insuaue.

Quæ verò aut nouè aut acutè dixit in carminibus, hæc sunt & eiusmodi,

Nec partem solido demere de die.
Sic te diua potens Cypri, i. domina: quod Homerus, πάφιον τε Κύπρον τε εὐκτίμενον.
Africum decertantem Aquilonibus, omissa præpositione.
Semotiq; prius tarda necessitas Lethi corripuit gradum.
Simplex munditijs.
Mœonij carminis alite: i. auspicijs.
Ambiguam tellure noua Salamina futuram, id est alteram Salamina: quare nomen ambiguū futurū est: verius fuerit.
Sanguine viperino cautius vitat. Sic alibi, *cane pejus & angue.*
Auritas quercus, audientes Orpheum,
Auunculi magnæ prodigium Paulum.
Ventis debes ludibrium: sicut alibi, *debetur gratia*: è Græco.
Coniurata tuas rumpere nuptias.

Mille locis vtitur his infinitiuis: vt mox,

Furit te reperire.
Defendit æstatem capellis: sic Virgilius,
Solstitium pecori defendite. quare non oportuit Gellium tam laborare. Et vtitur hîc, *vtcunque*, pro quandocunque.

Nullam Vare sacram vite prius seueris arborem. pro potius aut melius: ex Græco, vt mox docebimus,

Quis desiderio sit pudor, aut modus.
Quę Lyris quieta mordet aqua taciturnus amnis.
Insanientis dum sapientiæ consultus erro.
Bruta tellus
Ferre iugum pariter dolosi
Fortunaq; dulci ebria.

Sic Anacreon, ἄφρων μαθών. durius apud Theocritum de Amyco, ἴδεν δ' ἀπαγὲς μαθών.

Quo locorum, quo loco, vbi locorum.
Obliquo laborat lympha fugax trepidare riuo.
Cuius octauum trepidauit ætas claudere lustrum.
Define mollium querelarum.
Periculum fulgens contremuit domus: transitiuè.
Ille dies vtranq; ducet ruinam.
Non Siculæ dapes dulcem elaborarunt saporem.
Flagitio additis damnum,
Dedecorum pretiosus emptor.
Conuerso in pretium deo.
Languidiora vina, crassa vetustate, aut dulcedine
Sollicitam explicuere frontem.
Qua notam duxit niueus videri.
Densum humeris bibit aure vulgus
Dilapsam in cineres facem: quia iuuenis meretrix, fax: anus, cinis.
Integer vitæ (vt integer æui) *& sceleris purus.*

Horatium verò magnis operibus sese ad Græcorum lyricorum imitationem comparasse, multáque ex illis expressisse, alibi dictum est à nobis. Quorum libri si extarent, vehementer conferret ad efformandos animos nostros iis legibus, quæ nos docent quomodo ponendi sint pedes in vestigiis antiquorum. Cùm igitur alibi quædam loca designata sunt à nobis, tum ex Alcæo quæ descripsit Athenæus, hęc sunt. Direxit igitur illa, *Vides vt alta stet nive candidum*

Soracte, ad istorum normam:

* ὀράνῳ — Τ' εἰ μὲν ὁ ζεὺς ἐν δ' *ἀιθέρι πέζαι
χειμών, πιπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
Κάλει Καλλιτὸν χειμῶν, δὸς μὲν πιθοῖς
Πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
Μαλιχρόν. ἀμὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
* ἀμφὶ — Μαλθακὸν * ἀμβάλων γνόφαλλον.

Et illa, *Nunc est bibendum, nunc pede libero*, &c. ad hæc,

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς ὄρχησιν
* πίνειν — * Πίδην, ἐπειδὴ κῆτος ἄμμιν ἐξαγρεῖ.

Et illa ad verbum, quod & alibi monstrauimus,

* sacra — *Nullam Vare* * *sacram*, &c.
Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρον ἀμπέλου

Et illa, *Vitas hinnuleo me similes*: ex Anacreontis illis suauissimi is,

Οἷόν τε πῶλον νεβρίδων,
Γαλαθηνῶν, ὀρέος τ' ἐν ὕλῃ
κερόεσσαν — * Κερόεσσ' ἀπολείψθην.

Illa etiam, *Natis in vsum lætitiæ scyphis*, transtulit ex Anacreontis illis,

Ἄγε * δὴ τί μοι σὺ τοῦτο
Πατάγῳ τι, καλὲ λητοῦς
Σκυθικὼ πόσιν παρ' οἴνῳ
Μελετῶμεν, ἀλλὰ κώλοις
Τ' ποσὶν ὀρχησόμεσθα.

ARÆ P. VIRGILI MARONIS.

QVÆ nobis videbantur ad imitationis commoda conferre posse, duobus libris ita explicata sunt: vt vel nobis ipsis, vel etiam optimo cuique poetarum negotium facere ausi simus. non calumniæ authores, à qua longè semper nobilitatis vis abhorrere fecit: non gloriæ cupidi, quam si affectemus, multò maioribus operibus in vniuersa philosophia satis mihi superque paratam puto: sed more nostro, nequid acrioris perfectiorisque iudicii in libris nostris desideraretur. Quam diligentiam veritus nequis expectaret à nobis in diuinitate Virgiliana: illam vt par est, perinde atque fastigium quoniis humano ingenio altius admirati, hîc ei Aras statuimus: quæ ex suo modo finem imponat progressibus nostris.

LIBRI SEXTI QVI ET HYPERCRITICVS INSCRIPTVS,

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epinomis

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

POETICES LIBER SEPTIMVS,

QVI ET

EPINOMIS,

RATIO RECENSIONVM,

CAPVT I, PARTIS PRIMAE.

IAM hinc ad speratum (spectabat finem tot) vt sibi quidem videbatur) laboribus defunctus animus noster: cùm ei sese eiusmodi obtulerunt impedimenta, quibus animaduerteret, in tã secura sui opinione minimè licere sibi conquiescere. retrò nánque legens vestigia progressuum eorum, multas inueniebat quasi per stationes dispositas difficultates: quas (ne commentationum cursum retardarent) omissas, illis absolutis expediendas sibi esse existimabat. commodiore sanè loco tractari posse, ipso quasi corpore Poeseos cõstituto, quàm si per initia nondũ cõformatos auditores diduceret ad disceptationes. Cùm igitur eius leges & inuentæ feliciter, & prudenter digestæ, & subtiliter essent examinatæ, accuratiore opera de istis ipsis iudiciis rursũ noua facere iudicia non dubitaui: vt neque aliis temerè obsecũdarem, neque mihi insolentius aut parcerem, aut etiam placerem. id quod cùm affert multas maximásque labes ciuilibus officiis, tum in ipsa rerum naturæ cognitione nihil esse videtur pestilentius. Quamobrem cùm in iis quæ ad formam ac finem Poeseos pertinent, quæque eius complectuntur materiam, multa ex hominum opinionibus facessere nobis negotiũ consueuerint: de nobilioribus primo quoq; loco disceptandum est. quod vt plenius atque explicatius fieri possit, altius ordiendum censeo.

RERVM DIVISIO.

CAPVT II,

OMne quod est, Rei appellatione demonstratur. at harum rerũ quædã primariæ sunt, quædam illarum sunt imagines. Primarię, bos, homo, quercus: horũ imagines, picturę aut aliusmodi expressiones. Subtilius atque acrius intuenti, harum imaginum aliæ sunt ab arte totæ: alias totas sibi Natura vindicat. nonnullæ mistæ sunt, in quibus ars addidit aliquid Naturę. exempli gratia, Quæ imitationes sunt immateriales, eæ solę cõstant arte: veluti saltationes. quoniam solo corporis habitu motúque conficiuntur. his nullam suppeditat Natura materiam: simia tota est in Naturæ censu. hominis enim ibi efficta forma est. Mistæ verò sunt: quarum materias à Natura mutuatas, imposita facie quapiam, suas facit ars. hoc multis adeò modis fit. ac quædam sanè manifestę sunt, vt pictura, plastæ, marmoraria, fusoria. quædã vulgo obscuriora, non tamẽ latuere sapientes. nã si equus ad gestationẽ fuit à Natura comparatus, equum profectò trituratores imitãtur, vbi phalangibus paleas gerunt ad fœnilia. Quinetiam domus imago quæpiam videtur antri. Vacuas natura specus vbi primi mortales animaduertissent, earúmq; commoditatibus vsi essent: principiò ipsi quoque rupes excauarũt sibi: mox etiam contignationes excogitarunt. Maxima ergo artium pars imitatio est: quippe etiam Cerdonica ex corticum fortuitis vtilitatibus, spectatis in animalium genere munimentis vngularum, sese comparauit ad perones & carbatinas conficiendas: quarum rudimẽtis adiunxerunt facies elegantiores pòst ingenia commodiora. Sutrina quoque frõdium expressito perimẽta. Textrina ab aranearum operis tum fila, tum interconnexiones meditata est. cæterùm huiusce modi inuentorum rationes alibi tractãdæ sunt. Quod verò ad Rem pertinet: illud imprimis considerandum, omnẽ imitationẽ cuiuspiam finis causa institui. Nánque honoris ergò statuæ positæ sunt ab antiquis ad eorum memoriam qui præclarè gessissent rem: vt talibus exẽplis ipsi quoque posteri ad paria edenda facinora inflammarentur. Nulla igitur imitatio propter se. nempe ars omnis extra se prospectat quod alicui conducibile sit. non enim ensis sui causa fabricatus est, sed propter domini tuitionẽ. His ita constitutis, satis patet omnẽ sermonẽ nostrũ nihil aliud esse quàm imaginẽ. Rerũ nãq; sunt notiones ipsa nomina. vnde etiã ducta est appella-

Cerdonica.

Sutrina. Textrina.

appellatio. Est autem res omnis (prẽter Deũ) aut substantia, aut in substãtia, aut à substãtia, aut ad substantiã (nam Deus neque substãtia est, neque accidẽs: sed ipse) In substantia sunt accidentia. à substantia sunt actiones per qualitates, aut sine medio: ad substantiam sunt generationes, quas quũ Philosophus dixit esse medias inter esse & non esse; imitatus est seipsum: vbi itẽ dixit, dormientem esse medium inter viuentem & non viuentem. hæc autem dicta sunt ἀσυντάκτως. Ergo quodcunque est, est aut hoc, aut sic. verba igitur nuda ac singularia significant hoc, id est, quod quidque est: vt hominem aut album. composita verò significant sic: vt homo albus. Quarum igitur artium instrumẽtum oratio est, eæ omnes imitatione constituuntur. at imitatio non vno modo: quando ne res quidem. alia nánq; est simplex designatio, vt Æneas pugnat: alia modos addit atque circunstantias. verbi gratia: Ense armatus, in equo, iratus. iam hic est pugnantis etiam facies, non solùm actio. Ita adiunctæ circunstantiæ, loci, affectus, occasionis, temporis, orationis, euentus, pleniorem adhuc atque torosiorem efficiunt imitationem: qua oritur, præter æquabilitatem atque tenuitatem delineationis, vmbra, lux, recessus, partium promotio, vigor, efficacia. Hæc igitur omnia quum poetæ opera effingantur: eius finem totum fecit Aristoteles imitationem, quam omnium animantium soli homini attribuit tanquam peculiarem. Eiusmodi verò sententiam quum semel positam, sæpe repetitam perpetuò foueret: in duas nos abduxit absurditates. Altera est, vbi non solùm poesim in genere: sed ipsam quoque speciem Epopœiam cõmunem fecit & Sophronis mimis, & Alexamenis Teii dialogis, soluta conscriptis oratione, de Philosophia. Altera, quum ait, Herodoti historiam, si pedum legibus astringatur, nihilo secius historiam futuram. quorũ primum adeò est absurdum, vt ἔκστασιν fecerit genus solutæ orationis. De historia verò haud ita est. erit enim non historia, sed poesis historica. propterea quòd non est poetices finis, imitatio: sed doctrina iucunda, qua mores animorum deducantur ad rectam rationem: vt ex iis cõsequatur homo perfectam actionem, quæ nominatur Beatitudo. Quòd si sola imitatio poeseos finis est: si quicunque imitatur, is poeta est: etiam Socratica persona in dialogis, etiam orator poeta fiet in Prosopopœiis: etiam Plato poeta erit in suis Legibus, quibus excludit à suis legibus poetam: etiam in mercatu erit institor poeta, quum Heri iussa suis verbis explicabit. præterea Epicus, vbi introducet, poeta erit: vbi loquetur ipse, non erit. Simul Ilias & poema erit ex personis fictis: ex Homeri persona, non erit. Ad hæc, multa sunt genera carminũ, multa poematum, quorũ nullum iam hoc in censu reponeretur, Lyrica, Scolia, Pæanes, Elegiæ, Epigrammata, Satyræ, Syluæ, Epithalamia, Hymni, alia: in quibus nulla extat imitatio, sed sola nudáque ἐξήγησις, id est enarratio aut explicatio eorum affectuum, qui ex ipso proficiscuntur ingenio canentis, non ex persona picta. nam quod poetæ nomine defraudat Empedoclem: minus rectè fit. quin ipsemet eidem attribuit verbum sæpenumero, cùm de illo verba facit: ὁ ἰαμβοποιὸς ἰαμβοποιεῖ, inquit. Sic Pythagoras, Solon, Phocylides, Theognides, Parmenides, Nicander, Aratus, Oppianus, poetæ sunt ethici, naturales, theologi. Tum siquis Herodoti suauitates pedibus fecerit numerosas: efficiet is historicum poetam. quamobrem dicendum est, Poetæ finem esse, docere cum delectatione: Poesim verò esse politiæ partem, quæ sub legis latore, quanquam alia facie atque colore, continetur. Nam quæ iussa sunt in legibus; quæ sunt apud concionatorem, moderatorémque populi suasiones: hæ poetices opera certa atque separata, comparabuntur quibusdam amœnitatibus ad institutionem ciuitatis. Quare non est verum quod aiunt: cohærere Sophisticæ Poeticen, ita vt poetæ proprium munus sit, adornare mendacium. nam hoc surrepsit postea, seséque immiscuit ei simplicitati, quæ cum ipsa primùm poetice orta fuerat. Per initia nánque nudam recitarunt veritatem in Comœdiis: vt quicque gestũ, factum, actum erat. postea propter rerum nouitatem, fictæ res, quas nunquam spectator audisset antea, magis placuere. Ex quo plausu patuit aditus atq; ingressus in scenã mendacio. Sic iidem vehementer errarunt, quum scripserunt orationis esse proprium, significare verum necessarium. Quum enim non omnis res sit necessaria: & omnis rei oratio nota sit: non omnis erit oratio necessaria. Veritas, vt alibi dicebamus, est adæquatio notionum cum iis rebus, quarum notiones sunt. Orationis igitur proprium est significare. at necessarium significare, non omnis orationis: sicuti neque cuiusuis numeri par est proprium, sed alicuius tantúm. Frustra quoque alii à rerum magnificentia poeseos formã deduxere: sicut ii qui Comœdiã poematis appellatione indignam existimabãt propter humilitatem: quorum errorem suo quoque loco sustulimus. Quamobrẽ ita concludendũ est: Non ab imitatione: non enim omne poema imitatio: non, qui imitatur, omnis est poeta. Nõ à fictione ac mendacio: non enim mentitur poesis, aut quæ mentitur, mentitur semper. esset ergo poesis eadem, & non poesis. Denique imitationem esse in omni sermone. quia verba sint imagines rerum: Poetæ finem esse, docere cum iucunditate.

VTRVM POETA DOCEAT MORES, AN ACTIONES.

CAPVT III.

STudiosarum actionum quasi forma quædã est ea, quam rectã rationem vocant Philosophi. Prauarũ verò an forma vlla est? nulla. sed illius absentia mali sumus, aut neque boni neq; mali. Quid igitur poeta docet? Vtrúmne actiones, quæ ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectibus animi, quas διαθέσεις dicimus, profi- A
ciscuntur: an eam viam, qua tales euadamus, vn-
de bene agendi facultas oriatur: & malorum fa-
cinorum fugiendorum ratio ineatur? Aristoteles
id censuit. Quum poema comparatū sit ad eam
ciuium institutionem, quæ nos ducit ad beatitu-
dinē: beatitudo verò nihil aliud quàm perfecta
sit actio: neutiquam ad mores cōsequendos de-
ducet poema, sed ad facta ipsa. Rectè sanè. ne-
que verò aliter sentimus nos. verùm quod ad-
dit, paulò est incōmodius: ait enim Tragœdiam
sine facto constare non posse, sine affectibus posse. sic enim ἤθη interpretor mores ipsos impræ-
sentia. sui nanque tēporis Tragicos poetas scri-
psisse forè fabulas ἀήθεις. Sic Zeuxin pictorem
nullos in operibus suis expressisse mores: Poly-
gnotum fuisse oprimum ἀνηθοποιόν. At enimuero B
si ἦθος est habitus ad agendū, is que à factis Tra-
gicis excludatur, erūt omnia fortuita, aut omni-
no temerè contingētia. Nam sanè Orestes semel
occidit matrem: hīc ἦθος nullum. non enim suo
more fecit. at suo more fecit Ægisthus: suo Po-
lymestor, Pylades, Euclio, Pseudol⁹, Ballio, Da-
mus. Itaque nō est quærendū, doccātne ἤθη poe-
ta, an μέθοδος: sed vtrū διαθέσεις, an cuenta. nam
tametsi præter morē fiunt multa: non tamen si-
ne affectu fiunt. hoc igitur quærendum. soluitur
autē ex iis quæ suprà dicta sunt. Docet affectus
poeta per actiones: vt bonos amplectamur atque
imitemur ad agendū: malos aspernemur ob ab-
stinendum. Est igitur actio docēdi modus: affe-
ctus, quem docemur ad agendum. quare erit a- C
ctio quasi exemplar, aut instrumentum in fabu-
la: affectus verò finis. At in ciue actio erit finis,
affectus erit eius forma. Quæ si cui subtiliora
quàm res postulat, videbuntur: ne molestè ferat
nostram diligentiam. nihil ei facilius quàm his
carere, si vti nolit. Etiam præter methodi ratio-
nem ab codē factum est: quū hoc attribuit Tra-
gœdiæ soli, quæ debetur vniuersæ Poeseos ope-
ræ. quemadmodū quum leges statuit numero-
rū ex vocibus vocúmque partibus: quas tamen
leges in illis promulgatas postea nusquā sciuit.

DE PARTIBVS TRAGOE-
DIAE, ET SPECIEBVS. CAPVT IIII.

DVas omnino partes idem Tragœdiæ
facit: δέσιν id est compositionē, etiam D
fasceationem dicas si liceat, sicuti fa-
sciatim: & λύσιν, id est solutionem at-
qi explicationē rerum complicatarū, quæ in exi-
tu est. Posteriores catastrophen appellarūt, tra-
iectionem verò illam, qua partes hasce coniun-
git, μετάβασιν, hoc est transitionem. Quæ ta-
men partes in poematis compluribus inueniun
tur. ac semper quidem in Epigrammate quod a-
licuius momenti sit. Species verò Tragœdiæ fa-
cit quatuor. Vnam πεπλεγμένην, id est implicatam
euētis & agnitionibus: vt Iphigeniæ & Orestæ.
Secūdam παθητικήν, vt Aiacem. Tertiam ἠθικήν,
vt Philocteten Sophoclis. Quartā non designat

per formas, sed indicat: Qualis, inquit, Prome-
theus, & quæ apud inferos agūtur. In iis deorum
personæ erāt: & omnino ab humanis alhorren-
tia spectacula. Quam partitionē accuratius ob-
seruare nos decet. nánque ad hanc rationē aliæ
quoque species inuehentur. quippe ἁπλῆ, id est
simplex ac deducta. cuiusmodi plerēque Æschy-
li. ea enim quæ inscribitur Periæ, penè simplex
narratio est. Item erunt quædam compositæ ex
lætitia & luctu: vt ex Ægisthi interitu Electræ
exultatio. Aliæ totæ luctus. vt in Œdipo. Non-
nullæ totæ lætitiæ: vt Sophoclis Philocteta. Sed &
illarum quædam omnibus communes sunt, quæ
nánque Tragœdia non est ἐκ βουλῆς, aut ἀβούλου
est enim vtriusque affectus plenissima Prome-
theus. Est eadem valde παθητική, atque ex ma-
xumè contrariis quidem. nam & vagus error I-
nachidos est, cum Promethei affixione Et Pro-
metheus semideus interit, vbi prædicitur iunē-
cæ ἀποβάσεως. ἤθοις verò expressio plantissima ex
fabro Vulcano, Mercurio caduceatore, Neces-
sitate, Promethei obiurgatione, atque etiam ex-
probratione, denique Inachidis conquestione:
vbi & πάθη sunt valde miserabilia.

AN FIGVRÆ DICTIONIS
AD HISTRIONEM PERTINEANT.
CAPVT V.

HAud parum operæ posuimus in iis
præceptionibus, quibus ad ornatum
instituti nostri, dictionis figuræ cō-
tinerētur. Aristoteles tamen ait non
interesse poetę, sed histrionis. non enim esse of- C
ficii nostri statuere quid sit ὑποκριτικὸν, ἢ ἐν ᾠδῇ, ἢ ἐν ῥυθμῷ,
ἀπὸ τῆς λέξεως τοῦτο, ἢ ἀπὸ τῆς ὄψεως. cui sentētiæ quo mi-
nus assentiamur, non pauca efficiunt. Principiò
negamus iussionem, votum, narrationem, com-
minationem afferre orationi faciem aliam ab ea
quæ vulgo vsui est. at hæc erat figuræ definitio.
Deinde etiam si ita sit: non tamē à poetæ & co-
gnitione & vsu aliena esse debere. tum autē in
gestu haudquaquam consistere oprationem, sed
in eo verbi flexu, quē Modū Grāmatici nomi-
narunt. Præterea nihil agit histrio nisi quod ac-
cipit: atq; eo quippe modo quo à poeta factum,
figuratum, dispositum est. itaque ne id quidem
quod ibi additur, ad rem facit. Ait Homerum à
Protagora castigatum, quòd vbi proponere de-
buerat, inuocauit. Nihil, inquam, ad sententiæ
confirmationē. quin potius ostenditur, inuoca-
tionem aliam esse à propositione: neque per ge-
stum aut actionem, sed per modum precandi at-
que indicādi esse diuersa. Quo tamen ex loco e-
licias Latinorum tum morem tū iudicium: qui
hac in parte Protagoræ censurā libentius quàm
Homeri legem sunt sequuti.

DE DICTIONE. CAPVT VI.

QVomodo diceremus ea quæ fuerint
excogitata, satis plenè demōstratum
est à nobis. Aristoteles quū hoc age-
ret, partitus est voces in hæc, κύριον,
γλῶτταν

γλῶτταν, μεταφορὰν, κόσμον, ποίημα, ὑφαίρεσιν. quare A
quod negabat λέξεως ῥῆμα poetices esse, nunc
cuertit. hæc nánque posteriora, dictionis figuræ
sunt. Omnis enim vox aut est propria, hoc est ex
vsu cōmuni eius nationis, cuius est oratio poe-
tæ: aut est alia facie, sdque nō vno modo. quip-
pe aut est peregrina hoc ille γλῶτταν vocat: quia
duæ fuerunt linguæ, Dorica & Ionica: aut est
gentilis, sed efformata tamen. nánque aut non
mutata facie proportionē habet significationis:
hæc est metaphora. Ridere enim Latinum est: at
Ridere prata, ita Latinū, vt aliud à proprio si-
gnificet. Aut inutat faciem duobus modis: nem-
pe quātitate vel variata, vel nō variata. Manen-
te eadem quantitate, veluti quum literarum fit
trāspositio, vt καλέουζα, καλάουζε: & verborum,
vt *Transtra per & remos*. Mutatur quātitas addi-
tione aut exemptione. Additio fit in principio, B
medio, fine: sic & ademptio. quorum exempla
habes apud Grammaticos. Γλάφυρος ille ponit ex-
emplum σήκωμα, quod Cypriis lanceolam signi-
ficare tradiderūt. Galenus Thessalis λιμένα esse,
quod aliis ἀγορήν. at λιμένα aliis portus. legimus
alibi σκαίλιον, aliàs ζκαιλιον apud Syros. Horum
multa sunt apud nos: *Gesa, Gaza, pero, caterua,
magalia, mapalia, meddix, suffex, sagmen, tiara, do-
lones*, alia. Huius figurę proportionem præ se
fert Archaismus. *-cui me fortuna precari, Tibi
decet, Silicernium, Nauci, Pipulo*. Sic πόνυξ a-
pud Homerum, quod præter cæteros etiam Ga-
lenus animaduertit. Peregrinitatē irridet Plau-
tus in Trinummo. *Tam modo*, inquit, *Præneſtinus*. Γλάφυρα etiam vtitur, quum dicit *technam* pro C
dolo. Et λῆρον λήσειν, & ῥύσιον, ἵνα καλῶ ῥυσιμίμους:
sed vrbanius diuinus vir in Poematio, *Ardon*
pro Philomela. habet enim nescio quid suauita-
tis. & in quarto consummati operis, *hyalum* pro
vitri colore posuit, tanto iudicio ac venustate,
quanta fuit à Grāmaticis ignorata. sic in quin-
to, *acta* pro litore. & ad eundem significatum,
-actæo Aracyntho in Corydone. Habes præter
hæc coniunctiones & seiunctiones verborum.
Antemalorum.

Quæ me cunque vocant terræ.

DE CHORO VETERIS
COMOEDIAE. CAPVT VII.

QVemadmodum à primis rudimen- D
tis fecerit Tragœdia progressus, non
latuisse hominum obseruationes at-
que memoriam scribit Aristoteles:
propterea quòd id genus poematis summo pri-
marióque in honore fuerit apud Athenienses.
Videtur autem ex Satyra Tragœdiā ille gigne-
re. quod si ita sit: iam de nomine ambigendum
non est. Quid enim est aliud Satyrus, quàm hir
cus? ex ridicula igitur factam nō solùm seriam,
sed etiam sæuā. Iccirco à tetrametris abductum
sermonem ad Iambos: quod genus carminis ma-
gis esset statarium. Nobis tamē videtur per in-
itia introductam omnium actionum miscellā in
cuiuscūque generis: postea verò certis iudiciis
per materias argumenta separata: vt alia dicere-
tur esse Comœdia, alia Tragœdia. Satyrā neque
parentem, neque sobolem, neque partem fuisse
Tragœdiæ: sed inter atrocitatē à propria scena
euocatam atque interfitam, ad leniendum exal-
peratas aures animósque spectatorum. ait ille
tamen eō deductam ab humilioribus atque e-
tiam ridiculis principiis. Satis constat ex eius hi-
storia, atque Philostrati narratione, rudē illam
extitisse ad Æschyli vsque tempora. Eū primùm
inconditam, ac feram immanitatem à priscis ac-
ceptam, tradidisse & auditoribus mitiorem, &
scriptoribus cōpositiorem: Primus enim cædes
à scenis atque spectaculis abductas, satis habuit
per nuncios repræsentare. Quinque essent Tra-
gœdiæ monoprosopi, diduxit recitationē in di-
uerbia: quare declarauit πρωταγωνιστὴν eum, qui
primas ageret partes: id est, qui potissimùm, &
plura. is clara atque alta voce vtebatur. Alter di-
ctus est δευτεραγωνιστὴς, cuius opera minor ac se-
cundaria vox summissior. quod & suprà scri-
ptum est. Aiunt Sophoclem addidisse tertiam:
fallō quidem. tres enim fæpe apud Æschylum:
apud omnes etiam quatuor aliquādo. Igitur &
huic legi nomen fecere. nempe quarta quū lo-
queretur, τριταγωνίσμα dicebatur. Author Pol-
lux. Et profectò Varietas ita est poetices κομψὴ,
sicuti Cypasis Corinnæ Quidianæ. Adeò
verò per gradus (velut cætera quoque vniuersa
hominum monumenta) fuit exculta Tragœdia,
vt quod in superioribus fecerat Æschylus, hos
in eo exercuerint posteriores. Itaque Athenien-
ses quum Plebiscito cauissent, vt ex iis poetis
tragicis qui vita functi essent, solius Æschyli fa-
bulæ recitarētur: huic honori notam addidere,
quum iuberent eas, non nisi castigatas de integ-
ro in scenam referri. id quod ab eius filio Eu-
phorione fæpe factum prodidere. Comœdię ve-
rò mutationes, emendationes, progressus, cultu-
ras, incrementa, perfectiones, omnia fuisse ob-
scuriora scribit Aristoteles: neque tā planè con-
stare de tēporibus atque authoribus, quæ, quan-
do, quíſq; inuerterit, dēpserit, addiderit, diges-
serit: propterea quòd eius longē minus fuerint
Athenienses studiosi. Quare sicuti Comœdiam
sibi Dores vindicabant: ita se Tragœdiæ iacta-
bant authores Athenienses. Adeò verò despe-
ctam fuisse operā Comicorum scribit ille: vt eis
serò datus sit chorus à magistratu. Hæc verba
quum interpretes docti, & boni viri explicarēt:
arbitrati sunt, ob maledicentiā nō prius in scenā
fabulas prolatas, quàm recensuisset chorū prin-
ceps ciuitatis: qui ἄρχων titulo, summus esset
annuus magistratus. is si chorum sobrium atque
temperatū inueniſſet: permittere solitum vt da-
retur populo fabula. sin acerbitatem in eo de-
prehendisset, agi vetuisse. verùm haud ita est.
Dari chorus à magistratu dicebatur, quia sum-
ptui non sufficeret poeta. Itaque ære publico id
curabatur. neque verò parua erat impensa illa:
quando magnus personarum numerus condu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cendus esset: atque in iis Choragus & Coryphæus, vnde illi discerent. Oportuit enim fuisse bene doctos artis Musicæ. Gratis ergo nolebant prodire, qui eo quæstu vitam sibi parabant. Iccirco ibi Philosophus ait, ἰδιώτας sese olim obtulisse aliquot ad choros, quasi *Volones* dicas: hoc est, vltro, nō quæsitos, neque allectos precio. Igitur priori tempestati rudes, pluris postea fieri cœpti pro scientiæ dignitate. Quòd verò ita sit, palam est ex maledicentissimis non solùm choris, sed etiam fabulis integris: quas & dare & agere per illos ipsos licuit magistratus. Ea sanè licentia serò sub triginta primùm Tyrānis compressa fuit. paucorum enim arbitratu res agebatur: penes quos poetarū metus, & ius vlciscendi simul erat. Nam florentibus antea populi rebus, publicæ prætorū insectationes & impunè exercebātur à Comœdiis, & libēter à spectatoribus, propter potētiorum offensiones, excipiebantur.

DE POETICES DIVISIONE. CAPVT VIII.

PEssimo consilio Græci Grammatici genera omnia poeseos ad duo summa fastigia retulere, quæ secundū loca distinguerēt: Omnis, inquiūt, poesis aut scenica, aut lyrica est. Lyrica diuiditur in Pyrrhicā, Gymnopædicā, Hyporchematicam. Principiò in scena gen⁹ omne poematis recitatū esse cōstat. deinde nō rectè faciunt, quū poesim partiūtur à saltationibus. tū non omnis scenica sine harmonia est ea quæ fidibus aptabatur. Ad hæc saltationes quoque nihilosecius tibiarum numeris componebantur. At tibiæ pro scenicis instrumentis semper habitæ sunt. Præterea magnus est poematum numerus: quorum nullum concinitur ad lyram: neque tamen in scenam propterea prodit, tanquam altera poeseos necessaria pars: Epigrammata, Sylvæ, Satyræ. Postremò sunt & ad lyram dramaticæ confectæ cantiones: qualis illa, *Donec gratus eram tibi.* quin & Epigrammata quædam talia, ac sine lyra quidem. Epopœia verò est & scenica, & non scenica: eadémque & ad tibiā accōmodabat sua carmina, & ad lyram. Item non omnia ad lyram, sed & ad barbiton, & scindapsum, & citharam, & psalterium, & fistulam, & phorminga, & assa voce multa ac maxima ex parte. Denique scena posterior est omni poemate, præter quatuor: Græcam Satyram, Mimum, Comœdiā, Tragœdiam. quin hæ ipsæ agitatæ sunt absque scenis. Primum enim Æschylum meditatum esse aiunt σκιωγραφίαν. Sed & ante recitatores illos Lydiastas, qui postea dicti sunt ab Opicis Ludiones, actæ sunt fabellæ per priuatas ædes à comessatoribus: quemadmodū in primo libro diximus. Ipse quoque Philosophus esse negat Tragœdiæ partem scenam, cæterúmque apparatū omnem: aitque Tragœdiam extra scenam esse nihilominus Tragœdiam. & quemadmodum diximus in primo, Laertius tradit à solo choro primùm actas fuisse Tragœdias.

Hæc sunt quæ de poeseos fine ac forma recensebamus: nunc quibus cōtrouersiis eius materia fuerit agitata, repetèndum est.

DE NEGLIGENTIA AVT INSCITIA PROFESSORŪ. De temporibus in pronunciādo. De pedibus scenæ conuenientibus. Versuum quorundam dimensio ac restitutio.

CAPVT I, PARTIS SECVNDAE.

QVibus artibus poetarum ingenia excolerētur, quū esset à nobis superioribus libris explicatū: non prius absoluisse opus illud videbamur, quàm addita de versibus comicis cōmentatione institutum teneremus. nam de origine, generibus, partibus fabularum, quæ in scenam afferrentur, & ab aliis olim, & à nobis ipsis perfecta disputatione, in animo habebamus totū hoc negotium legare iis qui de pedum quantitate, déque versuum ratione conscriberent. Verùm quum & maximus vir Erasmus, & post eum plerique alii ita hanc confecre prouinciam aggressi sint: vt & ille his non pauca reliquisse, & hi eadem illa aut nescisse, aut præteriisse videantur: coactus sum hac quoque opera tenuiore poetā nostrum eo prouehere, quò illorū auspiciis frustra peruenire tentasset. Ac sanè ipsa dimensionum cognitio cùm est per se necessaria, tum etiam si non esset, videntur tamen viri illi talē effecisse: siue ad eorum magnitudinem intueare, quā ad huiusmodi lucubratiunculā demississet: siue negligentiam spectes, qua mutilā deprauatámq; relinquerent.

Ac primùm quidē quam Erasmus affert, vereor vt accipienda sit dubitatio: Sit nécne certis pedibus astricta Comœdia. nam quanquam videtur hoc dixisse Quintilianus: non tamen pedum leges potius quàm trimetrorum præscriptionem desiderauit. sdque nō in omnibus, sed in Terentianis tantùm: quarum gratiam, quam orationis elegantia atque puritate consequutæ essent, diminutam putabat licentia versuum lon giorum: quum tamen Plautus nihilo sit in trimetris frequentior. Hoc autem amplius eadem in quæstione peccat Priscianus: Quosdam esse, qui in Terentii fabulis extare metra negent: atque eosdē tamen ait, illa quasi arcana quædam, sibíque solis cognita profiteri. Quid enim est hoc? negare numeros in versu quopiā: eosdémque numeros in eodem versu se solos dimetiri posse. Hanc sentētiam more suo de illo mutuatus Erasmus commodiorem fecit. diuidit enim eam: ciúsque partes ad diuersa refert iudicia. Alios inquit negare: alios quasi inutilem eiusceemodi existimare inuestigationem. Quorum vtrunque quum ipse reiecisset: quod erat priore loco, meritò quasi iudicatum omisit. Alterius autem rationem hanc reddere instituit: Non operam perdere nos indagandis versuum generibus. Tali enim diligentia effici, vt quæ librariorum incuria transpositæ voces sint, suis ex sedibus restituantur. Ego verò neque hoc esse video necessarium,

necessarium, & plus cōferre ad solutæ orationis libertatem. Nam neque vbiuis transpositæ voces, versus tollent connexionem: & frequentissimè deprehendimus, ob numeri necessitatem ita transpositas, vt si eandē sentētiam in epistolam fis allaturus, cogaris aliis sedibus digerere: veluti quum Terentianus Simo ait,

Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs
Fallaciæ conari, quo fiant minus.

Nam priore versu multa inuertas sine dispēdio numerorum. in altero autem & quotidiano sermone, & forensibus contētionibus aliter loquare. Itaque si librarii ita scripsissent,

Fallaciæ conari, quominus fiant, ex eorum temeritate hoc fructus capiamus, vt minore negotio imitemur. Hoc igitur non negamus: versuum legibus duci nos ad verborum sedes inuestigādas: sed in eo vllam esse vtilitatem, hoc verò negamus. imò conducere interdum magis, si transposita sint: quo ordine orationem nostram instituamus. Sed profectò hac opera plus fuit laboris sumptum, quàm captum emolumenti: vt non sine causa miraremur, summos viros tantùm studii in dimetiendis illis versibus posuisse, Priscianum, Donatum, Asprum, Iubam, Scaurum, Probum, Sulpitium, Varronē ipsum. quorum frequentiæ quum mihi in mentem venit, apparet illico aut obscura diligentia, qui infecto negotio eguerint successore: aut res ipsa perdita, quæ vel ab vno alterove tantorum virorum nequiuerit confici. Quare ea quoque causa, sed potissimùm ea, inquam, esse potuit, vt ad hanc contemplationem studium nostrum adhiberemus. neque enim sola res petenda iam nobis est, sed ipsa contentione de clarissimis viris victoria reportanda. Atque vt eorum iudicia hac quoque in parte emēdemus, simul ad parem operam incitemus ingenia literatorū: qui non minimā pronuntiandi rationem ex hac cōmentatione consequi sese posse intelligant. quemadmodum vbi animaduerterint neque aspirationem, neque sibilum, neque mutā inter se cōspirare valuisse, vt prima syllaba in voce *isthic* produceretur. corripitur enim in Asinaria,

Quid isthuc est? aut vbi isthuc est terrarum loci?

Qua in voce qui putant sibilū extrudi pronuntiando, neque morem seruarunt, neque etymologiā obseruarunt. Æoles enim, quos Latini maximé sunt imitati, quod alii ἰσθὸν dicerent, ipsi ἰστλὸν pronunciabant. Ita in verbo *isthuc*, satius fuit mutam abiicere. & fuit ratio: nam *is* pronomen integrum manet: cauda illa, quam nonnulli syllabicam vocant adiectionem, nullo dispēdio expuncta, etiā leniori locū relinquit cōiunctioni. Præterea multis in locis animaduertas, positura consonantium non produci vocalem: sed suapte natura niti breuitate: vt *in, sed, ad, quod, aliud, simul*. in quibus qui existimarunt oportere postremum elidi elementum, vehementer errarunt. Sed longè facilius videtur admitti posse breuitas in disiūctis, quàm vbi in eadem dictione coniunguntur. minus enim cohærent. At in coniunctis ita pronunciabant, vt positura nihil adderet moræ naturali breuitati. Sic *insidias* & *inferos* primam producere dixerunt: *indicationem* autem & *incantum*, corripere. quare si hoc vno in tractu atque tenore faciebant: multò commodius interiecto eo interuallo, quod separatis vocibus debetur, efficere potuere. nam si dicas *in sano*, atque ibi præpositio breuis sit, quæ in ipsis compositis lōga extitisset: quātò facilius breuis erit, si dicas *in diem*? quæ si componas, breuem quoque retinent. Exēpla verò huiusce pronunciationis tot sunt, vt non tam omittendis, quàm afferendis locis culpā meteri posse videamur. Non diuersæ, non eædem geminatæ vsum illum corrumpere aut impedire valuerunt.

In Captiuis,

In occulto miseri vīctitant succo suo.

Primus pes est Anapæstus: quia *ob* natura breuis. In Pseudulo & hoc cōparet: id quod postea dicemus de proceleumatico,

Ædium dominum lenonem Ballionem quærito.

Nona enim syllaba cum tribus subsequentibus pede vnico amplectitur. In Milite, *(giter.*

Et quidem ædepol omnes mores ad venustatem in-

Tres priores syllabæ in voce *venustatem* anapæstum conficiunt. Natura nánque breuis est secunda, sicut in *Venere*. ita etiā in *tempestate*, quia in *tempore*. In Epidico,

Illam ridibundam atque hilaram huc adducit si-

Primis tribus syllabis constat anapæstus. *(mul*

In Asinaria,

Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam?

Ex duodecima & duabus sequentibus anapæstum vides. In Casina,

Nunc ne tu respondere postules me tibi.

In verbo *postules* prima corripitur: quia à *possum* ducitur: hoc autem à *pote*. Quare miserum verbum *potest*, miris modis decurtarunt: vt in Trinummo,

Potest fieri prorsus quin dos detur virgini.

Vbi ex quatuor primis proceleumaticus fit. hæc igitur in coniunctis. In diuersis autem penè infinita. Pseudulo,

Lubet nunc venire Pseudulum scelerum caput.

Primus anapæstus. Captiuis,

Vel extra portam trigeminam ad sacculum licet.

Vox *sacculum*, dactylus, si nolis creticum: de quo mox. Par iudicium etiam ex Gurgulione,

Sitit hæc anus quantillum fitit? modica est. capit.

Octaua syllaba cum duabus sequentibus efficit aut tribrachum, aut creticum. In eadem,

Sedatum te. quàm longè à me abest? lumen hoc vide.

Septima syllaba collisa, præpositio & pronomen & verbum faciunt dactylum: & alterum dactylum tertia & secunda à fine, aut duos creticos. Rursus,

Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro.

Quinta, sexta & octaua, elisa septima, anapæstum creant, aut dactylum, aut potius tribrachum, si nolis creticum. Quippe quinta breuis natura,

Universidad de Deusto
Biblioteca

octauam vulgò rentur longam, vnde fiat anapæstus. Aliquis putarit primam longam tot consonantibus, frustra: ex quibus speret dactylũ. nos in Originibus ostẽdimus *ergo* Græcam esse: vbi obiter deprehendes *fac* longum, contra Grammaticos recentiores.

In Adelphis est tribrachus in tertia sede,

Iudicio de se ipse erit. vos eritis iudices.

Duo dactyli ex eadem fabula,

Ille futilis, somnium. smeres verò illum tuum.

duo, inquam illo, *somnium*: & illis, *verò illum*.

In Hecyra anapestus ex sexta syllaba, septima & nona, octaua elisa. verbum enim substantiuum corripit.

Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia.

In Amphitruone dactylus,

Inimicos ossa sum semper obtuerier.

nam *semper* primam producit natura. fuit enim *semiopere*: sicut *toper, toto opere. nuper, nouo opere.*

In Asinaria,

Deam sibi innocet quam lubebit propitiam.

Sexta, septima, octaua, tribrachus. non enim ausim exterere ex verbo *innocet*, tertium elementum quasi digamma Æolicum, quod alibi fecimus. Est enim πρὸς τὸ βοάω. In Casina duo,

Aut quasi lumbricus terram quidem te postules.

Primus dactylus, quia dicebant *quase*: sicut *nise, sibe, here*. Alter tribrachus, octaua, nona, decima. Ex eadem anapæstus,

Quid facies? concludere in fenestram firmiter.

Sicut in Rudente,

Illustriores fecit fenestrasq; indidit.

In Aulularia dactylus,

Ædepol mortalem parcè parcum prædicas.

Neque enim placet aduerbium illud iurãdi per concisionem pronuntiatum. Quid enim esset Æpol?

De verbo verò substantiuo multa quoque sunt exempla. In Milite,

Censen' verò adeò esse parcum, & miserè viuere?

&, *Dicas vxorem tibi esse necessum ducere.*

Et in Gurgulione, (dem.

Huic anui non satis est soli. canem esse hanc qui-

Est etiam operæprecium obseruare quot interpolationibus opus fuerit in aliis vocibus ad sustinendam pedum integritatem, vnde veteris pronuntiationis leges deprehendantur. nã quotus quisque hactenus putauit mediam natura corripi in hac voce *voluptas*? At corripitur. id quod & exemplis & ratione manifestũ erit. Sanè *volupe* & *peto* confecerunt nomen illud: quæ vtraque tota breuia sunt. Quamobrem inconsultò, vt sæpe, Erasmus sustulit vocalem de medio ex illo Andriæ,

Quod voluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitas.

Non nihil sanè sit, si mihi fuerit ita pronũtiandũ, *volptas*. nihil enim ad Theutonicũ sonũ accedere potest propius. Hoc igitur vt effugiamus, constituatur in prima sede, ex iis quæ posuimus præceptis, anapæstus, tribrachũ tamen esse constat ex multis aliis locis. Sunt versus in Casina quatuor,

Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea.
Quid deosculer te? quæ res? quæ voluptas tua?
Et meis inimicis voluptatem creauerim
Oh ifthanc rem quin te deosculer voluptas mea.

In Rudente,

Eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios.

In Pseudulo,

Minis viginti vendidit voluptas mea.

Animaduertemus præterea quàm celeriter multas vocales pronuntiando expediuerint, vt etiam cum sequentibus confusas obscurarint. veluti in illis, *scias. suæ, tuos, fuit, dies, deos, prius*: quæ omnia fiebant monosyllaba, sed & in aliis vocibus, quemadmodum in hisce exemplis deprehensum est. Cistellaria,

Persequar hac iam hoc loco cum altero constitit.

Non potes dimetiri quin aut bacchius sit, aut concisio exempta media ex voce illa *altero*. quo modo etiam nunc vulgus Italicum pronunciat.

Gurgulione,

Viden' vt aperiuntur ædes festiuissimæ?

Quatuor syllabæ, quæ tres primas sequũtur, pedem vnum constituant necesse est. quare aut vna ex mediis eximetur: aut erit epitritus primus. melius vt primus sit proceleumaticus. Captiuis,

Tibi ille vnicus mihi etiam vnico magis vnicus.

Quinque primis vocalibus vnus pes fit: quippe coactis in anapæstum. Quia *ti* pro *tibi* pronunciabant. sic & *mi* pro *mihi*, Æolẽsium more, quos imitati sumus. Quare ex octaua, nona, decima, vndecima, duodecima, tertiadecima, est alter conflatus anapæstus. Quod verò dixerunt de duobus comparatiuis, *potius & melius*, passa esse eandem fortunam, ita vt ex ipsis fierent totidem pyrrichii: non est verum in illo quem adducunt ex Andria,

Dabit nemo. inueniet inopem potius quàm te corrumpi sinat.

Aiunt enim *potius quàm*, esse anapæstũ. nos proceleumaticum agnoscimus. quemadmodum in aliis multis. Nam Erasmus quum sedibus imparibus receptum scribebat pro iambo spõdæum, dactylum, tribrachum, anapæstum: proceleumaticũ non rectè omisit, qui, vt puto, memoria excidisset: creticum verò, quem sanè putaret non admitti. nam si eam in sedem posse duci speraret, nequaquam tam multa carmina subuertisset. Proceleumaticus autem quum proximè ad naturã dactyli accedat: tribus modis sonum suum explicat. Aut enim mollis est, atque adminiculis quibusdam dactylo similior effectus: vt *Genua labant, ariete, parietibus*. duabus enim vocalibus constitutis, prior consonãtis vim quandam videtur obtinere. Aut est apertior: vt in versu Enniano,

Capitibus nutantes pinus, rectasq; cupressos.

Aut est coactus, ademptis consonantibus, quibus syllabarum breuitas impeditur: qualis est in Andria,

Sine

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Itaq; hunc ad versum quũ peruenisset Erasmus, neque in eo vellet metiri proceleumaticũ, quem in suis legibus nõ recẽsuisset: & putaret duriusculè fieri, si Æolicũ digãma tolleretur, vt proceleumaticus exiret: sustulit alio consilio. quippe vt excideretur tribrachus in duabus syllabis primoribus huius nominis, *inuidia*: & ex duab' postremis vocalibus vna syllaba cõcreta esset. Cæterũ vt in natura, ita in arte illius imitatrice nobis faciendũ est: nihil enim vel otiosè, vel superfluò agere. Igitur vt constet ratio dimensionis, si recipias proceleumaticũ: vnum tantùm moliris, quũ aufers digãma. sin malis tribrachũ: tum & hoc idẽ tibi curãdum est, vt amoueas: tũ præterea duabus confertis syllabis deformanda vox. Quòd si (ac verius quidem fortasse est) ita pronũciemus, vt ex iis duabus vocalibus prior quasi consonantis obtineat sonũ: iam ille primus pes, non amplius sit tribrachus, sed anapæstus. nam hunc ad modũ pronunciari, & in quibusdã proceleumaticis ostẽdimus, & apparet ex spondæo illo coacto poetæ,

Stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis. (ti.

& apud Horatiũ, *Vt Nasidieni iuuit te cœna beati*. Oportet enim esse quadrisyllabum nomen, vt tolerari queat alio versu. non autem pudenter inuertêre Grammatici sic, *Nasidieni vt iuuit*. sicut, *Nasidienus ad hæc*. Sic & Catullus, *pituita*: primam quum produxit, *Muccusq;, & mala pituita nasi*. non corripuit Horatius, *Nisi quum pituita molesta est*. Sed trisyllabũ posuit ita, vt medium elementum, Æolicum fiat digamma. quod & elicitur ex Aelii Stolonis iudicio, qui à petẽdo vitã, duci ratus est. Verùm quod in *inuidia*, fecit, vt vnã ex duabus efficeret syllabam: commodius fecisset in *iniuria*, illo versu, *Quo iure quaq; iniuria præcipitem me in pistrinum dabit*? Id quod si animaduertisset, non ausus esset eximere pronomen illud *me*, quod magna cum emphasi ac gestu ad timorem personæ positum est, & in omnibus legitur exemplaribus. Proceleumatici verò habes exempla tam frequentia, vt penè legitimi, non subditicii esse videantur. Ex Andria, *Mala mens, malus animus: quem quidem ego si sensero.* &, *Tibi generum firmum, & filiæ iuuenies virum.* Qui mollior est in hoc secundo, propterea quod, vtì diximus, *mi* & *ti* monosyllaba fuere: sicut & *tu, me, te*. Quod & alibi sæpe, & in Gurgulione,

Vnde pituita dicatur.

Curato. ego tibi quod amas, iam huc adducam.

In Aulularia,

Eam ego hodie faciam vt hic senex de proximo.

In Asinaria dubitari potest an sit proceleumaticus. Nánque in verbo *ostendo*, prima producitur natura, (phum.

Agedum illum ostende, quem conscripsisti syngra-

Commodius cõcides illud præteritum sic, *conscripsti*, sicut mox *scripsti*.

De cretico autem, quẽ isti omni conatu subterfugêre, pluribus tum rationibus, tum exemplis est disputandum. Nam si in Heroicum admittitur: si in Tragœdia, quod est poema clarum, nobile, elatum, castum, locum inuenit: quare in medium ac vulgatum sermonem non recipitaur? est sanè apud Poetam,

Et naufragum Scyllacæum. Dicent non fuisse librum emendatum. at Vari ac Tucæ iudicio emendatum fuit hoc, quod relinquerent. at est in emẽdatissimo, quod suprà adducebamus, si audias sine interpolatione,

Stellio, & lucifugis. At etiam illud existimat Terentianus, non autem dactylum,

Insulæ Ionio in magno. At est apud Euripidem in Ecuba,

Δυοῖν δ' παιδοῖν δύο τυχὸν κηδόμενα.

Quum dicere licuisset, παιδοῖν δυοῖν. Itaque nos quoque in Nemesi studuimus & auribus & gratiati, *Heu genus nefandum!* Poteramus enim, *Heu gens nefanda!* Et alio loco posuimus *sinistra*, potuit dici *scæua*. Cæterùm perpaucis aures poeticæ datæ sunt. Præterea si dactylus & anapæstus in iambi loca suffecti sunt, quorum vteruis vna illum & syllaba & tempore superaret: quare eam licentiam sermonis eadem puritas nõ coegerit recipere quasdam voces, in quibus esset creticus? præsertim quum ex ipsis solis aliquot integri versus constent. qualis in Andria,

Vt malis gaudeant, atque ex incommodis.

Nam & prior coniunctio producitur positione poetæ arbitratu, & posterior primam habet longam eadem lege. præpositio verò breuis est natura, ἐξ. Ad hæc ea nomina & verba, *Deus, dies, fuit, mea, tua, sua*, & eiusmodi de quibus suprà diximus: eò pertinent vt quum collectionem in vnam syllabam patiantur, doceant nos in cretico idem quoque fieri posse, vt emolliatur pronunciatione. Quis verò paulò diligentior non animaduertat antibrachium esse apud Homerum: αἰγανέον: in tam nobili versuum genere. & rursus, ἀδροτῆτα, si ita legas, non ἀδροσύνη. Et ex bacchiis omnib' tres toti Plautini in Amphitruone.

Nec æquum, anne iniquum imperet, cogitabit. (ne,

Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.

Habendum & ferundum est hoc opus cum labore.

Quas rationes Erasmus si notas habuisset, non transtulisset, ex, præpositionem in Andriæ prologo sic,

Qui bene vertendo, & eas describendo malè, ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.

Quod equidem vt non improbo: ita consilium non laudo, quo est adductus vt id comminisceretur ob amphimacrum vitandum. qui si his rationibus non acquiescat, exemplis saltem credere cogatur. Hæc verò quum essent propè infinita: multa omisi tamen, in quibus tergiuersari possent: & alia quanquam firma penè innumera, ne tædium parerent. paucis ergo contenti simus. Ex Hecyra igitur quum illud possemus adducere,

Eam calamitatem vestra intelligentia

supersedebimus duabus de causis. tum quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

pte liquidam non geminat in postrema dictione: tum quòd nos pronomen primo loco positum, monosyllabum agnoscimus. quare audiamus ex Asinaria,

Fortè si tussire occœpsit, ne sic tussiat.

Nec repugnarim si velit ita legi, *Fors si.* nam is erit magis ferendus, quàm qui putabat *si* corripi. id quod non sit, vt in compositis, *nisi, quasi, siquidem*. Acrius tamen intuenti neutrum probabitur. sed *Fortè*, pyrrhichium putandum, *παρὰ τὸ εἰρῆσθαι*. In Gurgulione manifestius,

Peruelim sepultam. sed quum adhuc naso odos meo.

Odor enim vltimam producit natura.

Ex Andria, *(est.*

Siue ista vxor, siue amica est, grauida è Pamphilo

Quo è versu creticum vt tolleret, non veritus est vniuersæ orationi detrahere ornamentum: pronomen illud scilicet, quod in secũdo statim loco legitur. Ex Eunucho duo,

Quæ cum amatore suo quum cœnauit, lignriunt.

Nam hîc effugere non possumus, quin aut prima in sede creticus sit, aut in quinta. Etenim secundam vocem si non collidas, sed integram relinquas (id quod frequenter fit: vt apud Horatium, *Si me amas.* & Plautus sibi licere voluit in Pseudulo,

Si de damnosis natis, aut de amatoribus:)

creticus sit ineuitabilis in quinta. Prima nánque pedis illius syllaba lõga est natura, non positione. quippe *cœnare*, mediam natura producit. Si verò collidas, tum in prima sede hoc euenit. Poteram & illum adducere ex Heautontimorumeno,

Ita ne comparatam esse hominum naturâ omnium.

Quem qui trochaicum rentur, nugas agunt. potius ad superiorum censum deducendus: quorum ratione vox illa *comparatam*, primam corripit. In Adelphis, *(sequi.*

Quam aut hîc non manere tandiu, aut nunc per-

Est enim *nunc*, νυῖ circunflexa: igitur & natura longa. Quomodo in Eunucho ad trochæos confugiant ibi?

Sed neminem curiosum interuenire nunc mihi.

Quem pro senario imprudenter nimis metitum sese Erasmus putat. In Aulularia,

Nempe sicut dicis. quid hic? non poterat de suo?

Aduerbium enim asseuerationis à Græco ductum νὴ, producit natura primam. Quis verò eximet à cretico illum in Trinummo?

Sit taciturnitati clam fidei ac fiduciæ.

Nisi qui ad miseram trochæorum aram confugerit. Quare illo obruantur ex Gurgulione: quem iambicus quin sit, vt sese in omnia vertant, efficere nequeant,

Liberi lepos. vt veteris vetusti cupida sum.

Non minoris efficaciæ in Amphitruone,

Conseras sermonem, nec ioco, nec serio.

Atque initio quidem arbitror vocalium imbecilliorum mollitie factum, vt subirent pedes alieni. sic dicimus, χρεὼ, πολιάδιον, πόλεως, πλέων. etiam vt bacchius receptus sit illo versu, hac eadem ratione,

Et læueis ocreas lento ducunt argento.

At hunc versum spondaicum existimat Diomedes vir doctus, non malè: vt mollior vocalis subeat fortiorem. Sic creticum interposuit, vt spondæũ faceret in verbo *amreo*. Quòd si in Tragœdia cretici sunt, in heroicis bacchius & antibacchius, vt tum Homeri, ὀρόων, tum Virgilii, *fluuiorum*, taccam anapæstum: non videatur fuisse tot monstra necessaria, quot isti eximendo elementa crearunt in *quidem, sicut, simul*, atque aliis. neque excludendas integras fuisse voces, aut alias spurias ingenuis supponendas: id quod fecisse Erasmum & suprà declarauimus, & in aliis ostendemus. Ad quæ antequam accedamus, de anapæsti quoque, vt de cæteris, receptione dicendum est. de quo Priscianus quum scriberet, excidit ei sententia sanè absurda: Erit, inquit, probabilis iambicus versus, & Tragœdiis aptus, si secundum & quartum pedem, non alios feceris quàm iambos, aut eum qui tribrachus est, aut anapæstus: quoniam sunt pares. Qua enim lege fretus anapæstum tribracho parem dixit? nam quod ait, etiam sedibus paribus anapæstum ritè collocari, verum est. sic enim multis in locis deprehendes: vt superflua sint exempla. In Pluto,

Ὦ 'γαθὲ μᾶλλον πρέσβυ' ἔστιν, ὦ ζεῦ χθονί.

Et bis in eodem,

Οἱ δ' ἐζητοῦντο, κἀκ τοῦδ' ὁδοῖσιν μ' ὁρᾷς ἴτν.

Verùm hoc est illi adeò frequens, vt nullus pudor Latinis sit iam futurus, quibus linguæ ratio persuasit, ne hoc attentius curarent: præsertim quum in Tragœdia quoque hoc admiserit, grauius sanè ac longè castius poema. Obseruantior Sophocles: Euripides minus obnoxius. minus enim parcit illis sedibus,

Γλῶτταν δ' ὀπορκώσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός.

Neque solùm in illis anapæstum: sed & in vltima in Oreste.

Αὐτουργός. εἶπερ γ' ἔμοιγε σοί ζυνοῦσι πόλιν.

Quem si tribrachum esse arguteris: syllabam nunc respicias, non legem illam qua vltima indifferens habetur.

Hunc Euripidæ versum ita legimus in nostro manuscripto. Impressum habet γλῶ. At Æschyli quoque est tribrachus in Prometheo,

Οὐκ μὰ πλάζειν, ἀλλ' ἁλισόνους γύπτιδας.

Quod verò suprà dicebamus: tolli Æolicum elementum aliquando: cuius exemptione detur locus syllabis pedes cõficientibus, multis exemplis obseruari potest. Cæterùm nequaquam ex Phormione, quemadmodum prædicabant illo versu, *Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti.* Erit enim proceleumaticus ex septima, octaua, nona, vndecima, elisa decima. Sed tutius ex illo,

Liberius viuendi fuit potestas. nam antea.

Neque temerè est enim *viuo*, Græcum βιῶ. Cui quum sit additum digamma, quare non & auferatur? vt quod sonus posuerit, lex sustulerit. Sic in Pseudulo,

Bones

Boues qui communas faciunt, herbasq; aggerunt.

Nam quemadmodũ in libris De causis, & in Exercitationibus dictum est, puto non admodum vegetam, contentamque fuisse literæ illius pronunciationem. sicuti neque in *euo*, neque in *eue*. quæ vt apud nostrates Germanos asperrima est, ita Vasconibus penè vocalis, non consonans: nedum vt duplex vspiam sit. Sed nequaquam par fuit ratio aut necessitas, vt elideretur idem digamma in verbo hoc, *inueniet*: co versu ex Andria, quemadmodum iidem commenti sunt,

Dabit nemo. inueniet inopem, potius quàm te corrumpi sinat.

Neque enim mutatur versus dimensio, siue tollatur, siue relinquatur. sed in principio Amphitruonis eximitur ex ea voce, *iuuentutis*. atq; ita fit anapæstus primus pes. propterea quòd secũda syllaba natura breuis est: sicut in affini suo, *iuuenis*. Eadem natura & ars in illo ex Gurgulione,

Iuuentute, & pueris liberis, ama quod lubet.

Longè alia ratio in Captiuis,

Nulla spes iuuentutis sese omnes amant.

Nam neque aufertur Æolica litera: & prima ipsa quæ erat consonans, fit vocalis, vt formetur dactylus in secunda sede. sic audias proceleumaticum in Captiuis,

Aliquem inuenire suum quicum mutet filium.

Fit enim ex quinque syllabis: quatuor cõstantibus, vna collisa, & extrito digamma. Atque hæc quemadmodum vera putẽ, satis dictum est: illud autẽ, quod aiunt, non est verisimile. Ad eundem modum extrudi consonantem illã Æolicam ex coniunctione, *enimuero*. nam quid esset, *enimero*? Verùm vnicam syllabã fuisse, *enim*, quũ vellent, arbitror. siquidem Græcũ fuit ἐνῖ, & ἐνί. Neque repugnat longa vocalis: id quod etiã in libris Originum docuimus: sicut neque in *crepida*, χρηπὶς: neque in *venio*, βαίνω. Posteriorem autẽ vocalem ἐνί, pro consonante acceptã libet existimare: veluti in *cui*, & *Pompei*, & *Gai*. sunt enim monosyllaba, sicut & *hui*. & quod æquè durũ est propter sequentem consonantem, *huic*. At profectò quid tandẽ mirum sit? Nonne *suadeo* & *suauis* ita pronunciantur, vt secundũ elementum nullum augeat numerum syllabarũ ad pedes conficiendos? Et quot mõstra inuenias apud Homerum, præsertim in Odyssea? tot iambos, tot trochæos, tot nescio quid. Oppianus quoque μαλεδὸν ita metitur, vt duas priores syllabas corripiat. In quarto Piscationum,

Δελφῖνες μαλεδοῦσι μετὰ στόμα δέξατο τέχνη.

Vbi duæ mutæ sunt, non muta & liquida. Sed & creticum posuit in primo Venationum,

Ἢ πῶς αὖ δύσφρων ἀσκηθὴς μύσεσιν ὑπωπάς.

Vbi nisi ex cauda verbi tollas duo postrema elementa, etiam sibilum exterendũ est, vt fiat tertia dactyli syllaba. & sic ramẽ legitur. Apud Apollonium quoque in secundo, considerandum est quis sit pes ille primus in hoc carmine,

Ἀργείοις. ἔσσυτο δ' ὄρμῃ θεσπέσιος φέλος ἠδ' ὑπαυγές.

A Vulgò igitur ita quoque loquutos esse arbitro, non laturos scenarum barbariẽ, quæ de medio sumptum sermonem vsurparent. Qua ex re non vulgaris, neque mediocris oritur dubitatio. Si illi versuum generi licuit, vt quum vellent, suo modo: quum liberet, vulgatis legibus loquerentur: quare nõ & in alia poemata ius eiusmodi receptum est? Ergo in tãta licentia quis mirabitur, versum quoque multã variámque mutationem tolerari potuisse? quippe quum alii currissimi, alii adeò longi sint: vt mihi libeat cũ Plautino trapezita iocari, qui sic ait,

Dum vnũ scribo, expleui mihi totas ceras quatuor

Quibus dimetiendis & negotium sibi exhibuere docti: & causas reddere conati sunt continuorum quibus adducti sint poetæ; hoc vt agerent, sed quas causas mox videbimus. Quantus verò ille in Eunucho?

Et magnifica verba: verba dum sint. verùm si ad rem conferentur, vapulabit.

Hic enim sunt sedes vndecim trochæorũ. quare hîc quoque ab illis dissentio, qui vnum esse versum arbitrati sunt. mihi sanè videntur duo. Ac prior quidem trochaicus dimeter brachycatalecticus: alter verò octonarius. Sic enim pronunciauit, vt quum sic dixisset,

Et magnifica verba: Substitit, affixítque ibi propositum in verbis. postea cum re simul sententiam mutauit: vt pro factis facta redderet, & verba minitaretur. Priscianus distinctionis causa breuiores insertos versus dicit. verùm neque ille distinctio hæc quid esset declarauit: neque nos, quid sibi velit, sanè scimus. Nam quæ distinctio debet esse, non solùm in eadem scena, sed etiam persona? quæve in primo statim ingressu grauissimæ fabulæ Amphitruonis? vix in scena pedem posuit, quum ostendit se sibi non constare. Quid distinguit ibi rerum, quas nullas adduxerit? aut quæ varietas in Pamphili conquestione: cuius vna tantùm materia, duritia patris. Ergo qui in eodem argumento, quod proposuerat, perstaret: quo consilio tetrametris illud inseruit dimetrum?

Quod si fit, pereo funditus.

Alii, vt sibi videbantur acutiores, è rebus ipsis duci nõ solùm pedum statum aut cursum, sed etiam versuũ tractus prodidere: In re perturbata mutari versus, pedésque ipsos confundi: in celeritate trochaicos trudi: grauibus personis statarios sermones fieri ex spondæis. Afferunt huc non tam pro teste, quàm pro iudice prudentiam Virgilianam, diuinam illam profectò mihi, ac venerabilem: qui rem verborum nitore, ac numerorum æquabili concinnitate oculis subiiciat. ego verò vt horum amplector diligentiam: quam tanto studio in meis poematis exprimere conatus fuerim: ita in Comœdiis, in quibus ista fieri profitẽtur, falsum simul atq; superuacaneũ animaduerti. Nam si in personarũ statibus diuersis, si in continuis negotiis, si in fabularum partibus maximè inter se dissimilibus, idem pes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

edem pedum ordo, idē carminum genus osten-
datur: iam nulla causa est quin horum sententia,
tāquam vana explodatur. Ergo in diuina fabu-
la ac verē Thesauro (quam leui nimis de causa,
vt alibi dicebamus, Trinummū inscripsit Plau-
tus) Protasis trimetro iambico tota constat, i-
tē Epitasis, tū Catastrophe. Stichus è cōtrario,
tota trochaicis lōgis. In Mostellaria adolescenti
Philolacheti perdito ganeis, & luxu atque otio
corrupto, quisque vnam modò rem ageret, vt in-
saniret ventri, dati sunt versus omni pedū pe-
nē genere pleni. Tranioni autem seruo trepido,
in re desperata versus compositi, atque sibipsis
constates. Seni Teuropidæ, viro graui, parco, læ-
to, aucta re, amoto maritimorum metu periculo-
rum, senarii iambici. Quid grauius Amphitruo-
ne? quid statariū magis, quàm finis fabulæ con-
uersæ? concluditur tamen fabula trochaicis. In
Sticho verò tam iambis potant, quàm trochæis.
Gurgulio currens in re noua, nouo nuncio ve-
hitur quidē trochæi rotis. at Acanthio in Mer-
catore, haud absimili in re quadratis vtitur iā-
bicis. at isdem in Terentiana Phormione Geta pari in negotio. Ergasilus verò parasitus in
Captiuis, tam trochaicis quàm aliis: qui tamen
ageret similem cursuram. quemadmodū & Di-
nacium puer in Sticho nuncii author noui, v-
triusq; mistim vsus est. Præterea trochaicis Har-
pax Cacula militaris in Pseudulo, dum lenonem
luserit. Trochaicis Erotiū meretrix in Menēch-
mis, vt obsonium comparandū curet. at ē con-
trario trochaicis Lysiteles adolescens, & grātis,
& frugi in Trinūmo: & Chremes senex, vir bo-
nus atque temperatus, in Andria, seria imprimis
re, paterno animo, constanti conquestione.
quòd si ad Dauum respiciant, qui sequenti sce-
na iam otium atque tranquillitatem imperando
sibi, bellissimos fundit trochaicos: iam ipsi illa de
celeritate aliquid consultius remittunt. Quid?
quot quoties choros viderunt currentes? & ta-
men sciunt Tribrachum ab ipsis Chorium cog-
nominatū. quare Sophocles in OEdipo Ty-
ranno, accurrentem Thesēum, atque opem fe-
rentem, trochæis adornet ex horū sententia: nisi
eiusdem chorus iisdē pedibus claudat fabulam.
Quòd si argutulè cōminiscantur id eò factum,
quia chorus esset discessurus: quid Æschyli cho-
ro faciemus, qui in Persis stat, neque abit? quid
Darii spectrū, quod ab inferis veniens cum ma-
tre diu loquitur trochaicis? Neque secius Euri-
pidæ Pylades cum Oreste. apud quem Eteo-
cles quoque cum Polynice fratre ad manus iā-
iam venturus, non alio pede vtitur in cōtentio-
ne. In eiusdem Troadibus vnicā orationem tam
iambicis, quàm trochaicis habet. verùm exem-
plorū satis etiā ex ipsa Tragœdia. Poetas profe-
ctò istos comicos nostrates, vt in mentem vene-
rant res arripuisse, essq; numeros arbitratu po-
tius suo quàm legibus alienis accōmodasse reor.
Hi verò legumlatores noui plerique hoc suis in-
geniis obtinent peculiare: semel alicubi siquid
deprehēdēre, illico pro necessario præcepto ha-
bent, quod hominum genus maxima ex parte
piget laboris. atqui longo multóque opus est
studio, & opus consilio prudenti: acri iudicio o-
pus est. Quanquā equidem non negauerim, fa-
bularum initiis, vbi animos auresque spectato-
rum trimetris versibus imbuissent: ipsi sibi suo
quasi iure agerent deinceps interspersis alicubi
eiusdem generis longioribus. idque neque sem-
per, neque coactos, neque consultò factitasse ex-
istimamus. Fuit tamē hoc illis in more positum:
vt narrationibus trimetros maiore ex parte adap-
tarent: neque solùm in Argumētis, aut Prolo-
go, aut Protasi: sed etiā eiusmodi personis attri-
butos, quæ vel aliud agerēt, veluti Dauus in An-
dria, cū de aliis rebus loqueretur, alia vtitur ver-
suū dimēsione: vbi ad narrationē deuentum est,
de naui fracta apud Andrū, ad trimetros diuer-
titur, *Ad hæc mala, hoc mihi accedit etiam.*

Hæc Andria. Eadē in Epistolis quoq; obser-
uatio. In Pseudulo à longis in senarios deflecti-
tur. In Asinaria quoque, quod pactū cōscriptum
est inter adolescentē & lenam, senariis expletur:
quoniā sit narratio quædā. quanquā ne ibi quidē semper. Longis enim versibus narrat in Ru-
dēte Grippus, euētis fortunæ suæ sese bene ac-
ceptū: at in eadē, senex somniū trimetris. Ex v-
triusque verò, atque etiam aliis mistis, Sosia Am-
phitruonis. tametsi vbi iam conseritur prælium,
iamborum vim atque alacritatē minutiore gy-
ro flectit ac vibrat. Quum igitur tam incon-
stantem legē videamus: vt poetis illis neque cu-
ræ fuerit vt id facerēt: neque saluo puri sermo-
nis nitore efficere potuere, vtī numeris vteren-
tur astrictioribus: nos sic inuenta, aut qualia ex-
istunt, esse permittamus: vt siquid siniſtri sese
offerat, ne odiosē tanquā ius nostrum vel per-
sequamur, vel etiam extorqueamus. præsertim
quum licentiæ vitium à Græcis sumptum, la-
xiore, vtī solet, negligentia fecerint cumulatius.
Vt non tam monstrosi nobis versus quidam vi-
deri debeant: quàm miraculo ii qui puriores
exeunt atque commodiores. Nam sanè vel il-
lum primum ex Rudente, non impiger atque
hisce in lectionibus exercitatus dimetiatur,

Proh dij immortales tempestatem quoiusmodi.

An statuas in vltima tribrachum tam luculēto
aditu, imò verò ipso in limine fabulæ? non sanè
placet. An postremā vocē ita pronunties vt tri-
syllaba sit? Qui fiet id? extritāne duplici conso-
nante? tum verò quid erit, *quousmodi?* Quis sic lo
quatur? quid igitur agendum? videtur mihi in-
teriectio illa esse extra versum, *Proh.* Cui sena-
rius deinde substituatur. sicuti, φεῦ & *Hüi.*
nam ipsam corripere simul & primam huius
vocis, *immortales*, vt anapæstus exciteturr: mihi
sanè religio est. Similis versus in aurea Trinum-
mo, *Proh dij immortales conditionem quoiusmodi.*
& in Andria, *Nam qui cum ingenijs conflictatur*
eiusmodi. vt omnino mihi augeat suspitionem
distortæ pronuntiationis.

Illud

Plautinæ & Terentianæ Comœdiæ quibus numeris constent.

Illud verò quod aliqui dubitando, quidam e-
tiam asseuerando negabant, Terentianas fabu-
las trimetris circūscriptas: falsum esse deprehen-
dimus. Nam & apud eū poetam plus esse huius
carminis inuenies: & cōtrà, apud Plautum qua-
dratos, aliáque longiorum genera frequentiora.
Andria penè ex æquo diuisa in vtranque par-
tem est. haud enim ita multò ab longis senario-
rum numerus superatur. In Eunucho, & Heau-
tontimorumeno item. at in Adelphis penè ex
quadrante longi ab senariis exceduntur. Phor-
mionem potior senariorum numerus conficit.
Hecyra laxior fabula, ac pedestrior est. Itaque o-
mnium Terentianarum ad quotidianum ser-
monem quam proximè accedit. est tamen in ea
senariorum plus tertia parte. At contrà Plauti-
næ Amphitruonis & Rudentis vix totus qua-
drans expletur senariis. Asinaria, Epidicus, quam
tantopere ipse author commendat, Mostellaria,
Menæchmi, Miles, Mercator, Pseudulus, Aulu-
laria, Casina, Gurgulio, Bacchides aut ex vtrisq;
æquè constant, aut etiam minus habent se-
nariorum. Captiui verò, & Persa, & Pœnulus,
plus dimidio textæ sunt longis. Trinummus le-
gebatur hactenus tota quadratis ferè: eam nos i-
ta restituimus pristinæ sinceritati, vt ad quin-
gentos senarios excusserimus. quorum tamen
numero præstant longi versus duplo. Quā ope-
ram etiā Truculento quū impendissemus, paulò minus ducētis reformatis: tantam longiorum
inuenimus multitudinem, vix vt illorum hi es-
sent pars quinta. Atque is labor haud temerè
susceptus est: quum tam facilè mendaciū Quin-
tiliani authoritate tegeretur. Nam isti magni
viri, dū nihil inexcussum volunt, & fastidiūt le-
uiora, plus vsurpant nominis quàm ponant o-
peræ. id quod Erasmo quoque euenisse tum su-
prà ostendimus, tum ex multorum versuum
deprauatione cōstare potest. veluti ex Eunucho,

Habeat despicatam: & quæ nos semper omnibus
cruciant modis. Vbi genuinam lectionem
deprauauit, dum fugit creticum: neque potest
prætendere trochaicam dimensionem. Itaque
languidam atque inuenustam substituit vocem,
suspectam. Auxit hūc errorem maiore culpa, cùm
ex eadem illum profitetur è puris creticis,

Siccine agis? quis tu homo es? quid tibi vis? quid
cum ea rei tibi est? Quem tamen & iam-
bicum quadratum agnoscas: & nulla in sede cre-
ticum possis collocare. Pari infelicitate & illum
ex Andria creticis concluſit, qui esset integer
senarius,

In denegando modo quis pudor est paululum.

Restituta nanq; per initium præpositione, quam
ille nimis confidēter substulerat in prioris finem,
tolles illius & errorem & audaciam: simul de-
prehendes crassam temeritatē hominis, qui cre-
ticum ex tribus vocibus confectum iri sperauit
illis, *quis pudor est.* Verùm præceps ille fuit au-
thoribus emendandis. nam ex Seneca versum
illum fortasse Publianum,

Arcum intensio frangit, animum remissio.

inuertit, *Remissio animum frangit, arcum intensio.*
vbi Grammaticum agit non poetam. Dixisset
commodius, quod ad pedes attinet, sic legi posse;
nunc quum statuit necessitatem, causam suam
facit deteriorem. nam ad hunc quoque modum
senarius est: & in aliis apud eundem author em
senariis non obseruatas magis leges intelligas,
quàm in Comœdiis, aut aliis fabulis. Quod si a-
crius contemplere, longè concinnior sententia
est: quam deformat ille sua subuersione. Etenim
sententia tametsi æquabiliter de arcu atque de
animo pronunciat per cōtraria: animum tan
ad arcum referre vult: quoniā de animo quærere
statuerit. Itaq; non ab eo incipere, sed eo senten-
tiam terminare oportuit: præsertim quū præter
expectationē de animo sentiat. nihil enim mirum
intensione arcū: at mirū remissione animū fran-
gi. Quare & crescit oratio, & adeò vegeta est, vt
quauis pedum dispositione potior sit atque ac-
curatior. Adeò curiosa hæc ingenia, sui confi-
dentia, iudicio destituta, & se & alios fallunt.

De comicorum versuum materia, partiúm-
que quantitate satis disputatum est. de ipsarum
partium numero deinceps videamus. Principiò
quod superioribus libris statuebamus, hīc re-
petendū est, Versus per initia breues fuisse, duo-
bus ad summum contentos pedibus. id quod e-
tiam ratione comprehenditur. Partes enim to-
to priores sunt. Prius casa quàm vicus: vicus,
quàm vrbs. Exempla quoque in promptu sunt,
sic enim ortum esse primum senarium in Apol-
linis pugna dicebamus: illa simplici acclama-
tione, ἰὴ παιάν.

Quam quum & iterarent & frequentarent, na-
tum aiunt senarium,

Ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν.

Quare apud authores fabularum audias singu-
lari voce contentum versum: vt in Eunucho,

Occidi. sed & monosyllabum vtī dicebā-
mus, φεῦ. Et eadem geminata voce, in Plu-
to, ἄ, ἄ. hīc quidem distincta, alibi coniun-
cta: vt in Philoctete,

Ἀπαπαπαῖ. Repetitis deinde tractibus
productiores facti, Ἰοὺ, ἰού.

Hoc quoque ita in Trinummo duplicatum fuit,
vt dimeter fieret,

O Callicles, ô Callicles.

Ergo cùm duūm pedum essent genera: alterum
motorium, alterum statarium. Qui versus è mo
toriis constarent, in iis binos pedes singulis col-
lectos tractibus feriebant. qui verò è statariis
componebantur, satis habebant suum cuique
sedi pedem referre. In priore classe fuit pyrrhi-
chius. cuius versus Enoplios dictus fuit: quo v-
si sumus nos primi toto poematio in natalia Si-
leni: cuius initium,

Modò citus ego pede celere magis ago numeros:
Abeoq; Venere duce loca super alia volans.

Scenici chori certis locis: vt in Oreste,

Χρέος ἰκάνει τόνδε. Ἀνὰ κέλαδος ἀπὸ λέχεος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem generis est iambus, trochæus, tribra- A chus. In secundo censu spondæus, dactylus, anapæstus, proceleumaticus, cretic⁹, amphibrachus, bacchius, palimbacchius. neque verò sine ratione fuit hoc. In his nánque vocibus accẽtionum natura quatuor aut quinque rẽporibus frequẽs est. Ergo statarii versus ex pedum numero nomen obtinuere: ita vt heroici, quoniã sex spondæis constarent, senarii dicerentur: motorii verò non item: qui ob celeritatẽ satis haberent, ex dimidio tantùm nomen sibi vindicare propterea quòd bini prodirent simul. Atque ita factum est, vt quibus essent pedes bini, ii Monometri vocarẽtur: quibus quatuor, Dimetri: quib⁹ sex, Trimetri: quibus octo, Tetrametri. Apud Græcos hæc. Latini verò his nominibus etiã alia addidere: non ab dimensionibus, quæ binos caperent pedes, sed à numero, quaternarios, senarios, B octonarios: tantò commodius, quum vnica tantùm voce etiam imparibus constitutos pedibus nominabant quinarios, septenarios. Nam hos Græci, Brachycatalectici adiectione agnoscunt, quanti sint. Illud non eo inficias, carere nos Latina voce, vbi vnica syllaba vel defectos, vel abundãtes designare volumus: quos Græci Catalectos, & Hypercatalectos nominarunt. Verùm de his alibi. Octonarios autem etiam quadratos appellauim⁹: quemadmodũ in cubica figura anguli sunt octoni: quã quũ dicerẽt Quadrãtalem, eodem nomine hosce versus insignitos voluere. Si enim constituta quadrata superficies si fluat, atque postea sistatur, quadrantal creat. Quam ob causam corpus hoc Latini Græca voce Tesseram vocitarũt: non à laterum numero, vt quidam putauere, sunt enim sex: sed ab radice constitutionis: sic enim appellãt Mathematici. Præterea quum senarii plus in vsu fuissent, primúsque Boistus produxerit octonarios: eos ab ipso tractu longos nominauere. Ergo neque Gellius Ennianos versus Quadratos rectè appellauit trochaicos illos,

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:
Ne quid expectes amicos, iute quod possis agere.

Neque Varro in septimo de lingua Latina illos ex Eunucho,

Heri aliquot adolescentuli coimus in Pyræo.

Siquidẽ Ruffinus author est: eundẽ Varronẽ ita sensisse: versum septenariũ fieri, quum ad senarium pes trisyllabus adderetur: apponítque exemplum iisdem numeris ex Hecyra,

Nam si remittant quippiam Philumenæ dolores.

Non solùm igitur à se dissentit ipse, verumetiam errat definiendo. Nam & minores sunt octonariis, & maiores septenariis: & trisyllabus pes, bacchius præsertim, iambo nõ solùm est aduentitius, sed etiam alterius tractus diuersi, neque dignus qui in Iambici definitionem admittatur. Et ridiculum est, non potius ex septenis fieri septenarium, sicut è senis senarium: quàm è senario, & vno pede, tãto minus trisyllabo. Sed profectò magnos viros authoritas sæpe texit, etiam malè sentientes. sicuti Ciceronem quoque fugit ratio, quum in prima quæstione Thusculana septenarios vocat illos,

Heu reliquias semiassi Regis denudatis ossibus
Per terram sanie delibutas fœdè diu vexarier.

Erasmus Varronem sequutus Tetrametrũ nihilo prudẽtius explicauit illis verbis: Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudari vna syllaba producta penultima: quoties Iambico dimetro accinitur dimeter catalecticus. Nam quid attinebat dicere penultimam productam? Neque enim necessarium hoc est: quo loco & tribrachus esse potest, & dactylus: quorum syllabæ postremæ breues sunt. Aut quæ est illa explicatio? quasi quũ dicas, Homini interdũ pes deest: quoties integro semihomine, alteri semihomini pes deest. At enimuero quis nescit tetrametros, B non è duobus dimetris, sed ex quatuor dimensionibus constare? Si quis vel partium consideret rationem, quarum singulis æquale ius sit in versu: vel originem intueatur. Neque enim Boistus ille, aliúsve quispiam, dimetro dimetrum aptauit: sed trimetrum, quem tum longissimum inuenerat, monometro produxit. Præterea quis hoc audiens, non putaret esse nefas, cæsuram facere in quinto pede? siquidem ex duobus dimetris tetrametrum ita consarcinandum est: vt integro integrum addatur. Quid quod idem abusus est dimetri, trimetríque appellatione? Nam imprudẽter nimis sanè versum illum ex Andria iambicum dixit pentametrum,

Hoccine credibile est, aut memorabile.

Constare nánque ex decem sedibus iambicis o- C portebat. Quare trimeter brachycatalecticus agnoscetur. neque enim idẽ esse μέτρον & pedem, suo loco declaratum est. μέτρον enim capere motorios pedes binos. Hunc verò tam ridiculum errorem etiam in illo continuauit,

Nouã rem omnem. sed eſt? Simo intus? eſt.

Nihil igitur mirum, qui motorios pedes suo defraudet iure, id quod illis abstulerit, ad statarios temerè trãstulisse. Illum nánque versum ex Andria,

Vt malis gaudeant, atque ex incommodis.

Ausus est creticum dimetrum nominare. Qui D tamen pes quum sit non solùm syllabarum numero, sed etiam temporum quãtitate prolixior quàm spondæus: quare solus vnam dimensionem non expleat, si spondæus implet? Eum tamen sequutus Riuius, parẽ erroris admisit proportionem. Siquidem trochaicis anapæstũ nonnunquã interseri scripsit, causa celeritatis. quod dictum cum illo superiore sanè conuenit. Idem nánque sentiunt, quũ ille creticũ ad iambũ, hic anapæstũ referat ad trochæũ. At qui pes ita esset quatuor prædictus tẽporibus, vt duo simul vnã efficerẽt syllabã plenã ponderis & grauitatis, nõ potuit inter cursores illos annumerari: præsertim quũ iambo similior esset anapæstus, quàm trochæo. vterq; enim à breuib⁹ incipit, in lõgam definit. quãtò enim est iambus grauior trochæo, tantò est anapæstus dactylo. Quamobrẽ haud leui

leui de causa factum est, vt grauissimi poematis A grauissima pars chorus ad grauissimi pedis maiestatem sese conferret, scilicet anapæstum. Quid quòd ille nullam potuit rationem, propter quam trochæus esse iãbo volubilior. at verò cùm Græcum nomen excusabat nos; tum suberat ratio. Nã qui & syllabarum numero, & temporum ratione par esset iambo, nõ potuit eo esse celerior, nisi ianè temporum, temporáque differentium syllabarum situ, qua re vna fieret illi dissimilis. Trahit enim trochæus syllaba priore vocem ita, vt in posteriore emolliscat, ac quasi euanescat. Iambus è contrario celeritatem professus, grauitatem præstat. Itaque sanguinarius pes, & ad vulnerandum promptus, indicat & impetum primò, & statariam pugnam mox. Id quod Hipponax acerrimo vir B ingenio cùm animaduertisset: quam rationem impetus in pede agnosceret, eam in peculiarem pedi versum transtulit. vt sicut iambus in syllaba longa pertinax pugnaret: hic ex iambo constãs versus in longum pedem incumberet. Leuiorem nánq; ratus iambum, quàm vt ad impressionem faciendam satis esset: in quintam prælato sedem, succedere ei spondæum fecit. quare id quoque iudicio consequuti sumus nos: propius ad naturam partium accessurum fuisse totum versum, si iãbus imparibus, trochæus paribus sedibus cõstituti fuissent, cuius rei exemplum, quia res est minus vsitata, è nostris poematiis subiiciemus. hoc ex iambicis, *Malis fortuna cornucopiæ fundit*, hoc ex trocha C icis, *Si plaudit malis Fortuna, quid inde fit?* Qui numerorum sonus, aut flexus sicut videatur absurdus: is meminerit, aurium consuetudinem violẽtam esse: ac propterea noua, & inusitata non tã semper admirari quàm sæpe respuere. Verùm magnoperè nostra interest, qui quoad licet Aristotelis exemplo rerum causas inuestigamus, venari rationem, propter quam cùm iambo sedem assignarent prisci, malnerint ei deferre pares. Nam si in senario, siue ille fuit dactylicus, vna tantùm satisfuerit, quinta scilicet: siue spondiacus, vna item contentus est, quippe sexta: quare trochæo impares, alias iambo designarunt. nempe hoc præter naturam factum videtur. Etenim per initia si solis, aut iambis, aut trochæis constabant versus: videtur sanè prima quæque sedes vtrique æquè debita fuisse. quibus vt respondeam, sic mihi agendũ D est. Non esse rerum naturam secutos veteres poetas. Multa illis pro libidine facta fuisse: multa fortuitò excidisse, quę postea pro legib⁹ probarẽtur. Vnũ illud satis cõstat: cùm trochæo sedem primã retinuissent: non inconsultò diuersam ab ea, & aliis imparibus aduerso pedi iãbo cõstituisse. quare autem hanc huic, illam illi reddiderint, profectò haud facilè est iudicatu. Atque hic quidem ita sentit Priscianus. quoniam, inquit, in secundo pede cum dimetiendo feriretur versus, minor ei loco mora debita est. At mihi contrà videtur: maiorem deberi moram in pronunciando, vbi tempore ipso immoramur. & falsum esset: ibi positum pedem, quia feriretur: sed contrà, verum: ibi feriri quia pes poneretur. At hoc quærimus nunc in, quam ob causam ibi positus sit. Præterea si ea ratio est: quomodo constabit in trochaicis, qui ibidem feriuntur? Vt igitur quæstionis naturam cõsideremus, docebit nos verborum inuentio, initia vocum à longis esse; in breues desinere. Nam tametsi breuis syllaba natura sua prior est quàm lõga, quippe simplicior: tamen per initia inuentionum cunctabantur primùm, quæ causa est, vt vocum fines in pronuntiatione obscurentur. ita enim meditantis & consulti animi, suspendere vocem non præcipitare. Quapropter tam in versib⁹ quàm in soluta oratione, postremarum syllabarũ nulla est habita ratio. His argumentis iambo trochæum fuisse antiquiorem, & anapæsto dactylũ, par est. ergo trochaicum versum iambico priorẽ. Quare cùm primæ quæq; sedes trochæo fuerint peculiares, alteræ illi rchẽq; sunt. adhæc cùm esset pes volubilis trochęus, statim sese ingessit in versum. Iambus autem grãsator ille idem fecit, quod ciuilibus in rebus plurimis consueuimus. quippe curam⁹ vt oratio in principiis grauis ac iudicata sit. Pugnam quoq; cautius aggredimur primò; quæ postea incitatu efferuescat. Sic ad saltum vbi nos comparamus, fortius pedem figimus, vt statariæ moræ maiorem impetum subiiciamus, sic Aristoteles imperator noster, omnium bonarũ artium dictator perpetuus, motum omnem sub fine probauit esse concitatiorem. Ita proposito spẽ dæo, & iãbo, satius fuit ab hoc illum excipi, p terea recentissima quaq; memoria ferè metim ipsas res. Igitur assignata prima sede trochaico, tertia quoque necessariò finitur trochæo. quæ sedes, primã dico, si iambi fuissent, in vltima iambi nullum haberemus. nunc in hac ille cùm sit: pares ei sedes, quippe quæ huic responderent, attribuendæ fuêre: vt recentissimo sono, scilicet nouissimo, aures spectatorum captæ detinerẽtur.

Trochæ⁹ qua ratione Iambo volubilior.

Iambus pes sanguinari⁹

QVÆ PARTICVLATIM SINT ANIMADVERSA. CAPVT II.

HÆc ferè sunt, quæ de vniuersa re dicẽda erant. Reliquum est, vt ad ea, quæ particulatim animaduersa sunt, deducamus. atque equidem vt sese offerẽt, ita ea deferibam. Sit ergo quod affert Erasmus ab Adelphis eo versu, *Quid is fecit? quid ille fecerit? quem neque pudet.* Cùm enim agnosceret senarium, neque rationem inire posset dimensionum, abstulit alterum è liquidis in pronomine: *ille*. id quod vt ego fateor, & posse, & solere: ita tria dico. Primum non esse opus amotione liquidæ illius ad syllabã corripiẽdã: id quod suprà satis demõstrauimus. Secũdũ, ab eo creticum in quarta sede constitutum: quem tamen pedem adeò euitarit, vt euerterit multa. Postremò versus aut ab eo dissectos, dissipatósque, aut aliorum incuria solutos ipsum præteriisse. sic enm legendi sunt,

Quid tristis es? rogitas me? vbi nubis Æsdinus
Sies? quid tristis ego sim? dixine hoc fore? quid is
Fecit? quid ille fecerit? quem neque pudet. vbi ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sim fier, quod & alibi sæpe, vnica syllaba concre- A modũ, *Reducet in sedem vice.* quid enim aiat si negem? neque enim pedis necessitate nobis persuadebitur. Quid si contendam ab Horatio non esse factum: qui quoad potest, iambos etiam aucupatur? cur igitur abiecerit genuinum pedem? quâ ob causam admiserit superuacaneum elemẽtum, vt illum excluderet? Melius fecisset si ex Hecyra,

Remissan' opus sit vobis, an reductam domum. Sed hoc alibi quoque disputatum est. In scena quoque primi actus quinta, cùm Pamphili orationi interuenisset Mysis, atque suis vterque seorsum affectibus vteretur: versus interseruit diuersos quoque poeta, quos Erasm⁹ cõfudit. sic igitur sunt legẽdi,

Hocne est bonum autum factum, aut incœptum? Hoccine officium patris? Quid illud est?
Proh deûm atq; hominum fidem, quid est si non hæc contumelia est? sic enim etiam alio genere Mysis vtitur iterum,

Miseram me quod verbum audio? cui respondet illud Pamphyli, *Quod si fit, pereo funditus.* In eadem verò scena versum illum,

Proh deûm atque hominum fidem! nullone ego. appellat dimetrum redundante pede: laxè nimis sanè. nam quamobrem non quinarium? quare non trimetrum brachycatalecticum? quis audiuit vnquam versum vllum pede esse redundante? nonne ipse ille versus talis est hoc ipso pede, quem dicis redundare? Illud quoque malè dignoscere visi sunt, cùm actus secundi initium putarunt esse debere eadem eius versus, qui primũ claudit actũ. Sic enim legunt,

Hoc ad morbum, hoc etiam teneo. Quid ais Birrhia? C Nemo enim dicat à dimidio versuum incipere actus. Deinde appæret Mysidis abeuntis festinatio, vt Glycerium consolaretur. quare actus rectè ibi terminatur. Abrupit ergo sermonem, & versum mutilũ reliquit. Præterea sicuti dixim⁹ in primo, inter actus Comœdia vetus interserebat choros, diuerbia, conuersiones, affationes atque alia eiusmodi. noua Comœdia rarò gregem, nisi in fine. Choragum etiam legimus apud Plautum. omnino verò tibicen canebat quod è Pseudolo etiam alibi recitauimus,

Dum concenturio in corde sycophantias:
Tibicen vos interea hic delectauerit.

D Tanto igitur interuallo, quibus artibus Charinus Mysidis expleſſet versum, quem non audiret? In eadem verò scena ita peruersè legit, vt alterũ nouenarium faciat, alterum pro senario reliquit sic,

Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest: velis
Quod possis, Nihil aliud nisi Philumenam volo.

Cùm tamen optimi sint octonarii, si verbum *velis* subducas in principium posterioris. Etiam eodem cum superiore consilio monometrum vocat illum,

Ah quanto satius est. Dimeter enim est brachycatalecticus. sed & nulla necessitate mutat *abi* in *abin'*, siue *abeas*: cùm frustra putat alioqui nõ posse constare versum. nam & trochaicus est, si collidas: & iambicus, si non collidas. Ad hæc maxima

vis

vis eius vocalis, quam videmus vltimũ in verbo A quemadmodum alibi, *meo* sit monosyllabum *ubi*. vt illo pulcherrimo versu, quem è sua Ciri transtulit ad pastores diuinus Poeta, *Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error.* Et aspiratio prohibet elisionem: velut ibi, *Hecyra est huic nomen fabulæ. hæc cùm data est.* Sic imprudenter nimis elidit sibilum ex pronomine illius versus, *Sed istud quidnam est? hodie vxorem ducit? aiunt Pamphile*: qui per se ipse nulla facta interpolatione rotundissimus sit octonarius. Nam quod monet, in nomine *suspitio* tertiam à fine produci, verum est: sed neque noua res, neque sine ratione. nam & Plautus ita scripsit, *Et ne in suspitione ponatur fluppi.*

Et clandestina vt celetur suspiris. Sed satis nimis, B cùm & apud Ausonium sint exempla. Tum autẽ satis liquet, duas in vnam vocales coaluisse. nánq; ab eo quod esset *suspitionem*, suspicitio fuit. Itaque vbi erit breuis, tum intelligetur syncope: vbi longa, synæresis. Ex eo quoque versu Andriæ, *An non dixi hoc esse futurum? dixi. quid meritus es? crucem?* Prisciani authoritate dicit, tolli verbum substantiuum. Quo in loco mihi oblatam sentiam occasionem, duos simul emendandi magnos viros: illũ qui errarit: hunc, qui nõ correxerit. est enim octonarius integer. Illud verò eius proprius, cuius culpam in alium trãsferre nequeat. nã verbum substantiuum *adfuerunt*, trisyllabum professus est eo versu, *Cùm in pariundo aliquot adfuerunt liberæ*. qui tamen versus senarius iambum habet in quarta. Ferendus tamen erat quasi lapsus, nisi altero errore culpam cumulasset: cùm primam auferri syllabã iubet ex eo versu, *Non fugistin'? hera, factum. satin' id tibi placet?* Integer enim senarius est, etiam nulla facta detractione: spõdæis duob⁹, anapæsto, duob⁹ dactylis, iãbo. Ibi temerè trãsfert inferioris syllabã in superiorẽ: contrà debuit trãsferre in Hecyr. neq; trãstulit, *Quæ dico parui pendent. porro hoc iurgium ad Vxorem: hæc cuius fiunt consilio omnia.* sicut interiectionem quoque debuit ascribere priori versui in Adelphis, vt sic legeretur, *Syre, præceptorum plenus istorum ille phy, Domi habuit vnde disceret. fit sedulo.* Restituisset etiam in Hecyræ versu verbum, vt sit septenarius, ac priori par: sic, *Tecum seruantur. dixi: ita vt iubes faciam pater.* nõ oportet errati loco censeri in Andria, eo versu, *Tu yem impeditam & perditam restituas? hem quo fretus sim.* in quo dicit *hem* extra versum ab alio potius additum, quàm positum à poeta: cùm tamen sine eo mutila sit sententia. & sibilus elidatur, vt alibi sæpe, D quo fit iambus in octaua. sic audacter nimis aufert verbum *cupio*, ex illo Eunuchi, *Cupio aliquos parare amicos beneficio meo*. vbi commodius eximeret sequentem vocem, sine vllo carminis detrimẽto, etiam constante sententia rotundiore: verùm aut fit proceleumatic⁹ primus pes, & alter amphimacrus: aut pronomen quod in postremo loco est, demittatur in versum alterum subsequentem, qui nihilò secius sit senarius: sic, *Meo, id amabo, adiuta me, quò id fiat facilius*. posit *facilius* esse trisyllabũ, sicut *potius* bisyllabum. & apud Lucretium, aliud est pyrrichius dactyli dimidium. Rectius erit, si

quemadmodum alibi, *meo* sit monosyllabum gitur elidetur in vocalem sequentem, vt fiat pæsti vltima syllaba in secunda vocis huius, *amabo*. Iniquior verò fuit illi versui ex Hecyra, *ex quo*, dũ partieulã expletiuam deleuit: qui tamen ita vt est, cum sequentibus cũmque præcedentibus octonarius sit, *Mane dum sodes, timeo ne aliud credam, aliud nuncies.* Hoc ibi cùm abolet: ita alibi æquè importunè addit de suo. veluti ad eũ versũ ex Eunucho, *Pro pari referto, quod eam mordeat:* modò addit *nunc*. modò, *nox*: modò, *sic*: modò nescio quid. ego verò nihil immutandum censeo de cõsilio poetæ, qui integrũ prouerbiũ, sicuti citasset, ita interseruit trochaico tractu. Quare audacius etiã *remordeat* suppositũ est: nam si quid adiungi, versum labefactes: si nihil, nihil item ad cõmunadum versum opus est. præsertim cùm hoc exemplo non solùm legatur in omnibus exemplaribus, verumetiam recitetur à Cic. in Epist. ad Lent. & Plautus in mercatore. ita impunè ille sibi puraũt licere, si in quoslibet versus debaccharetur. Quæ impudentia illi quoq; apposuit, nũc: *Alio pacto honestè quo hinc modo abeam, nescio.* neq; enim elidit vocalis: sed incolumis sua natura perstat lõga ante aduerbii aspirationem, *hinc*: atque ita decurrit trochaicus octonarius catalecticus: quemadmodum in verbo monosyllabo nulla item collisio fit, neque in aduerbio eo versu, *Ora me, obtestor vero Phædria, si intro hoc fiet.* Corrupit etiam labarum quantitates: velut in illo eiusdem fabulæ, *Sic est. inueniam hodie parem, vbi pol referam etiam.* Ausus est dicere: aduerbii huius, *hodie*, primam produci: Quoniam, inquit, idem sit, ac si dicas, *hoc die.* At quod nusquam est, narrat. Etenim cũ est Hoc die, propter positionem producitur. nam suapte natura breue pronomen est: sicut eius cõpar, hic: Græcum enim, ὁ. Quare illud Virgilii,

Hoc erat alma parens: non solùm propter interrogationem: sed etiam ob syllabæ seruitutem legunt, hoccine, ii qui existimati sunt doctiores. Breue nánque fuisse, vel inde deprehenditur: vbi cõsonante amissa in aduerbio *hodie*, correpta est. Id quod & in aliis, & in Hecyra deprehendas,

Visum est. certòne? certè, deus sum: si hoc ita est, verum reperies. Est enim pronomen *hoc*, secunda syllaba dactyli, qui est in quinta sede. Quapropter versus, de quo nunc est controuersia, septenarius iambicus existit. In continuo autem poetico illũ ex Eunuchi prologo,

Habeo alia multa quæ nunc condonabuntur. ait mẽ dosum esse, neque enim Scazontes in ea genera carminum admitti. Itaque vt metrum corrigeret, linguam Latinam deprauauit, cùm supposuit *condonabitur*. nam quis alius quàm Barauus dicat, Tu condonaberis à me commentarios? An fortasse, vt nihil non audet, ausus est ἀκατάληκτον, ac nihilominus casum apponere? quidam tamen malè cõciliati sequi maluerunt eius temeritatem, atque suis typis ita scriptum euulgarunt. Quod si pro se facere putant versum ex Phormione illum, *Argentum quod habes condonamus te*, vehementer errant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim hoc illi simile, *Vrbem, quam statuo, vestra est?* hoc illis, ex Aulularia, *Pici diutius, qui arcos montes colunt, ego solus supero*. & ex Amphitruone, *Nauci atem, quem volui conuenire, in naui non erat*. & alijs alibi multis. At equidem puto veteres exci- tatores gratia, næuos hosce aspersisse, neque in ea re fallus sum. Nam qui decuit minus, spondęo claudere iambum, quàm dactylicum sistere? Terentius sanè non sine arte grauitatem, & lenitatem, & constantiam animi ostendens, remisit de iambi acerbitate. neue sine exemplo vetustiorum factum putes: multa tibi loca excutienda sunt. Amphitruone *Quod ego huc processi sic cum seruili schema*. Qui quia suspectus est ob flexionis no- uitatem: habeas alium, *Age nunc reside tam. cauе modo ne graxeris*. Nõ enim melius fugerit ad *graxeris*, B quàm ad *saxeris*, vbi *saxis* legitur. Accipies etiam vnum ex eadem fabula, *Nunc me ferè consimilem facio, vt prædixi*. Adducerem & è Casinæ prologo: nisi suspicarer verba esse transposita, *Clerumenoe hæc vocatur Comœdia Græcè*. Tamen si transponas, nihil profeceris, neque enim constat dimensiones. Eadem ratio ex Truculẽto, *Rediit animus, deme soleas, cedo vinum*. Ex Casinæ prologo eadem cautio. *Ratione vtuntur, ludos nemini em posciunt*, possis enim transferre, at non in Pœnulo. *Germanæ, atq; edepol ναὶ ναὶ ναὶ*. neque in Mostellaria, *Nunquid aut nerendum illhic ero? quid nunc? quam mox?* & alte- ro idem, *Vide vt fastidit simia, mihi sum, sic sum*. in C C Mostellaria, *Tibi nunc prodimus, ac confitemur ciffel-* *la*. nisi sit *ciffula*: vt alibi in eadem. Quod autẽ huiscemodi terminatio grata fuerit: patet etiã ex catalecticis, vt in Captiuis, *Cui nunquam voluptas tranquillauit gratis*. & in Aulular. *Nam signũ fuit, tu extinguere extempulo*. alij legunt, *extempulo*. Non- dum memini, & vox Hethrusca est, non Latina. & in Asinaria, *Qui mi auscultabunt, facient obsequelam*. sed & Aristophanes ἀχαρνεῦσι, Λέξον τ' ἀλλαϊάτευτον ἄ- λαυδον ἔπος. Quin etiam in octonarijs, in quorum fine maximè videtur expetendus iambus, vt aliquem modum statuat tractui pedum longiorũ, nõ pepercit vetustas illi sedi, quominus occuparetur spondęo, quemadmodum in Amphitruone, *Quid enim? pugnas pugnatas prolocuta, & Prærelam oppugnatum*. & ille, *Id Sosiæ factum est opera, qui me hodie quo- ni prægressum ausit*. Ac ne in illis quidem seruauit La- tinitatem, *Ne te iratus suis sæuis dictis proteler, scio*. D Substituit enim pro *sæuis dictis: sæuidicis*. at sæui- dicum mobile nomen est: cui igitur hærebit? An ille inuenit vsquam in naturæ legibus, accidens si- ne substantiuo: vt imponeret Grammaticis adie- ctiuũ sine substãtiuo? in eadẽ verò scena etiã pedũ numerus eum fugit. Nánque iambicum senariũ hypercatalecticum dixit illum, *Non possum adesse, ah quid agis? quo abis Antipho? mane*. Habet enim ante postremum pedem, qui est iambus, tres pedes tri- syllabos, duos dactylos, vnum anapæstum. Atque verò indoctè illum quoque eadem sectionis inscitia metitus est, quippe brachycatalecticum appel- lauit. in quo periculũ potius imminet, nequid redũdet, *Et illam simul cum nuntio tibi hic ego affuturum hodie scio*. Est enim, nisi interpoles, longior octonã- rio toto pede. Primus pes, vt sit tribrachus, inde iambus, spondęus, creticus, iambus, spondęus, ana pæstus, iambus. Ad conficiendum verò creticum, quinque syllabis opus est, ita vt ex octaua & nona vna fiat. sicut illum quoque minus bene octonarium hypercatalecticũ, *Probè huic filium scis esse, audi in Asia non est pater*. Si enim talis est: ergo po- strema syllaba vocis huius *pater*, ea est quæ redũ- dat. quare necessariò præcedat trochæus. Quòd si ita sit vt trochaicum efficias, anapæstum pones in prima sede, non elisa posteriore vocali huiusce ad uerbij *probè*. Tum verò, quid faciás? vocis huius *Asia*, duas syllabas posteriores in vnam cogere, co- geris. quid tum postea? tandem verò exit septenã- rius, non octonarius, vt dicebat. Sin malis iambi- cum quadratum, *iudex* pronũciandum, vt *Asia* sit anapæstus, & *probè* iambus. Mihi plus placet vt *filium* sit bisyllabum: *probè* non elidat vltimam. fie erit octonarius. In Phormione frustra laborat trã- ponendo verba: vt numeris consulat eo versu,

Vt ad pauca redeam, & mittam illius ineptias. mauult ita legi, *Ad pauca vt redeam*. at verò verbum *redeam* bisyllabum esse vel sexcentis locis, vbi op- est, constat. Eximit etiam vocaleiti huius præpo- sitionis *per*, eo versu Adelphorum, *Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet*. nempe frigidum ad- modum est, ne dicam absurdum fugæ nouum ge- nus, quo euitet creticum fatalem illum: cùm tamẽ adeò molliter pronunciari possit: vix vt diuertat à natura spondæi. Quem si tantoperè exhorret: at sciat primas tres syllabas, ex iis, quas diximus le- gibus, conficere tribrachum. nomen enim hoc, *op- pressio*, primam corripit, quæ est *ob* præpositio, & secundam, quia est à verbo *premo*. Sed iam vereor nequis eorum, quos ille multis locis premit fabu- lis atque irridet, reponat ei gratiam: cùm in verbo hoc, *postulo*, sciant ab ipso extritam mediam voca- lẽ. magno enim in periculo est, ne ab illis barba- rus appelletur: propterea quòd Germani præser- tim nostrates Vindelici, Carni, Norici, itẽ Sueui, Saxones ita illud verbum pronuntiant: vt vix ea vocalis exaudiatur. Verùm equidem neque irri- debo maternos auos meos, neque hominis consi- liũ: quippe qui memor sim eius versus ex Casina, *Nunc ne tu respondere postules me ribi*: in quo non ma gnum faciat flagitium, si ita pronuntiet sicut in perielo. tametsi alio modo metiti eum sumus: non igitur iudicium reprehendo, sed iudicij locum. Ei nánq; versui optimo atq; pulcherrimo quadrato hãc iniuriã faciebat, *Cùm is nihil pmereat postulare id gratiæ apponi sibi*. Verùm & hîc nihil necesse ha- beas concidere: & memineris in verbo, *tollere*, vn- de fit, primam natura breuem esse: quod patet ma gis in præterito, *tuli*. Non enim geminasse veteres & Varro author est in voce *tera*, & Verrius in multis, vt ex Festo constat. Cæterùm Erasmus eã curam in alium versum vtinam trãstulisset ad no men hoc, *periculo*, potius quàm tolleret omnem sermonis elegantiam, atq; adeò Atticismum sci- licet pronomẽ: hoc est autem ex Andria, *Sine omni periculo*.

periculo, Nam hocce haud dubium est quin Chremes. Præsertim cùm anapæstus esse potuerit in prima sede. Et enim *omnis* primam corripit natura. ductũ ἀπὸ τοῦ ἴσου. Vniuersitas sanè fit ex rerum coniũ- ctione. nempe vniuersum, extra quod nihil est. Il- las verò, mutami dico siue semiuocalem & liquidã, non potuisse cogere syllabam ad producendum. & pueri sciũt, & Priscianus docet ex Callimacho.

QVÆ EX BEMBI CODICE TERENTIANO. CAPVT III.

QVæ nobis videbantur animaduersione digna, ne præceptorum nostrorum in- scitia aut incuria, quæ nostros animos occuparat, diutius grassaretur: satis ex- plicata puto. Neq; præterea quod adderetur, quic quam mihi in mentem veniebat: nisi Bembus & suam & vetusti codicis obiecisset authoritatem. B quę quãti faciẽda sit, ex his colligi potest: Ex An- dria in nostris legitur sic, *Quæ si non astu prouiden- tur me aut verum pessundabunt*. Ille verò ita legit vocibus trãspositis, vt cretici offam istis ob os ob- iiciat, *Quę si astu non prouidentur, me aut*, &c. creti- cus enim est in tertia sede: nisi Æolico elemento exacto, fiat anapæstus. fiet autem septenarius. Itẽ in Heautontimorumeno sic legit ille, *Pergin' mu- lier odiosa esse? nullámne ego rem in vita mea*. at in no- stris sic, *Venire in mentem mi vir, ob pergin' mulier es se? vllámne ego*. vbi vides, si addas omnia verba illa quæ præcedunt exprobrationem senis: versus fiat stadio longior. At illi octonarij sunt. Quin lepor quoque in illis maior est, *Ob pergin' mulier esse?* plus enim est, esse mulierem, quàm odiosam. In altero C autem sequente, *Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduersatrix fueris Sostrata*: Bembus ita legit, vt vna desiat syllaba, sic, *Volui, quin tu in ea mihi fueris ad- uersatrix Sostrata*. Locutionem quoque ne leuiter pertranseas: ille enim dicit, *nullámne rem volui*. sanè tolerabilis sermo cum hoc verbo *volo*. negatio e- nim quæ in nomine est, in verbum transit: & fit, *vt lam rem nolui*. nequeas verò cum verbo substan- tiuo, *nullane res est?* Quo nánque modo esset, si nõ est? Neque melius procedit in illo ex eadem. sic e- nim legit, *Sustuli fili? sic est factum. Domin'? ergo herus damno auctus est*. Nostri sic, *Sustuli fili? sic est factum. Domina, ergo herus* &c. at duo sunt, quæ dissua- dent recipiendum. Primum, versus: qui trochai- D eximit verba, & alia serie digerit numeros, *Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere? Et quod illum insimulant durum, id non est. Nam paren tum iniuriæ, vninsmodi sunt fermè. Scortari crebrò vo- lunt, volunt conuiuarier*. Sed numeros obterit Bembus quarto versu: in quo & trochæum inueni- as tertia sede, & iambum septima. Quare errorem subesse necesse est. & confundit versuum tum ge- nera, tum quantitates. nostra autem lectio nihil ho rum. Sed asperior paulò visa est sententia: quæ ta- men non sit. ita enim dicit, Patres duros nihil re- mittere de imperio, quod in liberos exerceant: o- mnia animi laxamenta prohibere. at qui paulò est tolerabilior, aliqua sanè patiatur: sed nequaquam crebrò ea fieri. mutauit autem nominum numerũ Terentius, cùm in singulari dixit *paulò qui est tole-*

promissum. nam nos legimus, *nihil præter missum*. bene cecidit: quod hîc argutia etiam dimẽsi- bus locum reliquit, si *nihil* sit monosyllabũ, sanè volumus. Vult autem dicere, Phædriam p- hil præstaturum eorum quæ militi pollicebatur: neque quicquã illum præter promissum, i. verba, non rem, laturum. sed in eadem lepor item niti- dissimus est, iis versibus, *Illum liquet mihi decem aut mensibus Sex septem prorsus non vidisse proximis*. No- stri enim vulgatè nimis legebant, *Sex vel septem*. Cæterùm & à numero excluditur coniunctio, & sermonis puritate: sicuti si dicas, Quinquaginta pl' minus ãnos natus sũ. & Horat. ita loquut' est. & mod' idẽ cùm dicimus, Plerisq; omnes. est enim figura augens per emendationem. *sex*, imò, *septem*, pleriq, imò *omnes*. Illud quoque lepidius apud Bẽ- bum in Heautontimorumeno, *Confitere tu? an ob- secro? illuc inimicis fiet*, quàm quod legitur ab Eras mo & aliis, *Confitere tuum non esse? ah obsecro te, illuc inimicis fiet*. Splendidior est oratio, negatione repe tita sensu, non verbis. & necesse est ita legi: quoni- am præcedentes versus hic concinnat: quos versus tã Bẽbus quàm Erasm' malè disponit. Bẽbus sic,

Subditum se suspicatur. subditum? ain' tu? certè sic erit mi vir. Erasmus sic, *Subditum se suspicatur. subditum? ain' tu? certè inquam mi vir*. Verum vterque longior est: Erasmianus vna syllaba, alter etiã ribus. quare ita legendi sunt, vt sint trochaic ctonarij catalectici, *Subditum se suspicatur. subdi ain' tu? certe inquam. Mi vir. confitere tu? an obsecro huc inimicis fiet*. Sic etiam in Adelphis neuter es lis duobus versibus audiendus. Bembi codex si

Obsecro mea nutrix, quid nunc fiet? quid fiet, rogas? Rectè ædepol sperο. modo doleres mea tu occipiunt primulum. Erasmus sic, *Obsecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? quid fiet, rogas? rectè*. Erasmus in primo ma lè collocat aduerbium *rectè*: Bembus malè omit- tit pronomen *tu*: vt sint Iambici quadrati. Hæc quidem manifesta lectio. At illa ambigua vtra sit probior. In Heautontimorumeno vetus exem- plar sic habet, *Huncine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere? & Quod illum insimulat durum, id non est. nam parentum iniuriæ. Vniusmodi sunt fer- mè: paulò qui est homo tolerabilis Scortari crebrò no- lunt, nolunt crebrò conuiuarier*. Bembus & aliquot D eximit verba, & alia serie digerit numeros, *Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere? Et quod illum insimulant durum, id non est. Nam paren tum iniuriæ, vninsmodi sunt fermè. Scortari crebro vo- lunt, volunt conuiuarier*. Sed numeros obterit Bembus quarto versu: in quo & trochæum inueni- as tertia sede, & iambum septima. Quare errorem subesse necesse est. & confundit versuum tum ge- nera, tum quantitates. nostra autem lectio nihil ho rum. Sed asperior paulò visa est sententia: quæ ta- men non sit. ita enim dicit, Patres duros nihil re- mittere de imperio, quod in liberos exerceant: o- mnia animi laxamenta prohibere. at qui paulò est tolerabilior, aliqua sanè patiatur: sed nequaquam crebrò ea fieri. mutauit autem nominum numerũ Terentius, cùm in singulari dixit *paulò qui est tole-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

debuit enim subdere, *non vult crebro scortari suos*: sed retulit numerum ad vniuersitatem mentis. Et in singulari tolerabilè posuerat, quo- Nec sunt rariores. Ita mutat numerum in Eunucho, *Eunuchum potrò dixti velle te: Quia solæ vtuntur his recte.*

Quem locum alibi ostendimus è philosophiæ fontibus deriuari. Pluralis enim numerus est, quasi dicat de specie in communi. Singularis, quia de hoc solo Eunucho. Aristoteles & Theophrastus sua vterque in historia frequentissimè vsurpant hanc transitionem. Quam mutãdi vel rationem vel licentiam hoc loco aliquis minus licere cùm putaret: sublatis illis verbis, *paulò qui est homo tolerabilis*: quæ vitia prohiberent patres in nostra lectione, ea fecit patrare filios in sua.

Antequam exeamus ex hac scena, laudabitur lepos ac venustas eorum versuũ in Andria: in quibus clauduntur iambi trochaica dipodia: quã mistionem in extremo primi declarabamus:

Adhuc Archillis quæ assolent, quæq; oportet
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.
Nunc primum fac isthæc vt lauet. post deinde
Quod iussi, ei dare bibere, & quantum imperaui.

Hæc sunt, Sylui fili, quæ laboriosissima opera excusi tibi: maioré-ne tędio tot ineptiarum, an metu ne pari inscitia caperère, nescio. Omisi verò multa carmina cõtrouersa, aut ambigua, aut vasta: quæ etiam si ad sanitatẽ redigantur: at cura hac nostra, vel sic, longè minora sint. Verùmenimverò neque tibi puerilia videri debent, qui ista ætate literariæ laudis aditum omnem explorare iuberis ab indole tua, quæ magna ac multa promittit nobis: neque mihi plebeia adeò, in quibus (omissis studiis grauioribus) tantos illos viros elaborare non pœnituit. Qui si quibus in locis lapsi sunt, vel hoc ipsum eis debeatur, quod nos excitarint ad veritatẽ. cuius splendorem, fili mi, quouis nomine charioré habere debes. Magnum fuit Erasmi nomen, præsertim in Germania literæ ipsis renascentibus: maius futurum, si ille minor esse voluisset. nunc fretus ingenii sui magnitudine, multa tractare aggressus est, paulò minus accuratè. Ita à nominis claritate profecta confidentia præcipitem illum egit, non sine dispendio multorum studiosorũ: qui omnes cùm docti esse vehementer exoptarent, pauci autem laborarent: omissis ærumnis, quæ ipsis in antiquorũ assiduis lectionibus multæ exequendæ erant, compendium nacti eorum, quæ Erasmus in vnum coegisset, ei de omnibus fidem habuere, vt etiam extantibus priscorum monumentis, vnde ille vel aliquando non bona fide accusatus fuisset, Erasmi nomen non pro teste, sed pro iudice statuant in medium: atque alieni laboris, non tanquam beneficiarium, faciant authoré. quare vobis omnibus eius nominis studiosis, inter quos me quoque libenter non nolim, commodè ostẽdimus atque opportunè, quid cuiusque iudicii sequeremini. Quòd si quis (vt est ingeniũ quibusdam barbarum ac ferum) pertinacius negligat, foueátque ignauiam suam: eum non habeamus ab erroribus eiusmodi vindicatum.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI
LIBRORVM POETICES
FINIS.

LECTORI,

QVANQVAM in his Poetices libris conscribendis, Scaliger noster, vt erat cùm i acumine excellenti, tum, quod in hoc homine præcipuum est, iudicio incomparabili, ea v methodo, vt totus liber quantus est, tabula dici meritò possit: adeò, inquam, vir ille pro i sibi dexteritate, perspicuè & ordine singula tractauit, quibus non modò perfectum, omnique, quod aiũt, numeris absolutum poetam informare conatus est (& perfecit profectò, si ad Syluium filium, pro quo pater omnia circunspexit, vt in omnibus scientiis quamplurimum illi fieret, oculos conuertas) verumetiam oratoriæ facultatis studioso non parum luminis hoc scripto attulit. Nos tamen res non vbique obuias, quæque nisi attentum valde lectorem præterire queant, quia multum ad vtriusque linguæ (Græcæ nimirũ & Latinæ) authores intelligendos faciunt, qua potuit fieri summa diligentia, ex quatuor primis potissimùm libris (nam quæ in reliquis continentur, ipsi ferè capitum tituli in fronte voluminis ascripti, indicabunt) excerpsimus: vt quæ doctorum cognitione dignissima iudicauimus, hoc Indice, suo quæque loco quàm minimo negotio, inueniri possent.

INDEX.

A.

Abscissio figura 136,c.1
Acanthus *διαυλεν* optimè Olympiæ cucurrit 40,a.2
Aeclamatio figura 123,c.2
Accidẽtia an sint animæ, an compositi 80,b.2
Aeclamationum atque exclamationũ efficacia 118,d.2,& 119,a.1
Accessoriæ partes Comœdiæ 14, d.2
Ἀκέφαλοι versus 74,a.2
Ἀκέφαλοι quare dicti 74,b.2
Achæus Dymensis *κάλπη* Olympiæ victor 40,d.2
Achates Æneæ genius vnde sic dictus 116,a.1
Achillis, saltationis genus ab argumento subiecto 27,c.1
Ἀκμὴν Græcis, rectè Latinis statũ dici 10,b.2
Ἀκμὴ orationis 181,c.d.1
Ἀκρίσια, quę & *παπύπαιτα* 122,d.1
Ἀκρίδες Græcis, *τὸ ὀπὶ πὶ ἄκρα βαίνον* 122,a.2
Ἀκρίτη febrem, non aptè à recentioribus medicis Exquisitam dici 122,a.2
Acrimonia stili in quo sit fita 186, b.2
Ἀκροχειρίζειν 38,d.2
Actionis vera forma nulla 88,b.2
Actus ab actionibus cõmunibus dictus 15,c.2
Actus plures paucioréue quinis esse non conuenire 15,c.2
Actus distinguendi ratio 15,d.2
Actus in Comœdia partium communes portiones maior. 14,d.2
Actuum confusionem interdum consultò factam 17,d.1
Actores extra argumentum introducti ad animorũ refectionem 17,a.2
Acumen stili 186,b.2
Adagii etymologia 139,d.2
Admonitio, *παρήνεσις* figura 132, d.1
Admonitio figura qualis 143,c.1
Adolescentiam qua ratione describi oporteat 97,d.2,& 89,a.1
Adolescentum personæ tragicæ 24,c.2
Adolescentum vestitus ab euentu & statu qualis 21,c.1
Adolescentum species 22,c.2
Adon tibicen 31,b.2
Adonia festiuitas & sacra sine ludis apud Athenienſ. 41,d.2
Adonin Phœnices vocasse Gingram 31,d.2
Adonima, & Adoniasmos, & Adoniœde 9,d.2
Ἀδρὸν χαρακτῆρα nõ rectè à Gellio vberem dici 175. b,2
Ἀδρὸν dicendi generis definitio 174,a.2
Aduorsitor puer 23,d.2
Aediles curules plebem in ludis scenicis à Senatoribus separarunt 34,d.1
Aedilium ludi fere funebres, in quibus nec tuba, nec fistula, nec cãtu, sed tibia tantùm vti licebat 42,a.2
Aeliani locus ex xiii. variæ historiæ 45,d.1
Aelianus vt sui oblitus arguitur 45,a.2
Aelinum carmen lugubre 51, d.2,& 52,c.1
Aeneæ irati aduersus Helenã oratio perpenditur 112,b.1
Aeneam non quòd *αἶνος*, vt scribit Homerus: sed quòd laudandus, ab *αἰνεῖν* dici 91,b.1
Aeneas omnibus virtutũ numeris perfectus ostenditur 91,b.1
Aeneas Veneris filius qua de causa dictus fuerit 116,d.1
Aeni quare fabulę vocẽtur 54,b.2
Aenianes & Magnetes *κερπάζειν* saltasse 19,c.2
Aenigmatis appellatio vnde 54, c.2
Aenigmatis definitio & etymologia 138, c.d.2
Aenittologium carmen 68,d.1
Aenon & mython idẽ esse 138,c.2
Aeolẽses coloni Dorienſium 30, c.1
Aeolenſes in Siciliam atque Italiam delati, quomodo à Dorienſibus segregati 30,d.1
Aeoles quid Doricæ veteri monimoniæ addiderint 30
Aeolica harmonia exultationibus apta
Aeolica harmonia 39
Aeolica composita 62,d.1
Aeolica quare dicta 62,d.2
Aequidici versus 73,d.1
Aequiformes versus 72,c.1
Aequinoci versus 73,b.1
Aeschylus vinosus 25,b.2
Aeschylus primus in scenam tragicam ebriorum intulit spectaculum 25,b.2
Aeschylo *μιξολύδια διθύραμβος* cur dicatur 50,a.1
Aeschylum *χωμικοποιεῖν* primùm in choros tragicos transtuliſſe 26,d.2
Aeschini in Adelphis forma 22, d.2
Aetas ad quod genus referatur 81,a.1
Aetatis definitio 20,b.1
Aetates & classes Poetarũ 5,c.1
Aetatum diuersa exempla 97,c.2
Aetatum distinctiones quales esse debent 84,b.2
Aethiopas maledicere soli Oriẽti 166,d.1
Aethiopicam Heliodori historiam Epico Poetæ pro exemplari habendam 144,d.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sint 104,d.1
rus duplices 70.b,2
s à quantitate 70,d.2
ntus in qualitate 71,a.2
tus à dispositione 73,c.1
cho. ctium pro personarum va-
rietate diuersa 104,c.d.2
Affectus versuum cõmunes 70,b.2
Affectus infelici, quales dãdi sint 108,d.2
ffectus omnium dicendi gene-
rum communes qui sint 183,c.2
Afrorum in scena qualis vestitus 21,c.1
Afrorum scenitarũ tibia ex lau-
ro fieri consuesse 32,d,1
Afros primùm plagion inuenis-
se tibiam 32,a.2
Agallis Coreyrensis fœmina 26,
b.2
Agens persona duplex 20,c.1
Agens persona cur potior quàm
saltans 20,b1
Agentium discursiones in pro-
scenio 34,a.1
Agrestis multitudo qualis 95,d.2
Agrestes quomodo in scenã in-
troducti fuerint 21,b.2
ollium carminũ genera com
pro ratione actionum &
mpestatum 8,c.2,& 9,a.1
lacitibus corpore insolatis a-
er color attributus 22,d 2
Ἀχλύων, priuatus amictus in tra-
gœdia 25,b.2
Agriculturæ œconomicæ pars
quemadmodũ describi debeat
104,b.1
Ἀγωνοθέται Olympicorum pro
temporibus mutationes 41,a.1
Ἀγωνοθέται dicti qui certamina
ponerent 41,a.1
Αἰγὰ, ornatus Satyricus 26,a.1
Αἴλινος cantilena texẽtium lanas,
à lino dicta 53,c.2
Αἶνος propriè quale dictum sit, &
vnde nomen acceperit à laude
138,b.2
Αἰολὶς citharæ modus à regione
Dorica 50,c.2
Ἀκολοσίκων Aristophanis 12,c.2
Ἀκουμῆται, Iudices decem, & præ-
sides certaminum Olympico-
rum dicti 41,b.1
Aleman poeta, tibicines barbaro
nomine designauit sẽper 31 b 2
Alemanẽ stropharum quatuor-
decim canticum fecisse 47,b.2
Alemanis principis ἡρωϊκῶν με-
λέων, reliquiæ 49,a.2
Alexander emeritis veteranis pri-
mas sedes in spectaculis assi-
gnauit 34,d.2
Alexandriæ oli testimoniũ. Pa-
rodiam apud Siculos in hono-
re fuisse 46,b.1
Alexandrum Magnũ pila se exer-
cuisse 30,a.1
Alexandri Magni συμφοιτητὴς A-
ristonicus Carystius 30,a.1
Alexis comicus 13,a
Alexis parasitorum duo genera
describit 23,b.2
Ἀλητὴς quid propriè significet
28,b.2
Ἀλητὴς saltatio apud Sicyonios
28,b.2
Ἄλσος ara quædã in scena sic no-
minata 35,c.1
Allegoria eadẽ quę θρυλλὰ, quę
Latinis sonat Cõparatio 130,b.2
Allegoria pro Cõparationis par-
te altera 130,c.2
Allegorię nomine μῦθον, γρῖφον, &
prouerbia quædam cõprehen-
di 130,b,2
Ἀλληγορίας etymologia 140,a.1
Allegorię, i. Allusionis species 138,
d.1
Allegoriæ nomen rectè Apolo-
gis attribui 14,b.2
Ἀλλᾶσθαι ab ὀρχεῖσθαι quid differat
26,d.2
Ἀλουργὶς species purpuræ 21,a.2
Ἀλφίτων ἔκχυσις quî fiebat 28,d.2
Ἀλτάμενοι ἄφετε 38,d.2
Ἀμάλαι, hordeacei manipuli di-
uulsi, collecti ἴουλοι 53,d.2
Ἀμαξαύλιος νόμος, tibia ac modus
qualis 3,a.2
Amantis persona & oratio 19,a.1
Ambitionis cõtrarium, aut vir-
tus quæ in medio sit, signata ap-
pellatione circunscribi Latinis
nequeunt 107,c.2
Ambitiosi qui dicantur 107,b.2
Ametorẽ Eleutherneũ, primum
apud suos cecinisse amatorias
cantilenas 47,c.1
Amicitiæ ius quomodo diuida-
tur 104,d,2,& 105,a.1
Amœbæum carmẽ epithalamii
varium 154,b.c.2
Ἀμοιβαῖα apud Homerum quæ
significatio 6,c.2,&7,c.1
Ἀμοιβαῖον carmen vnde dictum, &
eius origo 6,d.2
Amor qui veneris causa homines
comungit, quid differat ab ami
citia 105,b.1
Amoris veneri aditus qui sint
105,b.1
Ἄμπυξ, pars πυθικοῦ νόμου, in qua
certaminis periculum Apollo
faciebat 28,d.2
Amphictyones sociorũ copiis ad-
iuti Crissam expugnarũt 39,d.1
Amphimacrus & Creticus quid
57,c.1
Ἀμφιμάλλητες χιτῶνες 26,b.1
Amphitheatrum Pompeii iussu
& cura structum 33,c.2
Amphitheatri laudes apud Mar-
tialem 33,d.2
Amphitheatri quibus in vrbibus
hodie extent figuræ 33,d.2
Amphitheatrum ligneum & pen
sile C. Curionis 33,c.2
Amphitheatrũ Nemausense stru
ctura & mole nulli secundum
33,d.2
Amphitruonem suam quarę &
quàm festinè Plautꝰ nomina-
rit Tragicomœdiam 14,c.1
Ἀμφώνδας pugilum 37,c.2
Amplificatio figura, quę & Exag-
geratio & Accumulatio, quo-
modo efficiatur 125,b.2
Amycus à Polluce superatur pu-
gilatu 37,d.2
Amythaor Cretheo genitus, ne-
pos Endymionis Olympia in-
dixit 40,d.1
Ἀναβάται à Calpe in quo differãt
40,d.2
Ἀναβάδαι gradus imi, vnde exi-
liebant Erinnyes 36,b.1
Ἀναγνωρισπόεια, dotia quæ maritus
detectionis causa sponsæ dabat
152,c.2
Ἀναχλώμενον carmen 66,d.1
Anacreon 60,c.1
Anacreon quo genere carminis
plurimum sit vsus 63,b.2
Anacreontis ex lingua non μέλη
solùm, sed etiam mella fluere
47,d.1
Anacreontem quanti fecerit
Hipparchus 45,b.2
Anacreonticum alterum omniũ
esse suauissimum 64,a.2
Ἀνάκρισις, procemium πυθικοῦ νό-
μου 38,d.2
Analogia quid 142,a.1
Anapæstus quare sic dictus 57, c.1
Anapæstucus iambo contamina-
tus 77,c.2
Anapæsticus Prouerbialis co-
gnominatus 77,c.2
Anapæstica pars θρηνώδεσις 17,a.1
Anapæstica quomodo metiri de-
beant 61,c.2
Anapæstici affectus 77,b.2

Ἀναπάλη, saltatio 28,b.2
Ἀναφορικὸς, prologus 15,d.1
Anaxilas 13,a
Ἀναξιφορμίγγων ὕμνος Pindaro qua
re dicantur 50,a.2
Ancillularum personæ duę 24,c.1
Angelica saltatio quî fieret, & vn
de dicta 29,c.1
Angelicum carmen quale 65,d.1
Anguinei versus quare dicti 79,
c.2
Animũ summittere amori, quid
sibi velit locutio 105,b.2
Animi potestates 81,c.1
Anima poesẽos 185,b.1
Anni partes 87,b.2
Annulorum origo à Promethei
vsque temporibus ducta 39.
c.2
Ἀντιστροφὴ, quã Retributionem
Scaliger, alii interpretãtur Cõ
pensationem 118,d.1
Anthema saltationibus mollib⁹
accini solita 28,d.2
Antepirrhema quot versib⁹ con-
stare lex fuerit 17,a.1
Anthes Anthedonius hymnos
primus condidit 49,b.2
Ἀντικεῖσθαι quæ appelletur 17,c.1
Anticipationis triplex species 126,
d.2
Ἀντισπαστικὰ in rhythmo 74,c.2
Ἀντιστασιάζειν in versu 74,d.2
Antiphanes describit Phæninda
ludum 29,d.2
Antiphasẽos modi tres ex Quin-
tiliano 142,b.2
Antiphrasis quid sit 142,a.1
Antiphrasis, norma quasi, aut ani
ma Ironiæ 142,d.1,& a.2
Antippo Lydiorum modorum
inuentum attribuitur 31,a.1
Antispastica 64,c.2
Antispastus quid 58,b.1
Ἀντιστρόφους ᾠδὰς νόμοις cur negat ha-
buisse choros tragicos Aristo-
teles 146,d.2,& 147,a.1
Antitheton, quasi Latinè dicas
Contrapositio 132,b.1
C. Antonii & Murenæ scena ar
gentea 35.b.2
Ἀοιδὴ nominata à cantu Musa,
eadem quæ ποίησις à faciendo
3,d.2
ἀπαγόρευσις, id est, Prohibitio fi-
gura 138,a.1
Ἀπαντοπαιστικοὶ versus 72,c.1
Ἀπαύλια, dies alter quo nuptiæ
fiebant, Latinè decubatio 151,
a.b.2
Ἀπευκτικὸν carmen 156,d.1
Ἀποδιδόντες qui 59, c.1
Ἀποδοὺς & ξυνεξοδοὺς Chori 26,a.2
Ἀπόναι Græci nominant iunctas
mulas carrucis 38,c.2
Ἀπόνιος cursus in Olympiis 40,d.2
Apium, quare in Nemeis victo-
riæ præmium daretur 41,d.1
Ἀπολέγει versus qui 71,2
Ἀποκρύμενοι versus qui 71,b.2
Apobaterion poema quemad-
modum fieri consueuerit 159,
b.c.d.1
Ἀπόκινος saltatio vnde dicta 29,
b.1
Ἀπόκινος mactrismus vetus 28,
d.2
Apollinares ludi per incuriam
intermissi aliquandiu, ex Sibyl
linis versibus Punico bello se-
cundo redintegrati 43,b.1
Apollinares à nudis ludionibus
interdum actos 42,d.2
Apollinares, & liberales ludi &
Scenici à fabulis dicti, cuiusmo
di fuerint 42,d.2
Apollinares ludi quãdo primùm
editi fuerint 43,a.1
Apollinem à Pane in Lycia di-
uinationem didicisse 39,b.,c.1
Apollinem occiso Pythone tri-
podis custode, oraculum suum
fecit 39,c.1
Apollo Phœbi quando Vædeus,
epitheton 118,c.1
Apollo Nomius 10,b.2
Apollo de Draconis cæde à
Chrysotomide vt expiaretur
ad tempe se contulit 39,b.2
Apollo tibiæ inuentor 31,a.2
Ἀπολογεῖν quid vero primóque
significatu designet 138,a.2
Apologi definitio atque etymo-
logia 138,d.1,& a.2
Apologia Ironiæ species, oppres-
sio cum Translationis vi 141,
d.2
Ἀπολογίαι quare defensiones Græ
cè dicantur, & quid ab ἀπολογίᾳ
differant 138,a.2
Apologum dici, quasi λόγον ἀπὸ
λόγου: quia aliud apertè dicit, a-
liud ex eo innuit ac profitetur
54,b.2
Apologorum species duæ 54,b.2
Ἀποπομπικοὶ hymni, qui & quales
fuerint 163,b,1
Apophasis quid cum Occupa-
tione conueniat 141,d.2
Apparatus fabulæ duplex 20,b.1
Ἀπόσεισις saltatio, vnde nomẽ ac-
ceperit 29,b.1
Ἀποσιώπησις, Suppressio
Apostrophæ & interroga
efficacia
Apostrophæ modi duo 12
Ἀπόδυτος, lex tibiæ, quæ remitt
ret 33,b.1
Ἀπόβασια carmina, quæ sint 156,
a.2
Aqua & ignis in limine domus
nuptialis quare positus 152,b
Ara theatralis in postremo cor
nu proscenii 35,d.1
Aræ inscriptio qualis ludis fu-
nebribus 35,d.2
Aræ in scena veræ & propriæ,
quarum vna dextra, altera sini-
stra 35,c.1
Arcadib⁹ totius Musices primor-
dia attributa 16,b.2
Arcadibus Chori prima institu-
tio ascribitur 16,b.1
Arcadum mira dexteritas in sa-
liendo 29,c.
Archebuleum carmen vnde 63,
d.2
Archemorum Æschylus putauit
Nemeæ nymphæ filium 41 d.1
Archilochus inter tibiæ inuen
res recensetur 31
Archippus 12
Archontes primus in scenam
xit comicum chorum 16
Ardalus Trœzenius 31,b
Arenam auri scobe sparsit Nero
in scena 36,d.2
Ἄρτυνος, lenonum baculus 21,d.1
Argiui, pluribus septenis, nervis
vti prohibuerunt 50,b.2
Argonautarum tempestate qui
quoque certamine superarint
Heroes 39,d.2
Argumentum ab argumentatio-
ne quid differat 135,a.2
Argumentum quid sit 172,d.1
Argumentum & ὑπόθεσις ab ar-
gumentatione quid differant
15,b.2
Argumentum sub titulo propo-
ni solitum 5,c.2
Argumenti genus, ex cuius ver-
suum capitibus fabulæ nomen
legeretur, quare excogitatum
15,c.2
Argumenti quid proprium 15,b.1
Argumẽta fabularum differen-
tias constituunt 14,c.1
Ariphronis Sicyonii Pæana, quẽ
fecit in honorem bonæ valetu-
dinis, iucundissimum & pleniss-
simum gratiarum habes 48,
c.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible], voces Græ- quid designent 38,b.1
μονόστατος Chorus 17,c.1
Histrionem Caryſtium optimè ſphæricam luſiſſe 30,a.1
Ariſtophanes cum riſu mordax
Ariſtophanes quod Cratinus cœperat perfecit 12,a.2
Ariſtophanis cocalus 13,b.
Ariſtophani dies dictus, quòd coram legatis laceraſſet mores ciuitatis 148,a.2
Ariſtophanes quàm inſignis in ſubſannando fuerit 147,a.b.c.d.2
Ariſtoteles quare τὰ φαλλικὰ Comœdiæ ſobolē eſſe dicat 18,a.2
Ariſtoteles τὸ ὅλον qua ratione appellet μεγαλομερῆ 97,d.2
Ariſtotelis commentarios de arte Poetica mutilos eſſe In præfatione.
Ariſtotelis de Iliad.& Odyſſ.cēſura 11,a.1
Ariſtotelis locus,quo ſancit pueros docendos τῷ ἄκρῳ 31,c.1
Ariſtotelis locus ex Politic. περὶ θεωρίων 31,a.1
Ariſtotelis locus ex primo Rhetoric. vbi de corporis virtute attributa certaminibus agit 38, b.1
Ariſtotelē rectēne perſecuti ſint iudicio Athenienſes, ob Pæana in Hermiam, qui non eſſet deus,conditum 4[illegible],b.1
Ariſtotelem in Poeſi ipſo Pindaro haud fuiſſe minorem 48,b.2
Ariſtotelis diuiſio partium Tragœdiæ iniqua eſſe probatur 18, c.2
Ariſtoxeno muſico ſaltationes quæ in manibus plurimum exercerent motum,cæteris antelatæ 29,d.1
Arnacides, id eſt, agninæ pelles, præmia ludorum quorundam Græciæ 41,c.2
Ars prima ſua origine robur ac fortitudinē deſignauit 38,b.1
Ἄρσις,elatio ſoni 31,d.1
Artes qua ratione per manus tradi dictæ ſint 4,d.1
Artes omnes rudiores primùm, tractu deinde temporis excoli 146,a.b.1
Artium diuiſio in genera duo 2,d.1
Artium diuiſio & finis 82,d.1
Arx & arca vnde 189,d.1
Aſcaules vnde dicta 32,b.2
Aſcaulos Gallorū mollis 32,b.2
Aſcaulos aeris valde apud Myſos & Pannonas 32,b.2
Aſclepiadei partitio 65,a.1
Aſellorum certamen ridiculum 38,c.2
Aſellos Conſualibus coronari ſolitos 42,d.1
Aſias citharæ cognomen vnde 50,c.2
Aſio noctuæ ſimilis 29,a.1
Aſſa vox quare dicta veteribus 27,b.1
Aſſeueratio quid ab Attemperatione differat 123,a.2
Aſſeueratio,quæ Græcis διαφορὰ κατασκευαστικὴ 132,c.1
Aſsimilationi atq; ὁμοιώσει quid in genere ſit commune 117, d.1
Aſsimilationis ſpecies quatuor 117,c.1
Aſsium trium myſterium, quorum primum ſpōſo dabat ſponſa,alterum,&c. 152,d.1
Aſtrologia pars prudentiæ poeticæ 113,c.2
Aſtrologiæ & Theologiæ poeticæ affinitas 115,b.2
Aſtrologi quomodo ſint inducendi 100,c.2
Aſtrorū curſus,quemadmodum ſtrictim poeſi interferi oporteat 115,b.2
Ἀσυνάρτητος verſus 76,b.1
Ἄτακτα carmina,quæ dicta 69, a.2
Atellanæ fabulæ 13,c.2
Atellanarū actores, neque pro hiſtrionib⁹ habebātur, neque tribu mouebātur, quin ius nomina dandi ad militiā retinebant 14,a.1
Athenis in Theatro nec ſaltare nec agere licuit peregrinis 21, d.2
Athenienſes qua occaſione Ionū appellationem abiecerint 30, d.1
Atheniēſium in diſponendis ſedilibus ratio 34,c.1
Athenienſium vicorum per initia quatuor numero, nomina 28,b.1
Athenienſium lex de ſpectaculis 33,b.2
Ἄθυρα plærique militum 99,b.1
Ἀθύτης opponitur ſuperſtitioni 107,d.2
Αὐλῶν, tibiæ nomen,ab inuentrice Pallade 31,c.2
Athletæ quomodo certarint 37, a.2
Athletarū exercitatio aucta adiunctis inſtrumentis 37,b.2
Athletas fibulatis olim campeſtribus certaſſe,memoriæ prodidit Thucydides 37,a.2
Ἀθλοθέται,iudices Olympiorum 4,b.1
Atlas mons 85,c.1
Attici Ionum coloni 30,c.1
Attemperatio, Tractationis pars 123,b.1
Attici fontes duo,quare in Epithalamiis rectè appellari poſſint 154,b.1
Attinētes vel circunſtantes Comœdiæ partes 14,d.2
Attrectationis efficacia 119,a.1
Attributio,pars διατυπώσεως,quibus rationibus fiat 126,b.c.1
Auaritia quid ſit 107,a.2
Auditoris animum pendēre à dicente in genere demonſtratiuo 3,b.1
Auerſionis,ſiue Caſtigationis figuræ exempla 137,d.1
Cn. Auſidius S. C. de Africanis leonibus violauit Circenſium apparatu 42,b.2
Augeæ immania ſterquilinia 40,a.1
Augeas perfidiæ inſignes luit pœnas 40,a.1
Auguſtus edicto cauit,vt certorum cuneorum vſus eſſet prætextatis & pædagogis 34,c.1
Auguſtus morē in proſcenio aut orcheſtra conſiſtendi ſuſtulit 35,a.1
Auguſtus quare ludis Athleticis fœminas intereſſe vetuerit 37, a.2
Auguſtus tigrem in ludis populo propoſuit 42,b.2
Auguſtus arbitratu ſuo,& cum ſecutus Claudius princeps, ſeculares ludos non ſuo tempore exhibuerunt 44,c.2
Auguſtales ludi à Tiberio inſtituti 42,d.1
Aulæa Theatris adhibita 36,c.2
Aulodi 52,d.2
Αὖρα Græcis quid ſonet 24,c.1
Aures pendulas ſcitiſsimè quare parasitis fecerint antiqui 23, c,1
Aurora vnde dicta 190,b.2
Aurū ab aura,i.fulgure 190,b.2
Auſpicia & auguria 100,c.2

Authores qui in antiqua comœdia,quíque in media floruerūt 13.a.1
Authores comœdiarum in ſcenam prodire moris erat apud Græcos 13,c.1
Αὐτοκάβδαλα 18.a.1
Αὐτόχθονες Athenienſes quamobrem dicti, qui ſe cum ſole ſimul ortos iactarent 167,b,1
Autolicus nomen Satyri 26,a,1
Αὐτόφωνοι, aut Αὐτοσύμφωνοι verſus 75,c,2
Axis in cælo quis dicatur 166, b,1
Ἀξιώματα quæ ſint 187,a,1

B.

Babus tibicen 31,c,2
Bacchius quid 57,b,1
Bacchi aris hederas imponi conſueuiſſe 35,c,1
Bacchum ante Apollinē in Delphis reſponſa dediſſe 39,d,1
Βακχικὸν ſaltationis genus in honorem Liberi patris 28,b,2
Baculos Rapſodorum è lauro factos fuiſſe 46,a,1
Baceli,Bauciæ,Batali,quos Galli *badines*,Itali *babulos* vocant, quomodo introducantur 46, d,2
Bactriaſmus ſaltatio laſciua 29,b,1
Βαλλίζειν, 10,a,2
Balliones vnde dicti Ibidem.
Βάπται Cratini fabula 12,d,2
Βάπται Cratini,interitum authori ſuo fatali ratione attulerunt 12,d,2
Barbiton Lesbeū cur vocet Horatius 51,a.1
Βαρύτατα orationis quam vocet Hermog. 182,c.2
Βαρύμιτος quæ & barbitos,tribus tendebatur chordis 51,a.1
Baryllica ſaltatio ſacra Apollini & Dianæ,qualis 28,b.1
Βάσις, æquabilitas ſoni eodē tenore procedens 31,d.1
Bathyllus Alexandræus ex cordace ſaltationem fecit,nomine Italicam 27,b.2
Βαρυχόρδοις ἐπὶ κλίμακος εἴδους 25, a.2
Baucis nomen in re futili 52, b.1
Βαυκισμὸς, ſaltatio mollis quæ & κῶμος 28,c.2
Βλίτυρι verſus 76,a.1
Bellum vnde dicatur 142,b.1
Bella quemadmodum indicantur aut fiant 103,b.2
Belluæ vnde ſic dictæ,quæ antea Beſtiæ 142,c.1
Benedicere non finis orationis, ſed inſtrumentum aut inſtrumenti modus 2,c.1
Berecynthiam tibiam Phryges primi è buxo excauarūt 32,c.1
Beſtiarum genera Romę in ludis ad ſpectacula tantùm nonnulla,ad pugnādum alia proponebantur 42,a.2
Βίσσαξις apud Laconas ſaltatio, qualis fuerit 28,c.2
Bipartiti verſus 73,d.1
Boetii laus 60,a.2
Βοιώτιος citharà à regione Dorica 50,c.2
Bombyces tibiæ Syris ſimiles 31, d.2
Bona corporis & veſtitus, ornatúque,in deſcriptione perſonæ obſeruanda Poetæ 108,a.b.2
Borcos aliis, Borīmos puer, & cantus 9,c.d.2
Βουκολιασμὸς paſtorum 33,c.1
Βουκολικὰ 7,d.1
Βουλευτικὸς locus ſenatoribus attributus in theatro Athenienſ. 34,c.1
Βακχιασμὸς 3,a.1
Βακχιάσαι, λυδιάσαι 8,c.1
Breuis ſtilus, ἀδρὸς, i. pleno & opulento contr. 115,a,2
Breuitas in Lyrico carmine laudatur 169,a.2
Breuitas quamobrem attributa Salluſtio 196,d.1,& a.b.c.d
Breuitatem figuram non eſſe, nec opponēdam Amplificationi 115,a.2
Βραγχεῖον genus machinæ, quæ & κερκυρσοκοσμεῖον 33,b.1
Bucolicum carmen 78,a.2
Bucolici carminis præmia,vini vel lactis libatio,præter ea quæ à victo auferebant 48,c.2
Burris nomen Satyri 26,a.1
Byſsinus aut candidus color in veſte puellarum 21,a.2
Byſsina parapetaſmata Lentuli Spinthri 36,c.2

C.

Cabbalæ nomē quid ſonet Chaldæis 4,d.1
Καχόφωνοι verſus
Κακοζηλία ſiue affectatio 116,b,2
Cadauer quid ſit 9
Cęli filias cecinit Muſas Mimnus in Elegiis 4,b,1
Cælibes Lacedæmone à mulieribus feſto quodam die circum aram trahi,cædíque virgis cuſoliti ſint 154,[illegible],b.1
Cæſura quid 56,2
Cæſuræ quare inuentæ 63,1
Cæſura omnis indifferens 64,2
Καλλίβροχ, λαγαβόλον,κορλιώ, pedum Græcis 8,b,1
Καλλιστροῦς 27,a,1
Callais dolichon vicit Argonautarum tempeſtate 39,d,
Καλλαϊδῆς 27,a,1
Καλλιστροῦς modus,quem Thraces & Cares armati ſaltabant 28,b,1
Calctamenta 21,b,2
Καλλίνικος Herculi ſacra ὄρχησις, cuius & epithetum 28,b,1
Καλλίνικος tibiæ modus in Pæanibus 33,c,1,8,
Calpe quid propriè fuerit 40,49,
2
Κάμπος curſus Olympiæ 40
Calyca Steſichori carmen 5
Καλύπτρα 21,
Camill⁹,vaſis nomē,& miniſtri quoque priſcis ſignificabat 153,d,1
Camœnas à cantionibus Opicis dici 4,b,2
Καμπύλη veſtis genus 21,c,1
Candidæ veſtes veteri more matronis in luctu tributæ 43,a,2
Candor faciei vitam vmbratilem indicabat 22,d,2
Cantio in vindemiis cani ſolita 54,a,1
Cāntiuncularum duæ ſpecies primùm in paſtionibus natæ 6,c, 2
Cantus,hominis otioſi,mollis & inertis putabatur 26,c,1
Capheſiæ tibicinis elogium ſanè diuinum 27,d,1
Capitis armamenta Regia 25,a, 2
Capitium Latinis vnde dictum 25,b,2
Capitium virginibus pro ornamento dari 25,b,2
Capitiū à recentioribus malè credi capitis eſſe tegmen 25,b,2
Capitolino Ioui ludicrum triplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domitianus 43.b.2
des cur Satyri 19.a.2
ers æras quæ 2.b.2
n finistra parte scenæ tra 35.b.2
Lares vlos Gingrade & lugubri 31.d.2
Carius Lydus Iouis & Torchiæ filius, Lydios modos inuenit 30.
Carmen in nuptiis multiplex 154.
Carmen in honorem Bacchi à decantatum 18.b.2
Carminũ Pastoralium argumentum cuiuscunque generis sub persona agresti comparandum 160.a.b.1
Carnifex Latinis vnde dictus 141.c.1
Carnis vocabulum vulgò quid designarit 141.c.1
saltationis genus 29,c.2
quid 174.1
Castæ in exercitu Romano dictæ olim, quæ Græcis scenæ 35.b.1
Castus subitis quinam personis tribuendi sint affectus 108.
Castitas quid sit, & quid à Pudicitia differat 46,d.2
Castor stadium vicit Argonautarum tempore 39.d.2
Castorius sonus 31.d.2
Castorem & Pollucem authores fuisse Pyrrhichæ, memoriæ prodidit Epicharmus 27.d.2
Castra à casis dicta 35.b.1
, veteres nutricũ cantiones 52.b.1
secundus actus saltationis Pythicæ, quũ hostem prouocat Deus 39.a.1
pars , in qua seipsum Apollo ad prælium hortabatur 38.d.2
25.b.1
postremus actus saltationis Pythicæ, in quo Deus exultans, tripudii certis legibus terram quatiebat 39.b.1
lex tibiæ 31.b.2
& in figuris 134.c.1
Cataphractica præcepta 57,c.2
carmen 78,d.1
Catastasis, Fabulæ vigor ac status 15,b,1
versus 59,c,1
, pars scenæ à præcisione certi spatii dicta 35,b,1
Catharges 11.b.1
versus 91.d.1
Cato apud Ciceronem qui sodalitates ab se inuentas dicat, sallustratis arguitur 42,c,2
siue 23,c,2
Catulliani loci defensio 65,b,1
Caulea locus depressior in theatro 33,a,2
, per syncopen & metathesin pro 15, a,2
Cecropem, Athenis primùm vagam atque incertam venerem ad vnius cum vna coniunctionem reductam castigasse 154,a,1
vocati, qui priuis equis currerent 38,c.2
Celeres, dicti sub Romulo equites 38,c,1
Celeris nomẽ priscum pro equitum, vnde sumptum 38,c,1
saltatio 29,c,1
Cellæ subterraneæ in Theatro: in quibus æneæ disponebantur vasa ad reddendum acceptas voces pleniores 26,b,2
Centones poematis genus, vnde appellati 47,a,1
Centones quid cum Parodiis habeant commune 47,a,1
Ceparus Cœnaturionis nomen 23,a,1
genus machinæ circunductilis, vnde fulgura exibant, tonitrus exaudiebantur, fulmina mittebantur 36, b,1
Cereales quòd in Circo fierent, temerè à quibusdam confundi 43,d,1
Cerealibus cur nocturni ignis vsus fuerit 43,d,1
Cereales ludi in honorem Cereris liberam cum face quæritantis 43,d,1
Cerealibus in sacris quare ante noctem epulari nefas 43,a,2
Cereales ludi quomodo peragi consueuerint 43,d,1
Cereales ab solis matronis cãdidatis factos 43,a,2
Cereales ceremoniæ pro pollutis habebantur, si quum procederet thensa, equi lorum auriga læua manu apprehendisset 43, a,2
Ceres & ciborum & iustitiæ inuentrix 33,b,1
Ceres quare legifera appellata 33,a.1
Κέρνα, τὰ δημοσίως 27,a.2
poculi genus Ibidem.
saltationis genus, vnde 27,a,2
Certamina curruũ, pars in ludis primaria 42,a.2
Cerua cũ cornibus in Gallia reperta 86,a.1
Græcis quid sit 37,b,2
Cestus pugilum vnde dicti 37,b, 2
Cestus à statis quinque certaminibus discernitur 38,a.1
Cestuum origo 37,b.2
vox ad secundam valetudinem in epistolis & salutationibus locum inuenit 4,c,2
vocati, qui priuis equis currerent 38,c.2
sponsa quæ Græcis dicta 154,b,1
Character in satyris duplex 20, a.1
Character orationis quis & vnde dicatur 174,a.b.1
Characterem Latinis formam & genus dicendi vocari 174,c.1
Græcis quid significet 174,b,1
vox, eam voluptatem designat quæ in lætitiæ temperatione sita est 4,c,3
Charites, lætitiam, Musas & bonam valetudinem affines esse 4,c.2
Charoniæ scalæ vnde simulacra emittebantur, nõ machina, sed similes 36,b.1
26,a,2
qui motus 27,a,1
saltatio quædam 27,a,2
28,c,2
Chiron apud veteres monasticus 82,c.2
Chironomia modus Gaditanæ vnde 29,b.2
25,a,2
25,a,2
Cereris cognomentũ 53,d,2
Choraulus 32,d.2
Choragus, quis, & vnde dictus 17,d.1
propriè appellari 27,b,1
modus tibiæ in Choris 33, c.1
Choreus quid, quare sic dictus 57,a.1

Choragi

Choragi persona ad Epirrhemata 15,a.1
17,d.1
ibidem
Choragi officium ibidem
Chori vetustas 16,b.1
Chori partiendi à locorum proportione ratio 27,c.1
Chori Aristophanici actio & saltatio 27,b.1
Chorì tragici ratio ac modus 146,d.1.& a.b.c.2
Chori vsus antiquissimus in festiuitatibus ad aras deorũ, atq; inde ad fabulas trãslatus 51,d.1
Chori Laconici tetragoni, Athenienses orbiculati 16,b.2
Chori partes præcipuè quos libèret, lædere 12,d.1,& 1,c.2
Chori sine fabulis 51,a.2
Chorus qualis 16,a.1
Chorus vnde confieri solitus 17,c.1
Chorus stabilis & mobilis 19,b.1
Chorus quinquagenorũ ad quin denos reductus, id est ζυγὰ quina 19,b.1
Chorus quo tempore sublatus è comœdiis 12,c.2
Chororũ vetus dispositio 16,b.2
Choris quæ gentes potissimùm gaudeant 16,b.2
Chorica tibia quibus in choris vterentur 32,c.2
16,a.2
Choriambica composita 64,b.1
Choriambica pura 62,b.1
vetus tonus 32,d.2
Chrysippus cur dixerit Euripidæ Medeam fecisse suam 119,c.1
25,a.2
saltationis genus 27,a.2
Cicero taxatur quòd putarit inuentionem ad Topicam tantùm: ad Dialecticem verò iudicium pertinere 3,b.2
Cicuta quid sit, & Seruii de hac voce error 8,b.2
Cidaris saltationis genus Arcadibus 28,b.2
pro curare inferias 52,c.1
Cinæthus quidam nomine, primus Homeri carmina publicis conuentibus recitauit 45,c.2
Cinnus, quæ & Commissio & Confusio, figura 125,d.2
Cinxia Diana à Latinis quare sit appellata 152,d.2
Ciõ tubicen apud Hipponactem 31,c.2
prouerb. vnde 31,c.2
tibiæ modus 33,b.1
citharæ modus 30,c.2
Circẽses ludi quomodo celebrari soleant 43,c.1
Circenses Neptuno fieri ludos 43,d.1
Circenses & Apollinares funebres ab Ædilibus edi solitos 42,a.2
Circenses ludi à Circo in quo edebantur dicti 43,c.1
Circenses Prasini & Veneti à viridi & cæruleo colore Ibid.
Circuli meridiani qui dicantur in Sphæra 166,b.1
Circunstantia personæ multiplex 127,a.1
Cirphis mons contra Parnassum 39,a.2
Cirrhæi ab Eurylocho Thessalo victi 39,a.2
tibiæ vnde dict. 33,a.1
Citharæ quo tempore primùm apud Græcos cõcinnatæ 50,c.2
Ciues vrbis alicuius, qua ratione laudare possis 158,d.2
Ciuis boni animum erga patriã qualem esse oporteat 104,a.2
Clarus, vox vnde sumpta sit 176,d.1
Classis gubernatorem qualẽ esse oporteat 100,a.1
Claudiani epithalamiũ quo genere carminis conditum 64,a.2
Clauicymbalum 51,c.1
Clauis sponsæ quare Repotiorũ die daretur 153,c.1
Clearchus Solensis Aristotelis discipulus originem Pythiorum qui prodiderit 38,b.2
vocare Græcos, quæ vel vel cõsequantur 161,b.2
versus qui 71,c.1
, ostia latiora, per quæ carros & iumenta transmittebant 35,d.2
in scena quid sit 35,b.2
hymni 162,d.2
hymni quid ab differant 163,b.1
Clodius Pulcher scenam signis & tabulis ornauit 36,d.2
Clonas 31,b.2
quid sit Græcis 36,b.2
Clonas legem in Choris inuenisse quibusdam putatur 32,c.2
Clymenus arã Olympiæ statuit Cretibus & Herculi Idæo 40,c.1
Clymenus Cardis filius & Herculis Iouei nepotibus post diluuium Decaëtico certamen Olympicum instaurauit 4
Cn. Domitium centum vrsos midicos in spectacula produsse cum totidem venatoribus Æthiopia 42,b.1
saltatio parum pudica 5,b.1
Cocalus Aristophanis fabula 13,b.
Cocalus Aristophanis 13,b.1
Coctio, Gallis Machinon, q. machinator 22,a.2
Codalus tibicen 31,c.2
Coemptio, nubendi modus qualis olim fuerit 152,c.2
Cœna quare dicta sit 10,c.2
Cohortis statio in theatro à principibus cur posita 34 c.2
23,a,1
Collatio, quo modo fiat 127,c.2
Collationum modi aliquot 127, d.2,& 128,a.b.1
versus 74,b.
quid 77,b.1,& 197,c.d. b.2
Color in oratione quis dicat 177,d.1
Colores Rhetorici, seu 121,c.d.2
Regum amictus 25,a.2
Columna in Herculis fano sita 23,a.2
Colus cum lana & fusus cum stamine in põpa nuptiali cur ferri consueuerint 151,d.1,& 152,c.2
tibiæ modus 33,b.1
commune & pastorali & scenicæ actioni 10,a.1
quid propriè significet
Comessationum mos & nomen vnde 10,d.1
quid 77,b.1,& 197,c.d.1
pars vnde dicta 17,a.1
16,a.2
Commoratio figura quæ sit 125, d.1
quid 19,b.1
Cõmunicationis figuræ duo genera 134,d.2
Comœdia vnde dicta 10,d.1
Comœdiæ definitio vera, & aliorum falsa ostenditur 11,d.1
Comœdia vetus à Mimi idea quãtum absit 144,c.2,& 148,a.2
Comœdia interdum commistum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nœ, mœrore & lætitia exitũ
mœdiæ initia, cultus, nobilitas
N,b.1
cœdiæ res & nomina vnde
debeant 148,d.1
mœdiæ veteris licentia 148,a.1
Comœdias interdum infelicem habere exitum, cõtráque Tragedias lætum 145,a.b.1
mœdiæ differentiæ 12,c.1
mœdiæ ætates 12,c.
Comœdia vetus 12,c.1
Comœdiæ veteris ætates duæ 12,d.1
Κῶμαι ex ra Theatrũ qualis 28,a.1
Κομματικὴ Orationis 181,c.2
Comparationis diuisio 128,b.2
Cõparationis natura & vsus 129,b.1
Comparatio & Collatio inter se quid differant 127,c.d.2
Comparatio siue σύγκρισις qua ratione fiat 127,c.& 128,b.2
Comparatio cum Epiphonemate 128,c.2,& 130,d.1
Comparationes Virgilianas habes 128,d.2,& tota pag.129
Κῶλα versus 76,a.1
Compitalitii ludi vsque ad Seruium Regem intermissi, ac per Cæsarum magistros instaurati 42,b.1
Compitalitii ludi ante designatam vrbem Romam à compitis agrestium & facti & dicti 42,b.1
Compitalitii ludi cum collegiis pariter aboliti 42,c.1
Composita Tyrrhenorum tibia 32,a.1
Compositionis modus vltimus quis fuerit 69,b.1
Conciliatio per se non figura, sed orationis ductus 143,a.2
Conciones quæ à Liuio & Thucydide interseruntur ab ipsis fictæ, personis quibus attribuũtur nunquam cognitæ 5,d.2
Concordantes versus qui 73,d.2
Condimentum in Poesi est cantus 1,c.2
Conditio figura 123,b.2
Conditio personæ propriè quænam appelletur 20,a.2
Confarreatio nuptiarũ ius quale 152,a.2
Confessio παρομολογία 132,b.1
Consequentia figura 136,a.2
Consequens oratio in argumento quæ vocetur 135,d.2
Consilium tribuitur senibus, & prudentia iuuenilium furorum temperatrix 98,c.2
Consolatio quid, sit & quo modo exequenda 168,b.c.d.2
Consualia Romanorum 37,b.1
Consualibus pastores inuerso & vibrato corpore cernuos saliisse 42,c.1
Consualia Romulus indixit designata iam vrbe, quo tempore Sabinæ raptæ sunt 42,c.1
Consus, Neptunus Latinis dictus 37,b.1
Consulti hominis habitus in scena 21,b,1
Contemplationis, atque omnis actionis finis siue materia, siue obiectum est societas 91,b.1
Contemptus diuitiarum 97,a,1
Conuiuiales tibiæ 33,a,1
Coqui vestis duplex & rudis 21, c,1
Coquorum nomina 20,c,
Coquos ad tibiæ sonum epulas apparasse 32,a,1
Κορδακίζειν quid 27,a,2
Κόρδαξ 6,a,2
Κόρδαξ saltatio comica 27,d,1
Cornicum aut turturum par, cõiunctio auspicatissima si in celebritate nuptiarum appareret 151,c,2
Cornu pro tibia vsos Tyrrhenos & Cretas 32,a,1
Cornua è buxo efficta multis foraminibus, inflant magno spiritu nunc Germani 32,a,1
Corœbus Eliacus cursor excellens 40,a,2
Corona querna Heroicos poetas Romæ donari solitos 46,a,1
Coronarum doctiores vsum à Promethei tẽporibus deducunt 39,c,2
Coronam lauream in Pythiis datam victori 38,d,2,39,b,c,2
Coronæ mentionem nullum fecisse Homerum 39,b,2
Coronis veteres ante Prometheũ vsos ad æstiua vmbracula 39, c,2
Corporis nomine quid intelligi debeat 20,c,2
Correctio seu moderatio figura Græcis μετάνοια 123,d,1
Correlatiui versus 73,c.2
Cortina appellatus tripos Pythicus, à corio Pythonis, quo erat obductus Apollinis opera 391 c,1
Coruscare, ἀπὸ τῆς κόρυς deduci 192,b,2
Corybantes seu Curetes cuius nationis populi fuerint, varietas sententiarum 28,c,1
Κορυφαῖον qui cantum incipiebat, quare altiore voce vsus fuerit 19,b,1
Κορυφαῖος ab Aristotele, Chori princeps 17,d,1
Κόσμου ἐκπύρωσις saltatio immanis dicitur 28,d,1
Cothones Seruio, portus manu facti 166,d,2
Cothurnus qualis fuerit 21,b.2
Cothurnus Tragicorum 17,b.2
Κόρμαι virgines 25,c.1
Κράδη machina comica 36,a.1
Crates discipulus Olympi 31,b.2
Crates 13,a
Crauxidas Cranonius singulari equo in Olympiis polluit 40, b.2
Crates Athenienses fabulas sine metro dedit 6,c.1
Crates primus Athenis Comœdiæ solutæ erat author 11,a.2
Cratinus primus partes & actus in Comœdia disposuit 12,d
Cratini Ὀδυσσεῖς 12,d.2
Cratinus vlysseam Homeri censuris vexauit 12,d.2
Cratini Βάτραι 13,d.2
Cratini interitus ob βάτραις fabulam editam 12,d.2
Κρητῶν ὑπόκρισις qui fiebat in Igdi 28,d.2
Cretenses gladiatorum muneri primarias matronas interesse voluêre 44,a.1
Cretensium saltationes propriæ 29,d.1
Creticorum versuum exempla vnde petas 66,c.2
Creticus modus quartus πυθικὸς νόμος, ab incunabulis Iouis cuius esset Apollo filius 39,d.1
Creticus modus amphimacro pede conficiebatur 39,d.1
Κρήδεμνον velum Penelopes apud Homerum 25,a.2
Crissæi iter infestum fecerunt iis qui oraculum Delphicum peterent 39,d.1
Crissare quid Latinis 29,b.1
Κριτικὴ non Grammatici, sed primi Philosophi est propria 11,b.1
Κεκρωπὶς vestis 25,b.2
Crocotula Latinis vnde dicta 25,b.2
Κρουσίθυρος, modus tibiæ cõcitatior in Elegiis 33,c.1
Cultus ac nitor orationis quis sit 184,c.1
Cunctus ab omni quid diuersi habeat 188,b.1
Cunei, sedilium ordines, à figura dicti 33,d.2
Curetas, primos ἐνόπλιον quare saltasse autument plærique 28,c.1
Curetas, eosdem esse qui & Corybantes 28,c.1
Cursoris nomen 20,b.2
Cursus minimus erat stadii vnius 38,a.1
Cursuum varietas à quantitate 38,a.1
Cutem in fronte distentam, remissæ vitæ ac væcordis frequens indicium esse 22,c.2
Ctesibius Hydraulicæ author 3,d.2
Κυβιστητὴρ Saltatio 26,b.2
Κυκλοπλεῖς versus 72,a.1
Κυμαῖος Apollo 35,c.1
Κύμβαχος Græcis quid sonet, 187, d.2

D.

Dacorum in Choris motus, cæteris gentib. non vsitatus 16,c.2
Δάκτυλος pes sacer Baccho 39,d.1
Dactylicæ tibiæ 32,b.2
Dactylicis tibiis vtebantur olim ad ὑπορχήματα 32,c.2
Dactylici affectus 78,b.1
Dactylici versus 61,c.1
Dactylicis inæqualia fuisse foraminũ interualla, qualia sunt tempora pedis Dactyli 32,c.2
Δάκτυλος postremà pars πυθικοῦ νόμου, à tẽporum numero sic appellata 38,d.2
Δαδοφόροι nuptiarum 152,c.2
Δαῖτες ἴσαι ab Homero, vnde dicta sit 33,a.1
Damon Athenienses Lydiæ, remissæ harmoniæ, qua occasione fuerit author 30,c.2
Danae quomodo repræsentata 25,b.1
Dapes vox Latina, vnde sumpta 187,a.2
Daphnis insignis ludio, cuius interitus bucolicis cantionibus celebratus 8,c.1
Daphnidis fabula 8,d.1
Deceleonæos, primos in Nemeis præfuisse 41,d.1
Decoctores voluntarii tam apud Romanos quàm Athenienses, toto theatro abstinere iussi 34.b.2
Decorum in primis obseruãdum Poetæ 99,a.1
Definitio duplex, Χρήματος καὶ ὀνόματος 131,d.1
Definitionẽ Tragœdiæ Aristotelis exeutit Scaliger, & suam ponit 12,d.1
Deformatio, eadẽ quæ διατύπωσις 122,b.1,& 126,b.1
Δεικηλισταί 18,a.1
Δεινότης siue δείνωσις 134,c.1
Δεινότης orationis 177,d.2
Δεῖος tibiæ modus 33,b.1
Δεῖπνον Græcis, ὅτι δεῖ πίνειν 16,c.1
Delectatio fabularum est vel in iocis, quod est Comœdiæ: vel rebus seriis, si sint vero propiores: quod est Tragœdiæ 145,a.2
Deliam ad aram quare nulla cæderetur hostia 155,b.2
Deliberatiui generis orationes, haud rectè suasorias appellari 3,a.1
Delineationis nomine quid comprehendatur 120,b.c.1
Delitiosa apud Comicos nomina 20,c.2
Delphi soluti periculo, Pythonis ludos Apollini instituêre 38,d.2
Delus quare Asterie nominata fuerit 167,a.2
Demaratus Hercensis excelluit Olympiæ cursu in armis simul cum scutis 40,b.2
Demopœetum Sicyonium, aliis Epigonũ quendam, plectri officium ad solam manum trãstulisse 51,a.b.1
Demosthenis & Thucydidæ in genere dicendi comparatio 176,c.1
Demoxeni versus de quodam adolescente 30,a.1
Deo quare thus dari, laudes cani soleant 92,c.1
Deos aquaticos machina læua introduci solitos 35,d.2
Designatores dictos, qui funebres ludos curarent 44,d.1
Δίσις, Turbatio negotiorum in Tragœdiis quare vocetur 146, b.1
Despondẽtium animũ qualis oratio 112,b.2
Desultores nostri ab ἀναβάται & Calpe Græcorũ quid differant 41,a.1
Detractatio figura
Deus ex improuiso demissus, quid sibi ostendi quando solet 36,a.1
Δευτεραγωνιστὴς in fabularum actione, quis
Διεξιόδικος Chorus
Dexteritas, siue δεξιότης, Poetæ quæ esse debeat 184
Dextra ara Baccho in Tragœdia Apollini in Comœdia 35 b.1
Dextra porta in Tragœdia peregrinum aut hospitem emittebat 35,b
Διὰ quid nõtet 6,c.1
Διὰ συνδέτων ὀνομάτων poema, quid cum Dithyrambo simile habeat 30,a.1
Διάζυγος meretrix 24,b.
Διάζυγος amictus 25,a.2
Diadema quid fuerit 21,b.2
Dialectica instrumentum rationi fabricans 82,d.1
Διάλεκτος propriè quid designet 6,b.1
Diallage, vel potius ἔνστασις, figura 132,d.2
Dialogi inuentor quis 6,c.
Dialogi quid sint
Διαλογιστικὸν quod & δραματικὸν poematis genus & Imitatiuum 6,b.c.1
Διαλογισμὸν, omnem esse posse rationem 126,
Διάμιτος, vnde dicta meretrix 24, b.1
Diana Taurica 7,c.
Diana Lyæ, & Luæ vnde cognominata 7,c.d.2
Diana Phaselis 7,d.2
Dianæ Caryatidis cognomẽtum vnde 7,a.2
Δίαρμα Græcis quid sit 147, d.2
Διασφαλισμὸς saltatio 26,b.2
Διασυρμὸς, siue vexatio, Sarcasmi species 141,a.b.2
Διάτορος 32,d.2
Διατύπωσις, siue ἀπόδειξις, quid differat ab ὑποτυπώσει 122,d.1
Δίαυλον carmen 73,c.2
Δίαυλος cursus qui fieret 38,a.1
Διάζωστρα, subligacula mulierum Thessal. 29,a.2
Dicæologia, Rationabilitas, an figura dici possit nécne 134,d. 1,& a.2
Dicendi genera siue formæ, tres 174,a.2
Διήγεσις quid 17,b.1
Dictum perfacetum in mulieres

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ soccis vtuntur altis- 21,c.1
mannus mons Cretæ, Dianæ 39,b.1
κτα, munera præceptoribus ri solita 152,c.2
ποιΐα poesis ne redoleat, ad- Camœnda cautio est 101,c.1
halrentiæ orationis eadē quæ rsonæ, cui illa maximè affi- 108,d.2
στιο, figura Græcis ἀνάβασις & βάσις 135,b.1
Cigestionem ad ornatum & for- mam pertinere 19,a.1
Dignitas personæ vnde pendeat 187,a.1
Dignitas grandiloquo perpetua comes 187,a.1
Dignus vnde dicatur 187,a.1
Διηγηματικὸν & ἐξηγηματικὸν, & ἀπο- διηγηματικὸν dicitur idem simplex poematis genus 6,b.1
Dimeter quid 58,c.2
Δημοκρατία quid sit 96,a.1
Diodorus Siculus de tripode Py- thico ægrè admodum satisfa- cit Scaligero 39,c.1
Comedis grammatici definitio Parœmiæ, ridicula 139,d.1
Dionysiaca saltatio 28,a.1
Διονυσιακοὶ Chori Athenienſ. 16, a.2
Δῖος & ἄρμα quid differant 41, c.1
Διοφαντείας seruus vnde dictus 24, d.2
Διπτοτεύτη 25,b.1
Diphthongos amittere tēpus v- num sequente vocali 78,b.1
Διπλῆ, saltationis genus 27,a.2
Διπλοΐδια, saltationis genus 28,d.1
Διπροσώπων Plauti prologū, rectè ἤθικὸν appellari posse 15,d.1
Diræ, Poematis genus duūm ge- nerum 53,b.1
Diræ, carminis genus dictum ab imprecationibus 53,a.1
Diræ Latinis geminæ, Græcis E- rinnyes tres 53,a.1
Diræ Latinis, quæ Græcis Erin- nyes ibid.
Directionē orationis ad res bru- tas admodum afficere 119,a.1
Disci iactus quī fiat 37,c.1
Διονυσόπαιδες, histriones qui rectè agebant 36,c.2
Δίπτυχα vox quæ dicatur 31,d.1
Dissipatio figura διασυρὰ vel δια- σκόρπισις Græcè 135,b.1
Διστέγια etiam priuatarum ædium in scena 35,a.2
Δίστιχα & ὕπερα δωμάτων in regiis Ibidem.
Dithyrambi ab hymnis modis tantùm diuersi 49,c.2
Dithyramborum duplex ponitur etymologia 49,c.2
Dithyrambos in honorem Bacchi factitari solitos docet ety- mon verbi 49,c.2
Dithyramborū stilus qualis fue- rit 49,d.2
Diuersitas in toto & partibus cō stituī potest 89,b,1
Doctrinæ finis, scientia 2,b.1
Δόλιχος maioris laboris fuisse quā διαυλος scripsit Plato 38,a.1
Δόλιχος cursus qualis fuerit 38,a.1
Δολιχόσκελος versus 75,d.1
Domitianus septimum ab Vrbe condita seculum celebrauit 44,c.2
Donatus Poetarum anima dici meruit solus 114,c.1
Donatus & qui eum secutus Gra culus, i. Erasmus, reprehēdun- tur in definitione Parœmiæ 139, b.c.1
Donati opinio, qua negat perso- nam eandem plus quinquies in proscenium exire, falsa esse do- cetur 15,d.2
Donati errores duo in eo quòd dixit Vlyssem palliatum sem- per introductū. Pallium enim Locrorum esse 21,b.2
Δοπὶς in modis quid 31,d.1
Dores Lydorum colonos fuisse rectè probari posse 30,d.2
Dorica harmonia vetus & tibia 30,d.1
Dorica harmonia media ἁρμονία 31,c.1
Doricæ leges tibiæ sedatiores 31,b.1
Δῶρος filius Hellenis, à quo deno- minati Dorienses 30,c.1
Δόρπον, ἀφὸ τὸ δέρω πωλεῖν, militaris vox 10,d.1
Δόξα, à κλέος quid differat 161,b. 2
Dramatici poematis genera & or do 6,a.2
Δραματικὸν poema, quare sic dica- tur Ibidem
Δρᾶν, quid significet 6,d.1
Ductus orationis Rhetorib. mo- dus & color est 112,c.1
Duellum à duobus dici 142,b.1
Durdi & Thefal, voces Arabicæ, quibus fæx & amurca expri- muntur 11,d.2
Duris Samii testimonium de so- lenni saltatione Regis Persa- rum 30,b.1
Δυθυραμβάκαλον vel Δυθυραμβὰς, Odæ Pindaricæ genus 47,a.2
Δύωρος Græcis, biiugi equi Lati- nis 38,c.2

E.

Ἔαρος & καλύπτρα, Græcis velum sponsæ 152,c.1
Ebrii in scenam tragicam intro- ducti 25,b.2
Ἐκκαπτείδης, saltionis species 27, a.2
Ἔκβασις, Latinis Egressio, figura qualis Ibidem.
Ἐκκόρει κόρη κορώνῃ, verba in nu- ptiis accini solita 151,c.2
Ἐκλάκπισμα, muliebris saltatio 28,c.2
Eclipsis, Latinè defectus: figura maximè seruiens affectibus 136,a.1
Eclogæ quid sint, & cur sic appel- lentur 7,a.1
Ecstasis quid sit 90,c.1
Ἔδνα, dona quæ maritus sponsæ ferenti sua φέρνη, rependeret 153,d.1
Efficacia quidnam propriè vo- cetur in scripto aliquo vel ora- tione 113,a.2, & 116.b.2
Efficaciam siue ἐνέργειαν, non tam in verbis quàm in rebus ipsis es se 116,b.2
Efficiens causa duplex 85,c.2
Effictio quasi effigiatio, figura 122,d.2
Ἐγκλειόμεναι, fabula 13,2
Ἐγκωμιολογικὸν 63,b.2
Ἐγκώμιον vnde dicatur, & quid sit 161,d.1, & c.2
Ἐγκύκλημα, machinæ scenicæ ge- nus quale 36,a.1
Ἐγγύασις, ingeniculatio 27,b.1
Ἐγγύασις pro ingeniculo, signo cælesti ibid.
Εἰκονικὸς parasitus, à Siculo quid differret 23,d.1
Εἰλαπινασταί Homero qui 23,b.2
Εἰλὼς abaci cuiusdā in scena no- men 35,d.1
Εἰσόδιον Chori 16,a.2
Ἐκκλησία oppidum 18,d.1
Electio vnde manet 157,d.1
Eleenses ab Arcadibus quo tem- pore victi fuerint 41,a.1
Eleenſib. tribus duodecim, vnde & totidem Iudices electi 41,a.1
Elegia quæ sit, etymologia docet 52,c.1
Elegiæ definitio ex Didymo 52, d.1
Elegiæ argumenta quæ sint 169, c,d.2
Elegiæ cur à funeribus ad amores translatæ, idonea datur ratio 52,d.1
Elegiā in funeribus primùm dic- tam 52,c.1
Elegiacum, sine cæsura apud ve- teres 68,d.1
Elego non semper finiri sententiā 79.a.2
Elegos lex tibiæ 33,b.1
Elegiacos versus cæsurā breuem admittere 79,b.1
Elenchus quid sit 172,b.1
Ἐλὼς nocturna auis Aristot. La- tinis Vlula 52,c.1
Elisæ orationes amantis. 1111. Æ- neid. exponuntur pag. 109. & 110 & 111
Ἔμβολον, musicum instrumentum 50,d.2
Ἐμπαιδεῖκται dicti decem iudices Olympicorum certaminū 41, a.1
Ἕλλανος vox recentior quàm Gre ci 30,c.1
Ἕλληνες ab Hellene dictos 30,c.1
Elogium quid 113,d.2
Elymos tibia, pòst Berecynthia dicta 32,c.1
Ἐμβάδες cothurni 21,c.2
Ἐμβάται socci 21,c.2
Ἐμβατήρια μέλη apud Lacones, εἶδος fuisse 28,b.1
Ἐμβατήρια tibiæ Laconum, vt & saltationes 31,d.2
Ἐμμέλεια saltatio tragica, qualis 27,d.1
Emmelia saltatio exarmatur 28, a.2
Emmeliam, inuentum Bathylli Alexandrei putari 27,b.2
Ἐμμελέβοδες versus qualis 71,b.1
Emphasis quæ Latinè Ostensio dici possit, duobus sit modis 137,b.1
Emporiorum mores quare ple- rumque deprauatissimi 166,b.2
Ἐνθυμητικὸς tonus ab Olympo ex- cogitatus 32,d.2
Ἐνκλιτικὸς καὶ ἐμψυχος Oratio quæ dicatur Hermog. 183,c.1
Ἐνρυθμία modi contrarii γυμνο- παιδικῇ 32,d.2
Endymion Æthlio satus, Clyme- num exactum regno priuauit

40.d.2
Ἔπαρχίας extrema duo 116,b.2
Ennius cur simplici appellatione vocet fortunam Heram 101,b.1
Ennii versus risit Accius 13,a.1
Ἔνσπονον saltatio ab habitu 27,c.1
Entheæ leges tibiarum 31,d.2
Enthymema quid sit 135,d.1
Ἔνυδρα, vestes quibus per aerem fe rebantur personæ 36,b.1
Ἐπάδειν 16,d.2
Ἐπαοιδοὶ 199,c.2
Ἐπαχθισμὸς cogitabundi gestus 27,b.1
Epanastrophe ab Antistrophe quid distet 200,a.1
Ἔπαινος vox vnde originem traxe rit 161,a.1
Ἐπαίνου definitio Ibidem
Ἔπαινος ab ἐγκωμίῳ quid differat 160,d.2. & 161,d.1. & a,2
Epanaphora quid distet ab Ana- phora 199,c.2
Ἐπαύλια dies nuptiarum tertius, Latinè Repotia 151,b.2. & 153 c.1. &
Ἐπαύλια dona quæ spōso à vir- gine dabantur inter quæ
Ἐπενδυτὴς ἱστία vestis quæda Ibidē
Ἐπεισόδιον quid sit in Tragœdia 19,b.1
Ἐπεισόδιον mimorum 17,a.2
Ἐπεισόδιον nomine quid significe tur Aristoteli 148,d.1
Ἐφαπτίδες 21,a.2
Ἐφαρμογή, i. adaptatio, cōparatio- nis transitus 127,c.2. & 128,b.2
Ἐφηβικὸς locus adolescentibus in theatro Athenis designatus 34, c.1
Ἔφυμνα quę 19,d,1
Ἐπῳδικὸν orationis 183,c.d,1
Ἐπῳδικὸν poematis genꝰ qua- le sit, & vnde dicatur 158,b.c.d. 1
Ἐπιδειγμάτων nomina varia 25,a,2
Epicæ poeseos partes potiores, quibus personis dentur 144,a.2
Epicedium elogio mixtum 114,a.1
Epicedia, dicebantur in exequiis quum iusta persoluerentur 52, b.1
Epicediū ab Epitaphio quid dif- ferat 168,b.1
Ἐπιλήνιος hortatio maritima 138 a.1
Epicharmus poeta Comicus, cui- us ad exemplum properare Plautū scribit Horatius 147,d.1
Epicharmū parasitorum nobile nomen ad opprobrium comi- cum transfluisse
Epichirema Latinis Agno- figura
Epichoriambicum carmen 3, c.1
Epicus poeta quis propriè 45,
Epici Poetæ qualis debe dispositio 144,
Epici poetæ qua ratione ex ria conficiant poema 78
Epicorum præmium taurus c.2
Epicum poema, quare prin omnium 6,
Epicum opus vniuersum in cer- tos libellos diuidendum 144,d. 1, & a.2
Ἐπικομάζειν verbum quid sit 10, a.2
Epicrates Ambraciota
Epicrates antiquus Comic, qui vocet σκηπτοῦχον 34,c.1
Epicredios saltatio Cretens. 29, a.2
Ἐπικούειος, siue Ἐπιμούειος 54,a.2
Ἐπιλεκτικοῦ vox male à Quintu- liano accepta pro ostentatione 8, 3,a.2
Ἐπιμήνιοι deorum festa quæ in Græcia 16
Epigrammata quare & Lem ta dicantur. i. indicaturæ b.1
Epigrammatis definitio 170.1
Epigrammatis virtutes duæ 170 a.2
Epigrammatis vox quare tātùm breuibus poematiis propria fa & ta sit 169,d.2. 170,a.1
Ἐπίσκυνος quid significet 23,c.1
Epilogi siue poematum clausio- nes 54,c.2
Epimedes nomē vnius Idæorum dactylorum 40,b.1
Ἐπιμελείας nomine, tum accura- tā tum præposteram diligen- tiam apud Hermog. designari 183,a.2
Ἐπιμηδὲ 76,d.1
Ἐπιμύλιος cātilena quæ ad mo- lam canebatur 53,c.2
Ἐπινίκια μέλη haud absimilia Pæ anib. 47,a.2
Epinicia in certaminibus victori canebantur 48,a.1
Ἐπίνομις Platonis liber, quem post leges statuit 48,a.1
Epinomidem quare inscribi pla- cuerit Scaligero Poetices po- stremum librum 48,a.1
Epionicum quale 67,d,1,a,2

Universidad de Deusto
Biblioteca

versus 75,d.1
Chori 16,a.2
μέλος, modus tibiæ in Bacchanalibus 33,c.1
pathegnia siue ἐπίρρημα, i. actionatio peculiaris Pæanibus, 48,b.1
Cantica 19,d.1
pompeutica μέλη ad pompas 3,a.2,& 48,b.1
militum crines, vnde nominati 23,a.1
σημον Græcis quid sonet 161, b.2
Epithalamium carmen quale & vnde dictum 150,b.2
Epithalamii carminis initia diuersa 154,a.2
Epithalamii carminis argumentum 150,b.2
Epitaphia, cantus ad tumulum 52,b.1
Ἐπιτάφιος λόγος καὶ ἐπικήδειος 168, a.b.1
Epitasis quid 15,b.1
ἐπικὸν poematis siue orationis genus 159,a.2
hesin pro apparatu epitherum rectè dici 117,d.2
itheta vnde sumi possint 118,b.1
hetorum modi 118,b.c.d.1
ithetorum efficacia & proprietas tam in re quàm elocutione 118,a,1
Epitritus quid,& quare sic dictus 52,d.2
Ἐπιχορήματα quæ & χορόπαι 125, a.1
Epitrope, Concessio figura 131, d.2
Ἐπῳδὴ ab ἐπῳδὸς differre 148,d.2
Epodos in sacris qui dicatur, ex Galeno ostenditur 48,a.1
Epodon liber Horatii, quare sit ita inscriptus 48,a.1
Ἐπῳδὸς vnde dictus, & quid repræsentaret 16,c.2
Epopœia 12,b,1
Epos carminis nomẽ, qua ratione solis dactylicis senariis magniloquis attributum 45,b.1
Ἐπόστιμοι epitriti dicti 58,a.1
Ἐπωπαὶ lyra Pindaro cur dicta 5,b.2
Epulonum tibiæ quare περίνεοι dictæ 33,b,1
Epulonum collegium apud Romanos 23,a.2
Equus quare sacer Neptuno 42, d.1
Equi coronari Consualibus quare soleant 42,c.1
Erasmi mirificam Latinitatem perstringit Scaliger 176,d.2
Erigone Tryphonis carmen 52, a.2
Eriphanis poetriæ νόμιον 9,a.1
Ἔρως morbi genus apud Medicos 105,b.2
Errores in curandis morbis 2,a. 2
Erroris inductio, figura 143,c.1
Erycen Siculum cestu excellentem 37,c.2
Essentialis pars duplex, aut in re aut in intellectu 14,b.2
Ἑταιρικὸς puella, qualis 24,b.1
Ἑταῖροι à Thebanis mimi vocabantur, Latinè volones 18,b.1
Ethologi qui dicantur Ciceroni 17,c.2
Ἔθος vnde 83,a,1
Etymologia quid sit 142,a.1
Etymologia quid sit,& vnde nomen illud acceperit 131,d.1
Euagoras Elæus bigis idq; equis perfectis Olympiæ victor 40, c.2
Euasio figura qualis 125,b.c.1,& a.2
Εὐείνια quædam animalia, qua ratione vocet Aristoteles 174,b.2
Eubœus Parius Parodiarũ scriptor sub Philippo floruit 46, b.1
Eubœi parodica quędam ex Homero 46,d.1
Εὐχρίνεια orationis, quæ Græcis dicatur 180,c.1
Euētum veteres quem nominarint 90,b.2
Euentus rerum quibus pigmentis ornare debeat Poeta 90,c.2
Εὐλογία species Ἐπαίνου 161,c.2
Εὐμενίδες Græcis dici furias κατ' ἀντίφρασιν 142,c.1
Euphemen nutricem Musarum qua ratione professi sint veteres theologi 4,d.1
Euphorion Cherrhonesius 65,a.2
Eupolis 12,a.2
Eupolides 67,a,2
Eurialici versus qui 71,d.1
Euripides ob frequentiorem vsum σκηνῶν à Criticis damnatus: Sophocles non item, ob rariorem 16,d.2
Euripides abusus Lino, à tristibus ad læta transferens 52,a.1
Euripides damnatur à Criticis, quòd prologum miscuerit cum protasi 18,b.2
Euripidæ responsum ad obiectionem, quòd impuras fœminas adduxerit in Scenam, quarum turpitudine populus fieret deterior 145,c.d.1
Euripidis ad Archesilaum apophthegma 11,c.2
Euripidi falsò tribuitur introductio ebriorum in scenam 25, b.2
Euripidis locus, vbi facit Peleum obiicientem Lacænarum nudationes 29,a.2
Euripidis Cyclopẽ, parum à Comœdia differre 145,a,1
Euripidis Apoththg. 1,c.2
Euripidion carmen quale 61,a.1
Eurybatꝰ lucta Olympiæ victor declaratus 40,a.2
Eurylochus Thessalꝰ, ob roboris præstantiam alter Achilles dictus 39,a.2
Εὐτελὲς καὶ ἴδιον qua ratione vocet Hermogenes subtile dicẽdi genus 174,b.2
Eutelidas Lacedæmonius pueris proposito Pentathlo, precium operæ tulit 40,c.2
Εὖ ἀφίησιν quare Plato potius quàm χαίρειν ponit in epistolis & salutationibus 4,c.2
Exaggerationis finis & vsus pro affectib. 125,c.2
Ἔξαρξαι 49,c.2
Excitatio siue ἔγερσις figura 132, d.1
Exclamatio figura 123,c.2
Exclusio figura 132,a.2
Ἔξις & ἕδος quid differant 104, d.1
Exemplum quare Græcis παράδειγμα dictum fuerit 127,c.1
Exempla multarum rerum posse ex Virgilio hauriri 86,d.1
Exemplum inter figuras meritò censeri 127,c.1
Exempli nomẽ vnde ductum sit, & definitio 135,b.2
Exibilari à populo, qui soleant Histriones mali 36,b.2
Ἐξόδιον quid in Atellana diceretur 17,a.2
Ἔξοδον chori 16,a.2
Exodus Tragœdiæ pars 19,b.1
Exomides seruorum variæ, pro euentu & ætate 21,c.1
Exornatio duplex 19,a.1
Ἐξώστρα, machina recitãdis iis quę secretò patrata essent in ædibus 36,a.1
Ἐξώστρα, eadem quæ ἐκκύκλημα dicitur 36,a.2
Explodere Latinorum vnde sumptum 36,b.2
Expressio personarum 83,c.1
Extenuatio figura alia simplex, alia composita 137,a.b.2
Exulum vestitus in Tragœdia 25,d.1

F.

Fabricas artes, medicinæ esse pedissequas 82,d.1
Fabros cuiuscũque generis quales facere deceat 102,a.1
Fabula vnum genus, & nomen cõmune Tragœdiæ & Comœdiæ 11,c.1
Fabulæ inter partes in ludis primarias recensentur 42,a.2
Fabularũ genera, ab ornatu vestitúue quẽ gererẽt, nominata, vnde orta 13,b.2
Faces & tedæ in nuptiis quot numero, & cuius fuerint materiæ 152,b.c.1
Factoris vocem iniquè olearioru cancellis circunscriptam esse à veteribus 3,d.1
Faliscum & Cinciũ primos personatos egisse Comœdiã 21,a.1
Fallere, παρὰ τὸ σφάλλειν 188,d.2
Fama bona præmium sapientum 4,d.1
Famæ Virgilianæ & Eridis Homericæ comparationes 227,a.1
Famam malam pro supplicio Plato multis statuit 4,d,1
Far tostum quibus nuptiis præferri soleat 152,d.1
Fati administra Fortuna 115,d.2
Fatigare diem quid sit 191,b.1
Fatum quid 82,d.2
Fatum quid appellarint veteres 90,b.2
Fauni fatidici quo genere carminis scripti fuerint 68,b.2
Fel hostiæ nuptialis circum arã proiici solitum quid innuat 152,a.1
Feliũ natura in venatione 129, b.2
Feriæ statæ aliæ erant, aliæ minus statæ apud Romanos 42,a.1
Φέρνη, dona quæ marito ferebat vxor repotiorum die, vocabant Græci 153,d.1
Ferreus annulus quem vir dabat vxori, quid designet 152,d.2
Fescenina carmina, attellana sunt 17,c.2
Fescenina tripudia qualia apud Roman. 29,b.1
Fescenninorum carminum origo 150,d.2
Festiuitates certorum populorũ Græciæ 41,d.2
Festiuitates quibus Tragœdię agerentur quatuor erant: in tribꝰ feriæ, quarta Satyricæ Tragœdiæ dabantur 14,a.2
Figuræ definitio 110,d.1,& a.2
Figuræ ad certas species deducũtur 121,d.2,& 122,a.1
Figurarum diuisio 121,b.1
Figuræ quę cuique characteri maximè conueniant 205,d.1
Figuras primùm se ad certa capita reduxisse dicit Scaliger 144, a.1
Figura ἀλλοίωσις quæ sit 202,a,1
Figura χρεῖας quæ sit Hermogeni, & vnde dicta 203,a.1
Figura Κλίμαξ 200,a.2
Finis prima causa 88,a.2
Finis & forma aliquando pro eodem Ibidem
Finis propriè quid sit 2,c.1
Flammeo quare sponsam ornarint veteres 152,c.1
Floridum dicendi genus à pleno quid differat 185,d.1
Fluxi versus 75,d.2
Fœdum à fœderibus dici 189, b.1
Fœdæ saltationes 29,b.1
Fœmineæ naturæ vera pictura 96,d.1,& a.2
Fœmineæ virtutes propriæ in ædibus atque in operibus, quæ sint 97,b.c.1
Fœminæ persona & oratio 109, a.1
Fœminæ virtus propria, pudicitia & pudor 96,d.2
Fœminæ quot modis res viriles attribui possint 47,c.1
Fœminarum personæ ad xxiiii. ordines 23,d.2
Fœminarum pugnas noctu edidisse Domitianum 44,c.1
Fœmina aut minus quàm canem aut plus quàm senionem iacit, prouerbium apud Italos 96, c.2
Fœminis per Augustum superiora loca sunt designata omnibus in ludis atque spectaculis, præter Athletic[illegible] certan[illegible] d.2
Fœmineo in sexu nihil [illegible] diocre 9
Fontes, spelunceæ, ambulacra, piaria, ad scenã satyricam accedere 35
Forensis oratio fulgor 18
Forensis ars, Oratoria dict[illegible] a.2
Formæ duplices 88,
Formula quædam perpenden[illegible] diuinitatis Virgilianæ præfe[illegible] bitur studiosis 11,
Fortitudo quid sit, & eius diuisi[illegible] 93,b.2
Fortitudinis officia 82,b.2
Fortitudinis varii modi 106,a. b.c.d.1
Fortitudinis partes 82,b.2
Fortis viri quid sit proprium 106,a.1
Fortis ab imbelli in adeundo periculo quid distet 97,d.1
Forti versutus quid interfit 107, b.1
Fortuna & Casus quomodo differant 83,b.
Frequentatio, πύκνωσις figur[illegible] 124,b.2
Frugi adolescentis forma
Funebres ludos ex arbitrari[illegible] statos fecit Claudius princ[illegible] quos ædiles ederent, atque g[illegible] diatorios appellauit 44,a.1
Funebrium ludorũ origo quàm vetusta sit 43,c.2

G.

Gaditanæ saltationis modi tres 29,b.2
Gaditana saltatio omnium corruptiss. 29,b.2
Galeni locus de Damone Milesio, qui tibicinã à Phrygiis modis ad Doricas leges sonũ demittere iussit 31,b.1
Galericuli personis additi in scena 21,a.
Gallionis errores aliquot de figuris 125,d.1,& a.2
Galli excellẽtes in mimicis actionibus 24,a.2
Gallos olim summo in honore habuisse poetas cõuictores, à quibus laudarentur 53,d.1
Galliambicus versus facetissimus, ac venustatis plenissimus 79,a.2
Galliambicum carmen 66,c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible]ne mos in agendis fa- [illegible] 34,a.1
[illegible]me-ter poematis genus idē cum Epithalamio 150,b.2
[illegible]ter vnde dicatur Ibidem.
[illegible]dia quibus rationibus facil- [illegible] comparentur 7,b.1
Carminis error, qui à personādo per- hibuerit dici putarit 20,d.2
[illegible]inas tibias, pares nominatas [illegible],a.2
[illegible]thliaci carminis natura & ratio 155,d.1.& a.b.c.d.2
Cenealogici hymni partes περὶ φυ- σικῶν ἢ μυθικῶν ὕμνων 163,a.2
Generatio qui pariat immorta- litatem 155,d.2
Genius malus qui Bruto appa- ruit 116,d.1
Genium bonum Cæsari se ostē- disse 116,d.1
Genii Pythagorei duo 116,b.2
Genii locorum diuersi vnde effi- ciantur 102,a.2
Genii quemadmodum agant in hominibus docet Scaliger 116, b.c.1
[illegible]tes apud quas plurimus equis [illegible]nos 7,d.1
[illegible]atium ac populorum ingenia [illegible]de excipienda 102,b.2
[illegible]us dicendi plenum quod sit [illegible] 85,c.1
[illegible]τεσμὸς saltationis nomē ab imi- ratione 27,c.1
[illegible]μηχανὴ machinæ genus quo ra- piebantur personæ 36,a.1
Geranæa, Megaræ regionis mons 41,a.2
Germanorum modulatio & tibia 30,a.2
Gestus & modi saltantium 26,c.2
Ginglarus tibiola pusilla apud Æ gyptios 31,d.2
Gingra saltatio in funerib. 29,c.1
Gingram ad cognominem tibiā edi solitam 29,c.1
Gingras siue gingris,& gingros, genus tibiæ 31,d.2
Gladiatores exhibere quātus fue rit sumptus: quanta etiam im- manitas 44,b.1
Gladiatorum mos initio certami nis rudibus batuere: ferro nu- dos transigere 44,c.1
Gladiatorum mos vnde primùm ortus 43,d.2
Γλαῦξ ὠκυτέρα similis 29,a.1
Glyconicum carmen quale 61,b.1
Gnathones vnde dicti 23,b.1
Γοργότης siue celeritas figura 124, d.2.& 125,c.1
Græcum nomen ipsis iam Græcis desitum 30,c.1
Græca garrulitas 30,b.2
Græcorū tragicæ personæ quæ- dam ridiculæ, ob vestitum gra- uitatis expertem 24,b.2
Græcos poetas sua carmina pu- blicis ludis recitare solitos, tan- dem oblæsa frequentioribus o- peris voce, puerum qui ad tibiā caneret præ se statuisse 43,b.1
Græciæ nationes primariæ duæ 30,b.1
Grammatici ridentur ob etymon Elegiæ 52,c.1
Grammatici de cestus forma nu- gantur 37,c.2
Grammaticorum iudicium, de dispositione librorum Homeri Iliadis & Odysseæ, reijcitur: & melius probatur 10,d.2.& 11,a.1
Grāmaticorū nugæ qui poeticen oratione soluta profitebātur 4,a.2
Grammaticorum nugæ de nomi ne fœcis 11,d.2
Grammaticorum errores de vo- ce Epodos 47,c.d.2
Grammaticorū errores in diui- sione generū dicendi 175,c.d.2
Grammaticorū iudicium de fine oratoris non sanum 2,c.1
Grammaticorū ridicula ratio de nomine Syluæ, quod à silendo dici vellent 150,d.1
Grammaticorum nugæ de Scolii nomine 48,c.2
Grammaticorum hallucinatio in etymologia Sarcasmi 141,c.1
Grammaticorū deliramentū qui putent epitheta excludi in voce, intelligi in significato 118,b.2
Grammaticorum error in diuisi- one generum dicendi 196,d.1
Grammaticorū falsa de Comœ- dia sententia 11,d.1
Grammatici nomē stultè sibi im- positū probat Scaliger 11,b.1
Grāmaticos in etymologia Saty- ræ, frustra & temerè satagere 19, b.2
Grammaticorum error, qui [illegible]- in Epigr. Martialis, senarium Iambicum interpretantur 45,c.2
Grammaticorū error qui in ver- su Virgilii, *Et torrere parant flammis*, &c. putarint ὑστερολογίαν 102,d.2
Grammatica, Calliæ Athenien. Tragœdia 14,d.1
Gratiarum tum perpetuæ sociæ tum affines quare dicantur Mu sæ 4,c.2
Gratias cur nudas & tres nume- ro esse voluerint veteres 11,b.1
Grauitas orationis in quo sita sit 195,c.1
Griphi veteribus quas designa- rint ambages 54,c.2
Griphi definitio & etymologia 138,d.2
Gruum ciuilis hilaritas & pru- dentia militaris prædicatur 28,a.2
Gruibus non rectè attribui stoli- ditatem, prouerbio communi 28,a.2
Gymnopædica harmonia Lyri- corum 50,a.2
Gymnasia vnde dicta 37,a.2
Gymnasiorum nomē ludis lite- rariis haudquaquam conueni- re Ibidem
Gymnastici ab εὐεκτικῇ quid differant 22,d.2
Γυμνοπαιδία sub Terpādro salta- ta apud Lacedæmonios 32,d.2
Gymnica certamina Delphis cō- stituit Eurylochus 39,a.2
Γύπωνες quid significent 29,a.1

H.

Habitus quid sit 20,c.2
Habitus differentia in materia Ibidem
Habitus à forma differētia Ibid.
Habitus duplices 85,c.2
Habitus saltantium varii 27,c.1
Habita puella, quæ non sit tamē 24,a.1
Halma modº Gaditanę saltatio- nis 29,b.2
Harmation, lex tibiæ 31,b.2
Harmonia quid sit 4,a.1
Harmoniā & melos non esse de essentia Tragœdiæ 11,d.1
Harmoniam cum ipsa natura protinus extitisse 3,a.2,& 4,d.1
Harpastum pilæ genus 29,d.2
Hederas Baccho aris imponi so- litas 35,c.1
Hegemon apud Athenienses pa- rodia certans vicit 46,c.1
Hegemon Thasius Aristoteli primus parodias scripsit 46,c.1
Hegesandri Epigrāma iocosum 49,d.2
Helenam cum Paride Troiam adnauigasse, negat Stesichorus in Palinodia sua 53,c.1
Helicon instrumentum musicū 50,d.2

Helico-

Heliconides Musæ vnde nun- cupatæ 4,b.2
Hellenis filii duo Γῶνος & Δῶρος, qui à patre accepto imperio, suā vterque partem ac nationem ab sese denominarunt 30,c.1
Hemicyclū in fabulis, quo age- bantur enantes è mari 36,a.2
Hemichorion quid vocetur 17,b.1
Hendecasyllabi versus 78,b.2
Hephæstionis error, qui Iambicū carmen ab Iambe mulercula deducat 53,a.2
Heraclidis Pontici locus, quo ne- gauit harmoniam vllam vel Phrygiam vel Lydiam debere appellari, refutatur 30,c.2
Herculis appellatione duos tra- dit Pausanias 40,b.1
Hercules apud Argonautas Pan- cratio superior euasit 39,d.2
Hercules intermissorum Olym- piorum instaurator in honorē Iouis Olympii 40,a.1
Hercules Amphitryonis f. capta Elide Olympia indixit 40,d.1
Hercules Nemeo interfecto leo- ne, Nemea correxit, Iouisque Nemeo dicauit 41,d.1
Hercules cestu Erycen Siculum vicit 37,c.2
Hercules vnus ex Idæis dactylis 40,b.1
Herculis fanum 23,a.2
Herculi quare sacrificari solitum extra muros 115,a.1
Hereulem primum Olympia po- suisse quinto anno celebranda, pro numero Idæorum dacty- lorum 40,c.1
Hereulaneo nodo cur necteretur cingulum sponsæ 153,a.1
Hermogenis sententia de generi- bus dicendi excutitur pag. 179,180,181,182,& 183
Heroas in scena per aerem vehi solitos machina quadam 36,a.1
Heroas saltationibus se exercui- sse 30,a.1
Heroum proceritas 25,c.2
Heroicus versus quare dictus Py thius 78,d.1
Heroici hymni 164,a.b.1
Heroici maiestas carminis, à can- tu Rhapsodia & Epos appella- tur 47,b.1
Heroici siue Epici carminis ratio in tota poesi princeps 144,a.1
Hesiodus Homero maior natu 11,c.1
Hesiodus de ventorum numero ac dispositione arguitur 114,b.1
Hesiodi carmen, quo probatur βέλ- [illegible]εσθαι, esse ipsam versuum com- mentationem 45,d.1
Hexametrum Creticum acatale- cticum non excedere tricena tempora 67,b.1
Hiarbæ irati oratio, quæ est apud Virgil. excutitur 11,d.2,& 112,a.1
Hierax Olympi & famulus & di scipulus 31,a.2
Hieroglyphon nugæ 139,a.1
Hieronymi Vidæ methodum in præceptionibus Poeticis vitupe rat Scaliger in præfat.
Hilarodi minus fœdi quàm Io- nici cantus 52,d.2
Hipponactis reliquiæ, qui paro- dias inuenisse putatur 46,c.1
Hippodamia potitur Pelops 40, a.1
Hipposthenes Lacedæmonius O lympiæ lucta vicit 40,b.2
Hipparchum Pisistrati filium, pri mum Homeri versus Athenas importasse 45,b.2
Hipponactis versus 60,d.1
Hιμερτίδεια sacrificium nuptiarū: & ἥβη τελεία earum numen 151, d.2,& 152,a.1
Hircum Tragicis poetis præmio fuisse 48,c.2
Hirundo nigra cur vocetur Vir- gilio 118,a.1
Hispanorum, etiam hodie, in sal- tando variæ gesticulationes 29,b.2
Hispanis fratribus gladiatorum morem, apud Græcos vetustio- rem 43,d.2
Hispanos digitorum crepitu tibi- arum aut tympanorum momē- ta assequi posse 29,b.2
Historia Epicis poetis pro argu- mento est 5,c.2
Historicæ dictionis tractus qualis 1,b.2
Historias sui tēporis imagini ve- terum historiarum aptauit Vir- gilius 115,a.b.2
Histrio, vocabulū Thuscū 43,a.1
Histriones Romanis dici, qui Lu- diastæ Æolensibus Ibidem
Histriones vnde dicti sint, nondū constare 21,d.2
Homerus vbi & à quibus fabellas quas operibus intertextas accō- modat, edoctus 11,c.1
Homeri oratio qualis sit 176,b.1
Homeri versus, quibus Phœnix exprobrat infantiā Achilli, in- epti iudicantur
Homerum tempore epi[illegible] bus appositisse
Homeridarum appellatio sumpta
Homo, animal sociale 82,[illegible]
Hominis perfectio è disci[illegible] 1,a.1
Hominem, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ dici 18
Honoris voce quare frequen[illegible] vsus fuerit in suo opere Vir[illegible] lius 187
Horarum carminis author 9,3
Horatius quare vocet lege sol[illegible] tos certos poetas 47,[illegible]
Horatius imitationem vniuer- sam, quàm rectè irriserit 214,b.1
Horatius centum-decem anno- rum circuitum attribuit sec[illegible] 44,c.2
Horatius ingratus arguitur, qu[illegible] Mecœnatis, sub nomine Mal- chini, demissas notarit tunicas 149,c.2
Horatii scolion suauissim. 49,a.
Horatii artem poeticam, arte nō docere, sed Satyræ similem, In præfat.
Horatii quæstio, an Comœd poema, soluitur
Horatii locus de Epico poet. Vario, explicatur
Horatio quid Designatoris sit[illegible] men significet 44,c.d.
Horatio Dithyrambi audaces en quare dicantur 49,d.2.
Hosptalia vocat omnes ædes in scena, præter regiam 36,a.
Humanæ res, aut necessarii, aut vtilis, aut delectabilis genere comprehenduntur 1,a.1
Hyagnidem ante Apollinem ti- bia cecinisse 31,a.2
Hydraulus Ctesibii qualis 32,a.1
Hylas corripitur à Pylade præ- ceptore, quòd se grandiorem fecisset, agens Agamemnonem 27,d.1
Hymen quid sit 51,c.2
Hymenæus nuptiarum deus vn- de creditus 151,c.1
Hymenæus numen, Latinis Ta- lassius siue Talasio 51,c.2
Hymenæorum acclamationes 51,d.2
Hymenæorum duo genera Ibid.
Hymenæi carmina nuptialia 51, b.2
Hymni ad aras diis dicebantur 48,b.1
Hymnorū diuersa genera 162,b.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

...ici, nuæ, mimis quid differãt ... 49,a.2
...mo...us Pisæus ... præstitit ... 40,a.2
...ci...us ...ommata Aristoteli quid ...
...Symbole siue Excessus figura Cam... 3.2
...haerphrygia harmonia 30,c.2
...oogypones saltatores qui 29
...rotheticus prologus 15,c.1
...porchema poematis genus Ce...rale 50,b.1
...porchematica Lyricorum harmonia 50,a.2
Hyporchematica Cretẽsiũ propria 27,b.2
...poscenion in magnificis theatris 36,d.1
Hypsipyle regina Lemni, nutrix Opheltæ 41,b.1

I.

Iacere vnde dictum Latinis 20, ...
...tabundi semper milites 99,
...H vel pili missio quî fiat 37,
...us pes præliator & sanguis ... 39,a.1
...lus quid 56,d.2
...bicus in saltatione Pythica tertius actus 39,a.1
Iambicis conuitia faciebant sine imprecatione 53,c.1,& ... 2
Iambici species 60,a.1
Iambici affectus 77,c.1
Γ'αμβίσαι Siculis 16,b.2
Γ'αμβίζειν, ...ὸ νεῦσιν καὶ ἀναβαίνειν 53,a.2
Γ'αμβίζειν idem quod κορδακίζειν 39 d.1
Γ'αμβίζειν quid sit propriè 20,b.1
Iasius Arcas χέλυσι, i. equo solo, vicit Olympiæ 40,a.2
Iasius nomen cuiusdam Idæorũ Dactylicorum 40,b.1
Iberarum cultus 25,d.1
Η'χὼ carmina quæ 72,c.2
Idæi Dactyli qui & Curetes, Iouis nutritii 40,b.1
Idæorum Dactylorum nomina 40,b.1
Idææ matris familiæ quando institutæ fuerint 42,c.2
Idas vnus inter Idæos Dactylos sic appellatus 40,b.1
Ideæ dictionis septem ex Hermogene 176,d.1
Ideam pro forma quare author dixerit 80.c.1
Idearum partes nouem ex Hermog. pag.178
Idola & formæ defunctorum an aliæ sint ab animabus 20, d.1
Idola seu formas defunctorũ pro ipsis corporibus in scenam introductas fuisse 20,d.1
Idomenei error de Pisistratidarum σκόλιας καὶ κώμους 10,b.2
Iduthum inter tibiarum species recensetur 32,c.2
Η'δυκόμους, tibiæ modus in dicacitatibus 33,c.1
Η'δύκομος & ἁδύων species iucundę saltationis 27,b.2
Idyllion diminutiuum ab εἶδος, quia poema sit rerũ quasi species quædam 47,b.1
Idyllium, παρὰ τὸ εἶδος καὶ τοῦ ἰδίου, diminutiuo flexu quare dicatur 7,a.1
Ἰὲ παιάν, ἰὲ παιάν, Acclamatio Latonæ puellum Apollinem hortantis vt sagittis Pythonem occuparet 38,c.2
Ientatio qualis, & Ientare verbũ vnde dictum 10,c.1
Igdis saltationis genus 28,d.2
Η'γεμὼν senex tertius 22,d.1
Η'γεμὼν seruus 23,c.1
Ignis nocturni vsus quibus in ludis extiterit 43,d.1
Ἰὴ παιὰν acclamationem nõ semper Pæanibus additam 48,c.1
Γ'μαδὸς 54,a.2
Imago, Græcis εἰκὼν figura 127, d.1
Imago ab Exemplo quid differat 127,b.2
Γ'μαῖον, pistorum cantio ad molam 53,b.2
Γ'μαλὸς mensuræ genus 53, b.2
Γ'μᾶν trahere & haurire significat 53,b.2
Γ'μαντίον & ἱξκόμβωμα aut ἐπίζωμα Græcis dici seruorum tunicam 21,c.1
Η'μμεῖς 56,d.1
Η'μμεῖς an verè sic appelletur 70,c.1
Imitatio vniuersæ Poeseos finis 11,d.1
Imitatio an sit necessaria 214, a.1
Η'μίθεοι ἢ ἡμιδαῖμονες, Heroes antiquitus crediti 164,b.1
Innuitio figura, nouè: quæ Græcis ἔννοια dici posset 137,c.1
Impares tybię & pares 32,a.2
Imperatores Romani in scena quales 25,c.1
Impietas comes auaritiæ 107,a.2
Impulsionem ad hilaritatem, per se figuram non esse 143, d.1
Impulsu & tractu nos moueri 26,c.2
Impunitas iocorum & licentia priscis Poetis quare data 12,d.1
Inanimata quare non habeant ἦθος, sed πάθος 83,a.1
Inclinationes cæli quæ appellentur 166
Inconsideratio, cognatum ac perpetuum iuuentutis vitium 98,d.1
Incũbere à κύμβαχος Græca voce dici 187,d.2
Induere ab ἐνδύειν 192,c.2
Inductionis definitio 135,b.2
Indumenti militaris species in Tragœdia 25,a.2
Inferiarum carmen & parentalia 168,c.1
Infligere ab origine Græca ἐπελίσσειν dici 192,b.1
Infortunia ab astrologis duo fidera dici 115,c.2
Innumerũ Aduerbialiter à Virgilio poni, pro eo quod Callimacho est ἀμοιολαδὶς 206,a.1
Ino à Nereidib⁹ diua facta, Leucothea Græcis, Matuta Latinis 41,a.2
Inscriptio & titulus Tragœdiæ qualis esse debeat 145,d.2,& 146,a.1
Inscriptio & periocha, quid inter se conueniant aut dissideant 171,c.d.2,& 172,a.1
Inscriptiones librorũ pro variis argumentorũ generib. quales fieri debeant, vide pag. 172
Insipiens quis 81,c.1
Instrumenta 20,d.2
Instrumenta inter causas à Platone numerata 88,b.1
Intellectuum finis quis 81,b.2
Intercalares versus 74,a.1
Interpellatio figura 143,a.1
Interrogatio, ἐρώτησις, figura sit nẽcne 205,a.1
Interualla siue διαστήματα in musica quæ vocentur 206,a.1
Inuentio quæ ad Poetam pertinet qualis 19,a.1
Iocorum duo genera 12,c.1

Ion

Ion Chius, scriptor Dithyrambicus 50,a.1
Γ'ὼν filius Hellenis, à quo denominati Iones 30,c.1
Iones in Asiam migrasse 30,d.1
Ionica à maiori 62,c.1,& 78,c.2
Ionica à minori Ibidem
Ionica tibia seu modus 30,a.2
Ionica harmonia noua mollis, cùm vetus aspera esset 31,c.1
Γ'ωνικὸν, saltationis nomen à regione 27,c.1
Ionicus cantus, cinædicus, & sotadicus 52,b.2
Ionum posteriorum mollities 30,a.2
Ioniæ veteris mores 30,b.2
Iolaus curru vincit Olympiæ 40,a.2
Γ'ὀγλὼ Cereris cognomentum 53,d.2
Γ'ουλος genus carminis 9,a.2
Γ'ουλος, cantio ad lanificia, & in messe 53,d.2
Iphiti tempore, certaminum Olympiorum iandiu intermissorum inita ratione: multa omissa propter inscitiam atque obliuionem 40,a.2
Γ'ψες, oculi ægritudo qualis sit, & vnde sic vocetur ab Hippocrate 42,d.1
Iracundia & superbia temeritatis vitia 107,a.1
Irati vultus describitur 107,b.1
Irarum varii modi 88,d.2,& 89 a.1
Ironiæ vox quid Latinis sonet 140,c.2
Ironiæ appellatio Græcis vnde 140,c.1
Ironia quid Allegoriæ simile, quid diuersum habeat 140,c.1
Ironia duplex 140,d.1
Γ'χὼν dicendi genus quo modo definiat Plutarch. 74,b.2
Γ'χρειοδὲς saltatio, in honorem Bacchi 28,b.2
Isidis sacra 43,d.1
Γ'σόχρονοι versus 72,c.1
Isocratẽ primum inconditæ orationi numeros addidisse 113,c.1
Isthmia instituendi occasiones 41,a.2
Isthmii ludi an nuncupati Neptuno in honorẽ Melicertæ 38,a.2
Isthmionicas iudicio Corinthiorum primùm apio coronatos Timæus testatur 41,c.2
Italiæ fatale malum, vt perpetuò velit dominos peregrinos 119,c.2
Italica fabula 14,a.1
Η'ἰσανσία 227,a.2
Η'ἶδος quid 83,a.1
Η'ἶδος & πάθος quomodo inter se differant 83,a.1
Ithymbi & Phallica Baccho sacra 28,b.1
Ithyphallorum quæ pronuntiatio, & quis ornatus 18,c.1
Ithyphallicum 63,c.1
Iudicatio, figura 123,d.2
Iudices & præsides certaminis Nemæi quare pullati sederent 41,d.1
Iudices quos ῥαβδόχους appellatos legimus, quorum sententia victori deferebatur palma, quũ plures poetæ in ludis publicis certarent, qualis Magistratus fuerit 147,a.2
Iudicii ciuilis finis quis 157,d.1
Iudicem qualem effici à Poeta par sit 100,c.1
Iulia lex de iure sedendi in ludis scenicis 34,a.2
Iulius Laberii mimi quàm studiosus fautor & auditor extiterit 18,a.1
Iulius Cæsar eccc. leones populo Romano in spectaculis proposuit 42,b.2
Iuno eadem quę Fortuna 115,c.2
Iunium Brutum primum in defuncti patris honorem dedisse Romæ gladiatores 44,a.1
Iurisprudẽtiam ex matrona meretricem factam, &c. 82,a.2
Iustitia ciuilis vnde proficiscatur 157,d.1
Iuuenalis insolentiam in quibusdam versibus mereri, vt toto opere vir bonus abstineat 149,a.2
Iuuenalis obtrectatores confutantur 12,b.2
Iuuenalis versus in quo Bathylli nomen posuit 27,b.2
Iuuenales ludi à iuuenibus originem & nomen habens 44,d.2
Iuuenalibus tandem grandiores natu admissi, etiam vtriusque sexus 45,a.1
Iuuenis natura, vt media est inter adolescentiam & senectutẽ, ita & particeps tum vitiorum, tum virtutum 98,d.1
Iuuentutem qualem describi deceat 98,b.c.d.1
Γ'ζὰν vestis Satyrica, quare sic appellata 26,a.1

L.

Laberius mimus, eleg... monis puritate, etiã ... Latium prouocauit
Laberii Gellius aliquot ve... la vt sordida notat, Horat... negat pulchra poemata, sed ... lo iure Ib...
Laberii versus qui à Mac... citantur 18
Labor, Labrũ, περὶ πόνου, ... ci 142
Labyrinthus Cretensis 2...
Λάκαινα μὲ παρθένων ὀχεῖται, vers... saltationis Laconicæ ... a.2
Lacedæmonis loc⁹ à Turcis hodie quomodo dicatur 7,b.2
Lacedæmoniis vnde cum tib... ad bellum exire cœptum
Lacedæmoniós sine mœnibus ... vixisse & regnasse 158,c.2
Laconica carmina quæ 78.a.1
Lacones Dorienses integr... mi 30,... .1
Lacones puellos in Pyrrhicha... exercuisse 28,...
Lactissima, modus Gaditanæ salt... tionis ... 29,
Lætitia quid sit
Lætitiæ causa
Λαγαρὸι versus qui 7...
Λαμπάδιον meretricis genus, ... sic dictum 24,...
Lampides quinquertio in Olympiis 40,a.1
Λαμπαδίτης, genus saltationis quale fuerit 29,b.1
Laniſtæ gladiatorum Magistri 44,b.1
Λακωνικὴ species Reipub. qualis 167,c.2
Lapis in Delphis posit⁹ sub æneo Latonæ signi pedibus 38,c.2
Laponum mos in nuptiis celebrandis 154,a.1
Latinarum fabularum species recensentur 13,c.2
Latonæ æneum signum in Delphis 38,c.2
Laudationes cuiuis syluarum materiæ congruere 150,a.2
Laudationis vniuersæ quædam capita obseruatu dignissima in omni scripto 150,a.2
Laudationis finis 157,d.2
Laudationum materia quæ esse debeat 164,a.b.c.d.2
Λαογραφικὸς qua ratione dicatur 17,c.1
Λαογράφος Chorus 17,c.1
Laus vnde dicatur 161,b.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

...nuncius & Solaminantis filii ... 41,a.2
...nterum 41,a.2
...mes præmia ludorum Græ... minus nobilium 41,c.2
...dæ sententiæ & secta verba ... 184,a.1
...e vocem 184,a.1
...vnde primam matronã
Cam...pellarint Græci 23,d.2
...legatis sociarum gentium locus ...nter Senatores in theatro da... ...fus 34,c.2
...tibiæ Ἀ ῥιμάτιον 31,b.2
...ges communes versuum 76, c.2
...eges dictæ sunt diuersi in Choris modi, quia nefas esset aliter fierent 32,c.2
...de quare criminibus supplicia ...roponant: virtutibus nihil dẽt 91,a.2
Legum chori mutatio & varietas 16,d.2
Legum partes omnibus modis communes 31,c.1
...ιβίων & σπόνδων quid designent 39,b.1
...emma pro titulo Martialis po... 170,a.1
...Iouiis festis non licuisse nu... ...as celebrare 153,b.2
...orum tria genera 24,c.1
...æ aniculæ omnes inducebantur 24,c.1
...enonis versicolor amictus 21, c.1
...enonum nomina 20,c.2
...eo saltationis Laconicæ genus ... 28,c.1
Leoninus versus 73,b.1
Lesbius ᾠδὸς apud Lacedæmonios in honore habitus 47,c.2
Leucothea 41,a.2
Lex & lanx satyra, à Satyris 19,b.2
Liber pater quo ornatu à Tragicis introductus 25,b.2
Λογεῖον pulpiti pars altera, in qua ῥήματα & alia actuũ interualla recitabantur 36,b.2
Liberi chariores nobis cur sint quàm parentes 92,c.2
Libitina vnde dicta 142,a.c.1
Libyn cognomen tibiæ fecit Sirites 31,c.2
Lictores atque viatores ad cuneos positi in Theatro 34,c.2
Liuius Andronicus quo tempore floruerit 5,b.2.& 13,c
Liuius Andronicus carmina Satyrica à se exculta, in ludis scenicis recitauit ipse 43,b.1
Liuii & Thucydidis conciones expenduntur 5,d.2
Locus vnde dicatur 142,a.1
Loci descriptio 86,d.2
Loci naturam sitúmque eadem non esse 165,d.2
Loci situs vel natura quibus rationibus laudari queat pag. 166
Locrica lex in tibiis 33,b.1
Λοχρὶ ἀμφιδυὰ 49,a.2
Λοχαιδικὰ qualia fuere 63,a.2
Λογεῖον ab Odeo distinguitur 36,a.2
Λογεῖον Græci pulpitum cur nominarint 36,a.2
Λογεῖον Orchestræ pars 16, b.1
Λογαοιδικὸς versus 76,a.1
Logogriphi ab ænigmatib. quid differant 54,c.2
Loquor, πρὸς τὸν λόγον 142, a.1
Lorarii nomen 20,c.2
Lucanus longus & tædii pater dicitur 114,d.1
Lucani scriptorum quæ ἐνέργεια, qui Tyranno confertur 116, c.2
Lucerna nuptialis peruigil, pernóxque 152,d.2
Lucifer tantùm iacit luminis, vt obiecta corpora vmbram reddant 227,a.2
Lucius Anilius primus edidit ludos cum Thymelicis 16,c.1
Lucius Mummius deuicta Corintho, quinquennales instituit ludos Ioui Capitolino 43,c.2
Lucta Iouis adolescentis cum Saturno de imperio 40,c.1
Lucta Latinis à motu dicta 37, d.2
Luctã-ne an pugillatus vetustior 37,d.1
Lucta, seu πάλη quid sit 37,c.1
Luctæ & pugnæ differentia 37, d.2
Luctandi variós modos habes 37, d.2
Ludiæ fœminæ 43,b.1
Ludi plebeii quare conditi fuerint, ac deinde intermissione facta à quo restituti 44,b.2
Ludi votiui Theatrales, quíque expiationis ergò indicebantur, classe eorũ comprehendebãtur qui diis essent attributi 42,b.1
Ludi quid differant à fabulis 37, a.1
Ludi expiationis ergò indicti 42,b.1
Ludi ante vrbem conditã in Latium, atque inde postea Romã aduecti 42,a.1
Ludiones primi ex Hetruria Romam acciti 43,a.1
Ludiones à P. Nasica Censore tribu amoti propter sordidioris operæ contemptum 42,d.2
Ludionum vox vnde 8,c.1
Ludorum nomina diuersa à diis, diuis: alia à locis in quibus nomina colerentur 42,c.d.1
Ludorum Græcorũ descriptionem, quare à Pythiis incipiendam duxerit Scaliger 38,b.1
Ludorum qui Romæ fierent primariæ partes quatuor 42,a.c.2
Ludorum summa genera duo 37,a.1
Ludorum qui Romæ fierent à fine diuersa constitui genera 42,a.1
Ludorum & Ludionum nomen vnde 37,a.1
Ludos illos Græciæ celebres quatuor, quare veteres censuerint funebres 38,a.2
Ludos qui Romæ fierent, non omnes cõtinuò Romanos vocari 4,d.2
Lues morbus 7,c.2
Lupercalia Romanorum qualia 29,b.1
Lupercalium mos qui fuerit 43, c.1
Lupi pauitantis expressio 225,a. d.1
Luporum comparationes 228,a.1
Luxare Latinorum vnde 3,d.2
Lycænion lena vnde 24,c.1
Lycomedii persona 22,b.2
Lycurgum Lacedæmonium primum ex Ionia in Græciam vniuersa Homeri opera portasse 45,a.2
Lydia Harmonia quid distet à Phrygia 31,a.1
Lydiorum modorum inuentor Carius Lydus 30,d.2
Lygdamis Syracusanus nobilis Pancratiastes 40,b.2
Lygdamis sepulchrum ad Latomias quare celebratum 40,b.2
Lygdamis Syracusanus corporis magnitudinem Herculeæ parem habuisse dicitur 40,b.2
Lyram & Chelyn qua occasione inuenit Mercurius 50,a.2
Lyram non plectri percussione, sed setarum intentarum attritu tangi 51,b.1

Lyri-

Lyrici nobilitas carminis, nominibus ode, μέλος, μελικὰ, insigniri solet 47,b.1
Lyrici poetæ in certaminibus, præterquam si Scolio certārẽt, iuuencam accipiebant 48,c.2
Lyrici carminis componendi ratio 169,c.1
Lyricorum genera 47,c.d.1
Lyricorũ appellatio, ex eo quòd non sine cantu & lyra sua carmina pronuntiarent 47,b.1
Lyricorum instrumenta, Lyra, cithara, barbitos 50,a.2
Λύσις, exitus tragœdiæ 146,b.1
Λυσιζώνη à Græcis Diana quare cognominata 152,d.2
Λύτρα & ἄποινα Græcis quid 94, d.2
Λύσεα χἄποινα quæ liberatoribus dantur 152,c.1
Lytiersæ historia 9,b.2
Lysiodi 52,d.2

M.

Μακαρισμὸς ab εὐδαιμονισμῷ quid differat 161,b.2
Macedonum Telesiade armata 29,a.2
Machinâ læuâ introducebantur quæ domi & in vrbe gesta erãt 35,d.2
Machinæ dextræ aut sinistræ qua ratione dictæ 35,c.2
Machinâ dextrâ quę foris acta erant afferebantur 35,c.2
Machinæ genus quod in summa trepidatione remedia arcessebat humanis maiora 36,a.1
Machinarum scenicarum locus 35,c.2
Machinis pẽsilia loca quibus regionum facies explicabantur 36,c.1
Machinarũ vsus in fabulis agendis 15,d.1,& a.2
Machinarum in scenis plura genera 35,d.2,& 36,a.b.1
Μακρακῶλος versus 74,a.2
Μακρὸν pars ἐφηλιάστου, quare sic appellata 17,a.1
Mactrismus saltationis genus 28, d.2
Mactrismi duæ ab ætate 28,d.2
Mæson Megarensis personam primus excogitauit 1,a.1
Magadis tibia 32,b.2
Magna mater deũm, Romam ex Pessimunte aucta 42,b.2
Magnanimitas quid sit 94,b.2
Magnanimitas fortitudinis comes 82,b.1
Magodi 52,d.2,& 53,a.1
Maiestas in carmine quomodo comparanda 72,a.2
Maio mense priscos non nupsisse 153,a.2
Μαιῶσθαι quid sit Græcis 3,b.2
Μαίωτρα, quæ darentur obstetricibus 152,c.2
Μαλακοειδὲς versus qui 72,b.1
Malè ominatis diebus connubia olim interdicebantur 153,b.2
Maneros 9,d.2
Μανὸν πρὸ πυκνοῦ ἐναντίον 37,b.2
Manus soli homini à natura datas 26,a.2
Manus à Græco μανὸς dici 37,b.2
Manuum vsus quare prior homini quàm pedum 26,a.2
Marcus Anilius publica persona ex voto ludos edidit sua pecunia 42,b.1
Marcus Tullius quamobrem in prima sit hodie commẽdatione Seneca, à paucis probetur 148,c.1
M. Acilii ludi votiui, quanto sumptu editi fuerint 44,a.2
Mare vnde dicatur 192,a.1
Marmor qua ratione pro mari accipiatur Poetis 192,a.1
Marsyas geminas instituit tibias, quum antea tantùm singulares essent 32,a.2
Martialis lusus in mutam personam 22,c.2
Martialis versus *Hermes supposititius sibi ipsi* expositio 44,c.1
Martialis iocus de fibula & aluta & subligaribus vnde sumptus 42,d.2
Martianus Capella 64,c.1
Maryandeni 9,b.2
Martypiæ fœminæ 28,d.2
Μεγαλιστὶς genus indumẽti, quod Latinis capitium dicitur 25, b.2
Μεχαλιστὶς etiam equi ornamentum seu munimentum, quod ab armis penderet 25,c.2
Massilienſium seueritas, qui vniuersæ iuuentuti suæ theatro interdixere, ne eorum animi otiosis auditionibus remolle scerent 34,c.
Μεγρονὶ à προσῴσασθαι quid differant 21,d.1
Materia Pastoralis carminis vetustissima amatoria, & quare & vnde 7,a.1,
Matresfamilias esse deceat
Matrisfamiliæ nomen competat
Matron Poeta Græcus, Homeri versus ad culinarẽsto poemate inuertit
Matronarum duo genera
Matronis spectatæ pudicitiæ galensante deæ signum pũre mos fuit 42,b.1
Matuta
Matutini temporis perelegãscriptio 87
Mecœnas Floralibus festis natus 155,a.2
Media siue μέση comœdia re dicta, & quomodo à & noua differat
Mediæ comœdiæ nomẽ quare ortum 12,c.2
Medicina illustrissima artium materialium 82,d.1
Medicinam curabiles morbos semper curare
Medici quod sit officium
Medicus magister vitæ
Medicum in repub. quàm torem magis esse necessi 101,c.2
Medicum qualem effingiteat
Mediocritas in Tragœdiis uanda, vt nec breues sint prolixæ nimis
Meditrina dea cui libarent vindemia, eius sacra Meditinalia à medendo 54,a.1
Megalẽses, vox Græca, flexu Romano ἀπὸ τῆς μεγάλης θεοῦ 42,b.2
Megalenses ludi à quibus edi soleant 42,a.2
Megalenses ludi quando & quare instituti 42,c.2
Megalenses ludi magnæ matri deũm M. Iunius Brutus dicauit 42,b.2
Megalensibus, iuuenes omnium ætatum atque ordinum mores gestu atque oratione effingebant 42,b.2
Megalensib. in ludis per sodalitates conuiuia fuisse agitata 42, d.2
Megalensis purpura vnde dicta 42,a.2
Μεσουρὸν carmen 68,a.2
Μεσουρὸς versus 74,a.2
Melanippides primùm vsus Lydiis modis in Epicediis fertur

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ... 6,a.2
... ile rumbia, circa quam ... tum versentur 6,a.2
... Musæ nomen, à meditan ... 3,c.2
... Pindaricas cantiones inicri ... à Grammaticis: alios verò ... isse sidē 47,b.1
... liambi apud Laertium in vi... Diogenis Cynici 47,b.2
... licerta exceptus à Nereidibus ... deus, Palæmonem vocant Græci, Portumnum Latini 41, ... a.2
Μελῳδιῶδαι Chamæleoni non solùm Lyricos, sed etiam Epi... 47,c.1
... odiæ nomine interdum harmoniam appellari 47,c.1
... elodiam omnibus cantionum sonis attributam 47,c.1
Μέλος Lyricorum tantùm fuisse 47,c.1
Melos siue ode Lyrica carmina, ... quibus curas amatorias decan... tant 47,c.1,& 49,d.2
... lemoratio figura Græcis ἀνά... ...ις, frequens in Dramati... ...ris 143,b.2
... riphis saltatio, cuius Socra... ... studiosum fuisse aiunt 29, ...
... nachmi sententia de ... cepta 45,d.2
... a rotunda veteres vsos, ne ... quem sibi prælatum in carmi... ... quispiam conquereretur 33, a.1
Mensarum assecla, Latinè significari posse parasitum 23,a.1
Mercatura 82,a.2
Mercurius citharæ repertor 31, a.2
Mercurius ab Apolline cursu victus, Mars pugillatu 40,c.1
Mercurium Punicæ genti præfe... se 116,a.2
Merendare vnde dictum 10,c.1
Meretricum nomina 20,c.2
Meretricum genera duo 24,a.1
Meretricibus quare lutea vestis data 21,a.2
Meribibi Poetæ, inter θεοπότους quare meritò censendi 5,b.1
Μισθοφόρος famula, quare sic appellata 25,b.1
Μισθικὰ 16,d.2
Mimus seruus quis vocatus 23,d.2
Μῖμος dicendi genus quod sit 175, a.1
Μεσότης quid in oratione differat à σεμνολογίᾳ 182,c.1
Μεσόμιον 19,d.1
Metabasis figura, Latinis Transitio, Traiectio, Cic. 135,d.2
Μετάστασις Chori 16,a.2
Metastasis figura 134,a.1
Μετωνυμία historicorum Græcorum propria quæ sit 202,c.1
Μίτρης ἀκόλαστον, id est, lasciuum, primum dedisse Alcmana 47, c.1
Metron & Rhythmum non esse eadem 56,a.1
Midas in Phrygia primum plagion tibiam excogitasse putatur 32,a.2
Μιδοκαθήμενος 27,a.1
Μίλτος color in vestibus 21,a.2
Militaris multitudo qualis singatur 95,d.2
Militaris ars 82,a.2
Milites à plebe discreti in spectaculis ab Augusto 34,d.2
Militis ornatus qualis 21,b.1
Militem ex vitiis suis & virtutibus depingi quemadmodum conueniat 99,b.1
Militis persona & oratio 109,a.1
Militum genera duo 23,a.1
Mimi definitio 17,c.2
Mimi quomodo sibi artificis nomen vindicarint 17,b.2
Mimi Lacedæmonii 18,a.1
Mimi quare introducti in Comœdia 19,a.2
Mimi veri proprium esse, quædã sordida vt affectet 17,d.2
Mimorum & παντομίμων appellationes quibus κατ' ἐξοχὴν attributæ 17,a.2
Mimi nudis pedibus agebant 17,b.2
Mimorum duo genera 17,c.2
Mimorum diuersæ appellationes 18,a.b.1
Mimos saltarunt reges Philadelphus & Antiochus 17,d.2
Mimus ex comœdia prodiit 17, c.2
Mimica & momica lasciuia Luciani 6,c.1
Mimicarum personarum facies & habitus vnde sumerentur 24,a.2
Mineruæ ludicrum in Albano posuit Domitianus 43,b.2
Minutium & Protonium primos personatos egisse Tragœdiam 21,a.1
Μινυροὶ versus 75,b.2
Mucellos ludos Caligula Lugduni edidit 43,c.2
Μισύμβροι histriones dicti 36,c.2
Mistum Poematis genus, μικτὸν rectè, κοινὸν minus rectè Græcis quare dicatur 6,d.2
Mitella cum redimiculis ornatus fœminarum 25,b.2
Mithras pro deo cultus à Persis 30,b.1
Μιξολύδιον carmen quale 66,d.1
Μιξολύδιος, quintus modus πυθικοῦ νόμου, quoniam Telluris auiæ Apollinis ius oraculi priscum fuit 39,d.1
Μιξολυδιστὶ αἰμωνία quare Tragœdiæ aptior iudicetur 30,c.2
Mnemosynen matrem Musarũ, quare crediderit antiquitas 4,c.1
Μνήμη Musa, à memoria dicta, duabus antiquis addita tertia 3,c.2
Mnesimachus 17,a.1
Modi varii ἀπηθέστερος 202,d.1, & a.b.2
Modi latior ac fusior vis 88,c.2
Modi tres, Dorius, Phrygius, Lydius, Choris accommodati à Sacada Argiuo, ita vt ne miscerentur 32,d.2
Modi notio quomodo intelligenda sit dupliciter 88,c.2
Modi diuersi inter Græcos, ingeniorum, morum, vestium, festiuitatum, artium, exercitiorum, vnde orti 30,d.1
Modus pro mediocritate 88,c.2
Modum esse in accidentibus, quod differentiam in substantiis 89,a.1
Modulus architectis quid sit 122, c.1
Modulatio in pastionibus qua ratione primùm inuenta 6,c.2
Mœnianis & proiectis scenæ in comœdia auctæ ad magnificentiam 35,a.2
Mollities stili qualis 185,c.d.2
Molossus quid & quare sic dictus 57,b.1
Molossici versus 61,c.1
Moluris, nomẽ rupis de qua Melicerta, & eum secuta Mater Ino, sese præcipites dedere 41, a.2
Monasticum genus monstrosum esse 82,b.2
Monasticum genus ad diuisionem spectare 82,c.2
Monaulos singularis tibia 32, a.2

Monga saltationis genus 27,a.2
Monochordos, Clauicymbalum & Harpichordum, quæ nunc à mucronibus *Spinetæ* vulgò, vnicum olim neruum habebat 51,c.1
Μονῳδία & μονῳδοῦντα quare dicãtur carmina 47,a.2
Monocola carmina quæ 69,a.2
Monodia quomodo fieret olim 168,c.1
Monodia cantus lugubris 52, c.1
Μονομαχία quid differat à Gladiatoria 43,d.2
Monoprosopos cantiuncula quę sit 6,c.2
Monoprosopos per initia Chorus in fabulis, idque sine cantu 16,c.1
Mons vnde dicatur 142,d.1
Μονοστιχοὶ versus 72,c.1
Mopsi nomen in pastorali carmine quare frequens 7,d.2
Mores, dicta, facta, plurimùm à nationibus & professionibus pendere 20,c.2
Mores quid sint 104,d.1
Μορφασμὸς saltatio qualis fuerit 29,a.1
Morphasmi species σχολῆς 29,a.1
Mortalis pro homine tantùm 17, b.2
Mortis varii modi ex Virgilio 90,c.1
Μόθων saltationis laboriosæ & nauticæ species 28,c.1
Motoriæ fabulæ quæ vocentur 14,c.1
Motum Aristoteli confieri ἐξ ὥσεως καὶ ἕλξεως 26,b.1
Mundus muliebris, sponsæ præferri solitus Græco ritu 152, d.2
Muliebre genus ad fletum & conquestionem præceps 97,d.1
Muliebria capitis ornamenta 25, a.2
Muliebrium virtutum modus duplex 96,d.2
Mulieres comparationibus faciendis gaudent 97,a.2
Mulierum personæ tragicæ vndecim 25,a.1
Multitudinem omnem, siue infimam plebem, qualem facere Poeta debeat 95,d.2
Musæ vnde dicantur 3,b.2
Musas cur Iouis filias crediderit antiquitas 4,c.1
Musæ cur effingantur alatæ 4, b.2
Musarum cognomina à locis varia 4,b.2
Musarũ numerus per initia qui fuerit constitutus 4,a.1
Musas elegantioris lautioríque vitæ authores esse 4,c.2
Musarum tutelã ac patrocinium eur sibi vindicent soli Poetæ 3,b.2
Musas non solùm arma canere, sed etiam parare exemplis ostenditur 4,d.2
Musas per initia duas tãtùm fuisse 3,c.2
Musæi dispositionem in Leandri historia non damnandam 144,b.2
Musicæ vetustioris diuisio triplex excutitur 3,d.2,& 4,a.1
Mussare verbum factitium à μὺ μὺ, Græcorum 192.c.2
Mutili versus 74,a.2
Mutis rebus aptè personas attributas in tragœdiis 25,d.2
Μύσται quid sit 3,b.2
Mysorum gens tibię peritissima 31,b.2
Mystas & Mysteria, ἀπὸ τοῦ μύειν dici 3,b.2
Μυστικοὶ hymni, qui rectè μυστικοὶ appellari possint, ἀπὸ φυσικῶν ὕμνων partes 162,a.b.2
Μῦθος species Apologi quam Latinè fabulã dixere 138,d.1,& a.2
Μῦθος, id est Fabulæ genera & partes 139,a.b.1

N.

Nasicæ Censoris factum, quòd Ludiones ærarios fecerit, potentiæ non prudentiæ fuisse 43, a.1
Nasus aduncus, illustris animi signum 23,c.1
Nationum diuersarũ in nuptiis celebrandis, varii ritus 153,c.d.2,& 154,a.b.c.1
Nationum & gentium ab accidentibus diuisiones 102,b.2
Natura quid 82,d.2
Natura loci quid cõprehendatur 165,d.2
Natura quàm latè pateat 113,d.2
Naturæ nomen laxè vsurpatum 85,c.2
Naturã ipsam fine nonnunquam aberrare 2,b.2
Naturas omnium rerũ ad vnum Deum referri 88,a.2
Naucratitæ Panegyri Apollinẽ κωμάζειν quondam licere, sc... 35,c.1
Naumachia pro ludo R... quando edita
Nauicæ tribuitur inuentu... tationis δίζῃ κρατίστας
Nautæ Cauſia
Nautas quales fingi oporte... 100,b.1
Nauticus vestitus depingitur 21,d.2
Nautarum summa impietas ... b.1
Νεάριον σκῆπτρον 25,b...
Necessitas 83,d...
Necessitas, siue ἀνάγκη, an figura sit
Nemea nympha, Iouis & Lu... filia
Nemea credit Æschylus Theb... no bello vetustiora 41,d.1
Nemea Argiuorum regio, vnde sic nominata fuerit, diuersæ ... feruntur rationes 41,b.2
Nemea primùm in Archemori honorem celebrata 41,c. &
Nemei ludi an Neptuno fierent ... propter Archemorum
Nemeorũ funebris tota fe... tas
Nemeorum certaminum p... des qui fuerint
Nemeorum certaminum pri... institutionis quæ fuerit occ... sio 41,b.c.
Nemesis à Scaligero scripta ... d.1
Nenia Phrygũ inuentum 52,b.1
Neniæ cantus qui ad rogum di... cerentur 52,b.1
Neniæ vox qua ratione ad nutricias cantilenas traducatur à Pontano 52,a.1
Nero cohortem à principibus positam in Theatro, ad speciẽ libertatis sustulit 34,c.2
Nero plebi Equites antepositi in Theatro 34,d.2
Nero CCCC. Senatores, DC. Equites ad gladiatoriam exhibuit 44,c.1
Neronem in proscenio sedisse 31,a.1
Nexos ad sonum tibiæ flagris affici solitos 32,a.1
Nicostratus 13,a.1
Νίγλαρον Aristophani quale sit μέλος 53,c.2
Νομὸς ὠδὴ tibia in funeribus adhiberi solita 52,a.1
Νόμιον carmen, & νομία præfica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible] 52,a.1
[illegible] 176,a.1
[illegible] Themidem
[illegible] elphis oracula dedisse 39,
[illegible] 87,b.2
Canon pro signo aut argumento non rectè accipi 122,c.1
Captationis vocem διαπύστων
Caution rectè explicare 122,c.1
Cautio quid sit 120,a.d.2,& 140,
Cautiones quarum sint partes & causæ scientiarum 121,a.1
Notiones nonnullæ nobiscum natæ 81,d.1
Centitia naturæ rerũ particularium necessaria poetæ 114,c.1
Cœnæ Comœdiæ ortus sub Alexandro 12,c.2
Couenarius numerus Musarum 4,a.b.c.1
Nouitas, summa laus in Poetica 36,d.1
Ceraunometer quid 58,c.2
Χειρονόμιον poema quale sit 157,
Cheiros, aues, vespas, alia pro personis in scena accipi 20,d.1
Cheiros in nuptiis quare spargi soliti sint 153,b.c.1
Chronosa collocatio in oratione quæ sit 184,a.1
Cumerus siue ῥυθμὸς orationis quid sit 179,b.2
Numerus apud Mathematicos quid 56,a.1
Numeri ambiguam vocem, Canorem non malè appellari posse 205,c.2
Numerus pro ἀριθμῷ, & numerus pro ῥυθμῷ in musica quid sint 205,a.2
Numerum Latinis, παρὰ τὸ νέμειν, hoc est, à distributione dici 205,a.2
Numina coniugalia 151,d.2
Numina quare in fabulis producta 15,a.2
Numinum fictorum duo genera 163,c.2
Nuncii aut viatoris penula 21, b.1
Nuncii deorum tres, & eorum potestates 116,a.1
Nuncii tragici 25,a.1
Nupta egrediens paterna domo, quare limen non attingat 153, a.2
Nuptiæ vnde dictæ 152,c.1
Nuptiales tibiæ monauli ad quas canerent hymenæos 33,a.1
Nuptiarum dies legitimi tres 151, a.2
Nuptiarum laudatio vnde sumi posit 151,a.b.c.1
Nuptiis celebrãdis vespertinum tempus commodissimum 152, b.1
Nutricem qualem fingi oporteret 24,d.1
Nutrices matronarum emeritæ, quales 24,d.1
Nymphagogus quis fuerit olim 151,b.2
Νυμφιωτὴς, qui & παράνυμφος 152, a.1
Νυμφεύτρια & παλαμύστρια, quæ fœmina dicta Græcis 152,b.2

O.

Oraistyæ quid sint 7,c.1
Oaristyas, confabulationes quæ inter virum & vxorem fiunt, appellasse veteres 155,b.1
Obiicere vnde dicatur 20,b.1
Obscuritas orationis, perspicuitati contraria 176,b.2
Obscuritas verborum quot fiat modis 184,d.1,& a.b.2
Obstetricem nutricémue nullam finxisse spiciligulos Græculos 24,d.1
Obstetricem qualem introduci deceat 24,d.1
Obtestatio figura 123,a.2
Obtestationum prodigi mendaces 107,a.2
Ὀκλασμα, saltationis Persicæ genus 28,c.1
Odæ, titulus librorum Horatii 47,b.1
Ὠιδεῖα, loca extra thea-trum Musis dicata 35,d.1
Ὠιδεῖον Athenis à Pericle musicis certaminibus destinatum 35,d.1
Ὠιδεῖον, locus in theatro vbi canebatur 35,d.1
Ὠιδεῖον, pulpiti pars in qua canerent 36,b.2
Ὠιδὴ multa mentio fit 35,a.2
Ὠιδὴ & ᾠδὴ, sine discrimine scriptum inueniri aliquando 47, b.2
Ὠιδὸς pro ἀοιδὸς, nõ poeta solùm, sed etiam vates 47,b.2
Ὠιδοὶ vates terfis Peculiares 47, c.2
Ὠιδὴ quo modo cani, quóue carminis genere fieri soleat à Comicis 148,b.c.2
Ὠὸν poculi genus, quòd non liceret absque cantu vel propinare vel excipere 47,d.1,& 48, b.2
Ὀνοτὸς Cratini 12,d.2
Oeconomia pars politiæ, quid & ab hac differat 103,c.2
Oenomaus victus à Pelope, in mare præcipitatur 40,a.
Oenomaus bigarum certamine tredecim iuuenes nuptias Hippodamiæ petentes interfecit 39,d.2
Officium in Comœdia quid distet ab officio Philosophorum 20,a.2
Ὄϊζος 24,c.2
Oleam, ex qua per initia in Nemeis corona fiebat, cum apio commutatam 41,d.1
Oleastri arborem, Hyperborei gelu patientem haud quaquam esse 42,c.1
Oleastro in Olympiis victorem coronari solitum 40,b.1
Olympia ab Hercule, victo Augia Elidis principe, de præda & manubiis instaurata 40,a.1
Olympia cæteris prælata, quia supremo deorum numini essent attributa 18,a.2
Olympicum certamen ab Oxyli regno intermissum vsque ad Iphiti tempora 40,a.2
Olympicum certamen, victoriæ suæ cõtra Oenomaum, monumentum instituit Pelops 40, a.1
Olympici ludi an in Iouis honorem fierẽt, ob mortem Pelopis 38,a.2
Olympiorum origo post Pythia ponitur 39,d.2
Olympiorum ludorum qualis fuerit institutio 38,b.2
Olympum in tibiis primùm leges instituisse, idque in Apollinis honorem 31,b.2
Olympum primùm Lydiis modis cecinisse Epicedia 31,c.1
Olenium fuisse Pelopem, Anthesion negatur 30,d.2
Olenus Achaiæ oppidum 30, d.2
Oliua non rectè ab Homer. πυρίφυλλος dicitur 226,a.2
Omen vnde & quid 100,c.2
Omnia tuta timere, ἀφόβως ἀσυμπαθοῦντα φαναὶ 105,b.1
Omnis vnde dictum videatur 188,b.1

Omnis oratio docet vel rem vel animum dicentis 1,b.2,& 2,a.1
Ὁμοιοτέλευτον atque Ὁμοιόπτωτον, vnam eandémque designare figuram 203,d.1,& a.b.2
Onomastus Smyrnæus, præstans pugil 40,a.2
Opheltes fatali nomine appellatus Archemorus à vate Amphiarao 41,c.1
Opheltes Lycurgi & Eurydices aliis Eupheti & Creusæ filius 41,b.1
Opica scueritas 13,b.2
Opinio eorum, qui coronę vsum apud veteres nullum fuisse autumant, imbecillis ostenditur 39,b.2
Opinionem à scientia distingui 81,c.2
Opinionem seu δόξαν non esse scientiæ contrariam 81,c.2
Ὀπτὸς δρόμος 37,a.2
Optatio figura qualis 137,c.2
Optio verbum militare 188,d.1
Ὀπήεια Callimacho quæ dona sint 152,c.2
Ὀπήεια etiam dona quæ sponsus sponsæ dabat, quòd dẽpto velo, tum quasi primùm ab eo videretur 152,c.2
Ὠρες quare vocent Græci quatuor anni partes 114,b.1
Oratio ἀσώδυνος qualis 76,b.1
Oratio ad societatẽ homini necessaria 108,c.2
Orationis vis vnde profecta 1,a.1
Orationem ex animo loquentis dandam in Poesi 205,b.2
Orationis primo Æneidos, ab Iunone habitæ, artificium 109,c.d.1,& a.2
Oratio altera Iunonis septimo Æneidos, excutitur 109,b.c.2
Orationis puritas, proprietas, simplicitas, quid inter se distent 18, d.1,& a.2
Orationis diuisio 108,c.2
Orationi, quæ ἀσώδυνος conueniat 198,d.2
Orationis puritas in quo sita sit 176,c.2
Orationis natura & finis triplex 1,c.1
Orationem eloquentię, & eius authorem, Oratorem, καθ' ἑξοχὴν dici 45,b.1
Orationis acumen in quo consistat 183,a.b.1
Orationis vtilitas & delectatio 1,a.2
Oratoria ars 1,a.1
Orationes elaboratas & pictas, quales conĩci in Poesi oporteat 109,b.1
Orationes precatoriæ ex Virgilio 112,c.d.2
Orationis proprietas in quo sita sit 184,d.1
Orationis omne genus ad deliberatiuum reduci 157,d.1
Orator quid à Poeta mutuatus sit 113,c.1
Orator cum Historico quid commune habeat 3,c.1
Oratoris varia argumenta, omnium tamen idem finis 2, b.2
Oratori quare, & cuius arbitratu bene dicendum 2,c.1
Oratores priscos egisse tantùm, vt mouerent: Poetas, vt oblectarent solùm 113,c.1
Oratorem in deliberationibus & iudiciis pendẽre ab auditore 3,b.1
Oratorũ duo genera re quidem vera: alia nomine tantùm 101, a.b.2
Oratoria ars forensis dicta 1,a.2
Orchestra Græca 36,a.2
Orchestra locus thymelicorum, id est, cantorum, quíque modos faciebant & saltationes 26, b.2
Orchestra cur à saltatione potissimùm nomen suum inuenerit 26,b.1
Orchestræ partes tres 36,a.2
Ὄρχησις vnde dicta Græcis 26, c.1
Ὀρχεῖσθαι propriè cõpositum designare motum 26,d.1
Ὀρχηστὴν Italos Pantomimum nominasse 17,d.2
Origo Olympiorum altius repetita ex Pausania 40,b.1
Orsite Cretensi. 29,a.2
Orthiæ leges 31,d.2
Ὀρθιοι νόμοι 28,a.1
Ὀρθὸς aut παλιγκοτὼς Orationis quis 180,a.b.2
Ortygia priscis vocata, Delus insula 39,b.1
Ὠρχηστικὰ, βάκχοι & ἄσματα 54,a.2
Osiris inuentor tibiæ hederaceæ 32,d.1
Osiris Ægyptius, musarum pater habitus, qui esset scilicet idem cum Apolline 4,a.2
Osiridis pompæ 18,b.1
Olophyrmus genus lugubris can-tilenæ
Ὠτότυπτα aliquid dicere rare, id est, crassio filos
Ὀτότυπτα ὕψους κόσμος ad Chinon ad Poetam pertinet
Othonis Trib. pleb. ridicula quòd eos qui artem ludicram exercuissent à scena arcebat 34,b.2
Otum & Ephialten primos Musis in Helicone rem diuinam fecisse 4
Οὐκ ἐκ πυρὸς μεγάλου, ἀλλ' ἐκ πυρὸς μικροῦ 27
Oui figuram carmen præ se ferens 69,d.2
Ouid. in Metamorph. & Lucan. discursionibus inepti
Oxylus, qui in Elide regnum obtinuit, renouauit Olympia 4 a.2

P.

Pæan Aristotelis in Hermian Atarnensem integer ponitur 48,a.2
Παιὰν, παιῶν, παιόνων, nomina Apollini vnde facta
Pæan Phœbi, quando bonũ men, epith.
Pæanas ab hymnis non arg to, sed stilo differre
Pæanes diis immortalibus victoria in præliis cani, no certaminibus 48,
Pæanes solis diis dicti lyricis numeris 47,d
Pæanum duo genera 48,d.1
Pædagogi rusi Græcis 23,c.2
Παιδευτήριον poema 159,b.c.d.2
Pæones quatuor 57,c.2
Pæonæus, nomen vni Idæorum dactylorum 40,b.1
Pæonici misti 66,b.2
Paganalia & compitalia non fuisse statas ferias 42,a.1
Παλιγκαπασμὸς, quare dicti sint pugiles quidam 38,a.1
Παλιγκότου, seu frugi adolescentis forma 22,c.2
Παλιγκάμπτων carmẽ quale 71,b.1
Pagondas Thebanus in Olympiis curru cæteros anteiuit 40, b.2
Palæmon 41,a.2
Palæomagadis, genus tibiæ quale 32,b.2
Πάλλω Græcis, luctam à concussione dici 37,d.2
Palinodiæ, hymni, pæanes, scolia, sub genere ὑγκωμίων recensen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible] 53,c.1
[illegible] Stesichori de Helena [illegible] profertur ex Platone [illegible]
[illegible]diæ poematis genus quale 53,c.1
[illegible]anus 24,b.1
[illegible]ssola deorum cur fulmina [illegible]iacdictur 115,c.2
[illegible]illadis inuentum tibia 31,a.2
[illegible]lada saltantibus dioscuris fe[illegible]se modos scripsit Epichar[illegible]nus 27,d.2
[illegible]alliatæ fabulæ 13,b.2
Palliatarum nomen vnde 21,b.2
Pallium Græcis omnibus com[illegible]mune 21,b.2
Palma arbor πανφυλ@- 226,a.2
Palmas victoribus Græco ritu a[illegible]pud Romanos datas 44,c.2
Pan inuentor fistulæ 8,c.2
Pan author tibiæ 32,c.1
Panathenaica quo modo peragi soleant 41,d.2
Panathenaicis festiuitatib⁹ ver[illegible]sus Homeri per Rhapsodos ca[illegible]ni instituit Hipparchus 45,b.2
[illegible]ωαῖα festa vnde 160,b.1
[illegible]ratium carmen 60,b.2
[illegible]rium, peculiare certamen [illegible]ab aliis quinque statis fe[illegible]rum 38,a.1
[illegible]ratium quale fuerit olim [illegible]tamen 38,a.1
[illegible]γυεις vnde originem sumpse[illegible]rit 160,a.1
Panegyrici & celeberrimi ludi Græcorum quatuor 38,a.2
Παννυχικὸς χόρος quis dicatur 160,c.2
Panionia quomodo celebrari so[illegible]leant 41,d.2
Pannonum, Getarum, Scytharúmq; modi & harmonia qua[illegible]lis 30,a.2
Παντομιμία Græcis quid 8,a.1
Panthera indumẽtum comptiorum Satyrorum 26,a.1
Παντωλέαν Laconũ, aliis παντολέαν vocari 28,a.1
Paphlagonẽ fuisse Pelopem falsò putari ab Istro 30,d.2
Πάππος seruus 23,b.2
Papini⁹ Statius ter victor in Albano: vbi Mineruæ ludicrum, in quo certabant hymnis 43, c.2
Πάππος, primus & secũdus senex 22,d.1
Παρὰ κῶμον in locum Chori substitutæ 12,d.2
Παρέλκειν succesisse in locum chori 12,d.2,& 13,a.1
Παράβασις Tragœdiæ 146,b.1
Παράβασις mediæ Comœdiæ propria 13,a.1
Παράλογος dicebatur, quũ à proposita materia diuertebantur, stantéſque αντιπροσωπὴ alloquebantur spectatores 16,d.2
Παράβασις maledica 13,b.2
Παράβασις comicorum propria 16,d.2
Παραβάσεως partes septem 16,d.2
Παρεμβολὴ τετραγ saltatio quædam sic dicta 27,a.2
Παράβυστος quare dictus Græcis lectus, qui Latinis Genialis 152,a.b.2
Παραχορήγημα faciem tegebat 25, a.2
Παραχορήγημα quid dicebatur 17, b.1
Παράχρημος mulier, prima persona tragica 25,a.1
Παραδιασολὴ, i. subſtitutio, figura, quomodo fiat 130,a.2
Παραινετικὸν poema quale sit 137, a.2
Παράλειψις, Omissio, species Suspensionis 136,c.2
Παραμυθητικὸν poema quale 137, a.2
Paranomasia, Agnominatio, Allusio 131,c.2
Παραπλησις, adnarratio, figura 135,d.1
Paranymphus quis propriè olim dictus 151,b.2,& 152,a.1
Parapetasmata, id est, vela carbasina Q. Catulli 36,c.2
Parapetasmatum seu velorum in theatro vsus 36,c.2
Parapherna Iurisconsultis quænam dicantur 152,c.2
Παράπηχυς vestis muliebris 21,d.1
Παραπροσώπησις, Interruptio, figura 136,b.2
Παρασκλώσιον quid 17,b.1
Παρασκευὴ, siue apparatus futuri argumenti, prudenti Poetę necessaria 115,d.1
Parasitus cum strigili vel pectine introducebatur 21,b.2
Parasitum Latina carere appellatione 23,a.1
Parasiti nomen πὸ πωδύνῳ simile olim fuisse 23,d.2
Parasiti nomẽ apud veteres Gallos in honore fuisse 23,d.1
Parasiti nomen sacrum fuisse prisceis Græcis 23,d.1
Parasito pallium obuolutum tri buebatur in scena 21,b.2
Parasitorum duo genera 23,d.1
Parasiti quare pallio induti prodierint 21,b.1
Parasiti à Latinis qua tunica introducti nonnunquam fuerint 21,b.1
Parasitari & adulari, res Græca 21,b.1
Parasitorum vnde nitor 23,b.1
Parasitorum vnde aures productæ 23,c.1
Parasitis quare color ater attributus 23,b.1
Parasitica seruitus 23,b.1
Parasiticam fine affentatione nullam esse 23,a.1
Parasition, locus 23,a.2
Parasiti Methonensium 23,a.2
Παρασάπης 19,b.1
Παράσιτος Herculis Idæi cognomen 40,c.1
Paratragœdiare Plauto quid designet 46,b.1
Παράσημα tibiæ 33,a.1
Παρασύνθετον non tam rectè Græcis dici Amplificationem, quàm ἐπαύξησιν 125,c.2
Parcæ vnde dicantur 142,b.1
Πάρεσις, siue languor, affectationi contrar. 116,b.2
Παρεισόδιον loquutionis 203,b.1
Parœmiæ ipsissima etymologia 139,d.2
Parœmiæ Græca definitio, vt falsa reiicitur 139,a.2
Procœmii etymologia quæ sit 139,d.2,& 140,a.1
Procœmii institutum vnde sumptum sit 140,a.1
Πάρεχος idem qui Paranymphus 152,a.1
Parodia, Rhapsodiæ soboles 46,a.1
Parodi quare adhiberi soliti, & vnde nomen acceperint 46,a.1
Parodia quid sit, & eius etymon 46,a.1
Parodia à rhapsodia sumpta 17, c.2
Parodiarũ personæ, quales fuerint 46,d.2
Πάρεδρος vel παρεδρὶς Chori 16,a.2
Παρῴδιον diuersæ rationes 19,c.1
Παρχορηγία saltatio, species Ionicarum 29,c.1
Παρίστιοι epulonum tibiæ quare dicantur 33,b.1
Παροίνια ad cyathum carmina 54,a.1

Παρονομασία

Παρονομασία species, allusio & inuersio 200,d.2,& 201,a.b.1
Παρρησία orationis duplex 134,a.2
Παρρησία, quã effrænationẽ Tullius vocat, figura 131,b.2
Παρθένιοι dicti modi frugalissimi Laconum 29,a.2
Particulas encliticas vnã esse dictionẽ cum antecedẽte 205,d.2
Partium diuisio 14,b.2
Partium situs ac dispositio quo in genere constituenda 80,d.2
Pascua & Pascere vnde 18,b.2
Passer vnde dictus 22,b.2
Pastorale, vetustissimũ poematis genus 6,b.2
Pastoralis carminis inuentum ad Persarum tempus refertur, ac de eius natalibus variæ fabulæ recitantur 7,b.2
Pastorum persona qualis 20,d.2
Pastores quàm aratores antiqui magis 6,c.2
Πάσσειν quid sit 150,d.2
Pausanias, vt malæ fidei Græculus arguitur, quòd ramũ oleastri ab Hercule Idæo in Elidem ex Hyperboreis allatũ scribat 40,c.1
Pecunia præmiũ victori primò data in Gymnicis certaminibus 39,a.2
Pecus Latinis vnde dictum 26,a.1
Pedi, baculi pastoralis etymologia 8,a.1
Pedum exercitia antiquissima 26,a.2
Pedum inæqualitas vnde 56,a.2
Pegma ex argento in scenam productum à C. Principe 36,d.2
Pegmata Italis quomodo dicantur hodie 36,d.2
Pegmata in scena cur fierent 36, d.2
Πεῖρα, primus actus Pythicæ saltationis 39,a.1
Peleus Argonauta disco vicit 39, d.2
Pelias & Neleus communi tum gloria tũ authoritate post Amythaona in Elide regnarunt 40,d.1
Pelopem verè Lydum fuisse 30, d.2
Pelopis sociorum sepulchra vbi extiterint 30,d.2
Pelopis congressus cum Oenomao ad Pisam Elidis 40,a.1
Pelops Oenomaũ superat 40,a.1
Pentachordos Scytharum 51,c.1
Pentametrum catalecticũ, Theopompeum dictum 67,a.1
Πένταθλοι dicitur de quinque certaminibus simul 38,b.1
Penthemimeris 56,d.1
Pentimeris 71,b.1
Πεπλοσμένοι hymni qui dicti fuerint 163,c.1
Πέπλος 25,d.1
Peplum, amictus viris & mulieribus communis 21,b.2
Percontatio ἐξήτησις interrogationis species 205,b.c.1
Perculsio, siue κατάπληξις figura 132,b.2
Perfectio hominis politici in quo consummetur 91,a.1
Perfidiæ exitus qualis 107,b.2
Περίακτοι machinæ cur dictæ 35, c.2
Περιαυτολογία propriè quid sit 161,c.2
Περικεκαρμένης etymon 24,c.1
Περικοπὴ versuum 19,c.1
Περίκουρ@- ancillæ persona qualis 24,c.1
Περικύρου etymologia varia Ibidem.
Περισσία, siue inepta affectatio, in omni scripto damnatur 163,c.2
Periodi genuina definitio 197, c.d.1,& b.2
Periodicum carmen 78,d.1
Περιπέτειαι quid Aristoteli designent 146,b.1
Periphrasis, Circũlocutio, figura qualis sit 136,d.2
Περιστάσεις, circunstãtiæ Aristoteli πὲ κύκλῳ 83,a.2
Permissio siue Concessio, ἀπαγορεύσεως pars 128,d.1
Persarum matrimonia non nisi vere ineunte legitima 153,b.2
Persarum rex quomodo quotannis saltare consueuerit 30,b.1
Persephate 9,d.2
Persii abstrusæ eruditionis ostentatio perstringitur 149,d.1
Persona in scena quid sit 20,c.1
Persona quæ nec apparet nec loquitur in proscenio 22,b.1
Persona Hermonii qualis 22,a.2
Persona à quibus possit laudari circunstantiis 165,a.1
Persona in scena quomodo veram imitetur 20,d.1
Personę alicuius officium rarum quomodo depingẽdum 84,d.2
Personæ fictæ 85,c.1
Personæ quæ apparent in scena, sed nihil loquuntur 22,b.1
Personæ vera etymologia 20,d.2
Personæ pasto[illegible]
Personata facies qu[illegible]catur, quæ à Græcis & προσωπὶς
Personam rectè dici ha[illegible]ctũ qui veram imitatur
Personas à figura & colore cipuè depingi
Personarũ descriptiones e[illegible]neide Virgilii 85,b.c.2
Personarum quinque præc[illegible]rum sua cuique tribuun[illegible]ficia 19,
Personarum distinctiones C[illegible]mœdiæ quomodo fiant 20,a.2
Perspicuitas orationis quæ proprie sit 176,d.2,& a.2
Persuasio quid sit
Persuasio finis est omnis orationis Philosophicæ, Ciuilis, Theatralis 2,a.2
Pes quid 55,d.2
Πέσσα veteribus pelles appellatæ 26,a.1
Petcia quid 18,b.
Pescia tergus pecuinum designari, quo pro amiculo vterẽtur antiqui 26,a.
Petitio qualis esse debeat
Phædimus Æolensis 10 pu[illegible]pancratio superauit Oly[illegible] 40,c.2
Phæmonoem primam carm[illegible]Heroico esse vaticinatã 78,d.
Phœnices gingradis tibiæ inuentores 31,d.2
Phæninda vocabulum vnde de[illegible]ducatur 29,d.2,& 30,a.1
Phæninda ludus pilæ 29,d.2
Φαρσομηρίδες Virginum vestes, quare appellatæ olim, & earum origo 7,c.1
Phalãges Latinè quid sint 18,b.1
Φαλὶς, locus quidam sic in scena dictus 35,b.1
Φαλλικὰ, πὸ, 18,a.2
Φδηγὸς quid 18,b.1
Φδηγοφόροι vnde dicti Ibid.
Φδηγοφόροι, mimi Sicyoniis dicti Ibidem
Φδηγοφόροι ab Isthyphallis quid differant 18,c.1
Φδηγοφόρων poema, Baccho dicatum simul & celebritas 18,d.1
Φδηγοφόρων celebritatis origo 18,a.2
Pherecrates 13,a.1
Philammon Delphicus primus ad aram patriam in Apollinis honorẽ choros disposuit 16,c.1
Philetas Sybaritanus, pugil egregius 40,b.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

...ue & ...is intempestiuis in ...entia 10,a.2
...imperatoris ludi secula... apparatu celebrati
...nidos 13,a.1
...ecies & Telephus pannosi
Camp... 2
...losophi & poetæ cum oratore in materiis tractandis com... nitas 3,c.1
...sophos ferreos & naturæ ...latratores insectatur Scaliger 106,c.2
Philoxeno Chori vetustiores 16, b.1
Philoxenus legem locricam in ...tibiis statuit 33,b.1
...σεστὰς 25,a.1
Φωνήεντες versus qui 73,c.1
Φώπιξ tibia Alexandrinorũ 32,d.1
Φυκτωρίαν locus in scena, seu specula, vnde dicatur 36,c.2
Phrygia tibiarum repertrix 31,b.2
Phryges tibiarum primi authores dici 30,b.2
Phrygia & Lydia, quia acutæ, lu...ctibus adhiberi solitas 31,c.1
Phrygiæ harmoniæ impetus in...uratior 31,a.1
...ssgiis modis ad insaniam re...ctos à tibicina quadam te...ulentos adolescentes 31,b.1
Phrygum tibia & modus extra Græciam 30,b.2
Phrynichus 13,a.1
Phrynichus imperator Athenien sium quamobrẽ creatus 26,c.1
Φλύακες dicti mimi 18,a.1
Physiologia, pars prudentiæ poeticæ 113,c.2
Phytalmii cognomen Neptuno quare attributum, quandóque fuerit 41,c.2
Picardos & Francos in histrionica excellere 21,d.2
Πηκτὶς, instrumentum musicum duobus constans neruis 51,a.1
Pierus Macedo quare Musarum pater creditus: & iis nomina imposuisse 4,a.2
Pietatis vocis ambigua diuisio 92,a.d.1
Πήγματα vocarunt Græci aram, quæ in proscenio constituebatur 35,d.1
Πῆληξ instrumentũ ad psallẽdum 51,d.1
Πηλικίδαι Aristoteli 22,a.1
Πυρρίχη ad tibiã saltari solitam 29,c.1
Pindarum Niobes nuptiis Lydios modos accõmodasse 31,c.1
Pinus Neptuno sacra quare putetur 41,c.2
Pinu Isthmionicę quare coronatæ fuerint 41,c.2
Pisa Elidis à cognomine Endymionis filia, sic appellata 40,a.1
Pithermũ Teiũ Ionicæ in genere harmoniæ σκαιὸν μέλος inuenisse 30,b.2
Pithoclidẽ mixolydio grauitatem & incitationem Doricam addidisse 30.c.2
Pittacꝰ μώλωπα cur laudarit 53,b.1
Pittacus Mitylenæus retiarii & mirmillonis inuentor 43,d.2
Pituita vnde dicatur 353,c.1
Plagios siue Plagialos tibia primùm ab Afris inuenta 32,a.2
Plagios siue plagialos vnde nomen acceperit 32,a.2
Plagios olim inflari solita quemadmodũ nũc Germanica 32,a.2
Planipedes mimi vnde 17,b.2
Plato reprehenditur quòd solam artem coquinariam medicinæ seruam fecit 82,d.1
Platonis sententia de exigendis Poetis è Rep. quomodo intelligenda 5,a.1
Platonis in Ione locꝰ σὲ ἐμανθάνων 45,c.2
Platonis libros ineptiis ac spurcitia non carere 5,b.1
Platonis error 2,a.1
Platoni etiã damnari quòd quispiam deũ putet nostri nostrorúmue indigentem esse 92,b.1
Platonici Pithagoreorum libros excoluere 116,a.1
Platonicorũ de morte & ecstasi friuola garrulitas 90,c.1
Plautus miscuit veteris Comœdiæ acerbitatem 13,a.2
Plauti licentia qua vsus in scribẽdis suis comœdiis 173,b.2
Plaut. mos nouas res moliri 15,a.2
Plautum priscam acerbitatem fabulis suis adhibuisse 13,a.2
Plautinæ & Terẽtianæ comœd. quibus numeris cõstent 357,a.1
Plectrum à percussione, dictus radiolus quo musica instrumenta pulsabant 51,a.1
Plenitudinis & vacuitatis in versib. obseruationes pa. 206, & 207
Pleonasmi species περισσολογία, ἔμφασις 201,d.1,& a.b.2
Plinii locus de tunicis tinctis è vaccinio Seruitiis Gallicis 21, c.1
Plinii tempore recitata vetus comœdia, non acta 13,d.1
Plutarchi locus de oraculo Argiuæ Telesillæ dato 4,d.2
Plutarchus taxatur, qui totidem dicat Musas, quot in Mnemosyne recensentur literæ 4,b.1
Pluto Aristophan. exempti potius Chori quàm omissi vidẽtur 12,d.2
Πόκος Græcis vnde originem trahat 26,a.1
Ποδήρεις, vestes demissæ 25,d.1
Ποδισμὸς, à pedum motu dicta saltatio 28,b.1
Podium in theatris Latinorum 36,d.1
Podium imperatori & consulibus assignatum post Cæsaris dictaturam 35,a.1
Ποδωκεῖς versus qui 73,d.1
Poema esse quandam imitationem 80,a.1
Poemata inter se quot modis differant 6,a.1
Poematum nomina multa fasceatim posita 54,b.1,& a.2
Poesis & Poema quid differant 5,d.2
Poesis cæteris artibus in rebus tractandis quid præstet 3,c.1
Poesis quę nunc instituitur qualis sit 116,c.2
Poesis stilus qualis 1,a.2
Poesis quare sit appellata 1,b.2
Poeseos finis medius & vltimus qui 1,b.2
Poeseos totam vim duobꝰ capitibus, docendo & delectando, absolui 113,d.1
Poesim naturæ imitationem esse 77,c.1
Poeseos vera materia quæ 55,d.1
Poeta quid ab oratore mutuatus sit 113,c.1
Poeta & docet & delectat 1,b.2
Poeta rerum imitator 2,a.1
Poetæ excellere cupiẽti quænam imprimis exe quenda sint 113,d. 1,& a.2
Poetæ nomen πρὸ τὸ ποιεῖν naturæ prouidentia potius quàm hominũ cõsensu impositũ 3,d.1
Poetæ hoc ipsum quod ipsi sunt, alios quoque esse qui faciant 4,d.1
Poetæ quare à Platone ἐμιμηταὶ & ἀπομιμηταὶ vocentur 5,a.1

Poetę quare Musas inuocẽt 5,q.1
Poetam non à fingendo sed à faciendo versu nomen accepisse 3,a.2
Poetarum modi tres 5,a.1
Poetæ spiritu diuersi quomodo à Platone & Aristotele dicãtur 5,a.1 (tria 5,d.1
Poetarum à professione genera
Poetarũ lectionem qui damnãt, ne in hominum quidem censu reponendos In præfat.
Poetas appellatos parasitos apud veteres Gallos 23,d.1
Poetica Romæ quo tempore primùm cœperit 5,b.2
Poeticam velut alterũ deum res videri condere, quascæteræ scientiæ, quasi Histrio, narrant 3,d.1
Poeticam rem absque cantu nihilominus stare 3,d.2
Poetices definitio 6,a.1
Poetriæ & Sibyllę quo loco habendæ 5,a.2
Ποιητὴ nomen Musæ à faciendo, 3,c.2
Ποιηταὶ carminum, sicut Latinis Factor olei tantùm 17,b.2
Ποιμενικὰ opilionũ propria 7,d.1
Ποιμαίνω, παρὰ τὸ ἐν ποίᾳ μόνιον omnẽ custodiam cõprehendit 7,d.1
Ποιμαίνω pro opilione tantùm 17, b.2
Πολιτικὸς modus tibiæ in Orthiis 33,c.1
Poli, cæli vertices, vnde dicti 166,a.1
Πολιτείας nomen non rectè Latinè Rempublicam dici 167,d.2
Politiæ constitutio 102,d.2
Politiarum species 167,c.2
Politiarum species qui appellati 71,c.2
Πολιτικοὶ versus
Pollux pugillatu insignis inter Argonautas 39,d.2
Pollucem præter cæteros artem cestuum calluisse 37,d.2
Pollux & plerique alii perstringuntur in voce χαλαζίδης 27,a.1
Πολυκέφαλος lex tibiæ 31,b.2
Polymnestꝰ Colophonius 32,d.2
Πολυμνήστα 33,b.1
Polynices Elæus cursu præstans 40,b.2
Πολυσώματον, Aceruatio, quid differat ab σωματοποιΐᾳ 124,d.2
Pomona numẽ Autumni 155,a.2
Pompa cum thensis pro deo cui fierent feriæ, pars in ludis primaria 42,a.2
Pompeius ebur in scenam transtulit 36,d.2
Pompeius aquam deduci per sedilia theatri curauit Ibidem.
Pompeius cccv. leones in ludis Romæ exhibuit 42,b.2
Πομπεῖον quid sit 184,a.1
Populi appellatione interdum ciues tantùm, interdum plebem separatim designari 167,d.2
Populus tunicatus, pullatus 21,b.1
Popularis, qualis esse debeat 108, d.2
Πορτατικὸς inuentor Diomus Siculus 8,d.2
Porphyrius taxatur 240,b.1
Porticus additæ theatris ambitiosioribus, ornatus gratia cũ columnis & peristyliis ac fastigiis 36,d.1
Porticus theatrorum 33,d.2
Portumnus 41,a.2
Potẽtiam quæ sit penes fœminas intolerabilem esse 96,d.1,& b.2
Præcisio figura 136,d.1
Præfecti ordinum in theatro Romæ per cuneos dispositi 34,c.2
Præficarum cantiones quales fuerint 53,d.2
Præmia priscorum in certaminibus cantuum 8,a.1
Præscriptio, Interpretatio, ὁρισμὸς, Finitio, figura 131,a.1
Prætexta toga, vnde dicta πρόπορφυρος à Græcis 13,c.2
Prætextatæ fabulæ origo 13,c.2
Prætores prętextati præerant ludis Megalensibus 42,a.2
Prandium vnde dictum 10,c.1
Pratinę poetæ Phliasii hyporchema 50,b.1
Praxillæ Sicyoniæ versiculos duos habes 54,a.1
Praxilleum carmen vnde 63,a.2
Πρεσβύτης, quartus senex 22,a.2
Priapeum carmen 65,c.1
Primariæ & veræ partes Comœdiæ quatuor 14,c.2
Principia rerũ omniũ duo 82,d.2
Prĩcipis persona & oratio 108,d.2
Προαπόδοσις, connexio collationis 127,c.2
Προαύλια primus nuptiarũ dies, latinè Desponsalia 151,a.2
Προαύλιον Aristotelis 31,d.1
Προαύλιον τὸ πρὸ τῆς αὐλείου 140,a.1
Proceleumaticus quid, & vnde dictus 57,a.2
Προκέφαλοι versus 75,a.1
Προκόλιον καὶ παρόδιος versus qui 75,d.1
Προσῳδία
Προσχήματα figura qu...
Προεδρία, sedes iudicũ... ordine
Professio cuiusque quę
Profugus qua ratione re... scribatur
Prolepsis species solis poet... culariisquæ sit
Προλήψεως, i. præsumptionis v... duplex 127,a.b.2
Prologus
Prologi personæ nihil cum... la commune 15,a
Promethęis festiuitatibus quare nocturni ignis vsus 43,a.2
Promissio figura 132,c.2
Προμήστρια, Latin. Pronuba 152,
Προμύθιον & ἐπιμύθιον locis distincta, pro fabulæ explicatione po... nuntur 139,b.1
Pronomus Thebanus tibia pr... mus ad harmoniã cecinit 31,b.2
Προφδὸς siue Προφδὸς in Choris comicis 148,d.2,& 149.a.
Procœmia & προοιμιάζεσθαι poemata 54,b.1
Propẽpticon poema quo mo... fieri debeat 156,b
Propertius quo sensu vsus... ce Pancratii
Προφθεγκτήρια, dona quæ vi... sæ dabat, quòd eam deponi... flammeo alloqueretur 152,
Proportio quid sit 124,a.
Proscenia & pulpitum oratoribus & legatis prouinciarum & sociorum assignata 35,a.
Προσήλυτοι Arcades à vetustate appellati 167,b.1
Προσοδιακὸν carmen 156,b.1
Πρόσφατος puella 25,b.1
Προσῳδὰ post strophen cani solita 149,a.1
Προσῳδία quid ab hymnis differant 162,c.2
Προσῳδικὴ 16,d.2
Προσῳδικοὶ καὶ Κατατικοὶ modi Laconum in saltando 29,a.2
Προσῴδιον Chori 16,a.2
Prosopopœia duplex 126,d.1
Προσφωνήματα 123,c.2
Prostatica persona 22,b.1
Προστακτικὴ, vel vt alii, ἐπιτακτικὴ, vnde dicta persona 15,a.1
Πρωταγωνισταὶ in fabulis agendis, quis 22,a.1
Protasis quid sit 15,b.1
Protasis non semper in primo actu, sed etiam in secundo: vt apud Plautum in Milite 14,d.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible] & fœlicis nuptiæ 151,d.2,& 152,a.1
[illegible] qualis 73,c.2
[illegible] quis 34,c.1
[illegible] Poematis species 157,
[illegible] 3,a.1
[illegible] quid fi-
[illegible] nt 163,c.2
[illegible] bii etymologia 139,d.2
[illegible] erbii definitio, quã pro sua [illegible] it Erasm. excutitur, & ine- [illegible] iudicatur: substituitur ab i- [illegible] o Scaligero melior 139,b.2
Prudentia quid 81,d.2
Prudentia Philosophis quis sit habitus, & vocis amplior significatio 113,b.2
Prudentiæ poetarum tria capita 113,c.2
Prudentiam inter morales habi- eus non ascribi 81,d.2
Prudens poeta quis meritò dicatur 113,c.2
Πρύλις eadem Cypriis quæ Pyr- [illegible] chicha 27,d.2
[illegible] olterium trigonum 51,b.1
[illegible] lteris & plectri vsus durat ho [illegible] in Hispania 51,c.1
[illegible] quid significet 24,d.1
[illegible] 161,c.2
[illegible] Græcis vnde sum- [illegible] tum 36,b.2
Πτέρυγες & πτέλειαι, poematum
Simmiæ Rhodii poetæ, nomi- [illegible] na 64.b.2
Πτηνὸν poema Phrynicho, Πτο- [illegible] μὸς Nicophroni 54,a.2
Ptolemæi milites Telesiadẽ saltantes, Alexandrum Philippi fratrem interfecisse 29,b.2
Publius mimus salibus & dicacitate vniuersam facilè Græciam superauit 17,d.2
Publius & Laberius in mimis excelluere 17,b.2
Publius Mimographus æmulus Laberii, sub Cæsare dictatore floruit 43,b.2
Publium Mimographum in Albano certasse falsò dici 43,b.2
Pudicitia quid sit 96,d.2
Pudor quid sit Ibidem.
Puella quum parit non prodit 22,b.1
Puellarum habitus quare ferè peregrinus 21,a.2
Puellarum species 24,a.1
Pueriles tibiæ 32,d.2
Pueris æquè ac viris certamina indicta Olympiæ 40,b.2
Pugillatus quæ fuerit ars præcipua 37,c.2
Pugillatus ratio 37,c.1
Pugna & pugnus Latinorũ vnde dicantur 37,b.2
Pugnæ in arena, pars in ludis primaria 42,a.2
Pugnis primùm nudis Athletas certasse 37,b.2
Pullis quoque equorũ certatum in Olympiis 40,c.2
Pulpita vnde dicta 34,a.1
Pulpiti altitudo 36,a.2
Pulpiti partes duæ 36,a.2
Purgationem, sententiam, quanuis figuram admittant, non tamen per se esse figuras 143,b.2
Pyladis in reprehendendo Hyla elogium 27,d.1
Πυλὲς ostiolũ in scena, quale fuerit 35,b.1
Pyrrhicha lyricorum harmonia 50,d.1
Pyrrhicha ἐνόπλιος saltatio 27,c.1
Pyrrhicha quæ laboriosior erat, quo modo à posteris facta mitior 27,d.2
Pyrrhicha apud cęteras nationes vnà cum reliquis belli artibus desita, solis Lacedæmonis perpetua fuit 27,d.2
Pyrrhichã non à Pyrrho dictam probatur 27,c.2
Pyrrhicham aprè saltasse in fabula Phrynicham 26,c.1
Pyrrhichã Scaliger repræsentauit corã Maximiliano Imperatore 28,a.1
Πυρίχη ἀπὸ τῆς πυρῆς 27,d.2
Pyrrhichi Spartani fuisse inuentum Pyrrhicham, Aristoxenum dixisse 27,d.2
Πυρρίχη saltationis nomen ab inuentore 27,c.1
Πυρρίχιακὸν carmen 78,b.1
Pyrrhichius quid & vnde dictus 56,c.2
Pyrrhichius 59,b.2
Pythagoras numerorum auspicia vnde deprehenderit 206,a.1
Pythagoreos, & Druidas, & Chaldæos non scripta edidisse, sed certo sacramẽto per successiones ἄγεσθαι 4,d.1
Pythagorica disciplina de Geniis 114,d.1
Pythia vetustate Olympiis anteibant 38,b.2
Pythia ab Amphictyonibus sub Eurylocho aucta 38,d.2
Pythia nono quoque anno celebrata initiò 39,c.2
Pythia Apollini dicata esse in honorem cæsi Draconis, absurdũ esset dicere 18,a.2
Pythicæ festiuitatis origo ex variorum authorum fide narratur 39,b.c,d.1,& a.2
Πυθικὸς νόμος, modi in honorem pugnæ Apollinis cõtra Pythonem 38,d.2
Πυθικοῦ νόμου partes quinq; 38,d.2
Pythicum certamẽ septimo quoque die constitutum ab Apolline 39,c.1
Pythiorũ origo quæ fuerit 38,b.2
Πυπλίζειν 38,d.2
Πυπλισμὸς apud Iuuenalem quid sit 38,d.2
Πυὸς & Πύκτης Græcis, pugil, vnde 37,b.2

Q.

Quadrati Chori 16,a.2
Quadrisyllabi pedes quare inuẽti 57,a.2
Quæ præcipuè virtus nos ad cuiuspiam poetæ admirationem excitet 2,a.1
Quæstio, An Lucanus sit poeta, soluitur 5,c.2
Quæstio Horatii, Comœdia sitne poema, soluitur 5,b.2
Qualitas vocis in acuto & graui sono sita 3,a.2
Qualitas hominis posita in moribus & fortuna 20,d.1
Qualitatũ species multæ 80,c.2
Quãtitas dictionum duplex 205, c,d.2
Quantitatis vera diuisio 80,b.2
Quãritas in temporis tractu posita est 3,a.2
Quantitatis vitia duplicia 74,a.2
Quatuor certaminum proportio 37,d.1
Quatuordecim ordines scenæ propiores 34,b.1
Quinque certaminum primò inuentũ quod fuerit 37,b.c.1
Quinque præcipuæ personæ ad peragendam fabulam constituuntur 19,d.2
Quinquertionis vox vnde sumpta 38,b.1
Quinquertiones à Latinis dici, qui πένταθλον vicissent 38,b.1
Quinquagenis vetustiorum chorum constitisse 19,b.1
Quiri-

Quirinales ludi, qui & Romani, qui propriè dicti sint 42,d.1
Quintilianus notatur in voce δηλητικοῦ 3,a.1
Quintiliani sentẽtia falsa, qui simulationẽ χῦμα; dissimulationem ἕξιν putarit 141,c.2
Quintiliani locus, fessis & victis gladiatoribus aliam manum substitui consueuisse 44,c.1
Quintiliani sententia examinatur, quòd putet personæ, cui oratio attribuitur, habitum describi oportere 116,c.2
Quintiliani sententia de fine Oratoris, falsa esse ostẽditur 2,d.1
Quintiliani reprehensio de Finibus exactius tractatur 2,d.2
Quot modis fiat quominus dicendo quis nõ persuadeat 2,c.1

R.

Ratio in mente humana quid sit 95,b.2
Rationem veram, posse scientiam falsam ex se parere 81,c.2
Rauoli versus 75,a.2
Reciproci versus 73,a.2
Reges Latini quales in scenã introducerentur 25,c.1
Regia mediã scenæ tragicæ partem occupabat 35,b.3
Regias, palatia, & turres scenæ in tragœdia tempore accelsisse 35,a.2
Regibus diadema cum sceptro in scena datum 21,b.2
Reginæ quo ornatu in scenã inductæ 25,d.1
Regionem alia aliam Orienti Occidentíue propiorem non esse 196,c.1
Regum diademata sine sceptro introducebantur 21,b.2
Regum liberi armẽtorum custodiis apponi soliti 9,c.2
Reiectio cum detestatione 135,a.1
Religiosus quis 107,d.2
Reminiscentia à memoratione distinguitur 143,b.1
Remuria, festũ à Remo, cui tum parentabãt, postea Lemuria dictum 153,b.2
Remi vnde dicantur 190,c.2
Repetitio figura 114,c.d.1
Repotia, Latinis vnde alter nuptiarum dies dictus sit 153,c.1
Rerum diuisio 85,c.2
Rerum naturam in poesi nõ tam describi quàm attingi debere 14,b.1
Rerum ordinẽ quomodo digesserit Plato 55,b.1
Rerum quæ in poemate cadunt, diuisio 80,d.1
Res brutæ in fabulis personæ ineunt rationem 20,d.1
Pαβδοῦχοι cum scipionibus prodibant rubris, qui Iliadem profitebatur, quod signum cædis & cruoris 45,d.2
Pαβδοῦχοι qui Vlyssem profitebantur, croceis prodibant scipionibus, quòd eiusmodi colore exules designarentur Ibid.
Pαβδοῦχοι Græcorum qui Latinis lictores 34,c.2
Pαβδοῦχοι interdũ nominati fuere Olympici ἀγωνοθέται 41.b.2
Pαψῳδεῖν esse versũ ipsam commentationem 45,d.1
Rhapsodia officii nomen atque operæ 45,b.1
Rhapsodiæ cognomẽtum an rectè Pisistrati inuẽtum putetur à cantu & sutura 45,c.1
Rhapsodiæ per excellentiam cur Homeri carmina vocentur 45, c.2
Rhapsodos nominatos non solũ eos qui Homeri, sed etiam Sophoclis & aliorum recitarent versus 45,b.2
Pαψῳδεῖς eosdem esse ῥαβδοῦχοις nominatos, itémque ῥαβδοῦχοις & ῥαβδωδοῖς 45,d.2
Rhapsodorum illustrium nomina 45,d.2
Rhapsod' actor imitationis 2,a.1
Rhesi Tragœdiam vnde fecerit Euripides, siue, vt putat Scaliger, Sophocles 45,d.1
Pῆγμα fœda saltatio 29,b.1
Pῆκμα apud Hispanos etiãnum abominando spectaculo exerceri 29,b.2
Pῆκος Græcis quid sit 29,b.1
Rhodi insulæ ortus 167,a.2
Rhodiorum mos in celebrandis nuptiis 151,b.2
Rhyntonicæ fabulæ à Rhyntone 14,b.1
Pυθμὸς καὶ ἁρμονία. 56,a.1
Rhythmi diuisio Ibidem.
Rhythmus quid Ibidem.
Rhythmũ quomodo Latini exponant 56,a.1
Romani in vicinorũ mores paulatim abiere 13,d.2
Romani & Heluetii olim cornu ad prælia vtebantur 32,a.1
Romani ludi dicti, qui nihil haberent peregrini 42,d.1
Romani populi libertate vindic[illegible]
Romanicarum palliola
Roscia lex
Roscius Gallus histrio tinos maximè personam luit &
Rude donati qui propr dicti fuerint
Rudis baculus gladiatorius de nomen acceperit
Rugæ aliquot in fronte ad centis, iudicium optimi a statuũt Physiognomones 22

S.

Sacadas Argiuus primus choros docuit canere tribus modis c.2
Sacerdotis nomine qui omnes comprehendi possint 100,d.1
Sacerdotum color albus in actu 21,a.2
Sacrificiorum modus duplex 224,a.2
Sæculorum tria genera 6,b.c.
Salire propriè quis sit motus c.1
Sallustius historiæ pater appellatus 196,
Sallustius in historia quanti ciendus sit, & quàm rectè Catilina orsus fuerit 144,
Sallustii locus, Psallere & saltare quàm necesse est probæ mulieri 26,d.1
Saltans persona 20,c.
Saltare Latinorũ vnde originem habeat 26,c.
Saltatio vegeti, acris & exercitatæ erat hominis 26,c.1
Saltatio quæ literatũ formas referebat 29,a.1
Saltatio tacita vetustiss. 27,b.1
Saltatio in Pythiis in honorem Apollinis, in actus distributa quinque 39,a.1
Saltationis definitio 26,c.1
Saltatio quare in honore fuerit olim 26,c.1
Saltationem ad militarem exercitationem plurimùm facere 26,c.2
Saltatio ad pilam 29,d.2
Saltationis differentiæ & species pro argumentis fabularũ 27,c.1
Saltationum duo genera apud Homerum 26,b.2
Saltationes Laconicæ quales pleræque fuerint 28,c.1
Saltationum nomina pro locorũ vel temporum ratione 29,c.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible] genera & no- 27,c.1,& a.2
[illegible] qui meminerunt au- 26,d.1
[illegible]is diuisio & vocalis & 26,c.1
[illegible]m nomina varia à re- 29,d.1
[illegible]tionis genera qui descripse- 26,a.2
[illegible]us à saltatione quæ diffe- 26,d.1
[illegible]bas tibicinis nomen barba- 31,b.2
Sanguinarius pes lãbus 359,a.b.1
Sannyrio author prioris ætatis Comœdiæ veteris 12,d.1
Sapientis ac felicis Principis est, prohibere maleficia, quàm patrata potius punire 91,d.1
Sapphicum 78,a.2
Sapphicũ genuinum quale 78,b.2
Sapphicus vetustus qualis fuerit 63,b.1
Sapphicus suauissimus 63,b.1
Sappho primùm Doricam grauitatem admiscuisse μιξολυδίῳ 30,
Sappho plurima in amatoriis canebat 47,c.1,& 49,d.1
Sententiæ peruerdita definitio 1,d.1
Saraina 37,a.1
Sarcasmi militum hoste interempto 99,c.1
Sarcasmos, siue irrisio figura, vnde originem sumpserit 141,c.1
Σαῦν, silacitas veteribus 19,a.2
Saturnalibus quietiora omnia exhibita 43,d.1
Saturnici versus qui 68,c.1
Saturnius versus vnde dictus 68, b,2
Saturno aurei seculi mortales, deorum tũ principi erexisse fanum in Elide 40,b.1
Saturnum in maleficiis & incommodis cur nominet Virgilius 115,d.2
Satyra ex Tragœdia prodiit 17, c.2
Satyra à Tragicis introducta 334, b.1
Satyra Tragœdiæ soboles 45,a.1
Satyram non à Satyra, vel lege, vel lance dictam 19,b.2
Satyræ species duæ à characteribus 20,a.1
Satyræ Latinæ non interferenda Græca 149,d.2
Satyræ qui Tragicorũ versuum leges obtinuerint 19,b.2
Satyræ species à generibus carminum 19,c.2
Satyræ species tres à ratione poematis 19,d.2
Satyram nõ esse Latinam totam, vt quidam falsò putarũt 19,b.2
Satyrarum species quot modis agnoscantur 19,b.2
Satyri vnde nomen acceperint 19,a.2
Satyri quomõdo in proscenium prodierint 19,b.2
Satyri quare fago militari interdum introducti 26,b.1
Satyri iidem qui Tityri 19,a.2
Satyri comites Bacchi 19,a.2
Satyri & Tityri comites Panis, vel Liberi Æliano 8,c.2
Satyrum num reprehensorem esse oporteat 12,b.2
Satyrorum personæ 25,d.2
Satyrorum arma siue venabula 26,b.1
Satyrorum ac mimorũ propria actio cum saltatione 22,a.1
Satyrorum nomina, actus, facies 26,a.1
Satyros saltantes cur fecerit Virgilius in Bucolicis 27,b.2
Satyricus ornatus 26,a.1
Satyricum poema quale 20,b.1
Satyrica carmina ludis addita Apollinaribus & Scenicis 43,b.1
Satyrographi inter se quo conueniant omnes, quòque dissideãt 149,b.2
Satyrographi tres, Iuuenalis, Persius, Horatius, stilũ habent diuersum 149,d.2
Sbernia quid 25,d.1
Scæuola primus leonum pugnas dedit 42,b.2
Σκηνὴ μέλη 30,b.2
Scalarum vsus additus theatro 33,d.2
Scaliger coram imperatore Maximiliano Pyrrhicham σκηνικὸν repræsentauit 28,a.1
Scaligeri parodia in Doletum 46,b.2
Scaligeri genius 116,c.1
Scaligeri consilium fuit inchoare atque informare poetã perfectum 91,a.1
Scamoni Sicinnis, ἀπὸ τοῦ σκίνδυ dicta videtur. addit Scaliger κατὰ σκῶμμα 27,b.2
Σκηνὴ 16,a.1
Scazontes 77,a.2
Scazontes Iambici 60,a.2
Scena quid sit 15,d.2
Scena argentea 35,b.2
Scenæ, actuum portiones minores 14,d.2
Scenæ comicæ media pars potẽtiorum ædes insigniores continebat 35,b.2
Scenæ satyricæ mediꝰ locus erat spelunceæ 35,b.2
Scenæ initium & finis qui fieri soleant 15,d.2
Scenæ appellatio vnde sumpta 16,a.1
Scenæ partes alii aliæ 35,b.2
Scenarum facies quomodo tempore auctæ 35,a.2
Scenarum modus priscus atque etiam militaris 35,b.1
Scenici ludi Sibyllæ iussu, pro bona valetudine restaurati 44, a.2
Scenici ludi certo nomine libero patri peculiares erant 42,d.2
Scenici ludi à Theatralibus quid differant 43,b.1
Scenicis ferè respondẽt Athenis Dionysia 43,c.1
Scenicorum nomen Megalensib. ludis communicatum ab vmbraculis 42,c.2
Sceptrum quid sit 21,b.2
Sceptri expressio apud Virgiliũ & Homerum 225,a.1
Σχάνη ἀλόγων idem esse quod ἄνθρ 83,b.1
Σχήματα λέξεως 121,c.d.1
Σχηματισμοὶ, seu modi corporis varii 26,d.2
Σχοινίων tibiæ harmonia 33,b.1
Σχοινίζεσθαι de poematibus Ionicis dici, παρὰ τὰ σκοινία ἔχω κόσμου 52,c.2
Σχοινοῦπα, locus isthmi à iuncis nomen habens 41,b.2
Σκιαδεφίαι Galeno qui dicantur 12,d.2
Scientia aut verè & simpliciter est, aut laxa notione 2,b.1
Scientiæ finis quis 81,b.2
Σκινδαλαθρον, instrumentum Lyricum πηκτίχορδον 50,d.2
Σκευωρῶ, verbum militare 16,1.1
Sciras author fabulæ Italicæ 14, a.1
Scissio vestium apud veteres vsitata 97,b.2
Σκολιὰ μέλη à Pæanibus nisi materia siue argumento differre 47,d.1,& 48,b.1
Σκολιὰ μέλη cum virorum fortium laudatione in conuiuiis cani solita 47,d.1
Scolia in conuiuiis recitandi tres ponuntur modi 49,a.1
Scolion de Admeto elegans 49, c.1
Scolion neutiquam pedibus aut numeris à Pæane differre 48, c.2
Scolii initiũ quod est apud Aristophanẽ in Vesp. habes 49,b.1
Scolii nomen vnde originem habeat variæ sententiæ 48,c.d.2
Σκολιὸν propriè à flexuoso ordine sicuti serpentum reptatio, quòd non à proximo in conuiuiis, sed vltrò citróque exciperetur 48, d.2,& 49,b.1
Scolion variis argumentis adaptari 48,b.2,& 49,b.1
Scolion de Aiacis virtute 49,c.1
Scolion in nuptiis à discumbentibus lauro & myrto coronatis cani solitum 48,d.2
Scolio μέλει qui vicissent olim, poculo donabantur, quod à cantu φόδος dicebatur 48,b.2
Σκωλὴξ 27,a.1
Σκωλὴξ qui Latinis Asio, auis qualis sit 29,a.1
Σκωλὴξ siue σκωπὰ pro gestu 29,a.1
Scopulum, παρὰ τὸ σκοπῶν dici 188,c.1
Scortilli iuuenculi ornatus 24,b.1
Scytalia, pusilla fuit tibia 32,c.2
Scytalia tibiola ab exigui surculi similitudine dicta 32,c.2
Scythis nihil magis laudabile quàm carere mœnibus 158,c.2
Seculares ludi quibus & quomodo peragi soleant 44,c.2
Seculares ludi pro incolumitate populi Romani à P. Valerio Publicola primùm cõstituti 44,b.3
Seculi nomine centum annorum spatium comprehendi, quo etiã hominis vitam constare putabant veteres 44,c.2
Sedendo sapientiorem animam fieri 91,d.1
Sedatiores & statariæ Comœdiæ 14,c.1
Segmenta cæli quæ appellentur 166,a.1
Σεισίτλιον è Libyæ tibiis canẽdi authorem 30,b.2
Σεμνότης quid sit 182,d.1
Semus Delius Phallophorici carminis author 18,b.1
Senarius catalecticus dactylorũ nobilissimus 78,c.1
Senatusconsulto cautum, ne quis Romam Africanos leones portaret 42,b.2
Senatusconsultum de subselliis, ne cui sedenti spectare licitum esset 33,a.2
Senes in fabulis quales fingebantur 22,d.1
Senes cur comparationes faciant plurimas 98,b.2
Senilis ætas moribus ferè cõtraria adolescẽtię depingitur 98,b.2
Senium siue decrepitã ætatẽ à Comicis capularem vocari 20, b.2
Senum Tragicorũ habitus 24,b.2
Sententiarũ modi duo 145,d.1
Sententię simul cum strophis absoluendæ 77,a.1
Sententiæ dieaces quando agi cœperint 14,a.1
Sepulturæ cur adeò prospiciant mortales 106,a.b.2
Sermo à serendo 190,b.2
Sermo est veluti animi portitor 1,a.1
Sermo quorsum datus 6,b.1
Sermonis regulæ 1,c.1
Sermonis ex amplificatione lex dicendi orta 1,b.1
Sermonis ornatus 1,b.1
Sermocinatio quid à Prosopopœia differat 116,a.2
Sermocinatio quid sit 123,a.1
Serpentini versus quales 74,a.1
Serranæ tibiæ quales 32,b.1
Serui amictus 21,b.1
Seruis quare tunicula angusta & curta pro amictu fuerit 21,b.1
Seruis interesse ludis Megal. cur nefas fuerit 42,c.2
Seruorum species 23,b.2
Seruorum communium nomina 20,b.1
Seruorũ Tragicæ personæ 24,d.2
Seruus ὀλίγιστος 23,c.2
Sesquata quid 70,d.1
Seuthæ Thracis conuiuium apud Xenophontem, quid de saltatione contineat 29,c.2
Sibyllæ vatum numero habendæ 100,a.2
Sicinnis vnde dicta 27,b.2
Σικιννὶς lasciua in Satyris saltatio 27,d.1
Sicinnistæ qui dicantur apud Gellium 27,c.2
Σικιννοσύβδιλα modum tibiæ vocabant in ridiculis 33,c.1
Syderum comparationes 228,d.1
Signa, tabulæ, & imagines in scena constitutæ 36,c.2
Sileni comites
Sileni cantus
Sileno qualis tunica b.1
Silenum longissimis liger primus cecinit
Silenum quare Virgilius finxerit res reconditæ positæ sapientiæ
Σιληνοὶ, ἀπὸ τῦ σιλαίνειν
Σιλλὸς quid significet
Silli Timonis
Σίμη saltationis nomen
Simicum instrumentum mu 51,c.1
Σιμβάκιον carmen quale 62,
Simodi
Simonides apud Hipparchum maximo in honore habitus b.2
Σιμὸς lateralis Galeni quid c.1
Simplicitati opposita Amplificatio 125,
Simulatio, & dissimulatio inter se quid differant
Singulares tibias impares di 32,a.2
Singularis tibiæ, ciúsque apud Tyrrhenos varius vsus d.2
Sinistra scenæ comicæ pars millimam quoque personam capiebat, aut fanum desertum aut omnino vacua
Sinistra ara in scena statuitur vel deo, vel diuo, vel heroi, ciui cui fiebant ludi, aut iussu aut parentalia
Sinistrarum tibiarum appellatio & earundem Ionica quare catur harmonia 30,b.2
Sisyphꝰ & Athamas Æologeniti 41,b.2
Sisyphus Isthmia instituit in honorem Melicertæ 41,b.2
Sitalca Thracibus cantus, qui Græcis σπένδει 29,c.2
Situs loci quis sit, & quibus affectus conditionibus 166,a.1
Spartanorum mos in deligendis fedilibus in spectando 34,c.1
Σπερμολόγος, senex persona tragica 24,c.2
Σπερμολόγος, anus ad quæstum inepta 24,b.1
Σπαρτοὶ vnde dicti Thebani 167, b.1
Species rerum quomodo in animos nostros subeant 120,d.2
Spectare in cuneis 13,b.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

...ntu... &ure laborantis ...
...forma 24,d.2
...pilaris saltatio 30,a.1
...gilum genus πρόγαμον ...
...Euthydemus Athe... 22,b.2
22,a.2
...nuntius tragicus,qui ...omicis 25,a.1
...Galeno quid sit 22,a.1
...arboris natura,è qua facu... nuptiales 152,c.2
...læus quid & vnde dictus ... c.2
...quartus actus Pythicæ saltationis, qui capiebat celebrationem victoriæ Apollineæ 19,b.1
...actus ille quartus, quare sic dictus Ibidem
Spondiacæ tibiæ æquè distantia fuisse foramina 32,c.2
Spondiacis tibiis vtebantur veteres ad hymnos deorum Ibidem
...ondiacorum vsus 61,b.1
...ndiacum integrum rarum ...a.2
...as Græciæ nobiliores pi... ris ad sponsum vehi solitas ...,b.1,& 2
...versus qui 74,b.1
...ad, παρὰ τὸ σοβεῖν, ab impetu ...9,a.1
...bas saltationis genus 28,d.2
...pecus humilis erat 21,c.2
...ecus Comœdorum 17,b.2
...ietatis diuisio 91,b.1
...cios qua ratione vocet suos a... ud Virgilium Æneas 91,b.1
...crates σίφων quare dictus fuerit 140,c.2
Socratem duas vxores habuisse negatur 154,a.1
Socrates saltationi dedit operam 30,d.1
Socratis genius 116,b.1
Sodalitates peruererem esse rem 42,c.2
Solonis lex,luxuriam celebritatis nuptiarum reprimentis 152,d.2
Somi vitia 75,a.2
Sontes primùm obiecti feris in Arena quo tempore fuerint 44,a.1
Σπερμὴ à quibusdam dicti mimi 18,a.1
Sophoclis in Æschylum dictum lepidum 5,c.1
Σοφιστὴς 124,d.2
Σῶστρα, quæ seruatoribus darentur olim dicta 152,c.2
Sotadæ Maronitæ versus, fuga, obitus 52,c.2
Sotades 13,a.1
Sotadeum carmen 73,a.2
Σωτήρια sacrificia 156,c.1,& b.2
Stadium ccxxv. passus capiebat 38,a.1
Stantes per initia spectasse veteres 33,a.2
Stare aut stetisse fabula quando dicatur 15,c.1
Στάσιμα carmina quare dicta 47, a.2
Στάσιμος Chorus 16,a.2
Stata ætas,Græcis ἀκμὴ 20,b.2
Statariæ fabulæ quænam appellentur 14,c.1
Stati ludi Romæ erant,aut non stati : eáque summa erat inter eos differentia 32,a.1
Statum scitè Latinis dici Græcorum ἀκμὴν 20,b.2
Stellarum nec pares moles,nec paribus interuallis disitæ 102, d.1
Stellata Neronis in theatro parapetasmata 36,c.2
Στεφάνη τριχῶν capillamenti quod sit genus 22,d.2
Στεφάνου vox Homero haudquaquam nota fuit 39,b.2
Stesichorus inuentor palinodiæ 53,c.2
Stilus Satyræ qualis esse debeat 149,d.2
Stipẽ cogere nemini licuit, præter Ideæ matris familias,eáque iustis diebus 42,c.2
Στοιχεῖα quamobrem vocatæ sint literæ 29,a.1
Στοῖχοι 16,d.1
Stoicorum de qualitatibus falsa opinio 80,b.2
Stoicorum sapiẽtia ferrea exagitatur 95,a.2
Στόμφαξ vnde dicatur 195,a.1
Strabonis ex Ephori historia de Pythone sententia 38,c.2
Stratagema quid sit 94,d.1,& 99 d.2
Στρατηγήματα Græcis quæ dicantur 1,c.2
Strato 13,a.1
Strenam,quasi trenam quare interpretati sint prisci Latini 111,b.1
Strigilis & ampulla datur Parasitis apud Plautum 21,b,1
Strigosi versus 74,b.2
Στρόφιλος motus quis 27,b.1
Στροφίλος vnde dicta saltatio 29,b.1
Στρεφὸν genus machinæ versatilis,cuius opera Heroes in deos transformabantur 36,b.1
Στροφὴ motus Chori quid designaret 16,c.2
Styracem peculiarem suffitu, incendi consueuisse ludis scenicis 43,b.1
Suasio finis omnium orationum 3,a.1
Suasoria oratio quibus potissimùm nitatur argumẽtis 110,b.1
Summitas stili quid à venustate differat 186,b.1
Subsellijs spectari quo tempore cœptum 33,a.2
Subtelliis pro telo in spectaculis Romani,dum pugnãt de loco, rem agebant 33,a.2
Substantia vera in carmine quæ 74,d.1
Substantiam alicuius rei totam cadere in materiam poeseos 80, a.2
Suetonii in Tiberio locus exponitur 17,d.2
Suidæ interpretatio, vt minus apta, de voce Parodiæ reiicitur 46,b.1
Superbia sæpenumerò fortẽ comitatur 106,c.1
Supercilia intenta consideratum hominem designasse 22,c.2
Supercilia corrugata diiudicantis erant 22,c.2
Supercilia quare intensa parasitis 23,c.1
Superficies quid apud Iurisconsl. significet 86,d.2
Superstitio quid sit 107,c.2
Suspensio figura 136,d.1
Sybariades Lacedæmonius coronam tulit bigis, sdque pullis equorum 40,c.2
Συβάτια 7,d.1
Συγκεχυμένοι versus 59,a.2
Συγκοκίσεις coniunctio multarũ rerum 125,d.2
Σύλληψις,conceptio 136,d.1,& a.2
Syllogismus quid sit 135,c.1
Syluæ quare nominata fuerint quædam Poemata 150,d.1
Syluam ab ὕλη materia Latinis dici 150,c.1
Syluarum cura quare ab Senatu Consuli iniuncta 9,c.1
Συμβουλευτικὴ oratio qualis 157, c.2
Σύμμετρος mulierum vestis talaris 21,d.1
Συμπλοκὴ figura 200,a.b.1

Sympoſium & Phædrum Platonis,censet Scaliger operæpretium futurum esse nunquam legisse 5,b.1
Σύναψις, eadem quibusdam quæ συναθροισμὸς 124,d.2
Συναθροισμὸς,coagmentatio 124 c.2
Συωδὸν Chori 16,a.2
Σωφροσύνης,τμῆσις contraria figura 203,c.1
Sypilus,Lydiæ mons 30,d.2
Syriacæ tibiæ proprium quid 31, c.2
Σύριγμα,sextus modus πυθικοῦ νόμου 39,d.1
Σύριγξ Græcis, fistula Latinis, vnde dicantur :earum materia & forma 8,d.1,& a.2
Syrinx cognominata πυθικοῦ νόμου pars postrema, ab imitatione sibilantis inter moriendum serpentis 39,a.1
Συρίττειν,exibilare 36,b.2
Syrma,muliebris vestis tragica 21,b.2
Syrmata 25,d.1
Συρτὸς 25,d.1
Σύριττος, Tragœdiæ corpus totum fatale dicitur 146,b.1
Συσταλτικὸς prologus 15,c.1
Σύστημα in Choris Comicis quod ἐποιδὸς Lyricis 148,d.2
Σύστατος & συστατικὰ voces minimè contumelioſæ 23,d.1
Συζυγία modorum 31,d.1

T.

Tabernariç fabulę vnde appellatæ 13,c.2
Τὰ ὀξέα πάντων octo tonis constare 4,b.
Τὰ ὀξέα θεῖναι Hippocr. aliisque medicis quæ vocentur 2,a.2
Talaris vestis mulierum qualis 21,d.1
Τάλαροι,qui & πάλαοι,vnde πάλαι σπυρτοὶ 151,d.1
Talasio vnde deducatur variæ adducuntur rationes 1,1,d.1, & a.2
Talaus Adrasti regis frater 41,c.1
Τάλις veteribus Græcis ἀμελλούμφη 151,a.2
Τὰ παρὰ τὰλεσιον φερεσὰ,ἑρπύλλια σῦσια 110,c.2
Taurii ludi diis inferis consecrati sub Tarquinio superbo 43, b.2
Taurii ludi vnde nominati 43, b.2
Tauriis ludis,vt & Circensibus, obibant equorum cursu metas 42,b.2
Ταυτόνδε versus qui 73,d.1
Ταυτοπολία quid 57,b.2
Ταυτότης à palilogia quid differat 199,c.1
Tegumentum duplex 20,d.2
Tegumentorum cum ornatu appellationes 20,d.2
Tegumenta simplicia 20,d.2
Telamõ in Argonautis luctæ excelluit 39,d.2
Teleclides 13,a.1
Τέλειον carmen quod 70,d.2
Τέλειος quare dictus Iupiter 151, d.2,& 152,a.1
Τέλειος puella 24,b.1
Τέλος veteribus quamobrem γάμου designarit 151,d.2
Τέλεσις sacrificium & dies nuptiarum 151,d.2
Telesiade saltatio vnde dicta 28, a.1
Telesillæ Argiuæ bonam valetudinẽ & robur, imperatorúmque animum dedisse Musas 4, d.2
Telestes saltator Æschyli 26,d.2
Telestæ Selinuntii versus super harmonia Phrygia lepidissimi ponuntur 31,b.1
Telus tibicen Alcmani poetę 31, b.2
Temperantia cæterarum virtutũ mater 82,c.1
Temporis descriptio 87,d.1
Temporis qualitates diligenter obseruandæ 88,a.1
Tempus in voce,est mensura motus 3,a.2
Tempus pro tractu pronuntiationis 205,c.2
Tempus celebrationis Pythiorũ incertum 39,c.2
Temporibus xxx.lõgissimi versus tractum cohiberi, falsum esse 67,a.1
Tenor pro elatione vocis aut depressione 205,c.2
Terentianæ puritatem orationis & artem summam, qui factum sit vt multorum Comicorum facetiis postponerent veteres 148,b.1
Terentianæ & Plautinæ Comœdiæ quibus numeris constent 357,a.1
Terentii locus in Eunucho expositus 13,d.1
Terentius quàm Plautus cur plu ris à nobis lion...
Tereres versus qu... s fo...
Terpander
Τερπάνδρι... citharæ m... c.2
Tersus stilus quis dicatur
Terra tota, est insula
Tetracomos saltatio, ... sibus quare peculiar... 28,b.1
Τετράκωμος militaris, Herculeus & ... is,saltatio
Τετραλογία σατυρικὴ,a quatuor stiuitatibus dicta
Tetrameter quid
Τετράνδος modus citharæ
Τετράωρα & τετρασποι Græcis quadrigæ Latinis
Τέτραξ,seruus
Θάλαμος,cubiculũ nuptiale,vnde Græcis deductum
Thaletæ Gortynii seculum ... d.2
Thaletis sententia,qui aquam omnium rerum elemẽtum pr... fitebatur
Θαυμασὶν
Theatrales leges Romanorũ ... ria
Theatralis saltatio dicta ad ... ferentiam vulgaris
Theatri partes accessoriæ
Theatri q. ambulatorii Thesp... author
Theatri partes
Theatri Romani,quod M. Scaurus Ædilis faciendum curauit descriptio
Theatri figura qualis
Theatrum quare magis dici placuerit locum in quo fierẽt spectacula,quàm ἀκροατήριον
Theatrum vnde dictum
Theatrum Athenis è lapide structum,quum antea suggestum fuisset
Thebanis assignatur inuentum tibiarum ex ossibus ferarum
Theocles,Elegorum author
Theodoricus Gotthorum rex,venationum vsum gladiatorum sustulit
Θεολογεῖον,sublimis locus in theatro sine machina, si quãdo numen aliquod introducebatur
Theologia prudenti poetæ necessaria
Theophrast⁹ ab anicula Athenis

appellatus peregri- 22,a.1
poetarum duo genera
impus 13,a.1
machinis sceni- prouerbium rerum de- um trahitur 36,a.1
Τραγῳδίας Tragœdiæ pro- ius 11,a.1
Ἰαμβίδες 27,a.1
ἰαμβὶς duplex 27,a.2
sius Thessalus ἀπόκρισις victor d.2
hesei saltatio ad Labyrinthi i- mitationem, circum aram De- liam qualis 28,d.1
Thesei saltatio quare γέφυρα vo- cata 28,a.2
Θόρυβος soni demissio 31,d.1
Θεσμοφόρια quare acta Cereri 33, a.1
Thesmophoria, sacra Cereris si- ne ludis cum pompa 41,d.2
Thespiades Musæ vnde nuncu- patæ 4,b.1
Thespiis oppido Bœotiæ primũ nisse Pierum 4,b.1
Thespis pensilium Scenarum in lustris circumactarum, reper- 11,d.2
Thessalas mulieres nudas saltasse cum διαζώσματος 29,a.2
Thessali Æolensium integerrimi 30,d.1
Thessalos à Dorien sib. Æoli au- spiciis & ductos & dictos esse 30,d.1
Thensa quid sit & vnde dicatur 43,a.2
Θηβάικος modus tibiarum apud Argolicos 33,c.1
Θηβαῖον ὠιδὸν vnde dicta 32,c.1
Θήσανος vnde 190,b.2
Thracum mos & dexteritas in saltando 29,c.2
Threni 168,c.1
Threni, lugubres cantus 51,d.2
Θυμέλη διογυιαικὴ 26,b.1
Thymelica 30,b.1
Thymelici in Orchestra, In pro- scenio tibicines cum Choro cõ- stituti 16,c.1
Θυωλὶς à sacrificiis vocatur ara theatri, aliis θυεῖα 35,d.1
Θυρσοκοπικὸς tibiæ modus qualis 33,c.1
Thyrsus quid sit 20,a.1
Thyrsi & conti quare Satyris tri buerentur 26,b.1
Tibiæ dextræ & sinistræ quare sint appellatæ 32,c.1
Tibia è Sãbuco emedullata 32,c.1
Tibiæ eburneæ 32,b.1
Tibiæ arundineæ quî fierent 32, b.1
Tibiæ nuptiales cur binæ iunctæ impares 33,a.1
Tibiæ Afrorum Nomadum in pascuis equarum vsus, materia & modus 8,c.2
Tibiæ sinistræ 32,b.1
Tibiæ dextræ 32,c.1
Tibiæ conuiuiales quare pares & æquales, eæque pusillæ fuerint 33,a.1
Tibiæ è loto exenteratæ mentio- nem facit Euripides, cuius locũ habes 32,d.1
Tibiç ex asininis ossibus atque ar gento 32,b.1
Tibiæ ex aquilarum & vulturũ ossibus apud quos populos v- sus fuerit 32,b.1
Tibiæ nomen apud Latinos vn- de 32,c.1
Tibiæ è cruribus ossibus hinnulo- rum & capreolorum fieri soli- tæ 32,c.1
Tibiæ spondiacæ 32,c.1
Tibiam ex hederaceis internodi- is multiforem excogitasse Osi- ridem 32,d.1
Tibia ex lauro qualis fuerit in A- frica Ibidem
Tibiarum ac modorum duplex ratio 30,d,1
Tibiarum partitio à seculis 32, d.2
Tibiarum inuentores plures re- censentur 31,a.2
Tibiarum differentiæ ab ætatib. & sexibus tres 32,d.2
Tibiarum genera 31,c.2
Tibiarum geminarum Marsyæ & Tyrrhenorum differentia in magnitudine 32,a,2
Tibiarũ differentiæ à sonis 32,b.2
Tibiarum nomina varia, à mul- tiplici vsu ipsarum 32,c.2
Tibicen in Comœdia loco Cho- ri 16,b.1
Tibicines, citharœdi cũ citha- ristis in Pythia introducti 38,d.2
Tibicines versus qui 71,d.1
Tibicinum certamen ab Amphi ctyonibus additũ ludis Pythiis 39,d.1
Timocreontis Rhodii scolion in vituperationẽ Pluti 49,a.1
Tiresiæ reticulũ quale 25,b.2
Titulus & honor idem 15,b.2
Tituli in prosc enio proponendi ratio 15,c.2
Titulus quid sit & quod sit eius etymon 15,b.2
Titulum non a tutando, sed μετὰ τὸ πίπτειν ἢ πλῶ πιλῶ dici 172,b.1
Tityrmus, & Tityri vnde dicti 8,c.2
Tityrus priscis Æolensib. capella sonat 19,a.2
Tityri, Liberi patris socii & mi- nistri 19,b.2
Tlepolemus Lycius equo singu- lari vicit Olympiis ludis 40, c.2
Τὸ ἰὺγαες ἢ ἀπμὰ in Epiphonema- tis 181,d.1
Togatæ fabulæ 13,b.2
Toni veteres communes tribus modis, Dorio, Phrygio, Lydio, 32,c.2
Torebum quare legatur autho- rem fuisse Lydiorum modorũ 31,a.1
Trabeatæ fabulæ 13,c.2
Trabeatæ comœdiæ Ibidem
Trabeatarum inuentor Melissus 13,c.2
Τὸ πὶ ὧὼ ἴῆ quid vocet Aristote- les 161,a.1
Τραχεῖν in versu 75,a.2
Τραχυλισμὸς 27,b.1
Tractatio siue διατύπωσις quid sit 122,b.1
Tractatio à Demõstratione quid differat 122,d.2
Τραγὼν, ornatus satyricus 26,a.1
Tragicas personas quo amictu ornatas esse deceat 24,b.1
Tragici ornatus veteres 25,c.2
Tragœdiæ etymologia 11,c.d.2
Tragœdia sententiis quasi colũ- nis, ac pilis quibusdam fabricæ illius fulcienda 145,d.1
Tragœdia neque argumentum neque prologum separatum ha bet, sed in persona ad fabulam pertinentem 14,d.2
Tragœdia chorum habet quem nunquam amisit, & loco Mimi Satyrum 15,a.1
Tragœdia & Comœdia in qui- bus vnum sint aut differant 11, b.2
Tragœdia nõ inuenta, sed excul- ta prius quàm Comœdia 11,c.1
Tragœdiæ primus author quis fuerit pro comperto non habe- tur 11,c.2
Tragœdiæ conficiendæ ratio 145,b.c.2

Tragœdiæ

Tragœdiæ proprium nequaquã esse, vt exitus sit infelix, modò intus sint res atroces 145,b.1
Tragœdiæ vetustas 10,c.2
Tragœdiæ membra ex Aristote le 19,b.1
Tragœdiæ quo modo delectent 147,c.1
Tragœdiam scripsit Callias, no- mine Grammaticam 14,d.1
Tragœdiam Comœdia vetustio- rem non esse 10,c.2
Tragœdiarũ species à loco argu mẽtorũ generib. diuersæ 14,d.1
Tranquilli error, qui Troiam lu- dum Pyrrhichã fuisse saltatio- nem putet 42,c.1
Tranquilli locus de voce præco- nis, inuitantis populum ad eos ludos, quos nemo vidisset nec visurus esset 44,c.2
Translatio siue metaphora quid sit 127,d.1
Translatitium statum ad conie- cturalem referri posse 3,b.1
Trapezitæ nomen 20,c.2
Trapezuntius Hermog. imitator traducitur 176,b.2
Trasymachum ante omnes nume rosam fecisse orationem 113,c.1
Trebatius auro scenam ornauit 36,d.2
Tribus vnde dictæ 16,d.1
Tribrachus quid 17,b.1
Trichordos siue Pandura Asy- riorum 51,c.1
Τρίχορδα vnde constet 17,c.1
Τρίχορδα Tyrtæus author 17,c.1
Τριμερὲς siue τριμελὲς, lex in Cho- ris, vnde dicta 32,c.2
Τρίμετρος, dictio quæ dicatur 31,c.1
Tritici & Panis voces Heroici nõ esse carminis, sed pro eis Ce rerem poni à Virgilio 190,c.2
Τετράστιχος 19,b.1
Τετράστιχος Chorus 17,c.1
Trochæus quid & vnde dictus 56,d.2
Trochæus volubilior Iambo, & qua ratione 359,a.1
Τροχαῖος & ἴαμβος modi citharæ, à ce leritate temporum dicti 50,c.2
Trochaicus versus 60,b.2
Trochaici affectus 77,a.2
Troia ludus, quo tẽpore edi cœ- perit 42,c.1
Troia, ludi genus diuersum à Iu- uenalibus 45,a.1
Troia ludus 28,d.1
Troia & Castrsicẽ ludi quare ce lebrati fuerint 42,a.1
Tropus quid sit 198,b.1
Trossuli equites ab oppidi nomi ne dicti, quod sua ipsi opera sine peditatu expugnarent 38,c.2
Tumiditas in sono 75,d.2
Tunicatæ Comœdiæ 13,c.2
Turbulentæ Comœdiæ 14,c.1
Turni oratio quo sit facta artifi- cio 112,c.1
Tydeus heroum minimus statura 21,c.2
Τυμβαύλαι Galeno, qui ad tumu- los modos facerent 27,c.2
Tyndaris Siciliæ pagus 7,b.2
Τύπος propriè Græcis quid sit 122, c.1
Tyranni persona & oratio qualis effici debeat 108,d.2, & 109,a.1
Tyranni & principis boni diffe- rentia 91,c.1
Τυρβασίαι saltationem numeris dithyrambicis componi con- suesse 29,c.1
Tyrtæi carmina quomodo con- cinuerint prisci Lacedæmonii 28,b.1

V.

Vafrities quemadmodum rectè designari possit 107,c.d.1
Valerii Martialis epigramma de Gaditana intelligendum 29,b.2
Varietas orationum apud Virgil. 89,d.1
Varietas carminum à membris 47,a.2
Varietati imprimis studendum Poetæ 90,b.1
Varietatem vniuersam modis cõ stitui 89,b.1
Varietatem quam in sua Æneide cõposuit Virg. pag. 119, & 120
Varronis error 56,b.1
Varronis lapsus in etymo Comœ diæ 10,c.2
Vatum obseruationes 100,a,2
Vehementia orationis in quo cõ sistat 195,c.1
Venatio OEconomiæ pars, quo modo describi debeat 104,b.1
Venationes Circensib. vt & Ca- strensib. ludis edi solitas 43,d.1
in Venatu loqui neutiquam fau- stum putarur 6,b.2
Venetias ex aliarum vrbium rui- nis conditas esse 167,b.1
Venus, numen idem gaudiorum atque amorum 7,b.1
Venustas quæ Græcis χάριτες, quid à pulchritudine differat 177,a.1
Venustas asperis addi qua ratio- ne queat
Veræ & simplicis de- nitio
Verba alata cur nom rus
Verbenas aris Apolli solitas
Verborũ ornatus d
Verborum grandium didorum obseruatio e lio pag. 187,188,,189,190,191, &
Verborũ prolixitate aut b tate qua ratione vti dec Poetam 205,b.1
Veritas in dicendo quotuplex, quæ sit 2,
Verificatores à Poetis quid di rant 3,b.2
Versus quid 58,d.1
Versus σωιάρτητος 59,a.2
Versus συμζευγμένος 59,d.
Versus perfecti qui vocentur 71, a.2
Versus χωλίαμβος 60,a.
Versus Cn. Martii 42,b.
Versuum genera 58
Versus vnde dictus 58,
Versus cõstãs vnica voce 59,
Versus ἀνειωεσμένος qui
Versus maximus quare σπιανοντα σημος dictus 76
Versus, qui omnes in se oratio partes complectitur 71,
Versus illibati qui à Grammat- cis dicti sint 70,d.2
Versuum nonnullorum apices quare plus marginis occupe 70,a.1
Versuum secunda diuisio à par tium genere sumpta 59,a
Versum in versum posse muta 79,c.2
Vestalibus contra Prætoris tribu nal locum in theatro dedit Au- gustus 34,d.2
Vestes prytanicæ 35,c.2
Vestium colores 21,a.2
Veteranis emeritis Alexander primas sedes in spectaculis assi- gnauit 34,d.2
Veteranis emeritis vt spectarent coronati licere voluit Alexan- der 34,d.2
Veteris & nouæ comœdiæ diffe- rentia 13,a.1
Vetulæ vestis cæsia, id est, cinerea 21,a.2
Vetustas poetices 4,a.2
Victor in Olympiis cotino, quæ est agrestis olea, coronabatur 40,a.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

…ius quare nube-
…es non item 152,b.2
…pellatus peregri- …na conuiuiorum 33,
22,a.
…poetarum duo gener… …nus agentium fabu-
…mptæ 22,a.1
…impus 133, …lus dignus nomine
…machinis scer… 83,c.1
…prouerbium rerum …poetarum rex 100,a.1
…um trahitur …n tota sua Æneide quã
…ς Tragœ… …on edi rationem secutus sit,
…etur 144,c.1
…sit eruditio non affectata
…duplex
…sius Thessalus …gilii ex Catulli Epigrammate
…rodia 46,a.1
…nesei saltatio ad L… …gilii ὑφοκτυαῖς, quibus audi-
…mitationem, c… …torum quasi præguſtatione al-
…iam qualis …licit ad epulas, summa prudẽ-
Thesei saltatio q… …tia 115,b.c.d.1
…cata Virgilii institutum quod fuerit
…soni demiſ… …in tota Æneide 91,a.b.1
…quare Virgilii ornamenta varia in de-
…scribendis cædibus 89,d.2
Thesmophoria …Virgilianæ poeseos ἐυρήσεια 116,c.
…ne ludis cum pomp… & 117
…spiades Musæ …rginales tibiæ dictæ 22,d.2
…patæ …rorum illustrium quales ferè
…espiis oppido B… …ritus nobis proponãtur 101,b.1
…oisse Pierum …rtus à viribus, pro fortitudine
…spis pensilium …teribus Latinis tantùm acci-
…uſtris circumac… …batur 381,b.1
…tutes quatuor poetæ 113,a.2
…essalas mulier… …rtutem sibi ipsam & preciũ &
cum διαζώσ… …præmium esse 91,a.2
Thessali Æolen… Virtutũ corporis dispositio, quæ
30,d.1 …cuique certamini aptæ 38,b.1
Thessalos à Dor… …s & Fas quid differant 217,a.2
…spiciis & duc…os
30,d.1
Thensa quid sit …
43,a.2
Θυμέλικος modu…
Argolicos
Θυείων αὐλὸς
Θύπυεγος vn…
Thracum …
saltando
Threni
Threni, lug…
Θυγάτηρ διον…
Thymelic…
Thymelic…
scenio til…
stituti
Θυμελὶς à sa…
theatri,
Θυμελικὸ…
33,c.1
Thyrsus…
Thyrsi &…
hueren…
Tibiæ de…

X.

Ξιφισμὸς 27,a.1
Ξύλου ἔκβλησις 27,a.1
Ξυείας 23,b.2
Ξυσὶς, amictus species 25,a.2

Y.

Τ'ἐκλαγῶν, loquendi modus apud Græcos vnde fluxerit 4,d.1
Τ'ῆρα, quare saltatio Persarum propria, vocata fuerit 28,c.1
Τ'ῆθος quid sit, & vnde nomẽ 203,b.1
Τ'ἡμιολιόδιος ἁρμονία 30,c.2
Τ'ἡμιόλιοι tibiæ dictæ 32,d.2
Τ'ποδὰ figura qualis 202,a.1
Τ'ποκείμενον Græcis quid 5,d.1
Τ'ποκρίται saltatores qui 29,a.1
Τ'ποδώεον modus ac tibia quæ dicta 30,a.2
Τ'ποξύμον quid & quare 76,d.1
Τ'πόθεσις quid à θέσις differat Oratoribus 171,d.2
Τ'πόκρισις quid sit 122,b.d.1

Z.

Zelotypiam in fœmina extremũ supremúmque affectũ 96,b.2
Ζηλοτυπίας etymologia & definitio 105,b.1
Zephyrum non è Thracia in Græciam flare 240,b,1
Zephyrus non est violentus vt Δυσνὺξ mereatur dici 217,c.2
Zetus Argonauta armatum cursum vicit 39,d.2
Ζωστὴρ, pars terræ Atticæ 39,b.1
Ζωστὴ Chori 16,d.1

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca